



IN OCTOMO
TRES LIBRI CONTINENTVR.

¶


LIBRO DECIMOTERTIO agitur de variis Professionibus, Negotiatoribus scilicet, Professoribus, Medicis, Artificibus, Nauiculariis, de Censu.

LIBRO DECIMOQVARTO agitur de iis quæ pertinent ad præcipuas vrbes in Orbe Romano (puta Romam Constantinopolim, Alexandriam & alias) de Corporatis, Politiâ & Priuilegiis.

LIBRO DECIMOQVINTO agitur de Operibus & Ornamentis publicis, de Voluptatibus & Spectaculis, Ludisque publicis, de Pace publica tuenda.

Privilegium

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2.º C. 4.º N. 19.






IN HOCTOMO TRES LIBRI CONTINENTVR.

LIBRO DECIMOTERTIO agitur de variis Professionibus, Negotiatoribus scilicet, Professoribus, Medicis, Artificibus, Nauiculariis, de Censu.

LIBRO DECIMOQVARTO agitur de iis quæ pertinent ad præcipuas vrbes in Orbe Romano (puta Romam Constantinopolim, Alexandriam & alias) de Corporatis, Politiâ & Priuilegiis.

LIBRO DECIMOQVINTO agitur de Operibus & Ornamentis publicis, de Voluptatibus & Spectaculis, Ludisque publicis, de Pace publica tuenda.

Prinilegium



Privilegium S. Cæsareæ Maiestatis.

LEOPOLDVS diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Sclauoniae, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis, &c. Agnoscimus & notum facimus tenores præsentium Vniuersis: Quod cum sincerè Nobis dilecti IOANNES-ANTONIUS HVGVE TAN, & MARCVS-ANTONIUS RAVA VD, bibliopola Lugdunenses humillimè nobis exposuerint, quemadmodum CODICEM THEODOSIANVM in sex Tomos distinctum cum notis & commentariis IACOBI GOTHOPREDI in folio, propriis expensis typis committere, inque publicum edere constituerint quidem: vereantur autem ne quorundam inuidiâ eadem opera alibi recudentium, impendij & laboris sui fructu frustrentur; ideoque Nobis demissimè supplicarunt, quatenus indemnitati suæ consulere, seque Priuilegio nostro Cæsareo ea super clementer præmunire dignaremur: Nos attento eo supplicantium laudabili, inque bonum publicum redundanti studio, eorundem iustis precibus benigne annuerimus. Qui proinde omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, Bibliopœis, aliisque quibuscunque negotiationem & rem litterariam exercentibus distinctè atque serio mandamus, inhibemus & vetamus, ne quisquam eorum Codicis Theodosiani Tomos seu opera intra sex annorum spatium, à prima editionis die numerandum, intra Sacri Romani Imperij, Regnorumque ac ditionum nostrarum hæreditariarum finem simili aut alio quouis typo vel formâ, siue in toto, siue in parte recudere, vel alibi recudendum dare, alibiue impressum, apportare, venundare, vel distrahere clam vel palam, citra voluntatem, & absque illorum HVGVE TAN & RAVA VD consensu & licentiâ præsumat. Si quis vero secus faciendo Priuilegium & interdictum hoc nostrum Cæsareum violare aut transgredi ausus fuerit, cum non modo huiusmodi libris perperam quippe recuis & adductis (quos quidem prædicti HVGVE TAN & RAVA VD vbiqumque deprehensos, siue propria autoritate, siue Magistratus auxilio, sibi vindicare poterunt) de facto priuandum; sed & pœna insuper decem marcarum auri puri, Fisco nostro Cæsareo & fraudis vindici ex æquo pendenda, omni spe veniæ sublata decernimus mulctandum: dummodo tamen quaterna prædicti Codicis Exemplaria ad Cancellariam nostram Imperialem Aulicam transmittantur, ac in fronte Priuilegium hoc nostrum Cæsareum impressum exhibeant. Mandamus ergo vniuersis nostris & sacri Imperij, Regnorumque & Dominiorum nostrorum hæreditariarum subditis cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis aut præminentiae existant, tam sæcularibus quam Ecclesiasticis, præsertim vero iis qui in Magistratu constituti, vel proprio, vel Superiorum suorum nomine, & loco iuris & iustitiæ administrationem exercent, ne quemquam Priuilegium hoc nostrum Cæsareum temerè ac impunè transgredi, aut violari patiantur, quin potius contumaces quos compererint, præscripta pœnâ plecti, aliisque modis idoneis coërceri curent; quatenus & ipsi eandem mulctam pendere noluerint. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum sigilloque nostro Cæsareo munitarum, quæ dabantur in ciuitate nostra Vienna, die decima tertia mensis Nouembris, Anni millesimi sexcentissimi sexagesimi quarti: Regnorum nostrorum Romani Septimo, Hungarici Decimo, Bohemici vero nono.

LEOPOLDVS.

Wildericus Baro de Waldendorf V. Cancellarius.

Ad mandatum Sac. Cæsareæ Maiestatis proprium.

REINERVS SCHRODER.

Summa Priuilegij Regis Christianissimi.

AVTVM est LVDOVICI XIV. Franciæ & Nauarræ Regis Priuilegio, ne quis in Regno ipsius intra duodecim proximos annos ab hac impressione numerandos, excudat, vendat aut excudendum aut vendendum curet librum qui inscribitur, CODEX THEODOSIANVS cum notis & commentariis IACOBI GOTHOPREDI citra dicti GOTHOPREDI voluntatem. Ne quis item ex Regis supradicti librum eundem extra Regni fines excudendum curet aut excusum vendat, sub pœna confiscationis librorum, & aliis contra delinquentes expressis in diplomate dato Parisiis die vigesima sexta mensis Junij, Anno millesimo sexcentesimo quadagesimo quinto.


Ex mandato Regis Signatum,

I V S T E L.

IVS prædicti Priuilegij Regij concessum est IOANNI-ANTONIO HVGVE TAN & MARCO-ANTONIO RAVA VD Bibliopolis Lugdunensibus mediâte ab hæredibus defuncti D. IACOBI GOTHOPREDI iuxta pacta super id inita.

Prima hæc editio excudi desit prima die Aprilis 1665.

CODICIS



CODICIS
THEODOSIANI
LIBER DECIMVSTERTIVS.

QVO AGITVR DE DVOBVS.

- I. De variis PROFESSIONIBVS: Negotiatoribus, scilicet Medicis, Professoribus, Artificibus, Nauiculariis.
- II. De CENSV.

HVIVS LIBRI TITVLI.

- | | |
|--|--|
| I. De lustrali Collatione. | VII. De Nauibus non excusandis. |
| II. De argenti precio quod The-sauris inferitur. | VIII. Ne quid oneri publico imponatur. |
| III. De Medicis & Professoribus. | IX. De Naufragiis. |
| IV. De Excusationibus artificum. | X. De Censu siue adscriptione. |
| V. De Nauiculariis. | XI. De Censitoribus, peraquatoribus & inspectoribus. |
| VI. De prædiis Nauiculariorum. | |

DE LVSTRALI COLLATIONE.

TITVLVS I.

XI. COD. IVST. *De lustralis auri collatione*, Quo Titulo absunt omnes huius Tituli Constitutiones: utpote sublata hæc collatione ab Anastasio, teste Euagrio, & Zonara. Præter huius Tituli leges, aliæ insuper de Lustrali Collatione plures hoc Codice occurrunt: putâ *lex 2. 3. 9. sup. de Veteranis l. 3. sup. de testimoniali: Lex 3. sup. de commun. Conc. lex 50. 72. sup. de Decurion. l. ult. inf. de excus. Artificum: l. 29. de susceptorib. l. 8. 10. 14. 15. inf. de Episcop. Item obserua Quinque leges hoc titulo ad Ecclesiasticam Historiam pertinere: putâ l. 1. 4. 5. 11. 16.*

PARATITLON.

LVSTRALIS COLLATIO, *Rubr.* seu lustralis auri collatio, l. 20. 21. lustralis pensionis collatio, l. 17. lustralis auri de pensio, l. 11. 17. functio Auraria, l. 11. 13. 18. 19. h. t. & Valent. *Novella inter Theodos. 27.* pensio Auraria, l. 3. *sup. de testimoniali ex Tribun.*
Tom. P. A &

et protector. l. 36. inf. de Episcop. Auraria simpliciter lege 29. sup. de suscept. auri atque argenti indictio, l. 7. h. t. & l. 72. sup. de Decurion. inlatio, l. 15. oblatio, l. 7. 8. pensitatio, l. 9. praebitio; l. 1. reditus, l. 9. sup. de Veteranis: & simpliciter conlationis obsequium, l. 1. necessitas, l. 7. 17. functio, l. 20. 21. pensitatio, l. 5. praestatio, l. 10. 15. erat vectigal, l. 20. h. t. & l. 3. sup. de immunit. conc. erogationi publicae iuandae, l. 6. iuandae Reipublicae, l. 6. Quod indicebatur, l. 4. 6. 9. Negotiatoribus, l. 1. 3. 4. 5. 9. 10. 12. 15. 16. 17. 18. h. t. & d. l. 3. sup. de testimon. & l. 15. inf. de Episcop. & l. 50. 72. inf. de Decurion. qui negotiationis seu transferendarum mercium curam habebant, l. 3. sup. de immunit. concessa: mercatoribus, l. 6. 7. 9. 11. & ultim. h. t. & l. 72. sup. de Decurion. negotiarionem exercentibus, l. 8. inf. de Episcopis, qui pecuniam habebant in conuersatione, d. l. 72. quorum alia synonyma repetenda ex l. 2. 4. 5. 8. 9. 10. 12. 14. 16. 18. 19. h. t. & l. 16. inf. de Nauicul. (vnde & fors negotiationis dicitur l. 10. h. t. negotiatorum munia & pensitatio, l. 15. inf. de Episcop. negotiatorum conlatio, l. ult. inf. de excusat. artificum: negotiatorum dispendium, l. 10. inf. de Episcop. (Item iis indicebatur seu incumbebat, qui scenam studentes crescentes in dies pecuniae accessione laetantur, l. 18. Denique fuerunt & res quaedam huic muneris obnoxiae, apud quemcumque possessorem ex essent, l. ult. h. t.

¶ At non etiam haec collatio incumbebat Curis vel Ordinibus ciuitatum, l. 4. & 17. h. t. & l. 50. inf. de Decurion. Neque Rusticanis, colonis hominibus, siue Principis, siue priuatorum, Potiorum, Senatorum, omnibusque aliis, qui siue per se, siue per alios innocenti industria, l. 12. vernacula, l. 13. id est, fructus domesticos suis possessionibus innatos, d. l. 12. eaque quae in his terris quas incolunt atque in eodem rure gignuntur, l. 3. quaeque Annus tulerit, l. 8. quae in eorum agris gigni solent, l. 10. simpliciter vendunt, l. 12. distrahunt, d. l. quia hi non tam mercatorum loco haberi debent, quam solertium strenuorumque dominorum, l. 6. h. t. Item non Artificibus, puta Pistoribus, qui ea in mercibus habebant. quae erant propria artis ipsorum, l. ult. inf. de excusat. artific. Et iis qui manu victum rimantur aut tulerant, puta figulis, fabris: l. 10.

Publicum ceteroquin hoc negotiatorum omnium munus erat, l. 12. 14. quo omnes Negotiatores tenebantur, l. 9. 11. 18. 19. omnium regionum, omnium dignitatum, l. 6. etiam Decuriones mercantes, l. 4. h. t. & l. 50. & 72. inf. de Decurion. etiam ad domum Principis eiusque sororum pertinentes, l. 5. & l. ult. h. t. etiam Ecclesiastici seu Clerici, l. 1. 5. 16. etiam potiorum homines vel potiores ipsi, l. 5. etiam militares, l. 13. (excepto casu, l. 1. sup. de immunit. concessa: etiam ex fiscalibus corporibus veluti conchylioleguli, d. l. 9. Non tantum in claris urbibus, sed etiam in vicis & portibus, obscuris ac reconditis locis per possessiones diuersas: Valentin. l. 11. Nouell. de negotiator. 27. inter Theodosianus. Sic ut nullus immunis haberetur, l. 1. exceptio immunitatis nulli tribueretur, l. 6. nemo eximeretur, l. 12. nullo privilegio, l. 6. nullius dignitatis quamlibet altissimo nomine, l. ult. nullo Principis rescripto, l. 20. non Protectoria aut Domestici dignitate impetrata, l. 3. de testimonial. nullam potentiorum seu patrocinatorum fiducia, l. 15. & d. l. ult. vnde & communis fors dicitur, l. 6. Alioquin pro excusatis & a se defensis potentiores ipsi tenebantur, d. l. 15. Idem collationem ipsam sub parua minimaque contributione a singulis fieri oportebat, quo ij qui per gratiam elaberentur, apparerent: l. 20. Officiaque seu Exactores qui elabi quemquam sciuisent, duplo multabantur, l. 12. Haec omnia ideo quia beneficium quibusdam datum, plebis iniuria est, l. 9.


EXCEPTI tamen privilegio singulari ab hac lustrali collatione fuerunt nonnulli siue in totum, siue in partem (1.) Primum Copiata, per Occidentem, & quidem indefinitè, l. 1. postea, si exiguis admodum mercimonis victum sibi vestitumque conquirerent, l. 15. inf. de Episcop. (2.) Clerici omnes alimoniae causa negotiationem exercentes, l. 8. inf. de Episc. imò indistinctè, l. 14. inf. de Episcop. rursum si exiguis admodum mercimonis victum sibi & vestitum conquirerent, d. l. 15. intra Italiam & Illyricum in decem solidis negotiantes: intra Gallias, in quindecim, l. 11. h. t. At non etiam Constantinopoli, l. 5. 16. (3.) Itera Veteranis, ex Constantini M. constitutione intra centum folles negotiantes, l. 3. sup. de Veteranis, ex Constantij pariter constitutione intra certum pecuniarum numerum, l. 2. h. t. ex Valentiniani primum indefinitè, l. 5. sup. de Veteranis, deinde vnus tantum Quinquagenae, l. 7. h. t. ex Valentiniani Iun. intra 15. solidos, l. 14. h. t. (4.) Militibus quoque quibusdam, quique in Palatio degebant, immunitas haec speciali quaque privilegio data, l. 3. sup. de immunit. concessa, alioqui in commune militares quoque tenebantur, l. 13. h. t. (5.) Excepti etiam Nauicularij, l. 16. inf. in. inf. de Nauicular.

¶ Quod ad Formam huius lustralis collationis attinet. Negotiatorum certa matricula erat, ut ostendit lex 15. inf. de Episcop. Certo tempore ad hanc praestationem vocabantur, l. 4. h. t. & l. 14. & 15. inf. de Episcopis. Indictione lustralis Conlationis facta, l. 4. 6. 9. descriptio fiebat, l. 3. seu adscriptio, l. 15. distributio, l. 17. cuius reicura ad Negotiatores ipsos pertinebat: sic ut Mancipes ad eam rem de Corpore suo eligere deberent, l. 17. Modus collationis istius fuisse videtur, Quinquagesima, vel Quindena: quod colligo ex l. 7.

¶ Sequentium porro Imperatorum constitutiones de lustrali collatione hoc titulo haec sunt:

Constantij

Constantij lex 1. 2. 3.
Iuliani lex 4.
Valentiniani Sen. lex 6. 7. 8. 10.
Valentis lex 5. 9.
Gratiani & Valentiniani Iun. simul, lex 11.
Valentiniani Iun. lex 12. 14.
Theodosij M. lex 13. 15.
Arcadij lex 16.
Honorij lex 17. 18. 19.
Theodosij Iun. lex 20. 21. seu ult.



DE LUSTRALI CONLATIONE.

¶ De Copiatis negotiantibus Solis à lustrali collatione
immunibus.

I. * Imp. CONSTANTIVS A. & Iulianus Cæs. ad Taurum PP. P. "

NEGOTIATORES omnes protinus conuenit aurum argentumque præbere: Clericos excipi tantum, qui "Copiata" appellantur, nec alium quenquam esse immunem ab huius Conlationis obsequio. Dat. iv. Non. Decemb. Acc. Rom. v. III. Id. Febr. Constantio A. IX. & Iuliano Cæs. II. COSS. [357.]

NOTÆ.

* Semel hic monendum, omnes huius tituli leges abesse à Cod. Iust. titulo, huic concordante: causam iam dixi, & porro dicam.

"Italia. Abest hac lex quoque ab Annalib. Ecclesiasticis Baronij, hoc Anno, quò tamen referri eam oportuit.

"Tentaret quis, & qui Copiata: ut sic Clericis quoque aliis eadem immunitas tributa videatur, pariter ut auctoritate eiusdem Constantij l. 8. inf. de Episcop.

"De his Copiatis est quoque lex 15. inf. de Episcopis: de iisdem accipienda lex 12. sup. de Veteranis.

"Ergo pertinet hac lex ad Clericos vrbis Romæ.

COMMENTARIVS.

CONSTANTII Imp. super lustrali Conlatione constitutionibus (quæ res numero sunt) hoc titulo initium ducitur: nullis hunc in titulum expressis in id Constantini M. constitutionibus de lustrali Conlatione relatis: cum tamen hic ille lustralis collationis seu Chrysfargiri auctor feratur; & quidem vt volunt, sædo reditu, etiam ex meretricum captura seu quaestu, item cum seuera exactio: Quo nomine proscribitur à Zosimo Gentili scriptore, sub Honorio Imp. lib. 2. p. 691. quem tamen Euagrius postea defensum iuit lib. 3. cap. 40. 41. cui paria fecit hæc ætate doctissimus Annalium Ecclesiasticorum Scriptor A. D. 330. à num. 36. ad num. 42. Constantini M. igitur crimen est, quòd Chrysfargirum hoc res ætate in eundem lustrale singulis lustris soluendum imposuerit Negotiatoribus ad vilissimos vsque: imò etiam Meretricibus: tantaque acerbitate id exactum fuerit, vt matres liberos vendere, patres filias prostituere cogerentur: hæc Zosimus, Euagrius calumnie dicam Zosimo scribit, sed eam non refellit. Quod verum est inquiramus. Et distinctè quidem de vtroque. De negotiatorum inquam prius collatione, tum de Meretricum tributo.

Aurum certè à negotiatoribus exactum diu ante Constantinum M. quod Alexander Seuerus Negotiantibus Romæ remisit, tributà immunitate, testis Lampridius p. 121. Negotiatoribus, inquit, Tom. V.

ut Romam volentes concurrerent, maximam immunitatem dedit. Et post plura p. 124. Aurum Negotiatorum, & Coronarium Romæ remisit. Ecce distinctè Aurum negotiatorum longè ante Constantinum, quod Lampridius Constantini ipsius coætaneus quoque ad Constantinum eam ipsam Alexandri vitam scripsit, disertè testatur. Quare non is primus auctor huius auti Negotiatorij, vel hoc Lampridij testimonio, Deinde quæro Zosime; quando id à Constantino institutum? Nempe, vt tu vis post Constantinopolim excitatam, extremis Imperij annis, quibus prodigalitate tuque, alique ei obicitis. Atquin si ipsas Constantini M. leges excutimus ante hoc tempus latas, medio Principatus tempore, reperimus iis iam istius negotiatoriæ collationis mentionem fieri, tanquam ab antiquo instituto: Nempe enim Ann. 320. de cennio ante Constantinopolis encania l. 2. & 3. sup. de Veteranis: docet à mercatoribus non tantum in nudinis ciuitatum proponenda dari solita, non tantum publicanis vectigalia soluta: verum etiam fisco aliquid præstitum. Verba legis 2. sunt hæc: In quibuscumque nudinis interfuerint, nulla proponenda dare debent: publicanis quoque, vt solent, agemibus super compellere, ab his Veteranis amoneantur: quiete post labores suos perenniter fruantur: Fisco nostro quoque eadem epistola interdiximus, vt nullum omnino ex his inquietaret: sed liceat eis emere

& vendere, ut integra beneficia eorum sub seculi nostri...

¶ Sequitur præcipuum crimen de lustrali præstatione; seu Chrysfargyro...

& ipsum Lustrale & Chrysfargyrum factum nempe...

¶ Ad legem Constantij quæ se nunc offert nos conferamus...

Primum ex principio legis colligitur hoc tempore...

&c. Et lege 15. d. tit. de Episcopis: Reliqua autem, quorum nomina...

Secunda oblatio est de Clericis Negotiantibus, vtrum videlicet illi...

Tertio igitur de Copiatis istis videndum est; qui hoc Codice non nisi...

teris ordinibus connumerentur. Horum officium, erat circa defunctorum obsequia...

¶ Instituti porro hi primum Romæ mihi videntur, quod hæc lex...

Observandum & illud, hæc l. eo tempore datam quo Liberio submoto...

II. * Idem A. & Cæs. ad Taurum PP. P."



ETER eos, quos manifesta probatio demonstrat sub armis militiæ sacramenta tolerasse, quosque cum requiem fortirentur, in pecuniarum certo numero immunitatem claruerit consecutos, vniuersi qui Negotiandi videntur exercere solertiam, ad onus Collationis adstringantur. Acc.vi. Id. Iul. Karthagine, Constantio A. x. & Iuliano Cæs. III. C O S S. [360]

NOTÆ.

* Fortè huic iungenda lex 15. inf. de Episcopis : quæ & in eodem argumento versatur. "Italiæ quod his ipsis Coll. docet Ammianus lib. 21. p. 200. docet etiam huius leg. subscriptio Acc. Karthagine ; Aſiæ quippe sub PP. Italiæ fuit. Eadem hoc Anno inscribitur, quæ in eodem argumento versatur lex 15. inf. de Episcop. quam parum abest quin huic l. coassandam putem. "Exerceat : similiter L. 5. inf. "Lustralis.

COMMENTARIVS.

VETERANOS solos, veròsque, à lustrali collatione immunes esse iubet Constantius A. D. 360. De quâ Veteranorum immunitate sunt in vniuersum quinque hoc Codice constitutiones: putà Constantini M. lex 3. sup. de Veteranis. Hæc nostra Constantij, Valentini Senioris lex 9. sup. de Veteranis : & lex 7. inf. hoc titulo. Valentini Junioris lex 14. inf. hoc tit. Neque tamen simpliciter & absolute Veterani immunes fuere : Nam & Constantinus M. d. l. 1. sup. de Veteranis, centum follium summam tantum eos habere immunem permisit. Quod ipsum vel certè huic proximam est, quod hac leg. Constantius definit, Quos, inquit, cum requiem fortirentur, in pecuniarum certo numero immunitatem claruerit consecutos. At Valentini Senior, d. l. 9. sup. de Veteranis : in vniuersum immunes esse iussit, & quidem, addit ille, secundum veterem consuetudinem parentum nostrorum, id est, anteriorum Principum Constantini & Constantij, cum tamen non tam effusam illorum libe-

ralitatem fuisse iam ostenderimus. Quid porro super hoc Valentianus statuerit, l. 7. inf. hoc tit. quid Valentianus Iun. l. 14. inf. hoc tit. ad eas dicetur. ¶ Duo ad hanc leg. adhuc notanda, primum, huic leg. coniungendam videri, vel saltem proximo confinio cohætere l. 15. inf. de Episcopis : quæ hoc ipso Anno data, ad eum ipsum Taurum PP. super hoc ipso etiam argumento, & Clericorum inquam, & Copiarum à lustrali collatione immunitate. ¶ Secundò videri hoc tempore lustralem collationem indictam, & quidem iuuandæ erogationi publicæ seu militari: quo tempore Constantius difficillimo bello Persico maxime inligatus erat, atque in id magnos belli apparatus facere necesse erat : de quo vide hoc Anno Ammianum lib. 19. & 20. & Zosimum lib. 3. p. 703. Quò etiam pertinet lex 6. sup. de erog. mil. annone, quæ hoc ipso Anno (mensè superiore) data Hierapoli.

II. * Idem A. ad Senatum."



VSTICANOS colonosque Vestros inter negotiatores describi non oportet : scilicet, si nequaquam exercent negotiationis industriam : Siquidem in eo negotiationem & mercimonia non oporteat æstimari, si ea homines Vestri, ac Rusticani, etiam in vestris possessionibus commorantes, distrahant, quæ in his terris, quas incolunt, atque in eodem rure gignuntur. Dat. v. Non. Maij, Tauro & Florentio C O S S. [361.]

NOTÆ.

* Iungendæ huic l. sunt complures aliæ, numero octo, putà lex 11. 13. sup. de Prætorib. lex 1. sup. de Protophasia, lex 48. de Decurionib. Item lex 1. sup. de metatis : lex 7. sup. de annonâ & tributis, l. 1. sup. de publicâ compar. lex 7. inf. de operibus publicis. "Locus additus in d. l. 12. sup. de Prætorib. Gifyra: Quod XXI. ab Antiochiâ (vbi hoc Anno Constantium fuisse, Ammianus, Socrates & lex 16. inf. de Episcopis testantur) lapide notatur Tabulâ Pentinger.

COMMENTARIVS.

VSTICOS, COLONOS in terris quas incolunt, nata vendentes, à lustrali collatione immunes esse iubet hac leg. Constantius : pariter vt Valentianus Senior l. 6. 8. 10. & Valentianus Iun. l. 12. 13. inf. Tot scil. de hac ἀνοδος, immunitate à lustrali collatione constitutiones hoc titulo occurrunt ; putà sex : Et duæ quidem posteriores, putà lex 12. 13. vnâ cum l. 6. sunt de iis qui non aliorum coloni, verum ipsi fundorum domini per se innocenti industriâ fructus domesti-

cos suis possessionibus innatos vendunt : Tres verò ex prioribus sunt de rusticis & colonis alienarum possessionum : ac nominatim duæ leges Valentini Senioris, putà lex 8. & 10. de colonis rei priuatae, seu dominicarum possessionum : hæc nostra Constantij, est de Rusticis & Colonis Senatoriorum possessionum. Tandem lex 6. Valentini, est de vtrisque, tam qui per se, quam qui per homines suos negotiantur. Omnes hi ex æquo à lustrali collatione immunes erant. Hæc ratione, quæ

quæ redditur d. l. 6. quia hi non tam mercatorum loco haberi debent, quam solertium strenuorumque dominorum.

Notandæ igitur hæc sex leges huius tituli : putà lex 3. 6. 8. 10. 12. 13. & ad præxim deducendæ, in quaestione, An solitus vendere fructus suos, dicatur mercator, & eius rei nomine Gabella debeatur, quæ aliis solentur ex venditione mercium ? de qua post Bartol. Paul. de Caltr. Panormitanum, Francisc. de Claperis causar. fiscal. causa 35. quæst. 7. quam in rem alioquin allegatur lex, nam quod liquidè 4. 5. item si quis, π. de penn. leg. quæ tamen ad rem nihil facit : ibi enim tantum fit oppositio eorum quæ patrefamilias ex fructibus suis vel mercator vendere solebat, & promercij causa habebat, & quæ in penum sibi separabat. Et vera est Claperij doctrina, vt quis dicatur Mercator, duos contractus desiderari ; vt ipse primum emat, dein lucri gratiâ ipse vendat : Quod disertè comprobatur lex 8. 10. 13. neque sufficit vt simpliciter vendat, vt loquitur lex 12. inf. Quare hæc sex leges deinceps ad illius quaestionis decisionem afferri poterunt : ac nominatim in Occidentâ, in eo iure & veltigali quod vocant l'Equivallem : nam & ibi ad hanc collationem non tenentur, qui vernacula atque in suo nata distrahant ; quam in rem vide Ioan. Philippi ès Arrests de la Cour des Aydes, Article

treizième. Nunc de hypothesi huius leg. ¶ Nominatim igitur id quod dixi hac leg. constituitur de Senatorum Rusticanis & Colonis : quæ pars est prolixioris Constantianæ orationis ad Senatum, de iuribus Senatoriis : Nempe quibus Senatores oneribus subiaceant, veluti Prætorum, de quo est lex 12. 13. sup. de Prætorib. (quæ tamen ipsa Curiali conditione liberat, l. 48. sup. de Decurion.) Item Protophasiæ muneris l. 1. sup. de Protophasia. Quibus contrâ, immunitatibus gaudeant : nempe Metati, l. 1. sup. de Metatis : à tributis pro Colonis profugis, l. 7. sup. de annonâ & tributis : à Synonecto, l. 1. sup. de publ. comparatione : à collatione ad opera publica quæ Iudices æstimant in vrbibus ædificanda, l. 7. de operibus publ. quæ octo leges omnes ex eadem Constantij Oratione ad Senatum desumptæ, huic nostræ coniungendæ seu coassandæ sunt, & quidem ita argumenti quoque paritate sociandæ veniunt. Ergo Senatorum quoque Rusticani & Coloni ἀνοδος à lustrali collatione immunes sunt : si modò ea tantum quæ in his possessionibus, & in eodem rure, in quibus commorantur, distrahant : non verò si negotiationis industrialian exerceant. Quod vtiq; cum domini Senatores potentiâ ficti per hos facerent, vel facile facere possent in fraudem Fisci, à Constantio distinctio hæc adhibita.

IV. * Imp. IULIANVS A. Secundo PP. P." Post alia.



ECVRIONES, qui vt Christiani declinant munia, reuocentur. Et ab auri atque argenti præstatione, quod Negotiatoribus indicitur, Curia immunes sint : Nisi fortè, Decurionem aliquid Mercari constiterit : ita vt Ordines civitatum ex huiusmodi reliquis sarcinarum (vt iam diximus) amoveantur. PP. I I I. Id. Mart. Constantinop. Mamertino, & Neuita C O S S. [362.]

NOTÆ.

* Reperita hæc lex l. 50. sup. de Decurion. Sed altero capite ibi amplior. Et iungenda ei est lex 10. sup. de extraordinar. & lex 2. sup. de Protophasia : l. 1. sup. de locat. fundor. Imò proculdubio & lex 1. sup. de auro coronar. "Ita quoque dictis legibus : vna l. 2. de Protophasia, exceptâ ; vbi scriptum Sallustio PP. Verum idem semper est, Ammianus initio, lib. 22. Bruni deinde Secundo Sallustio promotio Præfecto Prætorio. "Fugitiua est hæc prior sententia ab hoc titulo ; quare eam explicio ad l. 50. tit. de Decurion. sup. vbi ea reperita. "Christiani pro Clericis, h. 1. & l. 5. inf. vbi dicam, & aliis legibus. "Curiarum, seu Curias. "inf. Ordines Civitatum. "quæ supra Curia. "ex huiusmodi sarcinarum reliquis. De sarcine voce in re tributariâ, v. Gloss. "in aliis legibus. Dat.

COMMENTARIVS.

VRIAS ipsas Civitatum à lustrali indicatione immunes esse iubet hac leg. Iulianus : & l. 50. sup. de Decurionib. vbi hæc lex repetita extat : Idque etiam Honorius definit, l. 17. inf. hoc tit. Et Iulianus quidem id ita iubet ; nempe quòd ea collatio sub Constantio Imp. Curis indicta fuisset, sic vt reliqua quædam eo nomine à Curis deberentur. Quare & reliquorum indulgentiam, & huius indicationis immunitatem in posterum Curis tribuit : hæc constitutione quæ prolixioris constitutionis ad Secundum Sallustium PP. datæ, pars est : Quâ in vniuersum Iulianus, iudicte Christiano nomine & Constantianis (vel vt Antiocheni dicebant χ & ἀσπασ,) odio, vetera iura, abolitis Constantianis & Constantianis, restitutum iuit ; ac nominatim circa Senatores, & civitates earumque Curias. Hinc ad eò possessiones publicas civitatum (proculdubio agonotheticas iurisque Templorum, ludis in honorem Deorum, & ædificiis sacris, fartis tectis

destinatas) Civitatibus RESTITVI iubet, l. 1. sup. de locat. fundorum. Hinc à Senatoriis domibus prototypicis & exactiones plebeia capitationis SUMMOVERI, iubet, l. 2. sup. de Protophasia. Hinc Extraordinarium munerum à Principe indictorum immunitatibus (proculdubio quæ Clericis tributa) reuocatis, cunctos possessores ea implere pariter compelli iubet : l. 10. sup. de extraordinar. Hinc Aurum Coronarium Senatoribus vel aliis iudici vetat, l. 1. sup. de auro coronario. Quæ leges omnes ex eadem constitutione desumptæ, huic nostræ coassandæ veniunt. Hinc denique Decuriones, vt Christianos, id est, Clericos munia Curialia declinantes, reuocari iubet hac leg. quæ repetita extat d. l. 50. de Decurionib. ad quam de eo dico prolixè, vbi in eam rem Libanij locum insignem adduco ex eius orat. in Iulianum, 10. p. 256. 297. ex Iuliani ipsius ep. 11. ad Byzantios : & Sozomeni lib. 5. cap. 5. Ammiani lib. 12. & 15. Philostorgij lib. 7. cap. 4. Hinc tandem Curis & indulgentiam Reliquo

Reliquorum & immunitatem à lustrali indictione tribuit : quæ à Constantio proculdubio Curiiis indicta fuerat : vt cæteroque Curiiis grauiâ onera indicta à Constantio, vt pote Paganis : contra à Iuliano subleuata, vt tales : de quo ad d.l. 10. de Decurionib. Proculdubio Constantius Curiiis hanc collationem indixerat, quod in commune fermè Curia negotiationem exercebant, & quidem frumenti : vt colligitur ex l. 8. n. ad municipal. & l. 5.

n. de administr. rerum : & l. 3. n. ad leg. Jul. de anno. Sed temperamentum hoc Iulianus securus, vt Curiiis immunitatem daret, etsi negotiantur, ac non & Decurionibus si ipsi negotiantur hanc leg. quæ repetita l. 50. inf. de Decur. Sicut è conuulso statutum à Valentiniano Sen. vt non idem minus quis ad Curiam ceu possessor prædiorum vocari possit, quod iam lustralem collationem vt negotiator soluat, lib. 72. supr. de Decurion.

v. * Impp. Valentinianus & VALENS A.A. Secundo" PF. P.

NEGOTIATORES, si qui ad domum nostram pertinent, si modò mercandi videantur exercere solertiam : Et Christianos, quibus si verus est cultus, adiuuare pauperes & positos in necessitatibus volunt : Potiorum quoque homines vel potiores, si possis tamen his mercandi cura est, ad necessitatem pensationis adhibeas ; præsertim, cum Potiorum quisque, aut miscere se negotiationi non debeat, aut pensationem debeat, quod honestas postulat, primus agnoscere. Dat. xv. Kalend. Maij, Constantinop. Diuo Iouiano & Varroniano COSS. [364.]

NOTÆ.

* Hinc interpolata est, & in alium planè sensum detorta, (sic vt ad lustralem collationem referri nullo modo possit) lex 1. Cod. de Episcop. aud. Sed & l. 1. Cod. de commerciis & mercatoribus. Vt Cujacius iam rectè indicauit initio tituli de lustrali auri collat. Omisit hanc leg. Baronius ; quâ tamen augeri Annales Ecclesiastici possunt. Perperam, d. l. 1. Cod. de Episc. vt & d. l. 1. Cod. de Commerciis, inscriptum ad Iulianum Comitem Orientis : Qui sanè etiam Iulianus Comes Orientis iam anno superiore 362. sub Iuliano Imp. mortuus fuerat, Arcadiûmque Rufinum in eâ dignitate successorem habuerat, vt testatur Ammianus Marcellinus lib. ... id est, exerceant : similiter l. 2. sup. id est, Clericos, de quo mox. ne votum inuoluntaria professio vel votium, id est, votium, scilicet, est. Neque quicquam præterea mutandum : Mainardi excerpta tentabant, si possunt voluere : reductis huc vocibus illis quæ mox alieno loco posita illi videbantur, si possit. Neque hoc mutandum in penitentium, & mox, potiores, mox vt ostendam : etsi ita imputatum Cod. Iust. d. l. 1. Cod. de Commerciis. An potior : alij tentant. paucis. lustralis. adigis. Mallem ad superiora ita reuocari hæc verba, cum potiorum quisque aut miscere se negotiationi non debeat, quod honestas postulat, aut, &c. Sed tamen nil muto, nam & ita habet d. l. 1. Cod. de Commerciis. Ita quoque d. l. 1. Cod. de Commerciis : At in l. 1. Cod. de Episc. aud. perperam variat ita, Dat. xv. Kal. Mart. Constantinop. mox alius ibi Consulatus adnotatus. Valentiniano & Valente A.A. Coss. id est, annus proximè sequens ; sequens non verò, quod quidam notant, quartus ab hoc.

COMMENTARIUS.

RIA hominum genera, qui sibi lustralis collationis IMMUNITATEM iure quodam suo vindicare volebant, nihilo secius, atque alios negotiatores ad eam præstandam hanc constitutione suâ adigit Valens Imp. Anno D. 364. Ex quâ quidem Tribonianus duas leges deformauit, putâ legem 1. Cod. de Episcop. aud. & legem 1. Cod. de commerciis & mercatoribus. Illius verba hæc sunt : Negotiatores si qui ad domum nostram pertineat, ne modum mercandi videantur excedere, Christiani (quibus verus cultus est adiuuare pauperes & positos in necessitate) provideant [Episcopi.] Hæc vox abest à MSS. teste Contio. Istius hæc : Negotiatores, si qui ad domum nostram pertinent, Potientiorum quoque homines necessitatem debitam pensationum vt honestas postulat agnoscere moneantur : vt per cunctos qui emolumenta negotiationibus capiunt, tolerabilis fiat agnoscenda deuotionis effectus. Et hæc inquam lex manifestissimè ex hâc nostrâ interpolata est : etsi in subscriptione varietas sit, etsi materia diuersa sit. In quarum legum sententia adsequenda multi multa frustra moliuntur : In his Duaren. 1. Anninoy. 57. Non iam reprehendo quod vtramque ita concinnauerit, vt noluerit eam ad lustralem collationem referri, quæ vtrique eam ad sublata erat : sed ita innatam leg. 1. C. de Episc. aud. vt alia omnia dicat, hoc scilicet Christianos Episcopos curare debere, vt ne Negotiatores etiam ad domum Principis pertinentes in mercando mo-

dum excedant. Hæc enim legis illius ex Triboniani mente sententia est : quæ per se non aded ablunderet à sæculo Valentis quoque ; quo iam Episcoporum sollicitudini multa in potitiâ commissa. Quod cum nescirent quidam, ita opinati sunt id de Episcopis accipiendum, de quibus l. ultim. §. Irenarcha. n. de numerib. & honor. Alij aliter hanc leg. interpretati sunt. Mirum itaque minus mihi videretur à Triboniano, eo quo dixi sensu interpolatam hanc legem, pro eâ quam acceperat potestate, si modò scirem cum priorem huiusce legis partem intellexisse : quam cum nunquam cepisse certus sum : vt pote qui neque satis integram sibi que constare putauit, neque intellexit quid per Christianos hinc intelligendum esset : In quo & hodie cæcutiunt omnes : quo factum, vt ad audientiam Episcopalem & titulum de eâ eam traxerit, & modum seu fibulam negotiatorum lucris eâ imposuerit. Sed tamen hæc omninò Triboniani eâ leg. sententia est, quam ex huius leg. nostræ sensu hodie explicari non potior, quasi eâ leg. id ipsam dicatur, quod hanc leg. nostrâ. Neque potior proferri Glossatores, qui rectè secundum Triboniani sensum, imò verba apertissima, eam interpretati sunt. Et error est Leonclarij 1. notat ad Paratitla Gr. p. 193. qui Græcos legem illam ita accepisse putat, vt hinc accipitur. Verum equidem est, Græcos quam legem sub tit. de Episcopali aud. in Indice libri primi vno verbo tradunt, tractare,

tractare, & πάλιν, id est, de uel legalibus : eam ita uettere & πάλιν διαφέρων ὅπως οἱ περὶ μαρτυρίας ἰδὸν τὰ παραμαρτυρικά τέλη. Verum non illam legem 1. de Episcopali audientia, ibi uerterunt, ex quâ nullum sensum trahere poterant, quomodo huius nostræ sensum Tribonianus non cepit : verum eius loco, summam legis 1. Cod. de commerciis, quam congruere videbant, quæ perspicuè πάλιν est, & de παραμαρτυρικών τέλων. Necessitatibus, inquit, lex illa, debitam PENSIONVM agnoscere moneantur. Contra, quis quæso verba illa ne modum mercandi videantur excedere, quæ illa lege 1. Cod. de Episcop. aud. extant, diuinare potuerit, imò detorque ad tributa quæ ipsi mercatores soluere debuerint ? Sic vidimus Triboniani infelicitatem in priore huius l. sententia non assequenda, & eiusdem impolitias in l. 1. Cod. de Episcop. aud. concinnanda, quæ Græcis illius legis loco, elatioris alterius substituendæ occasionem dederit.

¶ Nunc ad rem : Tria hominum genera ut dixi, quæ iure quodam & privilegio personali immunitatem sibi lustralis collationis vindicabant, eidem obnoxia reddit Valens : Ad domum Principis pertinentes, Christianos, & Potiores : hi potentia freti : medij, cultus reuerentia ; primi, Principis maiestate. Quæ omnia hæc parte perperam obtrudi negat, rationibus ubique additis. Prius perspicuè videndum nobis est, quænam illa tria hominum genera fuerint.

1. Ad domum Principis pertinentes, hæc l. & iterum, l. ult. inf. hoc tit. sunt non tantum coloni rei priuatae Principis, de quibus l. 8. & 10. inf. rei conductores domum Principis ; verum etiam Palatini in ministerio ceteriore Principis versantes : quo ipso sensu accipiendi & in l. 2. de frum. arb. cons. ubi dicitur, nulli ne diuine quidem domui nostræ frumentum de horreis publicis pro annonâ præberi oportere, sed panem coctum : id est, ne Palatinis quidem ; nam & his annonâ ciuica data : l. 7. inf. tit. de annonis ciuicis ; non uerò quod sciam, actoribus, colonis, conductoribus rei priuatae.

2. Christiani hæc leg. non sunt, qui Christianam Religionem profitentur, verum Clerici & Ecclesiastici cum voto : Quibus, inquit lex, cultus est, & votum, seu votium quoddam peculiare : nam ita omnino hinc scribendum, quibus, si verus est cultus, adiuuare pauperes & positos in necessitatibus votum, vel votium, id est votium, scilicet, est. Ita Christiani legis votum, pro Clericatu, l. 16. inf. de Episcop. & Christiani quoque absolute, pariter vt hæc leg. & l. 2. sup. de Postliminio, vnde desumpta, lex Christianos 11. Cod. de Episcopali aud. & l. 50. 153. sup. de Decurion. & l. prox. supr. tandem & Christianitas pro Clericatu, l. 123. supr. de Decurion. l. 11. supr. de Pistorib. quo sensu etiam Galli Curiam Christianitatis dixere pro Curia Ecclesiasticâ, votium, id est, votis, experendum & experitum : vt l. 1. de feriis : l. ult. quemadmodum. mun. viii. l. 27. de Episc. l. 2. de expens. lud.

3. Potiores hæc leg. sunt, pariter vt l. 2. supr. de publica comparat. qui in Prouinciis potiore auctoritate erant ; qui vtrique possessores fuerunt, vt dicta lex 2. ostendit. Potiorum tantum, id est, possessorum domibus delegatis. Potior potiori auctoritate ; quomodo & Ammianus Marcellinus Gentilis Scriptor lib. 15. Auctoritate potiores æterna Urbis Episcopos dixit : quomodo habent constantiter editi scriptique, etiam C. L. Fauchetij propagui mei. Ergo, Potiores, quibus opponuntur infimi, Plebeij, &c. His addantur & altissimi dignitatibus decorati, l. ult. inf. hoc tit. ¶ Hos igitur omnes lustrali collationi subicere voluit Valens.

tinianus sine Valens hæc leg. rationibus additis, quæ ipsorum rationes & colores retunderent.

1. Nempe, ad domum quoque Principis pertinentes et subiacere oportere, quod ea res non spectet Principis personam, verum mercandi solertiam, quæ à quocumque tandem exerceatur, negotiatorem constituit, & sic negotiationis larcinæ obnoxium. Id quod etiam statuit à Theodosio Iun. saltem circa domum fororum Principis, l. ult. inf.

2. Clericos quoque negotiantes hanc collationem defugere non debere aiunt Impp. (de quo semel plenè dictum ad l. 1. supr. hoc tit. & ad l. 1. inf.) vt pote cum neque sibi negotiantur : verum pauperibus, quoniam si verus est eorum cultus, id est si veri sint Clerici, votum hoc eorum esse oportet, vt pauperes & in necessitatibus positos adiuuant. Hæc inquam ratio est Imperatorum hæc leg. cum tamen ex hæc ratione contrarium eduxerit antea Constantius, l. 10. inf. de Episcopis : nempe idem Clericos negotiatorum dispensis minimè obligari oportere, cum certum sit, inquit, quæstus quos ex tabernaculis atque ergasterijs colligunt pauperibus profuturos : & rursum idem ad Felicem Episcopum Romanum, l. 14. d. tit. de Episcop. Si quid enim vel parsimonia, vel prouisione, vel mercatura honestati tamen conscientia congerierint, in usum pauperum atque egentium ministrari oportet, aut id quod ex eorum ergasterijs vel Tabernis conquiri potuerit & colligi, collectum id Religionis estimantur lucrum. Quibus adde eandem rationem, quam ad Monachorum immunitatem fundandam affert Basiliius ep. 304. ad quemdam censitorem ; τὰ πάλαι εἶδη ἀποταξάμενοι ἵνα βίη νεκρίσται ἢ εὐστῶν τὰ σώμα ὁ μὴ ἀπὸ χημῶν μήτε ἀπὸ τῆς σοφίας ἢ ἀπὸ τῆς δαμάσσης τι ἀπέχον τοῖς ἀνομοῖς χημῶν ἀφίνα ἢ ἀπὸ σωτηριῶν. ἢ ἄρ εἴπερ εἶν κῆ τι ἐπ' ἀρχαῖα ζῶντες, ἀπὸ χημῶν ἐχόντων ἢ ἐ σώματα, τὰ εἶδη εἰς τὰ ἡμετέραν κοινῶν ἀποκινώμενοι τὰ ἢ ἐν νητέαις ἢ περὶ σφύρας κατατίθεσθαι. Qui locus huius leg. verbis apprime conuenit. Nempe eadem ratio ad diuersa momentum facit pro rerum statu : scilicet modicam adhuc negotiationem exercentibus Clericis, item Clericis non quæ sunt quærentibus, sed votum suum reuerà implentibus, ratio illa facere debuit, vt à lustrali collatione immunes essent : at ueris iam rerum vicibus, ubi uidelicet iam negotiationem ἐπιπέδωλεττα-rentur, atque in vius suos & priuatos Clerici quæsitâ vel absumerent vel recondere, ratio hæc facere debuit, vt lustralem & ipsi collationem præstarent ceterorum more. Ceteroquin notum & illud Prosperi lib. 2. de vita contemplat. Ecclesiasticas opes egenorum esse patrimonia. Porro ad hanc quoque lustralem, quæ à Clericis exigebatur, collationem pertinet meo iudicio quoque epistola 197. Gregorij Nazianzeni.

3. Tandem & Potiores, Potiorumque homines lustrali collationi obnoxios esse oportere aiunt Imperatores, quia aut miscere se negotiationi omnino non debeant, aut si sese immisceant, honestas postulet, vt ij primi agnoscat : scilicet & inde factum postea, vt Honorius l. 3. Cod. de commerciis & mercatoribus, prohibuerit nobiliores & honorum luce conspicuos & patrimonio ditiores perniciosum vrbibus mercimonium exercere, vt inter Plebeios & negotiatores facilius esset emendi vendendique commercium.

¶ Illud monendum superest, hanc legem Valentiniano quoque tribui posse, non modò Valenti ; quia et si Valens à fratre iam adsumptus erat, attamen nondum inter eos diuisum hoc

tempore imperium fuerat, verum arbitrio Valentini-
niani res gerebatur, vt scribit Ammianus Marcellinus
lib. 26. p. 339. Valentiniانو Constantinopoli
constituto, vbi hac lex data, pariter vt lex 3. sup. de

ius que administr. ¶ Hinc igitur iam apparet, Pan-
nicolum errasse 2. var. c. 172. cum scriberet hanc leg.
sic corruptam esse, vt vix aliquis sensus inde pos-
sit elici.

VI. * Idem AA. ad Florentium" Com. s. L.



VRVM mercatoribus atque argentum, quo erogatio" publica iubetur,"
indiximus. Igitur exceptione immunitatis nullus vtetur. Omnium enim
regionum huiusmodi" homines, omnium dignitatum, hanc virilem iuuan-
dæ Reipublicæ partem, sine aliquâ priuilegij veniâ, iussimus sustinere.

¶ Exceptio autem eos tantummodo in hac communi ferè sorte defender,
qui proprio iure" per se aut homines" suos, qui euidentissimè cognoscuntur negotiantes,
non tam mercatorum loco haberi debent, quàm solertium strenuorumque dominorum.
Dat. vi. Id. Sept. Diuo Iou. & Varroniano c o s s. [364.]

NOTÆ.

- "Eidem Florentio Leonè S. L. inscribitur Ann. 365. prox. l. 3. sup. de immunit. concessa: & Anno ab hinc altero 366.
lex 11. sup. de susceptoribus.
- "Intelligit, vel maximè erogationem militarem: ita Libanius orat. in Florentium p. 428. de hac lustrali collatione agens,
τὸν νόμον δεύειν ἄγνοῦσαν.
- "In Betur, pro inuenitur: Ita mox: hanc virilem iuuan-
dæ Reipubl. partem iussimus sustinere. Ita & l. 19. inf. de Paganis: &
rem ammonariam in Bent: vnde perperam fecere iubente.
- "Mercatores. ¶ q. iura.
- "Ita l. 3. sup. Homines vestri ac rusticiani: & l. 4. sup. Pitorum quique homines: & l. 7. inf. Etsi per homines suos id exercent:
& l. 10. inf. de Episcopis, ab hominibus etiam eorum, qui mercimoniis student: & l. 14. cod. tit. Verum etiam ab homini-
bus curandis qui operam in mercimoniis habent.

COMMENTARIVS.

IMMUNITATES omnes à lustrali colla-
tione quocumque loco, cuiuscumque di-
gnitatis hominibus, τὸν ἐν τῆς, qui & ipsi huic col-
lationi subiacebant, vt testatur etiam Basilius
epist. 243. concessas renocat hanc leg. Valentinianus
Senior, circa finem Anni 364. Solis Ἀυτοπύλας;
suis terris nata per se vel per homines suos ven-
dentibus exceptis & immunibus declaratis, (de
quibus iam semel ad l. 3. dictum est:) ratione
addita, quam & ibi illustrauimus & ad proxim.
deduximus quæque hic adhuc magis premenda,
& ad praxim deducenda: nempe Negotiatorum
si quæ onera sunt mercatoribus, id est, merces
ementibus vendentibus, imminere debent; non
verò iis qui tantum vendant suo iure nata, vernacu-
la, vt eleganter vocantur, l. 13. inf. innocenti in-
dustria, l. 12. inf. hoc tit. solertium strenuorumque
dominorum loco. Quòd pertinent sex huius tituli

leges: puta lex 3. sup. hæc lex; lex 8. 10. 12. 13.
inf. Hæc ratione quoque priuatorum in vsum vecta
à prætorio immunita sunt, l. 5. Cod. Inst. de vectigalib.
vid. & l. 202. π. de P. S. Excipiuntur & l. 3. sup. de
immunitate concessa, quæ eidem Florentio Com.
S. L. inscribitur Anno prox. militares quidam
& in Palatio degentes, quibus id singulari priuile-
gio tributum, de quo ad l. 13. inf.

¶ Cæterùm & hæc lex vt & superior respicit ad
indictionem extraordinariam lustralem, iuuan-
dæ Reipublicæ & erogationi militari: quod bis hæc
leg. inculcat. Quòd erogatio, inquit, publica inue-
nitur, INDIAMIVS; & mox: hanc virilem
iuuan-
dæ Reipubl. partem, iussimus sustinere. Nempe,
quia hoc tempore velut per orbem vnuerfum
Romanum bellicum canentibus buccinis, excitæ
gentes sæuissimè limites sibi proximos perfulta-
bant, vt scribit Ammianus lib. 26. p. 338.

VII. * Idem AA. ad Probum PP. P."



VI in sudore" bellandi stipendorum gradus" vsque ad Protectores" merue-
runt, vnus vaginæ" pretium, etiam si aliis mercimoniis studere videantur.
Si quid autem supra hunc modum in mercimoniij commutatione" habeant,
pro eo quod amplius potuerit inueniri, ad necessitatem Conlationis arctentur.
¶ Omnes verò omninò, qui alterius" nomine" dignitatis, emeritæque militiæ
honore" cumulati sunt, etsi per homines" suos id exercent, ad oblationis" obsequia ad-
stringantur. PP. Karthagine, Kal. April. Valentiniانو NB. P. & Victore coss. [369.]

NOTÆ.

- * Eodem die Data Treueris lex 50. sup. de offic. Reçtor. prou. ad eundem Probum PP. item eodem die Data Treueris lex 4.
cod. tit. ad Viuentium PP. (Gallianum scil.) Concordat verò huic l. lex 14. inf. & lex 3. sup. de Testimoniali.
- "Gatiani A. tertij nomen huic l. adscribendum: vt Chronolog.
- "Illyrici & Italici quæ postiore fuit quoque Africa Diocæsis in cuius Diocæseos Metropoli, puta Kathagine, hæc
lex Proposita dicitur.
- "Sudor bellandi. Sudoris vox militiæ propria. Ammianus Marcellinus extremo lib. 16. Leni sudore sub Imperium venire Rom-
& aliis professionibus quæ militiæ proximæ. Capitulinus in Maxim. sedecim lixas vno sudore denicit.
- "decurio stipendorum ordinar. d. l. 14. inf. fortè, gradu.

"vsque

- "vsque ad Protectoris honores. De Protectoribus, suo titulo, scil. 21. lib. 7.
- "q. Vagina, id est, Quinquagenæ: vel Vadena, id est, Quinquedena: illud malim.
- "Locus est hic valde corruptus, quem ita restituere conot: vnus Quinquagenæ, vel, vnus Quindena expertes sint, etiam si
tales, &c.
- "id est, studeant.
- "ita l. prox. 8. inf. qui merces emendo atque vendendo commutantes.
- "veluti ex Tribunis, ex-Præpositis, ex-Domesticis: vid. tit. de Testimon. 21. sup. lib. 7.
- "vmbatili, honorario, emendicato. ¶ vmbatili.
- "vid. quæ notauit ad leg. 6. sup. b. t. ¶ lustralis.

COMMENTARIVS.



ETERANIS negotiantibus immunitas
à lustrali collatione quadam datur, & qui-
dem Veteranis, quibus PROTECTORIA
dignitas concessa est, hæc Valentiniani Senioris
constitutione Anno Domini 369. similiter vt Va-
lentiniiani Junioris l. 14. inf. Honorij l. 3. sup. de
Testimoniali; ex-Tribunis, & Protectoribus. Imò &
Constantini M. lege 3. sup. de Veteranis. At non
etiam iis qui honorarios & imaginarios codicil-
los huius vel alterius dignitatis, citra emeritam
reuerà militiam, impetrarunt: quæ sententia est
huius leg. in fine: vt cæterokin qui huiusmodi
epistolæ seu Testimonialia ex Protectoribus, vel
ex-Præpositis, vel ex-Tribunis reportarunt seu
impetrarunt, non decursà militiâ, non habent ea
priuilegia quæ ij qui ordine militia sub armorum
labore decursò ad hos honores peruenerunt: toto
titulo, sup. de Testimoniali, ex-Tribunis, & Protec-
toribus; scilicet, Veteranis pro præmio emeritæ mi-
litiæ, Testimonialibus, dignitas vel Protectorum,
vel Præpositorum, vel Tribunalium dabatur: vt
præter hanc leg. & l. 14. inf. docet lex 2. 7. sup. de
diuers. officiis: lex 153. sup. de Decurionib. & titu-
lus in id expressus de Testimoniali ex-Tribunis &
Protectoribus; sed & Symmachus epistola 67. ad
Ricomerem lib. 3. & Paulinus epist. ad militem quen-
dam Religiosum, quorum verba consignauit initio
tituli illius. Cuius dignitatis Protectoriæ (con-
cessæ fortè Veteranis) & varia alia priuilegia erant:
puta, vt in criminibus fori ordinarij præscriptio-
nem haberent, l. 5. sup. de Veteranis: vt à verber-
ibus excusarentur, l. 153. sup. de Decurionib. vt à
fordidjs muneribus immunes essent, d. l. 153. vt à
Tyronum collatione, l. 18. sup. de Tyron. l. ult. sup.
de Veteranis: denique vt immunitate gauderent à
numeribus personalibus aut ciuilibus, l. 2. C. de ex-
cus. mun. quæ Diocletiani est; similiter igitur &
his lustralis collationis immunitas quædam tri-
buta. Non tamen simpliciter, verùm intra præ-
scriptam aliquam summam & modum, & vt loqui-
tur Honorius d. l. 3. sup. de testimon. à pensionis au-
sariâ institutâ [præstituta] summâ. Quæ quidem à
Constantino M. statuitur centum follium, l. 3. sup.
de Veteranis: à Valentiniano Iun. quindecim soli-
dorum, l. 14. inf. hoc tit. puta vt intra eum modum
negotiationis à lustrali collatione immunes essent:
vtra eum modum, non item. Sed & hæc leg. à
Valentiniano Sen. modus aliquis statuitur, quem
Veterani illi immunem haberent à lustrali colla-
tione: quomodo & modus aliquis Clericis, immu-
nis statuitur, l. 11. inf. & Veteranis l. 14. inf. Ve-
rùm quoniam ille modus sit qui hæc leg. designatus
fuerat; hodie non apparet; Vnius Vagina, inquit,
pretium etiam si aliis mercimoniis studere videantur:
si quid autem supra hunc modum, &c. Igitur verbis
illis: Vnius Vagine pretium. necessè est modus sta-
tutus fuerit, vt sequenti illa mox ostendant.

At quid hic faciat Vagina? Etsi scio in re num-
mariâ Siliquæ nomen vsurpari, quæ aliàs thecam

sive vaginulam quâ fructus continetur, significat,
teste Hlidoro: Sed quid hoc ad rem presentem,
cum siliqua fuerit tantum vice sima quarta pars so-
lidi: Igitur mihi mens ea, hinc reponendam Vage-
næ; & mox totum locum ita emendo: Vnius Va-
gena expertes sint, etiam si tales mercimoniis studere
videantur; vel vnus Vagena experitum etiam sint:
si &c. Experitum sint, id est, experitum nuncio.
Vagena portò pro Quinquagena. Nempe inter nu-
merorum notas V. pro quinque: igitur compen-
diosè Vagena, pro Quinquagena; scilicet vnus
Quinquagesima immunitas hic indicari viderit:
pro quâ neque portorium neque lustralem colla-
tionem Veterani Protectores soluere debuissent.
Certè Quinquagesimam negotiatores perdere so-
liti, & aliquando Quadragesimam, portorii no-
mine. Testis Symmachus lib. 5. epist. 62. Questio-
res, inquit, ordinis nostri nunquam ferarum suarum
portorium contulerunt: Nunc à fratre meo Cynego
V. C. Q. V. I. N. Q. V. A. G. E. S. I. M. A. E. vectigal exi-
gitur, quod solos vsorum Negotiatores, vixote questus
seruientes, oportet agnoscere. Et epist. 65. Q. V. A.
D. R. A. G. E. S. I. M. A. E. portorium [sive vectigal]
non rectè poscitur à Senatoribus Candidatis. Hoc tibi
etiam pro Cynegio V. C. dudum missis litteris indicaui.
Vbi alterutro loco necessè est menda irrepsit,
cum de eadem re agatur, non de diuerso portorio:
& quidem posteriore irrepsisse pato: nam etsi
Quadragesimæ vectigal quoque iam olim fuerit,
vt docet Sueton. Vespasiano cap. 11. & Caligula,
cap. 40. Tacitus, lib. 13. in rebus Neronis; & Quin-
tilianus declamat. 3. 9. attamen & Quinquagesima
quoque iam olim fuit. Idem Tacitus eodem loco
lib. 13. Mance abditio Quadragesima Quinquagesi-
meque, & quæ alia exactionibus nomina publicari in-
uenerunt. Dio lib. 55. τὸ τέλει τῆς πεντηκοντῆς ἐστὶν ἡ
ἀξία τῶν ἀπὸ τῆς ἐπιτοχῆς. Error igitur natus ex no-
tâ numeri. Cuiusmodi errores ex numerorum no-
tis natos notauit Scaliger in postremo de re num-
mariâ, p. 39. & in epistola Paschali Ambrosij 83.
& apud Celsum lib. 5. cap. 17. Ex eodem errore, so-
lidus sextus dictus, qui ἑξάριος dici debuit, quia so-
lidus sexta pars vnciæ erat, de quo ad l. sup. de pon-
deratoribus: nato errore ex nota 5. pro ἑξ Anony-
mus de ponder. & mens. τὸ ἀπὸ πέντε, δισάριος ὕπαι 52.
γίον ἐν ἡμοῖς, occurrit illic sapè. Igitur, si emendatio
nostra rectè habet, tum Valentinianus Sen. hæc l.
Veteranis istis intra Quinquaginta folles nego-
tiantibus immunitatem dederit, ac proinde dimi-
diani eius tantum, quam Constantinus tribuerat,
centum videlicet follium; l. 3. sup. de Veteranis. Et
ita quidem mihi viderit: etsi fortè erit qui arg.
legis 14. inf. hoc tit. reponere mallet Vadena, id est,
Quindena: vt ita quindecim solidorum pariter vt
d. l. 14. immunitas hæc leg. Veteranis his tribui
videatur. Verùm prior emendatio, quæ etiam ad
communem lectionem magis accedit, magis quo-
que mihi probatur.

VIII. * Imppp. VALENTINIANVS, Valens & Gratianus AAA. ad Claudium Proc. Afric.

MI tantum ad auri argentiue detineantur oblationem, qui merces emendo atque vendendo commutantes, qui in exercitio Tabernarum vsuque versantur: Non etiam Coloni rei nostrae, qui ea distrahant, qui in dominicis possessionibus annus tulerit. Dat. vi. Kal. Maij, Triueris, Valentiniano & Valente III. AA. COS S. [370.]

NOTAE.

- * Concordat huic l. lex 7. inf.
* Claudius Praefectus Africae sub Valentiniano Sen. Cui praeterea inscribitur lex 18. inf. de Episcopis lex 12. inf. de Pistoribus lib. 6. sup. de Legatu. Et lex 2. Cod. de priuil. dom. Aug. quae huic forte socianda est: ubi tamen dignitatis titulus abest.
* Detineantur, pro simplici, tenentur.
* Eadem oblationis vox occurrit l. 7. sup. inf.
* Ita & l. 7. sup. in mercimonij commutatione habeant.
* Vel tollenda hinc vox, qui; vel ita legendum, commutant & qui, &c.
* Dominicis, id est, Principis.

COMMENTARIVS.

COLONI rei priuatae Principis ἀποπώλαι, id est, vendentes nata in possessionibus Principis quas incolunt, seu vernacula (vt loquitur lex 13.) hanc leg. & rursum l. 10. inf. hoc tit. à Valentiniano immunes à lustrali collatione declarantur: Pariter, vt Senatorum Coloni lib. 3. sup. pariter vt priuati qui ipsi fundis suis nata vendunt, l. 6. 12. 13. Denique hi solùm lustrali collationi subiaccnt, qui merces emendo atque vendendo commutant: & vt quis mercator dicatur, duo contractus desiderantur, vt ipse primum emat, dein ipse vendat: quod hanc leg. aperitissimè indicat: & lex 10. inf. in fin. de quo iam ad l. 3. sup. & qui in exercitio Tabernarum vsuque versantur. Tabernarum, scilicet negotiatoriarum: ubi merces erant renūmque exponbantur: quarum multa mentio in iure. A quibus, vt omittam alias regiones, veluti propè Romam, Galliam, etiam in Africa (quod pertinet hanc leg.) loca designari cœpère: Cuiusmodi hanc in Tabula Pentenneriaca obseruo: An Taberna, Priscu Taberna, Turris & Taberna: Flacci Taberna: ad Cypsaria Taberna,

Rufini Taberna. Et in Itinerario Antonini, Tabernis, p. 82. ¶ Colonis igitur rei priuatae hanc leg. consulit Valentinianus: quibus & aliâ ratione consulit l. 2. Cod. de priuil. domus Augustae, quae eisdem Claudio inscribitur, & fortè huic iungenda est cuius dignitas, etsi in Inscriptione non exprimitur; ex parte tamen, ipso legis contextu, satis indicatur: & dum spectabilis sinceritatis titulo compellatur, & ipsa subiectae materiae ratione, vbi agitur de frumenti collatione: Colonis inquam rei priuatae ea l. 2. consulit Valentinianus Sen. dum locis solitis proprias functiones seu frumenta in iisdem locis vbi remanent, praeribi ab his iubet; non etiam eò vsque portare, quò graue atque damnosum est prouehere: etsi aliàs quoque Canonicas functiones, eos eadem conditione quâ cunctos haberi voluit, leuandorum Prouincialium causa. Quae lex in summam alioquin eodem pertinet, quòd lex... sup. de annon. & tribut. nempe ne translatio annonarum plus dispendij habeat, quàm ipsa collatio.

IX. * Idem AAA. ad Leontium Conf. Fœnicis."

MNES iam nunc studio negotiationis intenti, seu Conchylioleguli, seu ex aliquolibet corpore mercatores, ad pensitationem auri, quod negotiatoribus indicitur, compellantur: Beneficium enim quibusdam datum, plebis iniuria est. pp. Byrito, prid. Kal. Iul. Modesto & Arintheo COS S. [372.]

NOTAE.

- * Abest hanc leg. à Cod. Justin.
* Leontius Fœnicis consularis sub Valente Imp. Ad eum extant variae Libanij epistola: inter alias epist. 939. vel potius 954. quae incipit ἄξιον ἔστω: ubi de Sidoniis: & de quodam nominatim Sidonio agit: Huicque Leontij tangit administrationem ἀγχι, laudèque eius & egregiam administrationem praedicat.
* Iam nunc, id est, ex die praesenti continuo, deinceps, indubitate hoc tit. & l. 1. sup. de offic. Reçtor. Prouinc. l. 2. sup. de Palat. S. L. l. 17. sup. de Tyroneis: l. 2. sup. de Veteranis: l. 3. v. sup. de annon. l. vlt. sup. de collat. donat.
* De his suo titulo sup. lib. 10. de Murilegulis: vbi l. 5. Conchylioleguli dicuntur, in l. 17. pariter Conchylioleguli.
* id est, alio quocumque.
* De hac odiosa vectigalium immunitate quibusdam data, v. Fornex. x. s. l. 10. & nos multa sup. tit. de immunit. conchylioleguli.
* Beneficia, id est, immunitates, hoc tit. & l. 26. sup. de annon. l. 18. sup. de extraord. & alibi vid. Gloss.
* Haec subscriptionem vox perpendo, & cum in Inscriptione compono.

COMMEN

COMMENTARIVS.

VIVSCVMQVE Mercis Negotiatores lustrali collationi subiaccere iubet hanc leg. Valens Imp. Ann. D. 372. Atque idèd beneficia, id est, immunitates quibusdam negotiationibus, vel quibusdam Corporibus datas, hanc leg. reuocat, sic vt omnes deinceps negotiatores huic collationi obnoxios esse velint. ¶ Ac nominatim quoque Conchyliolegulos, qui scilicet conchyliorum negotiationi intenti erant: de quibus suo titulo, lib. 10. de Murilegulis. Quod accipiendum non est de illis Conchyliolegulis, seu familiis Conchyliolegulorum, vel Conchyliolegulorum, qui huic conditioni adstricti in Principis vsu erant: de quibus propriè eo titulo: verum de liberis negotiatoribus, & mercatoribus. Hi scilicet immunitatem à lustrali collatione aliquando impetrasse videntur singulari quadam istius mercis praerogatiua, tanquam eximia cuiusdam mercis non Plebeiae negotiatores, quomodo Librariam, & Vitariam mercem hodie immnem videmus: quam immunitatem reuocat hanc leg. Valens Imp. Ratione eà additâ, quae satis perspicua, quàmque alibi iam saepè expendi. Et haec quidem ita Valens hanc leg. emissa ad Leontium Consularem Fœnicis, de auro

lustrali: qui ipse alioquin Leontius egregius auri spretor fuit, & ob egregiam administrationem summopere laudatur epistola ad eum 939. in Ad. S. Regio.

¶ Illud summopere notandum, pertinere hanc leg. ad Fœnicem: vbi haec merx, & baphia purpuraria, vt latè ostendo ad eum tit. de Murilegulis. Quare & haec lex Leontio Consulari Fœnicis inscribitur, simul & Proposita Byrito dicitur, quae vrbs Byritus, etsi hac tempestate Phœnicis Metropolis non erat (erat enim Tyrus Metropolis) attamen frequentissima mercatoribus, atque omni hominum genere erat. Quare etsi Constitutiones Principem ad Fœnicem pertinentes, vel ac Consulares Phœnicis directae, Tyrum mitterentur, atque ibi acciperentur, vt docet lex 4. sup. de Tyroneis. attamen Beryti quoque fermè eae velut in legum matrice proponebantur, vt docet eadem lex 11. & haec lex, & lex 2. sup. de agentibus in reb. l. 41. sup. de cursu publ. aliaeque complures, quas ad eam leg. 11. cumulaui. Sanè ibidem (Beryti inquam) proposita hoc ipso Anno, lex 1. inf. de Naufrag. & Anno proximo, lex 63. sup. de Decurionibus.

X. * Imppp. VALENTINIANVS, Gratianus & Valens AAA. ad Italicum Vic. Italiae."



OLONOS rei priuatae, vel ceteros Rusticanos, pro speciebus quae in eorum agris gigni solent, inquietari non oportet. Eos etiam qui manu victum rimantur, aut tolerant, (figulos videlicet, aut fabros) alienos esse à praestationis molestia discernimus: Vt hi tantum, qui pro mercimonio, & substantiae mercede, ex Rusticanâ plebe inter negotiatores sunt, forent negotiationis agnoscant, quos in exercendis agris ingenium jam pridem studium non retinet, sed mercandis distrahendisque rebus institutum vitae & voluntatis implicuit. Dat. Non. Feb. Med. Gratiano III. & Equitio v. c. COS S. [374.]

NOTAE.

- * Concordat huic legi lex 8. sup. & l. 3. 6. 12. 13.
* Inacta hic Imperatorum nomina scribendum Valentinianus, Valens, & Gratianus.
* Italia quoque lustrali collationi obnoxia fuit.
* ita quoque l. 3. sup.
* de specierum appellatione hac v. Gloss.
* de decernimus: est aliqua interpretatione illud sustinere quis possit.
* id est, facultatum. incremento: Merces pro incremento.
* Sors communis, l. 6. sup. id est, onus.
* de ingenitum, vel ingenium, id est, naturale, genuinum. Illud malo.
* de hac Exercendis voce hic propria, v. Gloss.

COMMENTARIVS.

RUSTICANOS & Colonos suo rei priuatae Principis (de quibus fuit quoque lex 8. sup.) siue alios (de quibus fuit lex 3. 6. erunt lex 12. 13. inf.) ἀποπώλαι. Itémque MANV victum rimantes, veluti figulos, fabros, immunes esse à lustrali collatione definit Valentinianus Sen. hanc leg. Ann. D. 374. quibus addantur & Pictores l. vlt. de excus. artific. Exceptis tamen Rusticanis, qui inter eos negotiatores sunt, vna insunt, qui non sunt ἀποπώλαι, sed ἀλλοτριωσίντων: denique qui negotiationem exercent, pro mercimonio, & substantiae mercede, id est, pro augendis facultatibus suis: vt familiaris rei amplitudo cumuletur, vt loquitur lex 13. inf. non iam vt rusticani ingenito studio agrorum exercen-

dorum, verum instituto vitae & voluntate. Quod exceptionem illam attinet qua ij qui manu victum rimantur, veluti figuli fabri à lustrali collatione excipiuntur, notandum aliquando tamen per iniuriam ad eam illos vocatos, vt discere est non tantum ex hanc l. quâ id iam prohibetur, verum etiam ex Libanij Orat. in Florentium, p. 427. 428. ἰ ἀφ' ἑαυτῶν φέρει ἀφ' ἑαυτῶν ἢ ἡγεμονίας φέρειν αἰσθησὶν σαρκοποιῶν τὰς πενιτενίδας ἄνομα ἐστὶν ἡ ἀσφαλεία ἀπὸ τῆς ἐμπόρου πρὸς τὴν ἀλάτῃ, ἢ ἐκείνων εἰς διαδοχὴν ζωμένων δις μάλιστα ἀρτε ἀσφαλείαν ἀχέρις ἀπὸ ἀλλοτρίων διαφύγει ἢ ἐδὲ γεννησέμεν, &c. Denique in hoc Negotiatores, seu Mercatores & Artifices distabant: qui & alias differunt: de quo post alios v. Clasperium decis. fiscalium causa 35. 9. 6.

XI. * Imppp. GRATIANVS, VALENTINIANVS & Theod. AAA.
ad Hesperium PF. P."

TS I omnes mercatores spectat lustralis auri depensio, Clerici tamen intra Illyricum & Italiam, in denis solidis: intra Gallias, in quinque denis solidis immunem usum conuersationis exerceant. Quidquid autem supra hunc modum negotiationis versabitur, id oportet ad functionem aurariam deuocari. Dat. III. Non. Iul. Aquileiæ, Auxonio & Olybrio C O S S. [379.]

NOTÆ.

* Parum abest quin huic legi iungenda videatur lex 2. sup. de desertoribus. Omisit hanc legem Baronius in *Annalibus Ecclesiasticis Anni*, quod tamen ea referri potest.
"Illyrici, Italiae & Galliarum, de quo mox.
"Conuersatio, pro negotiatione, hâc l. & l. 2. sup. si quis pecun. conf. l. 1. sup. de Conlat. aris: l. 72. sup. de Decurionib. l. 2. 3. inf. de Surtis: l. 48. inf. de hereticis: vide Gloss. hinc & mox: quidquid negotiationis versabitur.

COMMENTARIVS.

CLERICIS hæcenus à Constantio immunitas à lustrali collatione haud aded distinctè & limitatè data fuerat, verùm indeterminatè: vel enim ab eo data fuerat alimoniam tantum causam negotiationem exercentibus, l. 8. inf. de Episcopis: si exiguis admodum mercimoniis victum sibi & vestitum conquirent l. 15. d. tit. de Episcop. vel etiam indistinctè data fuerat, l. 10. & 14. eod. tit. de Episcop. hoc præsupposito quod quantum negotiationis omnem in pauperes erogaturi essent. Valens contra, & contrariâ illatione, Clericos omnes negotiantes lustrali collationi obnoxios fecit, l. 5. sup. At enim Gratianus (cuius potiores partes) & Valentinianus, fratres, hæc constitutione certum solidorum numerum statuunt, intra quem Clerici negotiantes immunes essent à lustrali collatione: nempe in Illyrico (Occidentali scilicet: nam Orientali potiebatur Theodosius M.) & Italiâ intra decem solidos, in Gallis intra quindecim.

¶ Quas quidem tum iuris mutationes, tum & proportionem ad Historiam Ecclesiasticam cognitionem multum facere puto: Nempe quandiu, & ubi Clerici nondum, vel non aded diuitiis abundauerunt, ac maxime cum diuites ad Clericum non adsumerentur, de quo vide l. 3. 6. 17. inf. de Episcopis: negotiationem quandam alimoniam causam exercentibus ipsis, & ut victum sibi vestitumque conquirent, ea immunitas data. Item aliquando data indistinctè, ut ipsi pauperes iuuare possent, quod vtiq; peculiare votum Clericorum erat, ut docuit lex 5. Iterum adempta indistinctè, ubi iam satis diuitiarum in Ecclesiam & Clericos congestum videbatur, apparebatque non pauperibus eos, verum suis commodis studere. Tandem data distinctè hæc leg. & determinatè: quia visum ali-quid his deesse: & quidem variè; nempe ubi ditiores Clerici erant, veluti in Italia & Illyrico, intra minorem summam: ubi non aded diuites, veluti in Gallis, intra dimidio maiorem. Hæc enim, neque alia proportionis istius ratio reddi potest. Et sanè, quis non credat Italiae Clericos aliis ditiores fuisse, & maiores in hos diuitias collatas: propterea etiam Italiae Episcopi alios diuitiarum superaret. Quod in summam spectat quocumque lex 20. inf. de Episcopis: & Ammiani Marcellini locus l. 27. p. 362. Quæ in hanc tempestatem incidunt: iungatur & lex 22. eod. tit. ¶ Porro singularis est admodum hæc lex, quæ data est ad vnum Hesperii Præfecti Prætorio: vtpote cum de Illyrico, Italiâ, & Gallis eâ simul agatur. Nempe hoc tempore idem Illyricum, Italiae, & Gallis Præfectus Prætorio fuit. Quare Aufonius in propemptico Præ-

fecturam suam duplicem commemorat: Et de se ita quoque idem Aufonius ad Syagrium, & in Epicedio, Præfectus Gallis & Libya & Latio. Eadem igitur ratione, & Hesperius, filius Aufonij, cui hæc lex, aliaque plures inscribuntur, Præfectus Prætorio Illyrici, Italiae & Galliarum fuit: sic quidem, ut indiuisam vterque simul administraret Præfecturam. Quod testatur Aufonius in Gratianum actione duobus locis: ubi inter cætera pietatis Gratiani argumenta commemorat: ad Præfecturam collegium filius (Hesperius) cum patre (Cil. Aufonio) conuenit, ad consularum præceptorum enectum [ita scribendum, non electum:]. Et paulò post dignitates in se collatas à Gratiano commemorans: Tui tantum (inquit) Præfectura beneficii: Quæ & ipsa non vult vice simplici gratulari, liberalius diuisa, quam iuncta: cum teneant duo integrum, neuter desiderat separatim. Hæc porro Diocæces, etsi in imperium adscito Valentiniano Iun. ab vno tamen feruè Gratiano regerantur: ut docet lex 9. sup. de metallis, Galliarum peculiaribus Gratiano cesserant in diuisione: Illyricum & Italia Valentiniano Iun. ut testatur Zosimus lib. 4. p. 746. Roma verò cum Africa, in commune tenebantur: Quod posterius ostendunt Gratiani constitutiones hoc ipso Anno 379. l. 26. sup. quorum appellat. lex 1. sup. de Princip. Agent. in rebus: & Anno 380. l. 3. de naufragiis: lex 9. de priuilegiis eorum qui in S. Palatio militant, lex 16. 17. de pistoribus: lex 6. inf. de Scenicis: & Anno 381. lex 2. sup. vnde vi: & Valentiniani Iun. Anno 380. lex 4. & 5. inf. de Scenicis: & anno 381. complures. Etsi Zosimus etiam Africam Valentiniano Iuniori cessisse dicat. Alia tandem ratio est legis 28. sup. de cursu publico: quæ Valentinianum & Valentem inscriptos habet, sed vni Valentiniano tribuenda est, ubi sanè & Galliarum & Illyrici & Italiae mentio fit, vtpote quæ omnes Valentiniano paruere, teste Zosimo lib. 4. p. 735. Et hoc itaque iam sensu in l. 9. sup. de metallis, quæ data est Anno superiore 378. ad Vindicianum Vicarium, iubetur is ad Inlustres Viros Præfectos Galliarum & Italiae literas dare. Quæ cum ita sint, error est Scaligeri, cum Aufonij locum de Duplici Præfecturâ alter accipit. Cuius etiam hic solemniter alter eiusdem error ab aliis iam denotatus est circa titulum secundum Præfecturarum: de quo Aufonius in Mosellâ: Quod vtiq; non de gemina Præfecturâ accipiendum, verum de Vicarij dignitate. Est & tertius eiusdem, cum Antonium PP. cum Aufonio perperam commiser. Sed neque assentiri possum Valeio nostro, qui in Marcellinum, p. 376. putabat duos Præfectos Prætorio Galliarum hoc tempore fuisse.

XII.

XII. * Idem AAA. ad Atticum PF. P."

Nemo Negotiator muneribus publicis eximatur, exceptis his dumtaxat qui innocenti industria fructus domesticos suis possessionibus innatos simpliciter vendunt: Officiis, & Exactoribus, pro his Negotiatoribus attendendis, quos excusatos subtractivè esse constiterit, in duplam quantitatem eius summæ, quam illi inferre debuerant. Dat. III. Id. Mart. Med. Richomere & Clearcho C O S S. [384.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iust.
"Imò, Valentinianus, Theodosius & Arcadius. Iam enim Gratianus Anno superiore 8. Kal. Septembr. Lugduni occisus fuerat. Vid. Chronicon. Theodos.
"Atticus hic videret, qui cum Cæsario postea Consul fuit A.D. 397. Ad eundem extant Symmachi epistola quinque, lib. 7. putà 30. 31. 32. 33. 34.
"Lustrali collatione: Munus publicum, hæc leg. & l. 14. inf. vbi dicam.
"Indicum. Vernacula, l. 13. prox.
"Opponitur hoc ad distinctionem eorum, qui emunt, mox vendunt: v. l. 8. 10. sup. & l. 13. inf.
"Nota, Exactores lustralis collationis.

COMMENTARIVS.

XCVSARI, DEFENDI à lustrali collatione quemquam (exceptis ἀποπώλων de quibus iam sæpè supra l. 3. 6. 8. 10. & l. 13. prox.) verat hæc constitutione Valentinianus Iun. Excusari inquit à Iudicum Officiis, & Exactoribus eorum conuientiâ penâ Dupli his proposita:

sicut etiam excusari seu defendi vetantur Potentiorum patrocini, à Theodosio M. l. 15. inf. verum simpl. tantum penâ ibi proposita. Maius scilicet crimen est eius, cuius officium res tangit, si aduersus id admittat.

XIII. * Idem AAA. Habe Postumiane" K. NB.

INGVLI quique, si per eos vernacula quæque vendantur, functione auraria non teneantur: si verò emendi vendendive compendiis vltro citroque quaesitis familiaris rei amplitudo cumuletur (etsi Militares sint) memorata præstationi neantur. Dat. VI. Id. Nouemb. Richomere & Clearcho C O S S. [384.]

INTERPRETATIO. Si quicumque rem qua ei nata est, aut quam non emit vendat, ad solutionem aurariam minime teneatur. Si verò emendi vendendive studio probabitur huc illucque discurrere, etiam si militans est, ad solutionem teneatur aurariam.

NOTÆ.

"Postumiano huic in Præfecturâ Prætorianâ Orientis iam successerat hoc tempore Cynegius. Chronolog. Quæ igitur ratione hæc lex ei nunc inscribitur.
"Singulari quique, vid. Gloss.
"Rem quæ ei nata est, quàmque non emit, Aniana: fructus domesticos, l. 12. sup. Columella lib. 1. c. 1. Fructus indigena, peculiarisq; & vernaculus soli. Vid. plura in Gloss. τὰ ἰγγυλῖ.
"Substantiæ merces l. 10. sup.
"vid. & l. 1. & 7. sup. & l. 14. inf.
"Ita editi omnes. Tillana, alia, Parisien, vltima habet v. 11.
"Fornerius 1. select. 20. hic naxum putabat, & reponerat, domi nata: vt ita respondeant hæc voci vernacula, quæ in textu est. Sed nil muto. Mibi nascitur, quod domi meæ nascitur.

COMMENTARIVS.

MMVNEB à lustrali collatione eos solos esse definit Theodosius M. qui ἀποπώλων sunt, qui, vt eleganter hic dicitur, vernacula, ἰγγυλῖ, domi sibi que nata, vendunt: de quo iam dictum quinque aliis legibus: scilicet l. 3. 6. 8. 10. 12. sup. Non alios: imò ne Militares quidem, ¶ Militarium vox accipi possit, Primùm, pro his qui militiâ perfuncti, Veteranis denique: quod si ita est, tum Theodosio M. alia mens fuerit quàm Constantino M. l. 3. sup. de Veteranis: quàm Valentiniano Seniori, l. 7. sup. quàm Valentiniano Iuniori, l. 14. inf. quàm Honorio, l. 3. sup. de Testimoniali, & Tribunis & Prætoribus. Possit & accipi de Militantibus, vt Anianus accipit: quo sensu militares,

pro militibus accipiuntur, l. 7. 11. sup. de frum. V. Const. l. 20. 21. sup. de erogat. mil. ann. l. 18. 32. sup. de Decurionibus: & sæpè apud Historiam Augustæ Scriptores. Sanè cum regulariter is qui Imperatoris militat, venditione mercium prohibeatur humanis legibus, vt scripsit Ambrosius 1. de offic. 36. quod pertinet Titulus Cod. Iust. negotiatores ne militent. Et Sidonij locus lib. 1. epist. 8. vnde Theodosius Nouella vltim. indignam & pudendam armato nominat negotiationem vocat. Sæpè tamen speciali priuilegio & rescripto Principis negociandi licentiam impetrare: vt docet lex vnic. Cod. in quibus caus. milit. fori prescript. & lex 3. sup. de immunitate concessa. Ita tamen, vt modò immunes à negotiatoriâ collatio

collatione essent, d.l. 3. modò non essent. Tacitus iam olim lib. 13. Annal. *Militibus immunitas seruaretur, nisi in iis que ueno exercerent. Quare uideatur Theodosius M. negociandi quidem licen-*

tiam militibus dedisse, at non & immunitatem à lustrali collatione. Et fortè utrumque uoluerit, neque militantibus, neque Veteranis.

XIV. * Imppp. VALENTINIANVS, Theod. & Arcad. AAA. ad Principium PP. P."



Os quos peractæ militiæ labor decurso stipendiorum ordine, vel Protectoris honore cumulauit, vel honestæ, vel causariæ missionis necessitate donauit, quindecim solidorum in mercimoniis omnibus immunitatem habere iubemus: agnituros publicum munus, si ultra præstitutum Legis nostræ modum emendis uendendisque rebus laxiore sumptu operam uoluerint commodare. Dat. Prid. Non. Nou. Veronæ, Arcadio A. I. & Bautone C O S S. [385.]

NOTÆ.

Concordat huic legi, lex 7. sup. eod. tit.
"Principium PP. sub Valentinianno Iun.
"stipendiorum gradibus, d.l. 7.
"de hoc dictum ad d.l. 7.
"Causaria missio quæ sit, notum est.
"publicum munus hoc tit. & l. sup. fors negotiationis, l. 10. sup. fors communis, l. 6. sup.
"h uis. "maiore. "impendere.

COMMENTARIVS.

VETERANIS omnibus, non tantum Protectoria dignitate honoratis, ut Valentiniannus Pater l. 7. sup. uerum omnibus omnino, honesta vel causaria missione donatis, Valentiniannus filius eius hac constitutione immunitatem à lustrali Collatione tribuit. Pariter, ut Constantinus M. l. 3. in fin. sup. de Veteranis: & Honorius Imp. l. 3. in fin. sup. de Testimoniali. ubi pariter ita scriptum: Quos, inquit, emeritos felicibus castris, uel honesta interdum aduersa ualitudinis missio, uel uulnerum laudabilis excusatio, uel emensum sub signis tempus,

absoluit. Neque tamen indefinitè hanc immunitatem tribuit, ut d.l. 2. sup. de Veteranis. Verum definitè intra certum modum: nempe intra Quindecim solidos (pariter ut intra Quinos denos solidos Clericis immunitas data intra Gallias, l. 11. sup. ut Constantinus M. intra centum folles d.l. 3. sup. de Veteranis: Valentiniannus Pater, uisus Quinquagenæ, uel Quindena potius l. 7. sup. hoc tit. Honorius quoque intra certam & præstitutam summam, l. 3. sup. de Testimon. ex-Tribunis, & Protectoribus.

XV. * Idem AAA. Cynegio PP. P."

SI quis Potentior Negotiatorem quempiam, quò minus aurum debitum inferat, contra Fisci nostri commoditates, putauerit defendendum, ipse defensor Negotiatoris adscriptam ei quem defenderit summam cogatur expendere. Dat. xv. i. Kal. Maij, Constantin. Hon. NB. P. & Euodio C O S S. [386.]

NOTÆ.

* Absit hac lex à Cod. Iustin.
"Cynegius PP. Orientis sub Theodosio M. v. Protopogr.
"lustrali.

COMMENTARIVS.

ATROCINIO uero POTENTIORIS defendi seu EXCVSARI Negotiatores à lustrali collatione uetat hac Constitutione Theodosius M. Ann. D. 386. & Theodosius Iun. l. ultim. inf. sicut Valentiniannus Iun. defendi uenit ab officiis Iudicum & Exactoribus ipsis, l. 12. sup. Et quidem pœnâ ibi Dupli propositâ: hinc uerò Simpli: eâ, quam ibi dixi, differentie ratione. Scilicet, Tributa & uestigalia interuertebantur sæpè tum Officialium & Exactorum conniuentiâ: tum Potentiorum in Prouinciis patrocinio, seu *agrasaria*, qui nihil non audebant, nihil

non sibi uindicabant. Quare ut cæteroque Patronis istis *agrasarios* & Patrocinij potentiorum aduersus Fisci commoda contraitum: ueluti iis quæ Colonis agricolis, vicis, vicaneis, fraudandorum tributorum causâ patrocinium commo-dare soliti, de quo fuit peculiari Titulus sup. de Patrocinij vicorum lib. 11. tit. 24. & Libanij orat. *de Agrosaria*. Ita & h. t. & d. l. ult. inf. iis patrocinij occurritur, quæ potentiores Negotiatoribus in fraudem fisci seu lustralis collationis pariter præbere non uerebantur.

XVI.

XVI. * Impp. ARCAD. & Hon. AA. Clearcho P. V."



MNES Corporatos, de quibus orta querimonia est, quam maturissimè præcipimus conueniri, ut aut commoda negotiatorum sequentes à Clericorum excusatione discedant, aut Sacratissimo Numini seruientes uersus quæstibus incuitu Taxæ Sinceritatis abstineant: *Distincta enim stipendia sunt religionis & calliditatis.* Dat. viii. Id. Maij, Constp. Theodoro v. c. C O S S. [399.]

NOTÆ.

* Absit hac lex ab Amalib. Baronianis, Ecclesiasticis, in quos referri potest.
"Constantinopolitanae. "Negotiatores: de quibus mox
"Inuitu, hic non est, contemplatione, uel respectu: Verum in Inspectione.
"Præfecti urbis. "Clericatus.

COMMENTARIVS.

CLERICATVS obtentu, seu perugio & patrocinio, Negotiatores à lustrali collatione excusati, uetat hac leg. Arcadius Imp. idque Constantinopoli, Ann. D. 399. Quod hac tempestate nonnulli facere soliti: de quo etiam orta fuerat querimonia: Corporatis uidelicet nonnullis, id est, à Negotiatorum Corporibus quibusdam, ad Clericatum idè se conferentibus, ut hoc obtentu, hac calliditate, uersus quæstibus uacarent, à lustrali collatione immunes. Igitur ad hanc querimoniam negotium Præfecto urbis dat Arcadius, ut Negotiatores huiusmodi ad alterutrum adigat, uel ut negotiationi ualidentes Religioni seruiant, uel ut Negotiantes, à Clericatu discedant, atque adèd lustralem collationem agnoscant. Unde colligitur, hac tempestate Clericos in totum à lustrali collatione immunes uisus: Cui rei saltem hac ratione intercedit Arcadius. De quâ Clericorum negotiantium immunitate quàm variè ea habita fuerit: docuerunt tres iam supra, huius tituli constitutiones: puta lex 1. 5. 11.

supr. & quatuor insuper alia Constantij, titulo de Episcopis Eccl. & Cleric. puta lex 8. 10. 14. 15. ¶ Corporatorum interim appellatione hac lege propriè Corporatos Negotiantes intelligi obseruandum est: Quod non tantum titulus, sub quo hæc lex posita est, uerum etiam sequentia huius leg. ostendunt: non uerò Corporatos illos propriè, de quibus est inf. lib. 14. titulus, de privileg. Corporatorum Urbis Roma: et si illos Corporatos Negotiantes membra *Æternæ Urbis* uocet Symmachus lib. 10. epist. 27. In Veteribus quoque Inscriptionibus, non tantum Negotiantium uarij generis frequens mentio occurrit, uerum etiam nominatim mentio fit Corporis Negotiantium Atalaatan. p. 647. num. 1. Corporis Negotiatorum fit rursùm mentio, l. prox. 17. ¶ Eleganter autem Arcadius: Distincta stipendia esse Religionis, & calliditatis, Cui simile illud Diocletiani ad Polinectum Philosophum, l. 6. Cod. de mun. patr. Professio & desiderium tuum inter se discrepant: nam cum Philosophum te esse proponas, uinceris quariuâ.

MANCIPES lustralis collationis, non ex Curialibus, uerum ex Negotiatoribus eligendos.

XVII. * Idem Ianuarino. Conf. Numidia."



Negotiatoribus aurum lustrale dependi non ignoramus: Et, cum ad eos soleat distributionis cura recurrere, quos necessitas Collationis adstringit, non conuenit Municipales hoc onere subiacere. Sciunt igitur, de Corpore suo, sicut in omnibus ferè ciuitatibus, Mancipes eligere, absque uilla ærarij nostri deminutione: à Curialibus alienæ functionis distributione reiectâ. Dat. prid. Non. Iun. Med. Theodoro v. c. C O N S. [399.]

NOTÆ.

* Hanc legem suam intelligit Honorius A. 403. l. 29. sup. de susceptorib.
"De Consulatu Numidia dixi... De Numidia statu hoc tempore, uide quæ noto ad l. 28. sup. de susceptor.
"Municipes, id est, Curiales ut mox l. legia: & l. 489. 105. 110. 130. 137. 143. 144. 147. 154. sup. de Decurionib. & l. 4. inf. de operib. publ. l. 2. sup. quid probare.
"pro, huic oneri. "Negotiatorum, de quo ad l. super. 16.
"uel locus corruptus, uel supplendum hac interpretatione, sicut in omnibus ferè Ciuitatibus fieri solet.

COMMENTARIVS.

DE DISTRIBUTIONE lustralis collationis est hæc Honorij constitutio: Anno D. 399. id est, de descriptione, seu adscriptione quæ per singulos Negotiatores fiebat, quantum uidelicet quisque lustralis collationis nomine pendere deberet: quod pertinet uox, Describendi, l. 3. sup. & Adscribendi, l. 15. Ipse, inquit, defensor

negotiatoris, adscriptam ei quem defenderit, summam cogatur expendere. ¶ Quis igitur distributionem hanc facere debeat? hac leg. ab Honorio definitur: Nempe, non Municipales, id est, Curiales, quod tamen perperam factum: uerum Mancipes, quos ipsi Negotiatores per singulas ciuitates de suo Corpore elegerint: Propositâ hac generali Regula,

gula, Quod ad eos distributionis cura pertineat, quos necessitas collationis adstringit. De qua ratione plenius ad tit. de susceptoribus sup. lib. 12. Iustum scilicet est sua cuique committere, ut in alia specie Arcadius Honorij frater l. 10. inf. de iudicis. Quo titulo sane hanc leg. suam ipse Honorius quadriennio ferme post memorat l. 29. sup. de susceptoribus. Ex qua apparet, non ed tantum hanc leg. spectare, ut electus ex Negotiatorum Corpore ad descriptionem faceret, verum etiam susceptionem de quo ibi. Mancipes hic sunt, quibus cura ut distributionis, ita exactionis iniungitur, qui olim spontanei Publicani erant, suo privato commodo,

de quo nihil attinet dicere. De Mancipibus porrorij, ac nominatim Quinquagesimæ, pro transuactione animalium, est Symmachi locus lib. 5. epist. 65. quos epist. 62. Publicanos vocat, de eadem re loquens; quas quidem epistolas ad Paternum Com. S. L. scripsit ante sexennium, Anno D. 393. ¶ Porro notandum, tres ordine ad Africam pertinentes constitutiones Honorij hoc titulo occurrere, puta hanc l. & duas sequentes; de cuius, ac nominatim etiam Numidiæ (cuius Consulari hac lex inscribitur) per hæc tempora statu, dixi ad l. 28. sup. de susceptoribus.

De FOENERATORIBVS hos quoque ad lustralem collationem teneri.

XVIII. * Idem AA. Pompeiano Proc. Afric."

MNES Negotiatores lustralem conferre conuenit pensionem. Non solum igitur, hi qui probantur in Territoriis" siue in Ciuitatibus exercere commercia, subcumbant aurariæ functioni, verum etiam qui, studentes scenori, crescentis" in dies singulos pecuniæ accessione lærantur. Dat. prid. Kalend. Iul. Med. Stilichone & Aureliano CONS. [400.]

NOTÆ.

* Iungenda huic leg. est lex 166. sup. de Decurionib. Imò & lex 2. sup. ad leg. Iul. de ambitu: quæ habet subnotatum diem Prid. Kal. Iun. Sed & lex 3. sup. de concess. Aduoc. l. 28. sup. de annonâ: lex 27. de Susceptorib. quæ habent subscriptum diem Prid. Kal. Iun. Tandem & lex 69. de appellat. ubi subnotatus dies Kalend. Iun. vnus quippe idemque dies & mensis omnibus hisce legibus subscriptendus est. ad Africam hæc lex pertinet. de hac voce vid. Glossar. & mox dicam. Horat. lib. 3. ad xv. Crescentem sequitur cura pecuniam. Interim hinc nota Fœneris descriptionem, quod sit crescentis in dies singulos pecuniæ accessio: de qua Patavilion sup. lib. 2. tit. vlt. de usuris. vide quæ iam initio dixi ad hanc subscriptionem pertinentia.

COMMENTARIVS.

FOENERATORES quoque pecunia, non Mercium modò Negotiatores lustrali collationi quæ negotiatoribus incumbit, subiicit hæc l. Honorius Imp. Ann. D. 400. hæc ratione: quod & hæc Negotiationis species sit: neque minus compendium faciat, qui in pecuniâ negotiatur, quam qui merces detrahit: atque aded & hic Negotiatorum numero sit. Imò Fœneratores hi sunt potentiores ferme in Provinciis. Igitur & hos scenoratores, potentiores ad communionem huius tributariæ functionis vocandos putauit Honorius, pro Reipub. necessitate: hac constitutione, quæ prolixæ Honorianæ constitutionis pars est: ut extot illis legibus quas huic coniungendas dixi, patet: quæ quidem ab ipso emissa fuit ad varias Africanorum querelas, qui & in id Mecilianum Legatum ad Honorium miserant, ut docet ex eorum legum numero lex 166. sup. de Decurionib. Inter ceteras porro querelas plurima rem Tributariam respexere, quâ miseri Africani non parum vexabantur, partim susceptorum & Tabulariorum fraudibus, quò pertinet d. lex 27. de Susceptorib. partim Compulsorum deprædationibus, quò spectat l. 3. sup. de concess. Aduocatorum: partim Potentiorum, Ditorum immunitate, quò pertinet hæc lex, & d. lex 28. sup. de annonâ & tribu-

tis: Quæ quidem leges omnes huic nostræ, etiam argumenti paritate, ita coassandæ veniunt. Igitur ut Veteranos priuilegij sui obtentu tributorum modum infringere non patitur, sed ad communis iuris communionem eos in specie illius l. vocat: ita & diuites pecuniæ negotiationem exercentes, ad communem lustralis collationis sarcinam, quæ negotiatores omnes tangit, hic vocat. Ita sanè & olim iam ante lustralis collationis instituta, ij qui fœnus exercebant, omnibus patrimoniij intributionibus fungi debebant; et si possessiones non haberent: l. 22. §. vlt. de Municipal. l. vlt. §. 23. de munerib. & honorib. Et certè æquissima hæc est constitutio, & quam in exemplum deriuari probo more velim: denique fœnerator et si non dicatur mercator, similis tamen est mercatori: Romanus consil. 92. n. 3.

¶ Obiter hic illud obseruandum quod de mercium Negotiatoribus dicitur, qui probantur in Territoriis, siue in Ciuitatibus exercere commercia. Nempe Nundinæ certo tempore emendis atque vendendis rebus Ciuitatibus earumque Territoriis ordinabantur; ut docet Nouella Theodosij vlt. de quibus Nundinis est peculiaris titulus Cod. de nundinis & mercatorib.

XIX. * Idem AA. Septimio Proc. Afric.

MNES deuotionem aurariæ functionis agnoscant, quos diuersi mercimonij cura constringit: ita ut quibus negotiandi sollicitudo est, ad solutionem teneantur. Dat. v. 1. Kal. April. Rau. DN. Theod. A. I. & Rumorido CONS. [403.]

NOTÆ.

NOTÆ.

* Iungenda huic leg. est lex 64. sup. de cursu publ. Imò hi tres inscribendi Imp. Arcadius, Honorius, & Theodosius A. A. ut docet ipsa temporis ratio, Theodosius quippe iam anno superiore Augustus creatus, vid. Chronicon. Sed & dilentè ita inscripta d. lex 64. quæ huic coniungenda est. Reg. Septimio, ut d. l. 64. & l. 29. sup. de Susceptorib. hoc ipso Anno & collat. Carthagin. die 3. c. 173. p. 332. his ipsis Coss. Deuotionis vox in re tributaria propria: v. Gloss. ut vos in vobis vultis mercimonia: Plautus.

COMMENTARIVS.

IMMUNITATES à lustrali collatione im-probat Honorius, omnè que Negotiatores cuiuscumque mercis ad eam teneri iubet hæc constitutione Anno D. 403. quæ data est ad Septimum Procos. Africa (de quo ad Inscriptionem) Quæque pars est prolixioris constitutionis, quâ is Africanorum securitati & indemnitati prospectum iuit, non vnâ ratione: parauedorum videlicet exactione prohibita, l. 64. sup. de cursu publ. quæ eiusdem

constitutionis pars est, atque aded huic coassanda venit. Item immunitatibus à lustrali collatione improbatis, hæc leg. Cæteroquin hoc ipso Anno, ad eundem Septimum Procons. Africa extat eiusdem Honorij Imp. altera constitutio, de lustrali collatione, putà lex 29. sup. de Susceptoribus, quæ in hunc titulum rectè quoque relata fuisset, quâ etiam lex 17. sup. hoc tit. confirmatur.

XX. * Imp. Honor. & THEOD. AA. Anthemio PF. P.

VNCTIONES, quas conferentium frequentia extenuata debilitat, ad stabilitatem reuocandæ sunt: ut quod simul & sub vnâ conuentione petebatur, sub parua ac minima contributione, absque consensu conferentium, præbeatur. Hoc in lustrali auri Conlacione in perpetuum decernimus obseruari: Illud videlicet præcauentes, ne quis à Nostra Clementia vectigal huiusmodi audeat postulare. Dat. viii. Kal. Iun. Varane v. c. CONS. [410.]

NOTÆ.

"Abest & hæc lex à Cod. Iust. Anthemius PP. Orientis scilicet, sub Theodosio Iun. vid. Prosopogr. in vno Territorio. per conuentionem, gratiam, collodium. Ferri potest: Malebam aliquando concessus, id est, contributione census: ut concessus vademuræ & similia. Verum illud non turo. aliorum. id est, vectigalis huius immunitatem

COMMENTARIVS.

IMMUNITATIBVS, per quas lustralis collatio extenuata fuerat, duplici ratione occurrit per Orientem Theodosius Iun. hæc constitutione, Anno D. 410. & sic eam functionem ad stabilitatem reuocare instituit. Primum scilicet, CONLATIONI formam hanc nouam præscribit, ut ne sub vnâ & simultaneâ solutione omnium videlicet Negotiatorum vnus Territorij, & vnus seu in globo, & in massam adpetat, aut per auersionem ea tributa petebatur,

deinceps sub parua ac minima conuentione seu contributione petatur, sub singulorum Nominibus: ut ita scilicet de iis qui per gratiam elaborentur, constare posset, (& ut loquitur Theodosius Nouella vltim. in eodem propè argumento) depulsa permutationis caligine aperitius & limquidius declaratur, quid quisque dependat. Secundò IMMUNITATEM huius collationis à se peti, seque aded nulli facturum protestatur.

XXI. * Idem AA. Monachio PF. P."

MEMO mercator, vel possessor rerum quæ lustralis auri Conlacione tenentur obnoxia, Patrociniorem fiducia, vel nomine cuiuslibet altissimæ dignitatis, à prædictâ se functione æstimet subtrahendum: Nec si ad domum Dominæ ac venerabilis Augustæ Pulcheræ Germanæ nostræ, seu Nobilissimarum sororum pietatis nostræ pertineat. Dat. xii. Kalend. Sept. Hon. xii. & Theodosio VII. AA. COSS. [418.]

NOTÆ.

"Monachio, ut hoc ipso Anno l. 43. inf. de Episcop. & l. 183. sup. de Decurion. "Orientis: ut docet vel d. l. 43. "Arcadiæ, Marinæ.


COMMENTARIUS.

RIBVS hominum generibus quæ sibi immunitatem à lustrali Collatione vindicant, occurrunt: PATROCINIO scilicet potentioris DIGNITATIS quamlibet Altissima obtentu; imò & si ad DOMVM quis Sororum Imperatoris pertineat, immunitatem à lustrali collatione cuiquam tribui vetat Theodosius Iun. hac const. Anno Domini 418. 1. De Potentiorum patrocinio fuit quoque Theodosij M. Constitutio supra, putà lex 15. De cæteris porro videamus. 2. Dignitas, quamlibet Altissima, ab hac collatione neminem immunem facit: quæ & ipsa sententia fuit Valentini & Valentis l. 5. sup. Hinc interm apparet etiam in Altissimis dignitatibus constitutos, negotiationem exercuisse, & quidem per Orientem: cum tamen Honorius l. 3. Cod. de commercio & mercatoribus, Nobilibus & Potioribus mercaturam interdixerit. Postremum, et si ad domum fororum Principis quis pertineat, attamen si negotietur, à lustrali collatione immunem esse vetat Theodosius. Vnde colligi videtur, saltem eos qui ad domum, Principis pertinent, immunes fuisse hoc tempore, & ex mente Theodosij Iunioris: aliter atque visum Valentini & Valentis, d. l. 1. ¶ Et hæc quidem in vniuersum de huius leg. sententia.

Nunc alia sectanda sunt. Initio legis ostenditur, non tantum Mercatores, sed etiam Res quasdam lustrali collationi fuisse obnoxias: sic vt possessor earum rerum hanc functionem sustinere deberet. Quenam autem illæ res? An ex lege testatoris, veluti si vltimâ voluntate Ciuitati aut Vico quid sub eâ præstationis conditione relictum fuerit: de quo est lex 1. (quæ creditur esse Anastasij desumpta ex lib. 52. Basilicor. tit. 12.) Cod. de lustrali collat. Quæ Cujacij sententia fuit, & excerptorum Mainardi. Minime: hæc enim agitur de priuatis possessoribus: nisi eadem ratione & priuatis quid sub eâ conditione relictum ponamus: de quo tamen nihil in eâ lege. An verò, quia à fisco res quædam sub hâc conditione datæ donatæ: de quo & illâ ipsâ l. 2. agitur? Neque hoc putem: videtur enim mihi de huiusmodi rebus possessis hæc agi, non quibus conditio aliqua peculiaris in donando adiecta fuit; verum quibus in commune, rei ipsius ratione hæc conditio impleta erat: Vel possessor rerum, inquit, quæ lustrali auri Collatione tenentur obnoxia. Existimem, his prædijs quæ Mercatores ex negotiatione suâ comparassent, hanc lustralem collationem indictam alicubi: cum alibi, horum prædiorum ratione ad Curiam vocari possent: quam in rem est singularis lex 72. sup. de Decurionibus.

¶ Historica supersunt. Primum de Pulcheria, quam Theodosius Iun. hæc leg. Dominam ac venerabilem Augustam Pulcheriam germanam suam vocat. De eâ multa (Sozomenus, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus, alij. Ea nata Ann. 399. te-

ste Chron. Alexandr. deinceps præter ætatem prædens, ἐπιστολῆς τῆς ἀδελφῆς [Theodosij Iun.] ἡ τῆς ἡγεμονίας extitit, Auctore Sozomeno lib. 9. cap. 1. cuius etiam Domus memoratur in Veteri Constantinopol. descript. regione 3. & 11. Hæc Augusta renunciat Anno D. 414. Chronicon Alexand. Constantio & Constante Coss. ἐπὶ τῶν ἑπὶ ὑπάτων Πυλχέρια ἀδελφῆ Θεοδοσίου νέου Αυγύστου ἐπισημασμένης. Et ita Augusta Basileis, & Basiliensia nuncupata in Menologio 10. Septemb. in Concilio Chalcedonensi in literis ad eam, Act. 3. apud Euarium lib. 9. cap. 2. Suidam, & alibi. Ea demum Marciano nupsit, vt & Chronic. Alexand. testatur. Et hæc quidem satis de Pulcheria Augusta. Sorores aliæ Theodosij, quas hæc intelligit, sunt Arcadia, & Marina (Flaccilla enim proculdubio mortua erat, quæ ipsâ Pulcheriâ Senior erat.) de quibus vid. Chron. Alexandr. Harum quoque domus memorantur in Veteri urbis Constantinop. descriptione: & quidem Regione 9. & 10. Domus Nobilissima Arcadia. Idem regione 1. Domus Nobilissima Marina: cuius etiam meminit Auctor Chronici Alexandrini. Et hæc quoque de Sororibus Theodosij, Quarum (quod tertium hæc obseruandum) Senior, Augusta (de quo supra) aliæ, Nobilissime dicuntur: proximo scilicet Augusti nomine. Quæ dignitas Nobilissimatus collata ab Imperatoribus, sanguine proximis, fratribus, filiis, fororibus: Zosimus lib. 2. p. 692. fratres Constantium & Annibalianum à Constantino factos narrat; Κωνσταντῶ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ Ἀναβαλλάνος ἰδίου ἡγεμονίου κοινικοῦ καὶ Περσεύου τῆς τῆς Μεγαλοῦς Νουβηλαίου πατρὸς αὐτοῦ Κωνσταντίνου πατρὸς αὐτοῦ τῆς συγγενίας. Ita Gratianus Nobil. puer: mox Valentinianus Iun: Nob. puer à patre Valentiniano. Ita Honorius Nobilis puer à Theodosio patre. Ita Iulianus Constantini Tyranni filius à patre Constantino Nobilissimus factus. Olympiodorus apud Photium: Κωνσταντῶ δὲ δύο παῖδες ἔχον Κωνσταντῆ καὶ Ἰουλιανῶν, ὧν ἡ μὲν Κωνσταντῆ Κεῖσα ἐστὶν χειροτονῆ, ἡ τὰ ὑστερον καὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας καὶ Ἰουλιανῶν Νουβηλαίου. Ita Valentinianus Tertius Honorium ex forore nepos. Idem Olympiodorus, Οὐαλεντιανῶς Ζωῆς καὶ μὲν Οὐαλεντίνου Νουβηλαίου γίνεσθαι; & mox: μακροδία ἐπαγαλαμμένη τὸ τῆς Αυγύστου, ἡ δὲ Οὐαλεντιανῶς τὸ τῆς Νουβηλαίου ἀξίωμα. Ita igitur & Arcadij filiz, Theodosij Iuniores, Nobilissima: quomodo iam eas vocat Arcadius Anno 406. l. vnic. sup. de primileg. domus August. procuratores per singulas quasque Prouincias Nobilissimarum puellarum, filiarum mearum. Alio iam sensu & Nobilissimi Cæsares, & Nobilissimus Cæsar Philippus Crispus apud Nazarium in Panegyrico, & in Fastis Capitolinis, & in Veteri Inscript. Imò & l. 3. π. de natal. restit. Nobilissimus Imp. Cætera qui voler de Nobilissimis, consulat Meursij μὲν βαρβαρον. Nobis huius ferme æui vestigia lectari sufficit.



DE ARGENTI PRETIO QUOD THESAURIS INFERTVR.

TITVLVS II.

X. COD. IVST. VLT. Veteri Scriptura & hic & l. vnic. hoc tit. v. Orthogr. Hic autem Titulus hoc loco positus, occasione superioris, qui fuit de Auri Argenti collatione, in Cod. Iustin. positus est alio loco, proximè post titulum de Irenarchis, & quidem vltimus libri decimi.

I. * Imp. ARCAD. & Honor. AA. Eutylichiano PP. P."

IVBEMVS, vt pro argenti summâ, quam quis Thesauris fuerat inlaturus, inferendi auri accipiat facultatem: ita vt pro singulis libris argenti, quinos solidos inferat. Dat. xi. Kalend. Mart. Constantinop. Cæsario & Attico Coss. [397.]

NOTÆ.

* l. vnic. Cod. Iust. eod. tit. "Orientis.

COMMENTARIUS.

MVTATIONIS facultatem seu aliud pro alio soluendi: Soluendâ, inquam, auri pro argento, tum & PROPORCIONEM Argenti ad Aurum constituit hac constitutione Arcadius Imp. quantum videlicet auri, pro argenti summâ aliquâ solui Thesauris Principis possit. ¶ Antequam hanc proportionem ingredior, sciendum est, ita Tributa olim indicta, vt certum etiam genus aliquod indiceretur, modò species, veluti frumentum, vinum, oleum, æs, ferrum, &c. de quo lib. 11. Tributa in ipsis speciebus: & tit. de collat. aris: modò pecunia: ita etiam vt modò aurum, in modo argenti indiceretur: Modò aurum, quod vel ex superiore titulo, & ad eum dictis discere licet: vbi lustralis collatio, dicitur lustralis auri Collatio, lustralis auri depensio, functio auraria, pensio auraria. Ideoque etiam est quod dicitur l. 19. sup. de annonâ & trib. Id quod in Titulis debitis sub præstatione confertur auraria: videnda & lex 32. 34. eod. tit. & l. 1. 2. sup. de Conlat. donatar. lex 12. 13. 17. 32. sup. de susceptorib. l. 1. de ponderator. l. vnic. de auri publici prosectorib. Modò argentum, quare & lustralis collatio, dicitur quoque auri & argenti indictio: atque inde χρυσοργίου nomen: Videnda & d. l. 32. sup. de annonâ & trib. & d. l. 1. & 2. d. l. 32. sup. de susceptorib. Et hæc leg. tamèn Arcadius inferendi auri facultatem loco argenti tribuit: at non vt existimo, è conuerso. Et sic aliud pro alio soluendi ius præstat, quod aliàs non licuisset: Præstat autem hanc facultatem, eò quod non semper quis ad manum fortè argentum haberet, adueniente susceprore.


¶ Proportio sequitur. Quomodo & aliàs commutatis speciebus, seu aliud pro alio soluendi vel exigendi facultate facta, proportionem specierum fieri oportuit: Ergo, pro viginti quinque libris speciei æris, vnum solidum præstati iussit Honorius l. 2. sup. de aris collat. sed & Theodosius Iunior pro centenatio æris auri certam æstimatio-

nem præstari voluit l. 3. d. l. Ad eundem igitur modum Arcadius hæc leg. argenti ad aurum proportionem instituit. Quæ quidem proportio melius vt intelligatur, sciendum est, aucto iam auri pretio, hac tempestate ex Valentiniani Sen. instituto, libram auri septuaginta duobus solidis seu anteis constituisse: vt docet lex 13. sup. de susceptorib. & lex vnic. sup. de oblat. vocor. quò etiam refero leg. 2. Cod. de veter. numism. por. quæ sub Constantino M. 84. solidis constabat, vt testatur lex 1. de ponderatorib. Hoc præmissò, de ipsâ nunc proportionem videamus. ¶ Igitur pro libra argenti quinque solidos inferri iubet Arcadius. Vnde sequitur, vni libræ auri hac ratione respondere argenti libras quatuordecim cum duabus quintis libræ. Ex Plinio porro discimus lib. 3. cap. 33. cum primum nummas Romæ aureus excusus est, eam fuisse proportionem auri ad argentum, quæ est vnus ad quindecim: de quo quidem Plinij loco videndus post alios qui eum explicare conati sunt, diligentissimus Sanolus de nummis antiquis, proluxè, lib. 3. cap. 7. 8. 9. 10. qui idem ostendere conatur Plinij iam æuo, ex libro eius 19. cap. 1. proportionem argenti ad aurum fuisse duodecimariam: vt & apud Græcos fuit, quod ex Platonis Hipparcho Viri docti iam multi probauerunt. Herodorus in Thalia, suo tempore in Asia significat aurum cum argento collatum τρισδραχμόν fuisse, id est, proportionem vnus ad tredecim. Hancque rationem secutus Darius esse videtur, qui in exigendis tributis dicitur singula Talenta auri æstimasse tredecim talentis argenti. Sanè iam olim auri potestas & proportio ad argentum decupla fuit: teste Polluce lib. 4. c. 24. lib. 9. cap. 6. τὸ ἑξήκοντα, inquit, ἔπ' ἑξήκοντα δραχμῶν λίβ, & quæ sequuntur: vbi talentum auri, decem talenta vocat Polybius quoque super fœdere Atolico; διδόντες ἑπὶ δέκα μύρια ἀργυρίων, χρυσὸν μῶν. Sed & Linius de eodem lib. 8. decade 4. De pecunia summâ, quam penderent, pensio

penfionibusque eius, nihil ex eo quod cum Confuli conuenerat, mutatum: pro argento si aurum dare mallerent, darent; conuenit: dum (pro) argenteis decem, aureus vnus valeret. Tempore Caroli Calui proportio duodecupla fuit, vt apparet ex eius edicto Piftenfi art. 24. *vt in omni regno noſtro non amplius vendatur libra auri puriffimi cocti, niſi 12. libras argenti.* Plura de argenti ad aurum deinceps proportione vide apud Sauotum parte tertia cap. 19. & ſuperioribus.

¶ Quod libram argenti atinet, modò in argenteos ſexaginta, modò plures, modò pauciores ea diuiſa, vt docet *lex i. inf. de expenſis ludorum.*

Ergo, vt dixi, Arcadius quinque ſolidos pro libra argenti offerri voluit. Et tamen Theodoſius Imp. filius eius poſtea pro ſingulis libris argenti, quas Primipilares Ducibus ſportulæ gratiâ præſtabant, quaternos tantùm ſolidos præberi voluit *lib. 27. ſup. de cohortalibus.* Aded in dies auri pretium increuit. ¶ Et hæc tenus quidem de huius leg. ſententia, deque facultate tributa hæc leg. alterius ſpeciei, auri pro argento, ſoluendæ. Quare à *αὐτοδύνατον*, huius leg. occasione tractant Interpretes, an inuito creditore aliud pro alio ſolui poſſit? quod etiam vnum fermè hæc tractant nonnulli.



DE MEDICIS ET PROFESSORIBVS.

TITVLVS III.

X. COD. IVST. LII. Inuerſo ordine de *Professoribus & Medicis*, Huic titulo tres alij reſpondent, *ſup. lib. 6. tit. 16. de Comitibus & Archiatris S. Palatii & tit. 21. de Professoribus, qui in vrbe Conſtantinopol. docentes ex lege Comitum meruerunt, & tit. 9. lib. 14. inf. de ſtudiis liberalibus vrbis Romæ & Conſtantinop.*

PARATITLON.

MEDICI, Rubr. & l. 1. 3. 10. hoc tit. ſalutaris ac neceſſariæ artis Profesſores dicuntur, l. 14. Horum alij erant Archiatris S. Palatii, d. l. 17. & l. 19. & tit. 16. lib. 6. ſup. qui ſcilicet intra penetralia Regiſaulæ florebant, l. 12. qui militabant intra Palatium, l. vnic. ſup. de Comitib. & Arch. S. Palatii: in ſacro Palatio Principis, l. 15. 16. 18. hoc tit. (qui & Archiatris ſimpliciter vocantur, l. 2. hoc tit.) eâ profeſſione defuncti, ex Archiatris, dicti, d. l. 2. Alij verò in vrbe Romæ, & Conſtantinopol. populo obſequiebantur, l. 8. (qui Archiatris ſimpliciter, l. 4. 8. 9. 13. vnde & Archiatris d. l. 8. Archiatris S. Palatii Comitum honore donabantur, l. 12. hoc tit. l. 13. 15. ſup. de extraordin. modò primi ordinis, l. 16. 17. 18. 19. hoc tit. & l. vnic. ſup. de Comitib. & Arch. S. Palatii: modò ſecundi, d. l. 16. 17. 18. Aliquando etiam, maioris gradum dignitatis adipiſcebantur, d. l. 16. & 19. Priuilegiis item ſingularibus fruiebantur, l. 14. ab omni quippe functione, omni collatione, omnibus muneribus publicis immunes erant, Curialium, Senatorum, Comitum, Perfeſtiſſimorum, &c. l. 2. Præturæ, de qua accipio, l. 12. à metato, l. 16. 18. à glebali collatione, l. 15. 16. 19. à Curiali, d. l. 16. a ſordidis muneribus, d. l. 12. Sed & filij, & coniuges eorum d. l. 16. & 17.

Archiatris ſeu Medici alij, qui populo obſequiebantur, Romæ, l. 8. 10. quatuordecim erant, quot etiam Vrbs regiones erant (exceptis Medicis portus Xyſti, & Virginum Veſtaliũ, qui peculiare Romæ Medici erant: d. l. 8. Qui quidem eligebantur ordinabantur, aliquo ex hoc numero deficiente, Ordinis Archiatorum ipſius delectu d. l. 8. atque à Principe confirmabantur, d. l. 8. ſic vt electi vltimum ordinem conſequerentur, l. 9. quæ omnia confirmantur & l. 13. His Annonæ, Præfectis Vrbs diſpoſitione, miniſtrabantur; d. l. 8. 9. ne ſcilicet alioquin diuitibus tantùm ſeruirent, pauperes negligenter. Quin & promiſſa à periclitantibus pro ſalute accipere prohibiti: d. l. 8. Priuilegia his tandem varia tributa: Immunitas ſcilicet omnium munerum publicorum, collationum, tam ipſis quam filiis & coniugibus eorum l. 1. 3. 4. 10. ab onere metati d. l. 3. 10. militiæ, d. l. 3. & 10.

II. PROFESSORES Rubr. & l. 1. 1. 26. hoc tit. & tit. de Professorib. qui in vrbe Conſt. dicuntur & plenius profesſores litterarum, l. 1. & 3. artium liberalium, l. 17. qui & Magiſtri dicuntur, l. 10. 11. 18. h. t. & l. vlt. inf. de ſtudiis lib. V. R. & l. 98 ſup. de Decurionibus: Magiſtri ſtudioſorum, l. 5. (vnde & magiſtrationes dictæ, loca in quibus docebant, d. l. vltim. inf. de ſtudiis:) Doctores, l. 5. 11. Præceptores, l. 11. Erant autem hæc Profesſorum genera, I. Grammatici, tam Græci quàm Latini, l. 11. 16. & d. tit. de Professor. vniuſque eruditionis ſeu institutionis, l. 15. 18. ſup. de extraordin. mun. 2. Item Rhetores, l. 11. hoc tit. &

& d. l. 15. & 18. ſup. de extraordin. ſeu Oratores. d. l. 11. & 16. & vlt. inf. de ſtudiis: tam Græci quàm Latini: quorum illi propriè Sophiſtæ dicebantur, d. tit. de Professor. & d. tit. vltim. inf. de ſtudiis: vbi vide quæ dixi. III. Philoſophi, l. 7. hoc tit. (ſeu Philoſophiæ præceptores, l. 16. Philoſophiæ arcana rimantes, d. l. vltim.) IV. Iuriſperiti, d. tit. de Professorib. & d. l. vltim. inf. de ſtudiis. Fuerunt autem tam in Occidente: Romæ, l. 1. 10. hoc tit. & tit. de ſtudiis lib. V. R. per Italiam, l. 5. 6. hoc tit. item per Gallias in ſingulis vrbus Metropolitanis: ac nominatim Triueris, d. l. 11. quàm in Oriente & nominatim Conſtantinopoli, l. 3. 16. 17. 18. hoc tit. & ſup. tit. de Professor. qui in vrbe Conſt. & l. vltim. inf. de ſtudiis lib. V. R. quorum Auditorium in Capitolio erat, l. vnic. d. tit. de Professor. qui in Vrbe Conſtant. & d. l. vltim. inf. de ſtudiis lib. V. R. De horum Profesſorum numero vid. l. 11. hoc tit. & d. l. vltim. inf. de ſtudiis: electione, l. 5. 7. 11. hoc tit. annoniſ, mercedibus, ſalariis, vid. l. 1. & 11. hoc tit. priuilegiis, l. 1. 3. 10. 16. 17. 18. hoc tit. & l. 15. 18. ſup. de extraordin. ſue ſord. mun. De horum filiis Curiali ſtirpe deſcendentibus, vid. d. l. 98. ſup. de Decurionib.

I. * Imp. CONSTANTINVS A. ad Voluſianum...

MEDICOS, Grammaticos, & Profesſores alios litterarum, immunes eſſe, cum rebus quas in Ciuitatibus ſuis poſſident, præcipimus: & honoribus fungi: In ius etiam vocari eos, vel pati iniuriam prohibemus: ita, vt ſi quis eos vexauerit, centum millia nummorum ærario inferat, à Magiſtratibus, vel Quinquennialibus exactus, ne ipſi hanc pœnam ſuſtineant. Seruus eis ſi iniuriam fecerit, flagellis debeat à ſuo domino verberari, coram eo cui fecerit iniuriam: vel ſi dominus conſenſit, viginti millia nummorum ſiſco inferat: ſeruo pro pignore, donec ſumma hæc exſoluitur, retinendo. ¶ Mercedem etiam eorum & Salaria reddi præcipimus. ¶ Quoniam grauiffimis dignitatibus vel parentes, vel domini, vel tutores eſſe non debent, Fungi eos honoribus volentes permittimus, inuitos non cogimus. PP. Kal. Aug. Sirmio Criſpo & Conſtantino Cæſ. c. o. s. s. [321.]

NOTÆ.

- * I. Medicos 6. Cod. Inſt. eod. tit. hinc & ex aliis legib. interpolata & conſtata eſt.
- Voluſianus hic fuit Ann. D. 314. Conſul. idemque eodem Anno 313. Præfectus vrbi: vt docet Auſtrot Notitia Præfectorum vrbi: vt & lex 1. de nauiculis, & l. 1. de Inſenuis: & Anno 315. vt oſtendit lex 2. ſup. quorum appell. Deinceps nulla huius Voluſiani P. V. mentio. Mihi mens ea, eum hoc tempore PP. fuiſſe: at cuius Præfecturæ? ita tuere non auiſim.
- ¶ Et maxime Archiatros, vel ex Archiatris: hoc add. Cod. Inſt. ex l. 2. inf.
- ¶ veluti Oratores, Rhetores, Sophiſtas.
- ¶ Et Doctores legum, additum à Tribon. Cod. Inſt. quam vocem tamen legum, Græci non agnoſcunt (de quibus Doctores legum dicam ad l. 16. inf.) Item illa, vna cum vxoribus & filiis nec non & rebus: & mox, ab omni functione & ab omnibus muneribus Ciuilib. vel publicis: & quæ ſequuntur alia.
- ¶ Immunes ſimpliciter, id eſt, immunes à muneribus publicis.
- ¶ De Ciuitatibus hiſ dicebat ad l. 11. inf.
- ¶ nec ad iudicium deduci, vel exhiberi, vel iniuriam pati. C. Inſt.
- ¶ pœnâ arbitrio iudicis plectatur, ita C. Inſt. reſcatis cæteris vſque ad Mercedem.
- ¶ Mercedum vox hic propria, v. Cicer. in Philipp. & Iuuenal. Satyr. 7. v. 157.
- ¶ Reddi an hic pro præſtari? vid. Gloſſ. An pro de nouo præſtari?
- ¶ Cætera abſint à C. Inſt. & loco eorum iſta ſubſtituta: quò facilis liberalibus ſtudiis & memoratiis artibus multos inſtituant: ex l. 3. inf.
- ¶ Locum hunc obſcurum qui ided reſcuſus eſt in Cod. Inſt. commodâ interpretatione defendi poſſe puto. De quo mox Vinculum tantum orationis hic ſupplendum videatur, Quinetiam, quoniam autem: vel Et quoniam.
- ¶ Dar.

COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. Tres ordine conſtitutiones priores ſeu priuilegia hoc titulo occurrunt, de Medicorum, & Profesſorum prerogatiua, ſeu priuilegiis. Quæ euincunt, quàm verum ſit, quod alter Victor de eo ſcribit: eum nutriſſe artes bonas: præcipuè *STVDIALITTEARVM*, qui contra de Licinio (qui huius legis 1. tempore adhuc ſuperſtes erat) ſcribit, eum inſeſtum literis fuiſſe, quæ per inſcitiam immodicam, Virum ac peſtem publicam nominabat, præcipuè forenſem induſtriam. Et quid mirum de Conſtantino, cum ipſemet eruditione ſummâ fuerit: quæ ipſum quanquam cæteris promptum virtutibus, ad vſque oſia votis omnium ſubuevit, vt teſtatur Sex. Aurel. Victor Schotti. Sed & Porphyrius epistolâ ad ipſummet Conſtanti-

num, Anno ſuperiore 320. Cæleſtis, inquit, iudicij dignatione immenſum mihi pondus impoſitum eſt, eius Imperatoris teſtimonio, qui inter belli paciſque virtutes, inter Triumphos & laureas, inter legum functiones & iura, etiam Muſis tibi familiaribus adco vacas, vt inter tot Diuina Maieſtatis inſignia, quibus inuictus ſemper in primis es, huius etiam ſtudy in te miſcet ſplendor egregius. Cui Conſtantinus ipſe. Deſuit, inquit, quorundam ingenis Imperatorum fauor, qui non ſecus doctrinæ deditas mentes irrigare atque alere conſuevit, quaſi cliuoſi tramitis ſupercilio riuus elicitus, ſcaruientibus ventis arua arentia temperauit: ſeculo meo ſcribentes dicentiſque, non aliter benignus auditus quàm lenis aura perſequitur: denique etiam ſtudiis merium à me teſtimonium non negatur. Sanè

cuifmodi omnino salarium Vespasianus teste Suetonio cap. 18. Latinis Graecisque Rhetoribus annua centena constituit: id est, centum millia nummorum: de quo mox ultimo capite. ¶ Et huius quidem multae exigendae curam iniungit Magistratibus vel Quinquennialibus, qui si eam non exigere ipsi inferre tenerentur: scilicet dissimulatione Magistratum municipalium ad huiusmodi iniurias & procaciam vulgus efferebatur. ¶ Magistratus, hanc leg. ut & aliis quamplurimis legibus, ac praesertim sup. tit. de Decurionibus: sunt Duumviri seu Magistratus municipales, qui potestatem intra metas propriae civitatis exercebant, ut iam notum: vide dicta ad l. 174. sup. de Decurionib. qui quidem annalis Magistratus erat, l. 16. sup. de Decurionib. & ut docet lex 1. sup. quemadm. mun. civil. In aliis civitatibus seu municipiis & coloniis Magistratus Quinquennales dicebantur. Quorum unica isthaec mentio hoc Codice occurrit de his Quinquennialibus (nam alij sunt Quinquennales Collegiorum, de quibus lib. 14.) Spartianus Adriano: Fuit inquit in patria sua [Italica Betica] Quinquennalis: & item Advia Quinquennalis quasi in alia patria: in Glosfis cap. de Magistratibus p. 291. Quinquennalis πενταετής. Meminit & Apuleius lib. 10. gradatim permensis honoribus Quinquenniali Magistratu fuerat designatus. Et lib. 11. Horum frequens mentio in veteribus inscriptionibus, quas hic memorare longum: fuisse eos quoque Duumviros apparet ex Inscrip. p. 168. n. 6. vbi Duoviri Quinquennales vocantur. M. GAVIVS. T. F. Q. VITELIVS. T. F. GALLVS. DVOVIR. QVINQ. CREPIDINES CIRC. FORVM S. P. F. Item p. 359. T. APPAEO T. F. & C. DVOVIR. QVINQ. BIS OB MERITA EIVS.

Item p. 445. n. 5. C. OFFILIO SEX. F. GALL. DVOVIR. ITERVM QVINQ. VENNALI.

Et p. 444. 8. L. OCTAVIO L. F. CAM. & post

BIS DVVMVIRO QVINQ.

In iisdem Inscriptionibus p. 322. n. 8. vbi de Albia Balbina Flaminica Pisauri & Aemini patrona municip. Pitinatium & Pisaurum sum.

HVIC ANNO QVINQ. VENNAL. PETINI PRISCI, MARITI EIVS PLEBS VRBANA OB MERITA EORVM, & C.

Quare iam patet, falli Virum doctissimum, qui Duumviris eos comparavit: verum pro defensoribus civitatum accepit: hoc argumento, quod Defensores civitatum olim, ante Nonell. 15. integro quinquennio essent: Cui & hoc argumentum commodare possem: quod hic agatur, de defendendis Medicis & Professoribus ab iniuriis, quod utique muneris defensoris civitatum fuisse videtur. Verum perpendere iis debuit Duumviros Quinquennales in Inscriptionibus quoque dici. Quid quod hanc Constantini M. aetate Defensores hos incognitos fuisse puto, utpote posterius institutos, & ut censco, sub Valentino & Valente primum, quorum est lex 1. Cod. de Defensorib. civit. (cui etiam iungenda est lex 4. sup. de his que administr.) qua data Anno 365. antiquissimam omnium horum Defensorum mentionem continet: Ita quidem ut duabus illis legibus indicari videatur recens tum eorum institutum fuisse: Saltem formula officij defensorum iis continetur. Ad Magistratus & Quinquennales redeamus quibus hoc iniungitur hanc leg. ut Medicos & Pro-

fessores à vulgi vexationibus & iniuriis vindicent, vexantes suo periculo malent. Additur de seruis iniuriâ ab his factâ Medicis & Professoribus; scilicet eod procacitatis ventum, ut vel vtrò serui etiam his iniurias inferrent, eos vexarent: vel etiam à dominis immitti, eem canes latrantes. Igitur iubet Constantinus M. si id fecerint in scis dominis, flagellis eos caedi à Dominis, Professore iniuriâ affecto praesente: si domino consentiente, viginti millibus nummorum dominum multari iubet: seruo interim pro pignore donec multam fisco intulerit, retinendo: Quod pignoris legitimi genus notandum, Flagellis scilicet seruos verberari iubet, id est loris, quae utique servilia verbera sunt, ut equidem Constantini constitutio, l. 1. sup. de emendat. servorum, ostendit.

¶ Quarto capite iubet Constantinus M. Mercedes, seu SALARIA, Medicis & Professoribus in civitatibus reddi, id est praestari, quae scilicet olim praestita, aliquandiu denegata videntur, vel aliquo praetextu denegabantur. De quibus annonis Professorum quoque agitur l. 11. infr. Non ex fisco (de hoc enim Professorum salario hic non agitur, neque nos etiam hic de eo agemus, verum l. 11. infr.) verum de eo salario, quod à singulis civitatibus Professoribus dari solitum ex viribus Reipublicae: cuiusmodi sanè salarium à Constantio Chlora Eumenio ex Augustodunensis Reipublicae viribus datum in sexcentis millibus nummum. Meminit & Libanius in MS. Regio epist. 127. ad Eutocium: vbi agit de Eudemone Aegypto Rhetore; & δὲ τῶν τοῦ γένους ἡ πόλις δὲ αὐτῶν ἔχοντες Εὐδαίμωνι, τίς ἡ αὐτῶν. πικρὰ τὸν πνεύματι ἡμῶν δὲ βασιλεὺς τῆ βασιλείᾳ προσή, ταύτην ἢ ἡμῶν ἀργυρίου βολυδαίου ἡμετέρας νεπέρας ἡμῶν εἰδομένη ἐνδυμνήθητες ἢ ἡ παρὰ τοῦ δαίμονος ἢ Εὐτοκίου φιλοδωμάταις: ἢ ἡ προσδόντων παρὰ ἀπὸ τοῦ εἰδόμενου ἢ ἡμῶν ἀντὶ τῆς ἡμετέρας. De eo scil. salarii genere hanc l. Constantinus M. agit: Cuius unica mēs hanc totâ constitutione ipsas civitates respicere videtur; ab una parte scilicet Medicorum Professorumque dignitatem vindicando à Muneribus civitatum, & à plebis iniuriis, ab altera parte Honorum vrbis copiam eis faciendo, simul & salaria eis praestari iubendo. Quae proculdubio his per iniuriam à Civitatibus denegabantur: forte vel quia his soluendis non sufficerent, vel quia solvere Christianae iam civitates nollent Paganis Doctoribus: Symmachus certè suâ aetate nescio quâ occasione Romanae Iuventus Magistris subsidia solemnibus alimoniae detracta scribit lib. 5. epist. 35. Idemque lib. 1. epist. 73. Professoribus Romae salarii emolumenta & annonas à Senatu decreta Auctor est, sic tamen ut id confirmaretur à Praefecto Praetorio Italiae.

¶ Ceterum ut de annonis Professorum agitur quoque l. 11. infr. ita de iisdem est egregia Athalarici ad Senatum V. R. oratio apud Cassiodorum 9. var. 21. de his inquam iis soluendis absque nundinatione vlla, sine vlla diminutione: & quidem duabus pensionibus: priore post menses sex absoluti muneris: posteriore, anno expleto. Libanij epistola huc pertinet ad Andronicum, Phoeniciae Rectorem p. 225. in Cod. Regio: vbi de Antiocho medico agit, cui in aliam militiam translato equorum collatio indicta fuerat, à qua eum Imperator liberaverit, & Rectores Phoenices; & ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἐξουσίας τῆς πόλεως, δὲ τῆς ἰατρικῆς; & post ἀπελευθέρωσιν τῆς ἡμετέρας ἀκακοποιῶν πάλαι εἰς ἐτέραν στρατείαν, εἰς τὴν αὐτῶν ἀκέραιον τότε ἔσαν ἐγγράφῃ; ἢ ἴσπυς ἐδεν παρέχον; ἀλλ' ἐκ εἰς βασιλεὺς, ἡμῶν ἢ τῶν ἀετιέραν Σημίαν; ταῦτ' ἄλλ' οὐκ ἐλάττωσιν.

ἐλάττωσιν αὐτῶν βεβαίῃ, ἢ ἢν ἐλάττωσιν παρ' ἐκείνων, μὴ μὴν ἢ ὑπερὸν ἐγγράφῃ τῶν ἀκακοποιῶν πάλαι, ἢ τῶν ἐκ τῶν βασιλέων ἢ ἡμῶν ἢ τῶν ἀετιέραν Σημίαν.

φοῖς παρεγγράφῃ, ἢ τὰς ἴσπυς ἐξείρει τῶν ἀκακοποιῶν: ὅπως μὴ εἰς ὑπερὸν ἐγγράφῃ τῶν ἀκακοποιῶν πάλαι; τῶν ἐκ τῶν βασιλέων ἢ ἡμῶν ἢ τῶν ἀετιέραν Σημίαν.

I. * Idem A. ad Rufinum PP. P."



ARCHIATRI omnes, & ex-Archiatri, ab vniuersis muneribus Curialium, Senatorum, & Comitum, Perfectissimorumque muneribus, & obsequiis quae Administratione perfunctis saepe mandantur: à praestationibus quoque publicis liberi immunisque permaneant: nec ad vllam auri & argenti, & equorum praestationem vocentur, quae forte praedictis Ordinibus, aut Dignitatibus adscribuntur. ¶ Huius autem indulgentiam sanctionis, ad Filios quoque eorum statuimus peruenire. Dat. x. i. Kal. lun. Constantino A. vii. & Constantio Caes. c o s s. [326.]

NOTAE.


- * Absit hac lex à Cod. Iust.
Rufinus quidam sub Constantino M. P. V. primum fuit Anno 313, 314, 315, 316. deinde Anno 319. PP. ut docet Chronol. nostrum, & Prosopogr. Aetatem Anno 326. cui Anno lex hac adscribitur, nullo alio praeterea loco Rufinus PP. designatur, de quo mox.
L. 16. infr. hoc tit.
Praetura, l. 12. Glebali collatione, l. 15. 16. 19. infr.
vide tit. sup. de Perfectissim. dign.
Honoratis: de quibus l. vnic. sup. de off. Iudic. Cinit. & l. vnic. sup. de honoratorum vehic.
An hic intelligitur collatio donatarum, & c. vide l. 1. & 2. sup. de collatione donatarum, An aurum tyronicum Hoc puto.
vide titulum, sup. qui à praebitione tyronum & equorum excusantur: cuius lege 1. Comites Archiatrorum ab illis collationibus excipiuntur.

COMMENTARIVS.

SECUNDA haec Constantini M. constitutio est. Et haec quidem de ARCHIATRO- RVM vel EX-ARCHIATRIS, immunitate: de qua sunt praeterea septem constitutiones hoc tit. puta lex 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Archiatrorum, S. Palatij scilicet (de quibus quoque suo titulo, sup. de Comitib. & Archiatris S. Palatij) Alij quippe sunt Archiatri, de quibus l. 4. 8. 9. 13. nempe vrbis Romae Medici. Igitur Archiatri, & ex-Archiatri, S. Palatij eorumque filij ab omnibus muneribus publicis immunes hanc leg. pronuntiantur: Quinimo & ab omnibus muneribus quae certos Ordines & dignitates manebant, isque incumbebant, vel subinde adscribebantur: de quo tamen dubitari poterat, eod quod nonnulli Archiatrorum istorum & ex-Archiatri Curiali conditione erant, vel certis dignitatibus decorari solerent; veluti Senatoria, Comitum Perfectissimorum, quomodo sanè Symmachus lib. 10. epist. 40. Ioannem V. P. Medicum, id est, Virum Perfectissimum vocat, ut rectè ibi Iuretus explicauit. Item administratione Prouinciarum: quibus omnibus vel ordinaria muneribus incumbebant, vel extra ordinem saepe quid mandabatur muneris & obsequij, vel praestationis vel collationis. Quod quidem de Curialium muneribus Senatoria glebali collatione, vel Praetura, item de extraordinaria indictione: quae Honoratis in administratione perfunctis adscribeba-

tur, veluti Tyronum & Equorum praestatione, aliunde clarum est: puta ex tit. de Decurionibus: tit. de Senatoribus & glebali collat. tit. de Praetoribus: item ex tit. qui à praebitione Tyronum & Equorum: muneribus pariter, quae Perfectissimorum dignitatem adeptis incumbebant: Est praeterea eiusdem Constantini M. constitutio, l. 1. sup. de honor. codicillis. Sed & l. 15. sup. de Decurionib. de quo dixi plenè ad tit. de Perfectissim. dignit. De his quae Comitum dignitatem adeptis incumbebant, dictum etiam l. 36. sup. de Decurionibus. ¶ Ergo cum aliis Curialibus Senatoribus, Comitibus, Perfectissimis, Honoratis, sua quaedam munera incumbere, vel extra ordinem iniungerent, & in his auri, argenti praestatio, vel equorum: attamen Archiatri, ex-Archiatri, etiam praedicti ordinis essent Curiales, Senatorij, vel praedictis dignitatibus honorati fuissent, illis istorum Ordinum & Dignitarum oneribus & muneribus immunes reddidit hanc leg. Constantinus. Ergo Archiatria Curiali conditione & muneribus liberat Archiatros & filios eorum. Item à Senatoria & Glebali collatione, à Praeturae honore, à Comitum & Perfectissimorum oneribus, ab auri & argenti collatione, vel equorum praestatione. De Curialis oneris immunitate Medicis tributa vide plura ad lib. 4. infr.

III. * Idem A. ad Populum."



beneficia Diuorum retrò Principum confirmantes, Medicos, & Professores literarum, vxores etiam & filios eorum ab omni functione & ab omnibus muneribus publicis vacare praecipimus, nec ad militiam comprehendendi, neque hospites recipere, nec vlllo fungi munere; quò facilius liberalibus studiis & memoratis artibus multos instituant. PP. v. Kal. Octob. Constp. Dalmatio & Zenophilo c o s s. [333]

COMMENTARIUS.

VLIANI Apostatae duae constitutiones sequuntur: quarum prior est de Archiatris: posterior, de Professoribus. Hae scilicet leg. Archiatrorum immunitatem ab omnibus muneribus publicis veterum Principum vestigia sequendo...

Ἰουλιανὸς νόμος καὶ τῆς ἰατρῶν. Τῶν ἰατρικῶν ἐπισήμων πολιτικῶν τοῖς ἀδελφοῖσι πυγμανεῖς. τὸ ἐναργεῖ τῆς χρείας μαρτυρεῖ. διὰ καὶ ταύτων ἐξέστη περιφιλῆσαι δικαίως φιλοσφύρον παύσει κηρύσσει. τὸ δὲ ἀδελφῶν τῆς ἡμετέρας φύσεως, καὶ τὰ τῆς ἐπισημοῦντων ἀρρώστων ἐπαγορεύσει διαταύτων. καὶ τὸ καὶ τῶν δικαίων λογισμῶν, σιωπῶν τοῖς ἀδελφοῖσι βασιλῶσι δεσφύσονται, ἡμετέρας φιλανθρωπία καλοῦμεν τῆς βασιλευσῶν λαίμαργματων ἀνερχόμεν ἡμῶν τὰς κατὰς χροῖνος ἀρεῖν, id est, Iuliani lex de Medicis. Artem Medicam saluare hominibus esse, usus ipse testatur: Quare et eam caelo delapsam iure Philosophorum filij praedicant: etenim natura nostrae infirmitas, et quotidie contingentes valetudinis offensiones per hanc corriguntur. Haecenus praefatio, sequitur lex ipsa. Quamobrem, sicut ratio aequitatis expraesit, conuenientia veteribus Principibus firmantes, mansuetudine nostram iubemus Curialibus muneribus vos securos reliquum tempus agitare.

Interim duo ex hac collatione notanda. Primum, Archiatros hinc pro Medicis accipiendos: apud Iulianum quippe νόμος καὶ τῆς ἰατρῶν. Et verò pro Medicis Urbis Constantinopolitanae nominatim, ubi haec lex data est: nam et Archiatrorum appellatio his qui Medicinam Constantinopoli, vel Romae, in his inquam duabus Urbibus Regiis exercerent, tributa; vt docebit praeterea lex 8. 9. 13. infra. Denique qui ibi aegrotos priuatos curarent: quod exemplo Eusebij Archiatris pater apud Symmachum lib. 5. epist. 36. 37. & Epicteti Archiatris apud eundem lib. 10. epist. 40. Quare doctissimi Mercurialis error est 4. var. 1. qui etiam recte ostenderit, Archiatros, non eo sensu primum dictos, quod Principes Medicorum essent, verum qui Principis Medici erant; istiusmodi Archiatres Neronis; vt notatur apud Gallicum & Erotianum; atamen non vidit alios & distinctos Archiatros S. Palatii dictos, qui militabant, seu operam dabant Principi: de quibus vid. Paratilon:

Alios verò distinctos Archiatros Principum urbium, quibus nihil commune fuit cum Archiatris sacri Palatii, qui quoque populo obsequabantur, l. 8. infra. quos utroque ita confudit Mercurialis, vt diceret, Archiatros fuisse illos omnes, qui Principis sumptibus conducti, eius personae primum, deinde Aulae omni, postremo cunctis pauperibus arte propria Romae operam praestabant. Idemque tandem cum fateri cogatur, Archiatrorum nomen Medicis in Vrbe tributum, in eo errat, quod Archiatros ibi dictos tradit, qui in Collegio & Schola Medicorum aliis praesidebant. Imò enim omnes Medici in vrbe Archiatris dicti, velut Principis Urbis Medici.

Secundò notandù quod hic dicitur de immunitate munerum omnium publicorum, id in Iuliani epistola nominatim asseri de immunitate munerum Curialium, τῆς βασιλευσῶν λαίμαργματων: quae & ipsa nominatim immunitas designatur Constantiniana leg. 2. supra. De eadem verò Medicorum immunitate à Curia, deque lege super ea re, est Libanij, qui Iuliani συγγραφή fuit, epistola expressa ad Celsam Ciliciae Rectorem, in Cod. MS. Regio 631. Νόμος τῶν ἰατρῶν μίαν ἀπαλλῆλαίμαργματων, τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης: φίλων ὅμως τὸ βασιλευσῶν καὶ τῆς πόλεως [vrbis est Ciliciae] δικαστῶν ἐλατῶν, πάλαι πολλοὶ ἐκ νοσημάτων ἀνασῆσαι: οἱ μὲν ἀγνοοῦσιν οἷς ἰατρῶν ὁ φίλων, μαθόντες ἀπαλλάσσονται: οἱ δὲ ἀδελφοὶ βιάζονται, φίλων μὲν ἴσως ἀδελφῶν, ἰατρῶν δὲ νόμος.

Porro eum video Iulianum firmantem hanc leg. Veterum Principum priuilegia circa Medicos, σιωπῶν τοῖς ἀγνοῶν βασιλευσῶν δεσφύσονται: cum video rationem aequitatis ab eo ostendi, de qua plura ad l. 2. supra. cum video eam Mansuetudinem suam hic effertentem, & tandem immunitatem in reliquum tempus aetatis pollicentem; cum haec inquam quatuor attendo, haud inanis coniectura est, Constantium haec priuilegia immunitatis iuisse: qui caeteroquin honorariis dignitatibus, veluti Perfectissimorum & Comitum, (quibus Medicos honoratos docuit lex 2. supra.) Curialia munera cuitati noluit, vt docet lex 26. 36. 41. 42. 44. supra. de Decurionibus. Proinde veterum Principum priuilegia Iulianus Medici restituerit: à Constantio immunita: cuius sanè etiam nulla hoc titulo constitutio extat, vt viceuersa Clericos immunitatem institutam infirmavit; de quo l. 4. supra. de Iustrali coll. & l. 50. supra. de Decurionibus.

v. * Idem A....."



AGISTROS" studiorum, doctorisque, excellere oportet moribus primum, deinde facundià: Sed, quia singulis Ciuitatibus adesse ipse non possum, iubeo, Quisque docere vult, non repente nec temere proficiat ad hoc munus, sed iudicio Ordinis" probatus decretum Curialium mereatur, Optimorum" conspirante consensu: hoc enim" decretum ad me tractandum referetur, vt altiore quodam honore nostro iudicio studiis Ciuitatum accedat." Dat. xv. Kalend. Iul. Acc. i. v. Kalend. August. Spoletio, Mamertino & Neuitta coss. [362.]

NOTAE.

* L. Magistros 7. Cod. Inst. 1. tit. Recte quoque hanc leg. in Annales suos retulit Baronius, A. 362. n. 186. vel Praefecto Praetorio Italia, vel Praefecto vrbis haec lex inscripta fuit, vel Consulari Piceni suburbicarij: in quo Spoletium fuit, ubi haec lex accepta dicitur in subscriptione. Curiae. Magistri, pro Professoribus h. l. & l. 10. 11. 12. infra. l. 98. supra. de Decurion. l. vlt. infra. de stud. lib. V. R. vnde & Magistraciones, loca, in quibus docebant, d. l. vlt.

Ordo,

Ordo id est, Curia: v. supra. Parat. de Decurion. de hac voce mox. hoc dein. Sequentia releata sunt à Titulo tanquam huic temporij propria: merito pro instituto suo. quisquis docere vult. Spoletium, exinde colligo, Prouincia suae Metropolim fuisse: ad Metropoles quippe directae constitutiones. Id haecenus ex hac subscriptione colligo, & iam olim collegi Coniecturae p. 1. p. 29. Sed aliunde iam colligo Piceni fuisse Metropolim. Vnde non ex hac subscriptione, quod nunquam à me dictum, verum ex eo quod Balbus nominatim Spoletium in Piceno ponit in Corpore de limitibus, p. 100. 128. 347. (quod antiquis temporibus, non his, in Viluibus vel in Umbria recte collocabatur.) Aliunde colligo fuisse Piceni suburbicarij: quia Spoletium intra centesimum ab vrbe miliarium est, quo vrque spatio suburbicarias regiones coeerceri alibi prolixè ostendi.

COMMENTARIUS.

VLIANI Apostatae secunda haec constitutio est hoc titulo de Professorum Electione seu Delectu; (quae voce in Medicis vitur lex 8. infra. 1. Ad quam Electionem pertinet quoque in partem lex 7. & 11. infra. De quo tria haec leg. Iulianus constituit: 1. Quidnam in his spectandum sit? 2. A quibus & quomodo eligendi sint? 3. Quomodo denique à Principe confirmandi. Quae quidem Iuliani Apostatae constitutio tota facata coloribus, rota pigmentis est, quaeque proculdubio (quod rectè Baronius vidit,) non aliud respicit, quam ad institutum illud suum, vt Christianos Sophistas, Rhetores, imò & Medicos teste Chrysothomo homil. 40. in Inuentum & Maximinum à docendi munere submoueret: de quo videndum est ipsam Iuliani Interdictum, seu Edictum inter Epistolae eius, epist. 43. p. 300. Ammianus Marcellinus duobus locis lib. 22. p. 239. & iterum extremo lib. 25. p. 316. Eunapius in Prorefo, p. 161. Ambrosius epist. contra Symmachum 1. Hieronymus Chronico: Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 18. cap. 52. & lib. 8. Confess. cap. 5. Orosius lib. 7. cap. 30. Rufinus lib. 1. cap. 32. Sozomenus lib. 5. cap. 17. Socrates lib. 3. cap. 10. Theodoretus lib. 3. cap. 7. Quinquam alij, veluti Gregorius Nazianzenus orat. 1. aduers. Iulian. imò & Ammianus, vt nonnulli Interpretum; quod non puto; post eos Ioan. Antiochenus, Zonaras, Cedrenus, & Suidas, qui Christianos à discendis Graecis literis submotos scribunt. De quo vid. quae Baronius d. Ann. 362. tradit, Montacutius in Notis ad Gregorij σαλυστικῶν p. 4. Valerius in Excerpta Ioan. Actiocheni, & in Amm. Marcell. d. lib. 22. p. 228. In tantum vt si non eius Interdicti partem haec constitutio faciat, ad eius tamen interdicti finem omnino respiciat, eademque fermè contineat quae Interdicto illo comprehendebantur.

Primum igitur, quidnam in deligendis Professoribus spectandum sit, quae ἀνάγκη seu ἐξέτασις faciendae definit: Nempe mores potissimum spectari vult: Magistros, inquit, studiorum Doctores, quae excellere oportet moribus primum, deinde facundià. Quem quidem non eruditione tantum, verum morum potissimum respectum, non priuata tantum sententia aut Quintilianij aut Plinij inculcant, & huius quidem lib. 3. epist. 3. Fauentibus Diis, inquit, trade filium praecceptorij, à quo mores primum, mox eloquentiam discat, quae malè sine moribus discitur; & in eandem sententiam idem lib. 10. epist. 3. Pro moribus, inquit, quos & studia liberalia exornant. Gregorius Nazianzenus tetraastico ἢ μὲν δὲ δάσκαλος, ἢ δάσκαλος τὸ πῶτον. Vt etiam Iustinianus ipse in praefat. de iuris docendae ratione. Studiofis inculcat, oportere prius animam, & postea linguam fieri eruditam: Verum in hoc ipso argumento, Vlpianus Rhetor idemque Iustus opinionum libris, l. 1. m. de decretis ab ordine faciendis, hanc motum probationem inculcat, atque ex aeni sui vsu refert de Medicorum delectu agens: Vt certi de probitate morum & peritiã artis eligant ipsi. Et Lucianus

quoque in Eunuchio de ἐξέτασι hanc agens (quem Lucianum Iulianum multatum hinc leg. conuictabat Merillius Noster lib. 3. obs. 18.) διελέγχει ἐπιερότα μάλινα τὸν βίον αὐτοῦ: καὶ ταῦτα ἔχῃ ὁ Βαγίας, ἀπὸ τῆς τῆς πῶτον ἀκρίβειας βίον, εὐλόγως, καὶ τὰ πλείονα τῶν λόγων καὶ τῆς μάλλον ἐξέτασις εἶναι αὐτοῖς; ὡς ἐργασί, εἰ δὲ καὶ ἐξέτασις ἐτύχησαν ἐπὶ τῶν πλείων τῶν καὶ διασφύρασαν μὲν δὲ καὶ τὸν ἀμεινον βίον καὶ μᾶλλον ἢ τὸν ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῖς σφαιρότερον ζῆλον, καὶ δικαιοτέρον τῆ νίκης νεμίζων. Et mox. ἀλλὰ καὶ καὶ τῆς γλώσσης ἐξέτασις δὲν γινώσκων, καὶ τῆς τῶν ἀρχαίων ἐξέτασις. Quinimò Iulianus ipse in interdicto illo suo, apertissimè: statim in initio πειθεῖαν ὁρθῶν εἶναι νομίζωμεν, ἢ τῶν ἐν τοῖς ῥήμασι, ἢ δὲ τῆ γλώσσης πολυεπὴ ἐρρωδμεν, ἀλλὰ διαδύκων ὅτι νῦν ἐχέμεν διανοῖαι. Et mox. Παιδας μὲν οὖν χεῖρον ἔσσι καὶ ὅτι δὲ δάσκαλον ἐπαγγελουμένους, εἶναι τὸν τῶν πῶτον ἐπαικῶν. Mox cum id exigat ab omnibus Professoribus, potissimum à Sophistis id exigat, qui morum Magistrj erant: εἴτε ῥήτορες, εἴτε γραμματικοί, καὶ ἔπ πλείον ὁ σφαιρῶν: βέλωντες δὲ καὶ τοῖς ἀλλοῖς ἢ λέξεων μόνον, ἢ δὲ δὲ εἶναι δὲ δάσκαλοι. Ex hoc igitur primo argumento colligo, hanc ἐξέτασιν & probationem ad Christianos à docendi munere submouendos respicere: etiam vetustioris ea instituti fuerit, sed alio nunc & secretiore fine, Quomodo & contrario fine mox ex Valentiniani Sen. constitutione, l. 6. pro. quae haec abrogatur, Si quis, inquit, erudiendis adolescentibus vtrā pariter & facundiam idoneus erit, vel nouum instituat auditorium, vel repetat intermissum.

Secundo capite, constituit Iulianus Apostata, à quibus & quomodo eligendi sint Professores: Nempe seipsum quidem vbique optaret praesentem, ad finem videlicet suum assequendum, ad Christianos inquam à docendi munere submouendos; at enim quia singulis ciuitatibus adesse ipse non posset, formam hanc primae electionis constituit: hoc praemisso vt nemo possit, repente, temere, ad munus Professionis proficere: cum tamen Sophistae praesertim in quamcunque urbem delati, inuenturam ad docendum declamandum cogere solerent; quod Themistius testatur locat. 1. ἐπιτῶ τῶ βαλοβῶν ἀσπέναι ἀδελφοῖς ἡμῶν, καὶ διαλέγεσθαι μὲν πολλοὶ ἐξέτασις. Hoc ita praemisso, vult Iulianus Professores in singulis ciuitatibus, probari eligique (pariter vt id quoque praesupponitur l. 7. & 11. infra.) iudicio Ordinis, id est, Curiae, decreto Curialium, conspirante, Optimorum consensu. Quod & ipsum veteris instituti fuit, vt omitam veterem Atheniensium legem à Sophocle Amphiclidæ filio; de qua Laertius in Theophrasto. Ad ius Romanum accedamus. Id sanè Iure Romano obtinuit, haecque vna ex haeresibus (id est, conditionibus) de quibus actum ad l. 3. fuit, docent complures leges puta lex iud. d. 6. §. 3. 4. 5. m. de excusationibus: l. 11. §. 3. m. de muneribus: d. lex 11. m. de decret. ab Ord. faciendis: l. 2. 5. Cod. de Professorib. & Medicis: docet Lucianus in cod. dialogo. Eunuchio: ἀποδύνοσθαι ἀπὸ τῶν ἀλλοῦ ἀντιπρῶτος ἀδελφῶν δὲν τῶν ἈΡΙΣΤΩΝ, qui locus cum hoc Iuliano optimè contenditur; sic vt

vt cum in animo habuisse videri possit Iulianus, Demotuo, ait, ex his quopiam, alium subrogari probatum calculo Optimorum. Quod & illis huius leg. verbis, Optimorum conspirante consensu, congruit. Sed & Eunapius in Proæresio p. 138. vbi ait, mortuo Iuliano, cum civitas Atheniensis incensa foret, studio deligendi successorem tunc Adhucis dixerit, plerimòs docendi munus ambientes nomen suum professos: verum Proæresium, Hephæstionem, Epiphanium, &c. electos, probatos omnibus calculus; χειροτονῆται δὲ δοκιμαθέντες ἀπάσαις χρίσται. Hòcque erat λόγον κρᾶτος διδόναι ἐκ ψήφου, vt loquitur Gregorius Nazianzenus carn. de Vita. Sanè nobiliores Professores ipsi Principes iam olim elegere sæpè, non tantum ad Academiam aliquam excitandam, quod patet exemplo Constantij Chlorigi, qui Eumenium Augustodunensi Scholæ Oratorem dedit, verum ad ornandam quæ staret, & quidem Athenis: ita Marcus Imp. Theodorum Sophistam ipse elegit, teste Philostrato; ita Philisco idem dedit τὴν Ἀθήνας δρῶν; ita Poluci. Quare & eo fine Legati inde ad Imp. Hadrianum missi: vt docet Philostratus in Christo. Et si extra ordinem quandoque has partes aliis delegasse reperio. Ita (quod narrat Philostratus in Theodoro,) Marcus Imp. Herodi Sophistæ commisit examen eligendorum Philosophorum. Tandem etiam si inter Curiales non conueniret, si difficultatis aliquid inextricabilis suboriretur, ad Principem super eo relatum: quomodo Lucianus in Siculi ἀμφισβήτησι in causâ Dioclis & Bagoæ, in Ennuchis, p. 982. ἔγνωσας, inquit, ἀπαδοῦμαι ἐς τὴν Παλιῶν ἐπιπέσει τὸ δίκαιον. Et Libanius de fortuna sua, p. 14. ἐρῶ τινα Κατπαδῶκην ἵκοντο ἐπὶ δρῶν, βασιλέως μετέποντο: καὶ ἦ ἐτύγχανεν ἡ βασιλὴ ἀπὸ ἐκ ἡττικῆς ῥήτορας ἄκρον, ἐξ οὗ μὴ πρὸς ἀγῶνι ἐπιπέσει καὶ ἡσομένη; vbi vides pariter Βασιλῶ interuenisse, id est ordinem, h. l.

¶ Et tamen (quod tertio capite hic constituit Iulianus) REFERRI ad se Decretum seu Electionem iubet omnem omnem: Cui similem ad se rela-

tionem in Archiatrorum vrbis Romæ subrogatione constituit Valentinianus l. 8. infr. Verum Iulianus hoc obtentu, vt ita iudicio Principis, velut quodam altiore honore Professores studiis ciuitatum accedat. Nempe verum est, Principis iudicium pro telo sæpè esse atque incentiuo cea altiore quodam honore, quod pertinet & quod Constantius scribit l. 1. infr. de Decuriis Vrbis Romæ. Sed tamen Iulianus id tantum obtentu quaesuit; quo scilicet ipse Christianos, fortè iudicio Ordinis probatos, decretum Curialium meritis, Optimorum etiam conspirante consensu, repelleret. Quod vnicum Iuliano hæc leg. propositum fuit, quòque vt duo superiora capita, ita hoc vt maximè pertinet: quo scilicet ita iudicio suo staret omnis electio (quæ antea libero tractatu peragebatur: Pariter vt reprobari ab eodem Ordine poterant: vt docet lex ead. dno 6. §. 6. de excusationib. l. 11. §. 3. π. de muneribus: l. 2. Cod. de Medicis & Professorib.) Atque hæc causa est præter illam, quod horum temporum circumstantia alligata sit, cur meritò Tribonianus hanc partem detraxerit.

Num autem hæc lex præcesserit Interdictum apertum Iuliani, an verò secutum sit, an etiam Interdicti ipsius partem faciat? in obscuro esse possit. Mihi sanè cum Baronio præcessisse videtur. Nempe Iulianus nondum in apertam persecutionem erumpere ausus, his prius fucatis coloribus, his pigmentis, vaferrimus homo (cuius artes omnes ad pessundandam Christianam Religionem alibi edisserui) agere instituit. Et sanè inter iuitia Imperij, Septinio eius mense, hæc lex à Iuliano data fuit: quo tempore nondum personam sibi detraxerat, postea demum detracturus; vel saltem hanc legem ad eam Imperij partem Iulianum emisisse, vbi non aperte Christianos à docendi munere submoueri posse videbat; in Episcopatum, inquam, Vrbis Romæ; cuius Diocesis Spoletum vsque progrediebatur. ¶ Verum vt interdictum illud Iulianicum, ita & hæc lex abrogata mox à Valentiniano l. prox. 6. inf. quæ continuo spiritu cum hac legenda est.

VI. * Imp. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Mamertinum PE. P."

SI qui" erudiendis adulescentibus, vita" pariter & facundiâ, idoneus erit, vel nouum instituat Auditorium, vel repetat intermissum." Dat. I I I. Id. Ian." Diuo Iouiano & Varroniano COS S. [304.]

NOTÆ.

* Absc hac lex à Cod. Iust. velut temporaria. Et hanc leg. rectè reulit in Annales suos Baronius Ann. 364. num. ult. vbi tamen vellem distinctius hanc leg. Valentiniano vni tanquam Auctori tribuisset. Mamertinus sub Valentiniano PP. Italiae, scil. Illyrici, & Afticæ, vt testatur hoc ipso Anno Ammianus Marcellinus, lib. 26. p. 339. vid. Prosopogr. Christiani fortè. Ad hoc superius dicta ad l. superiorem sufficiant. sub Iuliano Apostata. l. 9. l. 10. Neque enim 3. Id. Ian. Valentinianus adhuc Imp. erat: verum Iouianus, qu imortuus demum mense Februario, quod & ipsum rectè vidit Baronius.

COMMENTARIVS.

VALENTINIANI Senioris quinque constitutiones, de Professoribus & Medicis ordine sequuntur. Ita quidem, vt prima hæc ad solos Professores pertineat: lex sequens 7. ad Philosophos: duæ deinceps (putà lex 8. 9.) ad Archiatros Vrbis Romæ: Postrema omnium, putà lex 10. ad Aledicos & Professores simul. Ex hac nominatum, & ex d. l. 10. apparet de Valentiniani studio

in studia literarum: vt apparet quoque ex l. 1. infr. de studiis lib. P. R. Quamquam suis cuique harum legum finis est. ¶ Huius sanè vt finis ita & scientia eò respicit, vt Christianis à docendi munere submoris à Iuliano Apostata (de quo dictum ad. superiorem l. 5.) docendi libertatem restituat: siue ij aptea docuerint, atque ita intermissum Auditorium: repetans: siue nondum, vt ita nouum instituant

Situant Auditorium. Breuiter, igitur, quos acuerat Iulianus à docendo Christianos Professores, eos hæc leg. reuocat Valentinianus Sen. vt rectè notauit Doctissimus Annalium Eccles. conditor Baronius. Ac proinde hæc lex, illam in effectu abrogat. Sic tamen vt interim nihilo secius eadem illa duo in his requirant, quæ Iulianus superiore leg. requirebat; alio tamen fine: nempe & Vita integritatem, & facundiâ, Si qui, inquit, vitâ pariter & facundiâ idoneus erit: quod ad eam leg. prolixius expendi.

Porrò ex eorū numero, quos Auditoriū docendique Prouinciam sub Iuliano deseruisse hæc quoque leg. Valentinianus indicat, reperite licet Proæresium Sophistam, testimonio non tantum Hie-

ronymi in Chronico, verum etiam Eunapij in vicâ Proæresij, p. 161. Nam quod Viri docti & in his Baronius Ann. 362. n. 297. Eunapij locum de Musonio exaudiunt, erroneum est: imò enim & ipse de Proæresio est, non de Musonio: etsi eo loco paulò ante de Musonio egerit: Quare non ex Hieronymi tantum loco colligitur, Proæresium Christianum fuisse; verum & ex illo Eunapij loco. Iulianus δὲ, inquit, βασιλέωντὸ τόπον τὰ πνεύματα ἐξυργάσθη, ἰδοὺ δὲ εἶναι χριστιανὸν. Quare hoc numero expungatur deinceps Musonium, quem his temerè accenserit. Eodem sanè numero fuit & Romæ Marius Victorinus Rhetor, teste Augustino Confess. lib. 8. c. 5. Præter hos duos tertium nondum reperio.

V I I. * Idem AA. " ad Probum PE. P."

REDDATUR vnusquisque patriæ" suæ, qui habitum Philosophiæ" indebitè & insolenter vsurpare cognoscitur: exceptis his, qui à probatissimis" approbati ab hac debent conlubione" secerni: Turpe enim est, vt patria functiones ferre non possit, qui etiam fortuna vim se ferre proficitur. Dat. xiv. Kalend. Feb. Sirmio; Valentiniano NB. P. & Victore COS S. [369.]

NOTÆ.

* Lex reddatur 3. Cod. Iust. epd. tit. Addatur hic & duabus sequentibus constitutionibus tertium A. Gratiani nomen. Italiae, Illyrici, Afticæ: de quo Probo plura in Indice personar. Patria functionibus, sine legis. vel Philosophi. vid. & l. 5. supr. id est, conlubione: In Cod. Iust. perperam collusione: vbi iam rectè Cuiacius & parens meus Collusione reposuit: quam restitutionem hic Codex omnino firmat: vide plura apud Iuretum, in Symmachi lib. 1. ep. 2. 3. de his Pseudophilosophis.

COMMENTARIVS.

PSEUDOPHILOSOPHIS est hæc secunda Valentiniani, non vt quidam scripsit, Valentis & Valentinianis hoc titulo constitutio: & quidem de Pseudophilosophis, qui vt ipse ait, habitum Philosophiæ indebitè & insolenter vsurpabant: & vt similiter loquitur Symmachus, lib. 1. epist. 23. qui Philosophiam factu & habitu mentiebantur: vt Ammianus Marcellinus lib. 14. p. 24. amictu tenus Philosophi, pallio tenus, vt Apuleius 1. Florid. Nempe παρανοσοποιῶν καὶ ψευδοσοφῶν, id est barba, pallisque gestamine, habita crinèque, qui Philosophorum habitus erant: de quo & Symmachus, lib. 2. epist. 61. de quo vid. & quæ cumulat Lipsius lib. 1. Manducet. Stoic. Theatrum Rhetoricum, lib. 3. cap. 16. de quo tamen iam olim dictum, eo Philosophum non fieri: quam in rem videndi quoque Seneca epist. 5. & de vita beata, cap. 20. Epictetus dissert. lib. 4. cap. 8. Iuuenalis Satyra 2. Martialis lib. 1. epist. 25. lib. 9. epist. 28. & 48. videndi & Plinius, & Quimilianus; Gellius lib. 9. cap. 2. lib. 13. cap. 9 & 22. & lib. 17. cap. 19. Apuleius Floridor. 1. circa fin. Lactantius lib. 3. cap. 25. & lib. 5. cap. 3. 5. 7. Hieronymus epist. ad Pammachium, & ad Iulianum: Iulius Firmicus lib. 8. cap. 6. Ac vt Philosophiæ habitum iam olim indebitè & insolenter multi vsurpauere, vel mentiti, ita & hæc ætate laxata Philosophis haud ita multò antè libertate, à Iuliano potissimum, illo Gentilitiæ superstitionis studio, sub quo reuerenda fuit Philosophorum auctoritas, vel Ammiano Marcellino teste lib. 23. p. 264. & à Valentiniano non tantum propter ἐπιλοδομησῶν cuique factam: de quo ad legem. ... infr. de Paganis: verum etiam ob Philosophiæ studium, quo & ipse ducebatur, quàmque beneuolentiam, P.

lentiâ prosequeretur: vt de eo disertè testatur Themistius, in παραδέξαι seu Oratione 15. p. 346. 347. saltem quosdam ex his probabat, quod hæc lex aperte docet. Ita quidem vt his sua privilegia constare voluerit: nempe patriæ functionum, id est ciuiliū & publicorum munerum immunitatem, quæ Philosophis iam ab antiquo competitæ etiam sub Hadriano Antonino Pio, & deinceps: vt docet lex ead. dno 6. §. 5. 7. 8. π. de excusat. & l. 8. §. Philosophis. π. de vacat. & excusat. muner. (de quâ immunitate plura ad l. 1. supr.) Porrò cum multi passim Pseudophilosophi e mentito habitu vagarentur, cuiusdam collusionis specie, vt hæc leg. dicitur, atque ideo ciuitatum munera passim destituerentur, reddi eos patriæ suæ ad functiones scilicet publicas seu munera publica sustinenda; iubet hæc leg. Valentinianus Sen. Exceptis iis qui à probatissimis approbati fuissent: A Probatissimis, eisdem scilicet professionis: quo sensu etiam Optimi dicuntur leg. 5. supr. Quod quidem ipsum hodie feruè obtinet, communi vsu, ac nominatim in Medicinæ professione, etiam recenti placito Parisiensi Anni 1644. aduersus Theophrastum Renaudotum: vbi quoque has duas leges laudatas notare licet. Haud aliter atque simili illusionem Pseudomonachos ignauæ sectatores, desertis ciuitatū muneribus, specie Religionis cum cæteris Monachis hac tempestate congregabantur, quos & ideo similiter ad munia patriarum subeunda reuocari iubet Valens Imp. Valentiniani frater atque in Imperio Collega, l. 63. supr. de Decurion. Rationem verò reddit elegantem Valentinianus, Quod Turpe sit vt patria functiones ferre non possit Philosophus, qui etiam fortuna vim se ferre proficitur. E Sensus

Sensus est, Philosophiæ & Philosophorum professioni aduersum esse, non posse, vel nolle ferre & sustineri patriæ functiones: cum tamen vim fortunæ, id est, aduersam quamcumque fortunam & sortem ferre & tolerare sese posse profiteantur: Nempe Philosophi sese potissimum & animosè iactabant, duritiâ & patientiâ aduersus fortunam vim fortiter resistere: videndus vel Seneca, & Tertullianus. Quare professioni eorum conueniens esse, vt qui fortunæ vim & iniurias fortiter ferre se profiterentur, etiam patriæ munera sustineant & ferant. Fit igitur hęc argumentatio à munitis & functionibus vique quæ fortuna impingit, ad ea quæ patria deposcit: & rursus argumentatio à contemptu tolerantiaue illorum,

ad horum contemptum seu tolerantiam: in quam rationem coincidunt & aliæ similes pecuniæ salutem commodum respicientes, veluti illa Papiniani 1.8.§.4. de vacat. muner. et enim verè philosophantes pecunias contemnunt, cuius retinende cupidine fictam adseuerationem detegunt: vbi ficta adseueratio est ficta professio. Item illa D. Pij δῖμα δὲ π οὐ πλάτην ὑπὸ Καλλόντες ἐδελοῦνται παρῖξου τὰς ἀπὸ τοῦ χρηματικῶν ἀφελείας τῆς πατρίων: εἰ δὲ ἀκριβοῦς ἄρα τὰς ἐλάσας, αὐτῶθεν ἢ δι φανεροῦ ἡμῶνται μὴ φιλοσοφῶντες. De quo loco dixi plenius ad l.8. supr. hoc tit. Tandem tertia illa in l. professio 6. Cod. de numeribus patrimon. Cum Philosophum te esse proponas, vinceres auaritia & rapacitate,

variis locis, tam primo quam sequentibus eius capitibus. Archiatrorum scilicet vox non de Principum tantum Medicis vsurpata, verum & de Medicis Urbium Regiarum, Urbis Romæ & Constantinopoleos: quod iuxta hanc legem ostendit lex 4. sup. & l.9.13. infr. de quo iam ad d.l.4. § De his igitur Urbis Romæ Archiatis seu Medicis Popularibus quatuor hæc leg. à Valentiniano Sen. constituuntur, de Numero, Annonâ, seu Commodis, Mercedibus, subrogatione seu delectu & ordinatione eorum. Idque constitutione ad Prætextatum P. V. emissâ, proculdubio ad eius siue relationem & suggestionem, siue dispositionem: Quod respexit fortè Valentinianus ipse biennio post, l.9. prox. illis verbis, iuxta dispositionem prius habitam. Cuius elogium non erit abs re hęc apponere, quod Ammianus Marcellinus de eo habet lib.27. p.373.374. ex quo apparet, quantum eius fuerit studium circa Urbem Romam, & ciuium populique vtilitatem: quod etiam hæc lex spectat. Hęc inter, inquit, Prætextatus Præfectum Urbis sublimius curans, per integritatis multiplicis actus & probitatis, quibus ab adolescentie rudimentis inclarnit, adeptus est id quod raro contingit, vt eum imeretur, amorem non perderet Ciuium, minus firmari solitum erga Iudices formidatos. Cuius auctoritate iustique veritatis suffragiis tumultu lenito, quem Christianorum iurgia concitarunt, pulsoque Præfeco, alta quies pari iam proposito ciuium Romanorum apertissima adolecebat, gloria Clari Rectoris plura & UTILIA DISPONENTIS. Nam & in veniam sustulit omnia, fabricari Roma proficit quoque vetita facies: & disceuit priuatorum parietes ab edibus facis, isdem inuerecundè conuexos: ponderâque per REGIONES instituit vniuersas, cum auiditai multorum ex libidine trutinâ componendum occurri nequiret. In examinandis verò libibus ante alios id imperauit, quod laudando Brutum Tullius refert, vt cum nihil ad gratiam faceret, omnia tamen grata viderentur esse quæ facti habet. His addantur & elogia Symmachii, lib.10. epist.23.24.25. Nunc de ipsamer lege. Primo igitur capite quod abest à Cod. Iust. Numerum Archiatrorum popularium Urbis Romæ quatuordecim tantum definit hæc leg. Valentinianus: quem etiam biennio post indicat l. prox.9. infr. Constitui scilicet quot Urbis Regiones erant, tot etiam voluit Medicos Regionarios, de quibus regionibus & regionalibus nil attinet morere, nisi quod de eodem Prætextato P. V. cui hæc lex inscribitur, Ammianus scribit lib.27. eum instituisse pondera per vniuersas regiones Urbis Romæ. Quod mitum satis in tanta ciuitate, totius orbis epitome, quatuordecim tantum Romæ Medicos populares fuisse: Sed minus mirum repentiam, quod mihi in mentem venit, quòdque hæc lex satis ingerit, plures quidem longè fuisse Romæ: & quidem qui diuitibus, aut quibus placeret vltro seruirent, verum hos quatuordecim constitutos qui tenuioribus obsequi cogentur vocati, atque ided annonaria commoda de publico acciperent: scilicet hi constituti vel in tenuiorum fauorem, vel saltem necessarii, cum vulgò Medici vel vocati ire detrectarent, vel nonnisi diuites feruè adirent, neglectis tenuioribus, vt feruè hæc ætate, misera plebs Romæ neglectui habita, diuitumque apothecas vt alij, ita & Medici sectati. Imò, quod huic proximum, ad id deliciarum Romæ ventum hæc tempestas, vt Nobiles amicos ægrotantes non adirent, imò percunctatum missos non ante domum reciperent, quam corpore lauacro purgato, vt disterte scribit Ammianus Marcellinus lib.14. p.16.

Ergo necessarii hi iam Archiatis deque publico conducti, quatuordecim Romæ. Ex quorum numero vno deficiente, si alius subrogandus esset, septem Archiatrorum iudicio seu suffragio statidem Valentinianus voluit, l. prox.9. infr. nempe quia septem è tredecim superfluis maiorem partem constituunt: de quo ad eam legem plenius. Et hi quidem in commune seu populares Medici constituti, præter hos enim fuere, & alij singulares Archiatis Romæ destinati, Exceptis, inquit Valentinianus, portus Syxti, Virginumque Vestalium. Vbi inendum manifestatum hæret in voce portus & in voce Syxti. Quare putet quis primò, loco portus, reponendam vocem partus: vt ita Medici intelligantur parientibus opem ferentes: de quibus ad eam rem Medicis mulieribus saltem proximis, vide Hygenum libro fabular. l.1. §.1. π. de extraord. cognit. Licet si obstetricis π. ad l. Aquiliam & Anianum ad Paulum: Quotiens de mulieris prægnatione dubitatur, quinque obstetrices, id est Medici, ventrem inuentur inspicere. Hinc aded qui γυναικῶνα scripsere, hosce libros feminis potissimum Medicis, dedicauere: vt Theodorus Priscianus Victoris Sabinæ. Verum hæc emendatio non placeat: nam de Archiatis sermo est: & quidem popularibus, de publico conductis, & quidem viris. Quare hęc omninò reponam Porticus Xysti. De Xysto primum: Xysti, inquam, hęc rescribo, loco Syxti. Quomodo & aliàs hæc voces in MSS. mutata: & in veterib. Inscriptionib. Eaque etiam alibi falsitatis & erroris materies. Hieronymus ad Crespionem, aduersus Pelagium: Illam autem temeritatem imò insaniam eius quis digno possit explicare sermone: quod librum decimum sextum Xysti Pythagoræ hominis absque Christo atque ethnici, immutato nomine Syxti Martyris & Romane Ecclesiæ prænotauit Apstis S. Mariæ in Quisquilis, XYSTVS EPISCOPVS PLEBI DEI. Est autem Xystus idem penè quod Gymnasium, Ludus scilicet locusque in quo Athletæ degebant & exercebantur. Helychius εὐρύς τῶν ἐν αἰσθητοῖς γυμνασίου: & apud eundem γυμνασίου, ἀρχὴν τῆς ἐκτελέσεως: & apud eundem γυμνασίου, ἀρχὴν τῆς ἐκτελέσεως: & apud eundem γυμνασίου, ἀρχὴν τῆς ἐκτελέσεως. Vide & palæstræ Xystus frequenter iungitur. Frequensque eius mentio apud veteres Scriptores, quos hęc laudare nimis longum foret. Mitto & in vocis huius originem inquirere, nominisque rationem reddere, quam alij aliam reddunt. Vide quam Pausanias reddidit in Eliacis, seu lib.2. p.202. vt & de differentia agere inter Xystos, & Xystas: de Xysticis vid. Suetonium: & lib.2. π. de his qui not. infr. de Xystarchis vid. veteres Inscriptiones: Tertullianum ad Martyres, cap.3. & Ammianum Marcellinum lib.21. de Xystorum ædificatione vid. Vitruuium lib.8. cap.11. cuius verba mox apponemus. Illud ad rem tenendum, Athletas Xysticos in Xysto exerceri solitos cum magna corporis cura, & non sine lachryis: Quare non vanitatem tantum & mundicias Xysti vel Xysticam Tertullianus non vno loco perstringit, verum etiam iniuriam, de spectaculis, cap.18. Non probabis vsquam vanos cursus, & salus vaniores: nusquam tibi vires aut iniuriose aut vane placebunt. Quod idem in Græcorum Gymnasiis, notat apud Lucianum Anacharsis. Vnde & gladiatorum pugnis affines erant Xysticorum certationes, idèque iuncti, Suetonius Octauio, cap.45. Xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas seuerissimè semper exegit. Hinc igitur his Xystis, Xysticorum certationibus sui fuere Medici. Certè ita quoque occurrunt in veteribus Inscriptionibus, Medici Iudi Gallici: Ludi Magni: Ludi matutini. E quibus illa p.65. n.3. Romæ.

De ARCHIATRIS popularibus Urbis Romæ: 1. Eorum Numero: 2. Commodis: 3. Mercedibus: 4. Subrogatione.

VIII. * Idem AA. ad Prætextatum P. V.

EXCEPTIS" Portus" Syxti, "Virginumque Vestalium, quot" Regiones urbis sunt, totidem constituantur Archiatis. Qui scientes" annonaria sibi commoda à" populi commodis, honestè obsequi tenuioribus malint, quam turpiter seruire diuitibus. Quos etiam" ea patimur accipere, quæ sani offerunt pro obsequiis, non ea quæ periclitantes pro salute promittunt. Quod si huic Archiatrorum numero aliquem aut conditio fatalis, aut aliqua fortuna" decerpserit, in eius locum, non patrociniò Præpotentium, non gratiâ Iudicantis, alius subrogetur, sed horum omnium" fideli circumspèctòque" dilectò, qui & ipsum confortio & Archiatriæ ipsius dignitate, & Nostro Iudicio dignus habeatur: De cuius nomine referri ad nos protinus oportebit. Dat. III. Kalend. Feb. Triu. Valentiniano & Valente III. AA. C O S S.

NOTÆ.

* Hoc primum caput abest à Cod. Iust. vt & vltimum. Hanc legem Patris sui, vt & proximam indicat & firmat Valentinianus Iun. l.13. infr. Ipse Valentinianus præx. l.9. in nonnullis eam abrogat. Tandem & primo huius leg. capite Anales Ecclesiastici instrui aucterique poterunt: quod tamen omisium à Baronio. Tertium A. Gratiani nomen hęc adscribendum pariter vt l.7. supr. & l.9. infr. v. Chronol. Prætextatus P. V. Romæ scil. An. D. 367. & 368. vid. Amm. Marcellinum lib.27. p.373.374. Symmachum lib.1. epist.49. & Chronolog. itèque Indicem Personar. vbi plura. Sed & ad leg.4. infr. de Suaris: non Anno 370. de quo ad Subserpionem legis. Et fuit hęc Prætextatus Gentilis, vt colligi quoque potest ex Virginum Vestalium mentione hæc leg. & Inscriptione ei à Vestalibus posita: omnium maximè ex illo iam vulgato dicto, Facite me Romana Urbis Episcopum, & ero protinus Christianus, apud Hieronymum, ep.61. id est, præter. an Partus? Imò ye, porticus. ye, Xysti: de quo mox. quatuordecim. Hinc desumpta est lex Archiatri, 9. Cod. eod. tit. 103. percipientes: Nil hęc muro. Administrari: hanc vocem hęc addidit Tribonianus: proculdubio ex l. prox.9. infr. in fin. Sanè possimus & sine hac voce hunc locum defendere, subintellectâ voce esse. Si quid mutandum, loco annonaria, legam annotata: & sic integer erit sensus: annotata, id est deputata, adscripta: vel ita annonaria sibi commoda ANNA à populi commodis. tantum, Cod. Iustin. Nostrum hoc rectius, vt mox ostendam. Fortuna, Ita pariter Symmachus, eadem in re, legis prox.9. infrâ, sententiam exprimens, se locum quempiam decedentis fortuna nudasset. Circumspècti vox hęc propria: quâ sæpè vsus Ammianus Marcellinus: qui dixit circumspèctam cautelam lib.14. p.5. circumspèctum & verendum populi Romani nomen p. 12. circumspèctè visitos Episcopos Urbis Romæ, lib.27. circumspèctis coloribus nitidos parietes lapidum lib.28. Græci ἀβιβλεπτον dicunt, pro delectu. At non & gradum, vt l.9. prox. idem Valentinianus explicat. Imò non omnium, vt mox idem explicat d.l.9. Omninò referribendum 11. id est Ann. D. 368. Prætextatum quippe sine Anni 367. P. V. fuisse repetio (vt docet disterte lex 4. infr. de Suaris: l.10. supr. de pœnis: l.7. supr. de priuileg. eorum qui in S. Palat.) atque aded verosimiliter inter initia adhuc Anni 368. At deinceps Anno 368.369.370. Olybrius P. V. fuit: vide Chronol. huius Cod. Quare πρὸς τὸν τῶν τῶν hęc admittum ab huius Codicis conditoribus, & superiori hæc præmittenda erat.

COMMENTARIUS.

ARCHIATRIS est hæc (Tertia à Valentinianis hoc titulo) constitutio quatuor capitibus constans: quorum duo tantum relata in l. Archiatri 9. Cod. Iustin. eod. tit. secundum inquam & tertium, prius abdicato primo & vltimo. De Archiatis inquam est hæc lex, non qui in Comitatu seu Anlâ Principis fuere, verum qui in Vrbe Româ populo Romano seruebant; & sic de Archiatis POPVLARIBVS: vt docet tum Inscriptio legis, tum dilucidè lex ipsa, variis

SILVANO SANCTO
AVSTORNIVS
MEDICVS LYDI GALLIC.
PORTIC. ET EXEDR.
ET SIGON. EN.
VOTO SVSCEP.
L. M.
DEDIC. KAL. MAI.
L. MARCIO, ET
SEX. IVLIO COS.

Ad eundem modum sui quoque fuēte, & quidem vniuersi Xysti Pontificis; vt docent veteres inscriptiones quatuor: quæ Romæ p. 313. n. 10. 314. n. 1. 315. 10. 316. 1. ἀρχιερεὺς τῆς συντάξεως ἔχουσιν; vt & ἔχουσιν ἰbidem memoratur, & quidem ἀπὸ τῆς ἱερακλίας ἀδελφῶν, ἱεροποιῶν, παραρετῶν. Ergo & Xysti Medici seu Archiatrū Romæ fuēte: seu porticus Xysti quomodo hīc reponendū dixi, Xysti scilicet nil aliud erant quā porticus rectæ hypæthris oppositæ: Vnde Græcis ἔχουσιν δόμοι, & ἔχουσιν absolutē promiscuè: de quo vid. Pollucem lib. 9. c. 5. p. 427. Omissis aliis, Vitruuius d. lib. 5. cap. 11. Hæc autem porticus ἔχουσιν apud Græcos vocatur, quod Athleta per hyberna tempora in relictis studiis exercentur. Facienda autem Xysta sic videntur, vt sint inter duas porticus syluæ aut plataniones, & in his persiciantur inter arbores ambulationes, ibique ex opere signino stationes. Proximè autem Xystum & duplicem porticum, designentur hypæthra ambulationes, quas Græci ἀσπιδιστάδους, Nostri Xysta appellant; in quas per hyærem ex Xysto sereno celo Athleta procedentes exercentur. Post Xystum autem stadium ita figuratum, vt possint hominum copia cum laxamento Athletas certantes spectare. Et rursum lib. 6. cap. 10. ἔχουσιν Græca appellatione est porticus ampla latitudine, in qua Athleta per hyberna tempora exercentur. Nostri autem hypæthras ambulationes Xystos appellant, quas Græci ἀσπιδιστάδους dicunt. De quibus Vitruuij locis vid. Interpretes eius, & Mercorialem in Gymnasticis. Ergo porticus Xysti in hæc prater lege, ad discrimen etiam aliorum porticuum, quæ insigniores plures in Vrbe Romæ per varias regiones erant, quas notatas reperies in tribus veteribus Romæ descriptionibus. Ac proinde Medici Xysti, de quibus hæctenus.

Sequuntur nunc Medici virginum Vestalium: qui secundo loco hīc memorantur, præter Xysticos, & populares Vrbs Romæ. Peculiarem igitur Virgines Vestales Archiatrum ibi habuēre, & Valentianus Sen. haberi porro permittit. Quod vtiq; notandum, Olim sanè quoque virgines Vestales ægrotæ, alicuius matronæ custodiæ extra atrium Vestæ mandabantur: quod testatur Plinius lib. 7. epist. ad Priscum: Angit me Faunia valendo: contraxit hanc dum adsidet Iunia Virgini. sponte primum (est enim affinis) deinde etiam ex auctoritate Pontificum: nam Virgines, cum vi morbi Atrio Vestæ coguntur excidere, matronarum curæ custodiaque mandantur. Sed Medicorum Virginum Vestalium vnica hæc hæc leg. mentio occurrit.

Obiter interim de Virginibus istis Vestalibus, quæ ad hanc rem legemque nostram & temperatam faciant, tria hæc notare iuuat. Primum ad Præfecti vrbs inspectionem quoque pertinuisse Virgines Vestales, quod ex hæc leg. colligas: Sanè cognouisse eum de Vestalium incēsto docet Symmachus lib. 9. epist. 118. 119. Secundo obseruo, peculiari cultu Prætextatum, cui hæc lex inscribitur Virgines Vestales profectum, & eas vicissim Prætextatū: (qui & Princeps Religiosorum Romæ fuit, sacrorum Præful & arcanorum eon-

ficius, vt docet Macrobius 1. Saturn. 7. 11. 24.) Inde & Vestales Virgines ei monumentum statuat dicere destinarunt inuistrato hæctenus more, quem honestati Virginum tali in Vitos obsequio non conuenire, arbitrabatur Symmachus lib. 2. epist. 36. Et tamen consulti Pontifices adnuerunt vt ibidem testatur: & fidem facit vetus Inscriptio Romæ repta, statuat bafi subiecta, p. 310. n. 1.

COELIÆ CONCORDIÆ VIRGINI
VESTALI MAXIMÆ FABIA PAVLINA
C. F. STATVAM FACIENDAM COLLOCANDAM
QVE CVRAVIT QVM PROPTER EGREGIAM
EIVS PVDICITIAM IN SIGNEM QVE
CIRCA CVLTVM DIVINVM SANCTITATEM
TVNG QVOD HÆC PRIOR EIVS VIRO
VETTIO AGORIO PRÆTEXTATO V. C.
OMNIA SINGVLARI DIGNOQVE EIVS ETIAM
AB HVIVSMODI VIRGINIBVS ET SACERDOTI
BVS COLI STATVAM COLLOCARAT.

Tandem obseruandum, inter labentis Romæ superstitionis rudera, summam adhuc hoc tempore Virginibus Vestalibus Religionem stetitisse: quod non tantum ex hæc leg. & supradictis liquet, verum etiam aliunde. 1. Vetus Orbis Descriptio sub Constantio & Constante Impp. viginti fermè annis ante hanc l. conscripta, inter ea quibus Romam celebrat, Sunt autem, inquit, in ipsa Romæ & Virgines septem ingenuæ & clarissimæ, quæ sacra Deorum pro salute ciuitatis secundum antiquorum morem persciant, & vocantur Virgines Vestæ. 2. Sanè & Symmachus, in relatione illâ suâ nominatim ait, CONSTANTIVM sacrarum Virginum privilegia nil detraxisse, decreuisse nobilibus Sacerdotia, Romanis carimonis non negauisse impensas. 3. Sed & VALENTINIANVS Senior (huius leg. auctor) qui idē ἀσπιδιστάδους, & aliàs fanciuit Virginibus Vestalibus, sua iura reliquit, quod Symmachus testatur, in prædictâ illâ relatione. 4. GRATIANVS Vestalibus Virginibus subsidia vetera, prærogatiuam, agros, detractum iuit, prædiâque hæreditate quaesita, & annonam seu victum quæ de publico & populi annonis præbebantur. Quæ omnia Senatus à Gratiano repetitum iuerat, verum exclusa eius legatis, & audientia denegata, quæ omnia testatur Symmachus d. Relat. 5. Sub VALENTINIANO Iun. Senatus iterum per Symmachum P. V. Anno D. 384. ea repetitum iuit: Cuius est eum quoque in finem famosa illa Relatio ad Valentianam Iuniorē. Verum (quod Ambrosius testatur epist. ad Imp. Eugenium) ei nec quicquam detulit. 6. Neque THEODOSIVS Anno D. 388. vel 389. quod & ipsum testatur d. ep. ad Eugenium, 7. Neque rursum idem VALENTINIANVS Iun. cum iterum Legatio missa ad eum fuisset intra Gallias: Ann. D. 392. vt habetur in eadem epist. & id ipsum memorat Paulinus in v. Ambrosij. 8. Tandem cum ab EUGENIO in primordiis Imperij eodem Anno 392. hoc ipsum Legati perissent, vt annonas Templis (ac perinde & Vestalibus) restitueret, non fecit: cum iterum alij postulassent, renisus est: Tandem ea donauit quibusdam præcellentibus in Republ. Gentilis obseruantia Viris, id perentibus: in quod inuehitur Ambrosius d. epistolâ: de quo & Paulinus in v. Ambrosij. Et hæc quidem semel & sub vno obtutum, de Virginibus Vestalibus hæc tempestate ad huius leg. historiceque Ecclesiasticæ, & quidem Romæ illustrationem dicta collectaque volui. Et hæctenus quidem, de primo huius leg. capite, de Numero, inquam, Archiatrorum Romæ.

Secundo

Secundo capite quod vnâ cum proximè seq. extat Cod. Iustiniano, recisio primo & vltimo; Valentianus Sen. ANNONAS Archiatris in Vrbe Romæ dari vult è populi commodis, id est, ex annona populari seu ciuicâ, pariter vt l. 9. prox. Nempe annona ciuicâ gratuita populo ciuibus Romanis, in Vrbe Romæ datæ, vt & Constantinopoli; item Palatinis & militaribus Viris nonnullis. Quæ populo data, popularis annona dicta l. 7. infr. de annonis ciuicis, alimenta popularia l. 3. b. r. comoda popularia, l. 3. supr. tributa in ips. Specieb. denique comoda populi (vt habet lectio eius) hæc leg. Ex quibus ea etiam quæ per mortem vel aliter deficiebant, dicebantur caduca popularia, l. 2. infr. de studiis lib. V. R.

Cæterum ex his popularibus annonis non tantum populo annona datæ, verum etiam salarij loco quibusdam datæ: putâ Antiquariis Constantinopoli, qui Bibliotheca codicibus componendis vel pro vetustate reparandis vacabant, ex Valentis constitut. d. l. 2. infr. de studiis lib. Item Virginibus Vestalibus teste Symmacho. Item Archiatris Vrbs Romæ, ex hæc Valentianæ. Sic quidem (quod diseretè exprimitur ab eodem Valentiano l. prox.) vt Præfecti Vrbs sollicitudine hæc annona his ministrarentur. Sanè & aliàs Medicis salaria & annonæ de publico datæ in Proincijs, & Municipijs: vt docet lex ambitiosa 4. §. 2. m. de decretis ab ord. fac. De Palatinis Archiatris non est hic dicendi locus: de horum interim salario, seu annonis vid. Lamprid. Commodo & Alex. Seu. p. 128. infr. § Cæterum causam harum annonarum Archiatris popularibus Romæ dandarum, hanc adiungit Valentianus, vt ita scilicet bonè est obsequi tenuioribus malint, quam turpiter seruire diuicibus. Nempe videntur Medici hæctenus Romæ, de publico annonas non percipientes, à diuitibus fermè auctorati, vel saltem his sese turpiter & similiter dedisse spe lucri, commodique, tenuiorum omni fermè curâ abdicatâ. Quare annonis de publico constitutis tum honestari Medicinæ consultum, simul & tenuioribus.

Tertio capite, quod & ipsum extat Cod. Iust. in d. l. Archiatrū 9. Valentianus Medicorum istorum auaritia occurrit, sicut & fastidio eorum superiore capite: quæ nexus ratio est huius capitis cum illa: vnde illa, Quos ETIAM, &c. quod Tribonianus perperam immutauit in tantum. Ergo Valentianus MODVM imponit horum MERCEDIBVS, emolumentis, & salariis. Iamdudum enim Hippocratis iuramentum obsoleuit, se operam quibuscumque ægrotis exhibituros esse videri & vnyyεσφι: nempe vt ea tantum accipere possint quæ sani iam pro obsequijs præstitis offerunt, non ea quæ periclitantes pro salute promittunt.

Promittunt, inquam, non tantum in pericula coniecti per aduersa medicamenta, vt in facti sp. l. 3. m. de extraordinar. cognitionib. imò quamlibet vltro & spontè æger aliquid pollicitus sit, vel donauerit; solo periculi metu; vt huius leg. verba docent, quæ periclitantes pro salute promittunt. Quam sententiam rectè defendit Mainardus lib. 3. cap. 73. aduersus Matthæum de Afflictis decis. 123. Hoc tamen discrimine, quod illo casu inciuile factum in totum rescinditur: hoc ad modum redigitur: de quo mox. Hinc aded in prædicationes, obligationes, promissiones, venditiones immodicæ ab ægrotis factæ noumli triginta annorum spatio præscribuntur: de quo Mainardus d. c. 73. & Charondas lib. 9. Resp. cap. 19. Aliàs salarium immodicum Medico permissum ad modum & arbitrium boni viri redigitur & arbitrio Iudicis taxatur: quam in rem allegant Arresta Curie Parisiensis Rubuffus comm. in consuet. Ruis tractam de resciss. courr. in præf. num. 30. 31. Mainardus d. c. 73. Et quanquam hæc lex agat de stipendijs Medicis, idem tamen dicendum in non stipendijs, vt rursum rectè asserit Mainardus adu. Matth. de Afflictis, d. c. 73.

Postremo capite quod à Cod. Iustin. abest Valentianus SVBROGATIONI, seu ORDINATIONI horum Medicorum seu Archiatrorum prospicit, si ex eorum numero aliquis decefferit, aut quocumque casu exemptus fuerit. Quæ res sollicitam curam exigere visa, cum de populi salute ageretur. De quo repetitâ constitutione egit rursum idem Valentianus biennio post l. prox. 19. sic tamen vt eâ vel huic in partem derogetur, vel saltem accuratius reuocatur. Hanc verò constitutionem & proximam, intelligit Valentianus Iun. l. 13. infr. Tria igitur de hæc subrogatione hīc constituuntur. Primum. Quorum delectu hæc subrogatio facienda sit: nempe ipsorummet Archiatrorum: non verò patrocinitio potentium, vel gratiâ Iudicantis, id est (Prætoris, vel fusè etiam Præfecti vrbs.) De subrogatione vel delectu Medicorum in municipijs videnda lex 1. m. de decretis ab ord. fac. Secundo, omnium Archiatrorum delectu fideli & circumspetto hanc subrogationem fieri iubet: Quod tamen vel derogando, vel saltem explicando ad maioris partis suffragia & consensum reduxit idem Valentianus l. prox. 9. biennio post. Vbi circumspetti vox propria notanda, de qua in Notis. Postremum de subrogato ad se ferri iubet: de cuiusmodi hac in re Relationibus, alio atque alio sine actum Iuliani l. 5. supr. Sanè de hæc relatione nihil quoque statuitur d. proxima l. 9. sicut & hæc parte huic derogatum eâ videatur.

IX. * Idem AA. ad Olybrium P. v."



I qui in Archiatrū defuncti est locum promotionis meritis adgregandus, non ante eorum particeps fiat, quàm primis qui in Ordine reperientur, septem, vel eò amplius, iudicantibus idoneus adprobetur. Ita vt quicumque fuerit admissus, non ad priorum numerum statim veniat, sed eum ordinem consequatur, qui cæteris ad priora subuectis, vltimus poterit inueniri: Hisque annonarum compendia, quæ eorum sunt meritis dignitatique præstanda, Tua Sinceritas iuxta dispositionem prius habitam faciat ministrari. Dat. vi. Id. Mar. Valentiano & Valente 111. AA. COSS. [370.]

NOTÆ.

- * *L. si quis in Archiatro* 10. Cod. eod. tit. Iungendâque huic videtur *lex 1. infr. de studiis lib. V. R. Iud. & lex 7. Cod. Inst. de postulando*. Huius *leg.* meminit quoque Symmachus *lib. 10. epist. 40.* de quo mox. Hanc quoque cum superiore intelligit simul & firmat Valentinianus Iun. huius filius *l. 13. infr. hoc tit.*
- * *Romæ*: huius elogium vid. apud Ammianum *lib. 28. p. 356.*
- * *popularis*. "vox hæc *Cod. Inst.* relicta post vocem *adgregandus*, euphoniae studio.
- * *An Archiatrorum? an meritorum?*
- * Symmachus hæc verba repetit: *ut Primi artis eiusdem de notorum scientia indicarent. Primi autem hæc dicuntur omnes, respectu substituti de nouo.*
- * *Abest hæc vocula à Cod. Inst.*
- * *Ita tamen, ita Cod. Inst.*
- * *Cætera à Cod. Inst.* rescavit *Fej. 80.* seu horum temporum historiae adscripta.
- * *Prætextati, ut existimo*: cuius in vniuersum dispositionem probare puto *l. prox. 8. supr.*
- * *l. v. Id. Mart.* ita *d. l. 1. Kal. Mart.* ita *d. l. 7.* & quidem vtrouique additus locus *Trineris.*

COMMENTARIVS.

DE SUBROGATIONE (1.) seu ORDINATIONE in demeritorum ARCHIATORVM popularium Vrbis Romæ locum, (2.) deque subrogatorum GRADV, (3.) & COMMODIS, est hæc de duabus alecta eiusdem Valentiniani Sen. constitutio: quarum prior (puta *lex 8. supr. prox.*) ante biennium processerat, ad Prætextatum P. V. hæc verò ad Olybrium, illius in Præfecturâ Urbana successorem. Ita quidem, vt cum superioris legis dispositionem prius habitam cæteroquin ratam esse velit, quod etiam *sine legis* indicat, ac nominatim circa Annonarum compendia, de popularibus videlicet commodis & annonis (Præfecti Urbis sollicitudine) hæc præstanda. Item circa Numerum Archiattorum, quem *hæc leg.* eundem præsupponit, quem superioris lege, mox vt ostenditur plenius, item quoad ipsam subrogationem faciendam Archiattorum ipsorum delectu: In quibus tribus hæc *lex* cum superiore concordat, vnde Interpretatio huc arcessenda venit. Attamen hæc constitutione idem Valentinianus Senior accuratius de eadem subrogatione recauerit in tribus, & quidem aliter, quam eâ lege.

¶ Primum quidem de *suffragiorum numero* requisito, vt quis in locum defuncti Archiatri subrogatus, his adgregetur. Ex superiore sanè constitutione ad delectum hunc omnium Archiattorum consensus requiri videbatur: sic enim verba *legis* illius habebant, *horum OMNIUM* *fidei circumspèctaque delectu*. Verùm id nunc accuratius explicat Valentinianus: nempe, secundum legem & naturam omnium Curiarum, Collegiorum, Corporum: vbi, quod maior pars decreuit vel effecit, pro eo habetur ac si omnes egerint, numerisque aded maior præualeat; *l. 19. n. ad municip. addatur & lex nulli, n. quod cuiusque vniuers. l. 3. n. de Decurion. l. 19. n. de tutor. & cur. dat. l. pen. & vlt. Cod. de prad. Curial. l. vltim. Cod. de vendendis reb. Curialib. lex 160. §. 1. n. de Regalis Iuris: & l. 84. 142. supr. de Decurionib.* vbi dixi. Extat & de eo Symmachi locus *lib. 4. epist. 27.* Plinij *lib. 2. epist. 12.* Alludit Seneca *de vitâ beatâ, c. 2. & 29. ep. Prudentius in Symmachum.* Denique huc spectat veteris verbum, *Numeri Senatuum*, de quo Festus. Igitur & hæc parte sufficere ait, si vel septem Archiattorum calculus accedat, in subrogatione aliquis in locum decedentis. Scilicet hic maior numerus est, Archiattorum corpore imminuto per alicuius mortem; solemnibus enim quatuordecim Archiattorum popularium numerus fuit Romæ (de quo affatum *l. supr.*) Quare satis est si in concursu plurimum, vel ita vnicò tantum suffragio quis vincat: de quo nil attinet plura dicere.

¶ Secunda quæstio siue controuersia erat, de GRADV Ordine seu Præcedentia: quemnam videlicet gradum & Ordinem subrogatus consequi

deberet: Finge enim, cum qui primum locum inter Archiattos obtinebat dececisse, aliumque ei subrogatum: hæc quærebat, num primi illius locum & ordinem subingredere, an verò cæteris ad priora subuectis vltimum locum obtineret, vt pote vltimus adscitus? Sanè superiore constitutione 8. Valentinianus minus accuratè dixerat, *in eius locum qui defunctus fuerat, alium subrogandum*. At nunc postremum illud Valentinianus hæc amplectitur, nempe vltimo loco habendum subrogatum, denique ordinem successionis seruandum. Quam quidem Valentiniani Senioris constitutionem Symmachus, scribens ad Valentinianum Iuniorem filium eius, *lib. 10. epist. 40.* meminerat, & quidem vtroque eius capite relato, his verbis; *Diuus Genitor vester inter alia que in bonum publicum contulit, etiam Medendi Professoribus dedit ORDINEM SVCESSIONIS si locum quempiam decedentis fortuna nudasset. Quâ lege cautum est, vt PRIMI artis eiusdem de notorum scientia indicarent. Hanc formam, quantum asserunt, eas secuta seruauit.* Cuius quidem legis vim Symmachus ided Relatione suâ Valentiniano Iuniori memorauit, imò opposuit, eò quod Valentinianus Iunior defuncto quodam Medico, speciali privilegio, oraculo, præcepto, Ioannem in Epicteti Archiatri locum subrogasset; magna Medicorum parte refragante. Ad quam tamen relationem, vt alibi pluribus ostendi, idem Valentinianus ad Symmachum P. V. rescripsit, id quod continetur *l. 2. Cod. de crimine sacrilegij: Disputare de Principali Iudicio non oportere: sacrilegij enim instar esse, dubitare an is dignus sit, quem ELEGERIT Imperator.* Certè postea idem Valentinianus Iun. subreptitiis huiuscemodi rescriptis reuocatis, ad huius legis mentem rediit, *l. 18. infr.* Ad rem. Scilicet succedantur, seu successus & subrogatus in alterius decedentis vel recedentis officium siue locum, & vt Græci vocant τὰξιν, vltimum inter Collegas vndiquaque pares locum occupat: Quam in rem hæc textus singularis est, & alij complures. Eamque in rem tum responsa, tum Senatusconsultus varia extant apud Decium *resp. 161.* Hotomannum *consilio 105.* Langlæum *7. Semestr. 7. p. 360.* Loiseau *lib. 1. des Officès, cap. 7. p. 115.* Chenu *cap. 97. p. 521.* Cotmannum *cons. 95. vel. 2.* Et generaliter inter Collegas & habentes æquales dignitates & officia, promotionis, cooperationis, installationis, renunciationis (quo verbo vritur Tullius) initiationis, consecrationis ratio, ordo, prioritas, antiquitas, matricula, album, præcedentiam regulariter adsignat, sic vt prior tempore potior iure sit: (non attentâ fortè ætatis ratione) Quam in rem Textus complures Iuris sunt, puta *lex 1. n. de Albo scrib.* Cætera peti velim ex *Diariâ* nostra *de Præcedentia, p. 27. 28.*

Hic

Hic interim omittere non possum, eò vsque huic legi locum esse, vt neque professionis etiam alibi, & vel in Palatio Principis, anterioritas hæc spectanda veniat, vt cæteroquin in materiâ præcedentiæ extra collegialis dignitatis vel anterioritatis ratio non habetur. Quam quidem speciem Symmachus prædictâ epistolâ tractat, de que eâ ad Valentinianum Iuniorem ambiguus refert, quod Ioannes hoc etiam argumentum Palatinæ professionis vteretur, licet vltimum subrogatus, vt summo proximum gradum adipisceretur; scissis eâ in re Medicorum Collegij sententiis. Nunc Ioannes P. P. non eum gradum quem subrogandis dederunt Diuina scripta, sed summo proximum conatur adipisci, sultus PALATINÆ MILITIÆ privilegio, & Impetratione specialis oraculi, &c. Quorum [Medicorum] potissimi inter venerationem legis, & noui beneficij reuerentiam iudicare non ausi, eum locum Ioanni P. P. statuerant deferre nudum, quem tenere potuisset, si eo tempore quo Aula obsequiis deputatus est, Archiattorum numero fuisset adiunctus: Et cum ab eo Palatini honoris officia posceverunt, vt Codicillorum prærogatiua monstraret, quis illi inter Archiattos competere, asseruit, domestica expilatione etiam documenta Dignitatis sibi ablata. At verò pars magna Medicorum munia lege Diuina eorum exem-

pla deprompsit, qui è Palatio in hunc gradum seruato ordine transferunt. Quare motus ambiguus, &c. Vbi vides tres in hac quæstione opinionones: ipsius videlicet Ioannis, summo proximum locum affectantis, quem Epictetus tenuerat: Media, eum locum ei assignandum quem tenere is potuisset eo tempore, quo in Palatio Medicus esse cepit: Postrema, eum postremo loco, seruato ordine successionis hodie collocandum. Quo omnia ad praxin deduci vtiliter possunt. Tertio loco obseruandum, hæc leg. non requiri, vt superiore, vt de subrogato ad Principem referatur.

¶ Illud vltimum ad hanc leg. notandum venit, eam videri prolixioris Valentinianæ constitutionis ad Olybrium P. V. partem: cuius quoque partes, atque aded huic coassandæ videntur *lex 1. supr. de studiis lib. V. R. & lex 7. Cod. de postulando;* quæ in vniuersum de literarum studio & literarum meritis sunt. Et quidem *d. lex 1.* de scholarium seu studiosorum profectu & meritis prouocandis, prouocandis: *d. lex 7.* de Advocatorum meritis: Hæc tandem de Archiattorum pariter meritis, secundum quæ & promoueri, & annonas eis præberi iubet. At non & ideo pro meritis eis præcedentiam adiudicari: quò hæc proculdubio de Præcedentia hæc l. controuersia pertinet.

x. * Idem AAA. ad Principium P. V."

MEDICIS, & Magistris Urbis Romæ sciant omnes immunitatem esse concessam; ita, vt etiam vxores eorum ab omni inquietudine tribuantur immunes, & à cæteris oneribus publicis vacent: eisdemque ad militiam" minimè comprehendi placeat: Sed nec hospites militares recipiant. Dat. 11. Kal. Maij, Valentiniano & Valente III. AA. COSS. [370.]

NOTÆ.

- * *Abest hæc lex à Cod. Inst.* Efformata autem ea adinstat *legis 3. supr.*
- * *Vnica hæc lex* recurrit quæ Principio P. V. inscripta est: nam in *leg. 2. Cod. de dinerf. iudicium*, proculdubio repouendum PP.
- * *Militia b. l. & d. l. 3. supr. & l. 16. infr.* est Tyronum præstatio & quidem filiorum *d. l. 16.*

COMMENTARIVS.

MMVNITAS ab omnibus muneribus & oneribus publicis Medicis & Professoribus (de quâ ipsâ fuerunt quoque iam *suprà* tres constitutiones, duæ Constantini M. puta *lex 1. & 3.* tertia Iuliani, puta *lex 4.*) à Valentiniano Sen. hæc constitutione tribuitur, quæ adinstat *d. legis 3.* efficta est. Neque ipsis tantum Medicis & Professoribus, verùm etiam eorum vxoribus, pariter vt *d. l. 3.* Ac speciatim quidem immunitas à Tyronum præstatione (id enim vt *hæc leg.* ita & *d. l. 3.* Militiæ appellatione intelligendum venit) & quidem filiorum, *l. 16. infr.* vt & à Metati militaris onere: de quâ postremâ immunitate est quoque *lex 16. 18. infr. hoc tit.* Quarum duarum immunitatum argumento procliuè est statuere, hanc constitutionem

omniò pertinere ad prociueus militares, quibus hoc tempore Valentinianus Sen. destinebatur: siue in Galliâ, siue in Italiâ, de quibus Ammianus *lib. 27. p. 392. 393. & p. 404.* & Zosimus *lib. 4. p. 472.* & dixi *ad l. 5. supr. de Tyronibus: l. 2. supr. de Metatis*: quæ & ipsæ eodem pertinere videntur. ¶ Porro est hæc lex nominatim de Medicis & Magistris Urbis Romæ: qui & ipsi cum possessiones in Prouinciis aliquas possiderent, ad indictam Tyronum & Metati præstationem vocandi videbantur, vna cum cæteris Plebeiis, Vrbanis familiis, quæ per Prouincias possidentes ad Iuniorum delectum sæpè vocabantur, vt docet Symmachus *lib. 6. epist. 58. Iuniorum*, inquit, *delectus Vrbanis familiis imperatus, vsque ad aterni Principis responsa pendebit.*

xI. * Imppp. Valens, GRATIANVS & Valentinianus AAA. Antonio" PP. P. Galliarum.

PER omnem Diocesim" commissam Magnificentia Tuæ, frequentissimis in Ciuitatibus, quæ possent" & eminent claritudine Præceptorum, optimi quique erudiendæ præsideant" iuuentuti, Rhetores" loquimur & Grammaticos, Articæ" Romanæ

Romanæque doctrinæ: Quorum Oratoribus viginti quatuor annorum è fisco emolumenta donentur, Grammaticis Latino vel Græco duodecim annorum deductior...

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Inst. Antonio huic PP. Galliarum inscribitur hoc ipso Anno lex 2. supr. de Quæstionibus. Error est Scaligeri qui in Ansonij nomen id mutatum voluit...

COMMENTARIUS.

DE GALICANIS, seu per Gallias Professoribus, ut ij optimi quique habeantur (hic enim præcipuus huius leg. Scopus est) est hæc Gratiani Imp. singularis admodum constitutio...

Primum, est hæc ut dixi Gratiani Imp. constitutio; qui videlicet ante decennium novennis adhuc Ann. 367. Ambianis in Galliâ, à Valentiniano Sen. parte (qui in Galliâ ferè semper agebat) Augustus renunciatus fuerat, teste Ammiano, Hieronymo, Socrate, Chronico Alexandrino, Consularibus Idacianis...

Secundo loco obseruandum venit, hanc Gratiani constitutionem datam ad Antonium PP. Galliarum: patiter vt d. l. 2. supr. de Quæstionibus: & Anno 377. lex 6. supr. de off. Reç. Prouinc. & initio Anni 378. lex vnic. supr. vicium ciuili. & l. 7. supr.

de fide instrument. quem biennio post Ann. 378. PP. Italiæ factum colligere licet ex l. 12. supr. de pœnis: suffecto ei in Præfecturâ Prætorianâ Galliarum Ansonio: cui inscribitur eo Anno lex 35. supr. de cursu publico. Quare audiendus non est Scaliger, quique eum secuti, qui loco Antonij PP. & hæc lege, & cæteris, Ansonij nomen substitu-

Tertio notandum hæc leg. Diocesim (unicam proinde) Præfecto Prætorio Galliarum tribui: cum tamen notum sit, vt plures cæteroque Diocesim Præfecti Prætorio rezerunt: quod docet etiam exertè lex 2. infr. de Episcop. audient. quarum singulæ plures Prouincias complectebantur, & singulæ suos Vicarios habebant: ita tres Dioceses sub Præfecti Prætorio Galliarum dispositione fuisse: vt non tantum ex Ammiano Marcellino, Claudiano, Iustino, Notitia Imperij liquet, verum etiam ex nonnullis huius Codicis Constitutionibus: puta Gallias, Hispaniam, Britanniam: de cuius rei origine alibi dixi. Quare fuit tempus cum crederem, Diocesim hæc accipiendam pro integra diocesi sine administratione etiam Præfecti Prætorio (non eo proprio significato, quo hæc tempestate Diocesis pro vnica Prouinciarum aliquor inter se iunctarum administratione accipiebatur) Quæ notio hæc tempestate nullibi occurrît. Fuit etiam tempus cum crederem, idè vnus Dioceseos hæc leg. mentionem fieri, quia vni huic Diocesi Gratianus consultum iret, & fortè ex Inscriptione, vocem Galliarum retrahendam ad ipsam legem, ita: Antonio PP. P. Per omnem Diocesim Galliarum commissam Magnificentiæ Tuæ. Verum nihil horum mihi nunc placet. Placet potius, reuerà huius Gratianæ Constitutionis tempore nonnisi vnicam (Galliarum videlicet) Diocesim sub Præfecti Prætorio Galliarum dispositione fuisse: non Hispanias, non Britannias. Nempè deprehendo, Hispaniam (vt de eâ primum dicam) hæc tempestate

pestate non Vicario paruissè, & sic sub Præfecto Prætorio Galliarum non fuisse; (id enim omninò importat Vicarij nomen, quod scilicet vices agat Præfecti Prætorio: Verùm Proconsulem habuisse quem Præfecti Prætorio imperio subiectum non fuisse, tum aliunde, tum Eunapij testimonio liquet in Maximo, p. 106. (Αρχιδρακων, inquit, εὐσεβίου τῆς αὐτοῦ ἰδίας λέγει κλημῶνις, ὅτι ἡ ἀρχὴν ἐπιδοξοῦσθαι καὶ ἡ σὺν τῆσδε τῆσ αὐτῆσ ἐπαρχῆσ.) Porro Proconsulem hæc tempestate Hispaniæ præfuisse post Ann. D. 370. (quæ paulò post rursum Vicario commissa fuit) docet singularis admodum Seueri Sulpitij locus lib. 2. Sacra hist. in gestis Anni 383. agens de Priscillianistis. Hæretici, inquit, suis artibus grandi pecuniâ Macedoniæ [Magistro officiorum] datâ obtinent, vt Imperialis auctoritate Præfecti [Prætorio Galliarum] erepta cognatio Hispaniarum Vicario traderetur: nam iam Proconsulem habere deserant: Atque à Magistro Officiales qui Ithaciam tum in Treueris agemem ad Hispanias retraherent. Sed & idem nominatim Voluentij Proconsulis Hispaniarum paulo ante meminit. De cuius rei ratione, cur, inquam, modò Vicarius, modò Proconsul Hispaniæ datus fuerit? dixi iam ad l. 14. supr. de Accusationib. De Britannia quoque idem factum coniecere licet post Annum 370. quo Theodosius Pater Britanniam pacauit: tum Hispaniæ præiudicio, tum huius legis argumento, quæ sanè vnicam Diocesim Præfecto Prætorio Galliarum tribuit, cuius clarissima ciuitas fuerit Treueris, de qua paulò pdt. Quibus argumentis illud quoque liquet, vnicæ Dioceseos dispositionem non fuisse intra illustrium dignitatem: quod tamen nonnulli magno conatu vellent. Quorum sententiam refutat vel Præfecti Urbis Romæ administratio, quæ sanè intra vnicam pariter Diocesim Urbicariam, intra centesimum videlicet lapidem seu suburbicariam regiones consistebat. Sanè post hæc tempora dubium nullum est, Præfectos Prætorio vnâ Diocesi sæpè vixisse contentos: veluti sub Iustiniano Præfectum Prætorio Africæ, Præfectum Prætorio Italiæ, Proconsulem Cappadocianum. Huc adde, quæ de Probi quatuor Præfecturis tum in alijs veteribus Inscriptionibus, tum in eius Epitaphijs dicuntur.

Nunc de sententiâ huius constitutionis: cuius non vnus caput est. Primum iubet Gratianus, Professores Rhetores, Grammaticos vtriusque doctrinæ seu linguæ constitui, vtriusque eruditionis & institutionis, l. 15. 18. supr. de extraordinar. Gregorius Nazianzenus epist. 68. ad Posthumianum PP. quam scripsit Ann. D. 383. ὁ ἄριστος ἔστι τῶν παιδῶν καὶ τῶν ἁγίων ὑποτέραν βίβλι, καὶ εἰς ὃ, π βίβλι τῶν λόγων εἰς ὃ; τῆσ ἐδὲ καὶ εἰς ὃ ἀκκαμῶν, ὅν δὲ Ρωμαϊκὸς περὶ τῶν γλῶσσῶν, ἔδὲ τὰ ἰουδαίων θεοῦ τῆσ ἡ περὶ εὐαγγελίου. Atticæ doctrinæ Rhetores & Grammatici, hic: mox, Græci vocantur. Atticæ doctrina pro Græca: nempè vt olim Athenæ eloquentia semper inclytæ fuère, ita hæc tempestate doctrinâ, studiorumque & literarum mercatu & domicilio censitæ: vt videre est apud huius æui Sophistas, Libanium de vitâ suâ, in Basilico, in Antiochico, p. 368. 369. in Panegy. Iul. p. 177. in orat. funebri in Iulianum, p. 267. Eunapium, in vitis Sophistarum passim. Ansonius quoque in claris Urbib.

Atticæ, facunde cuius mera gloria lingua. Ibi sanè etiam Iulianus sub Constantio institutus: sed & Eunapius in Oribasio; ποῦς ἀνα γορεῖ λέγει, ὅτι Ἀθηναῖοι εἶσα καὶ τὸ ἀγαθὸν δεικνόν. Hinc Iulianus, Proærcius, Epiphanius, Musonius, Hemerius, Libanius, alij, tot hæc tempestate in eâ clari Sophistæ: & consummanda iuuentus eò passim profecta Tom. V.

& allegata hæc tempestate: etiam Christianorum veluti Gregorius Nazianzenus, vbi & postea publicè professus, Basilus Cæsariensis Cappadox (de quo rectè Baronius Amalibus Ecclesiasticis, sub Constantio, Ann. D. 354. à num. 25. à finem Anni.) Ioannes Chrysostomus, teste Gregorio aliisque eius vitæ Scripitoribus. Denique hic οὐρανοὶ δρῶνι fuère, & exinde accessit præceptores teste Symmacho.

Secundò iubet Gratianus, Professores Rhetores & Grammaticos vtriusque linguæ constitui in frequenissimis per Galliâ Diocesim Ciuitatibus, seu in singulis vrbibus quæ Metropoles nuncupantur. In quo multa quærenda veniunt. Primum quid causâ sit, cur Gratianus id nunc constituit: cum tamen iam ab antiquo non tantum Galliarum studia celebratissima fuerint, verum liquida fides sit huiusmodi Professores & Academiâs in Galliâ iam olim fuisse. Vt dimittam vetus Cato nis dictum de Galliâ, eam semper studiosissimè argutè loqui, cum quo concinit Hieronymus adu. Vigil. cum ait, Galliam semper abundasse eloquentissimis Viris. Item vetus certamen Græcæ Latineque facundiæ apud Aram Lugdunensem. Item vt omitram recensum Virorum Doctorum, ac potissimum Rhetorum, de quo Pithacus iam præf. in Quintilianum declarat. Mitto veterem Massiliensem Academiâ, Aduânque, quæ sub Tyberio iam erat, memorare, quæ non aded huc faciunt. Ad propiora accedo: neque tamen adhuc contingant ea quæ hæc constitutione paulo posteriora sunt. Notum iam est, Constantij Chlorig studium circa Augustodunensem scholam, cui Eumenium admouit, de quo videnda ipsius Eumenij oratio pro scholis instaurandis. Notum etiam quod Symmachus de se scribit lib. 9. epist. 84. pectori suo Præcepta Rhetoricæ senem Garumnæ alumnus immulisse olim (sub Constantio videlicet, Constantini M. filio) esèque sibi cum scholis Gallicanis per Doctorem iustam cognitionem: denique quidquid in ipso esset cælo, Gallicano se debere, Carcenâque Galliarum sibi lac bonatum artium primum dedisse. Notum etiam, ex eodem Symmacho, non tantum post hæc Gratiani tempora, verum exertè sub Gratiano studia Galliarum maximè floruisse, indèque Rhetores Romæ excitos, veluti Palladium, vt docet lib. 1. ep. 9. & 88. de quo ipso agit & lib. 3. epist. 50. & lib. 6. epist. 34. Noti sunt etiam Professores Burdigalenses, quorum commemorationem instituit Ansonius. Nota Tolosa Palladia, cuius & ipse Ansonius meminit, sicut & Narbonensis schola. Nota schola apud Visonionem, Lugdunumque, quarum meminit Ansonius in Gratianum actione. Quæ sanè omnia iam in famâ erant ante hanc Gratiani constitutionem. Quid est igitur, quod Gratianus id nunc constituit? Nempè vt existimo, quod etsi multæ Scholæ iam essent in Galliâ, attamen quod Gallicanam facundiam illâ maximè tempestate exerere se videret, quam & ipse hausisset, Gallicanis Viris doctis quamplurimis circumfusis, ipsèque in Galliis sedem habens, in maius efferre studuit. Et duplici quidem ratione. Primum, statuendo vt per omnem, seu totam Galliarum Diocesim, in omnibus frequentissimis ciuitatibus quæ pollerent & eminent claritudine, Professores optimi constituerentur: Frequenissima ciuitates hæc leg. quæ & frequentiores Prouinciarum Urbes, l. 12. supr. de Legatis, frequentes, l. 35. supr. de cursu publ. opulentiores, d. l. de Legatis, dicuntur: mox hæc ipsâ lege Metropoles vocantur, & sunt non tantum illæ quæ in singulis Prouinciis primæ omnium erant

erant(quo alioquin sensu propriè Metropoles nuncupantur) verùm omnes frequentissimæ. Cuiusmodi plures in vna Prouincia erant, & quidem per Gallias, vt docent veteres Notitiæ Prouinciarum & Ciuitatum Galliarum. Exempli gratiâ in Prouinciâ Belgicâ primâ præter Augustam Treuironum, fuit ciuitas Mediomatricum, Tullum, Vildunum. Sic & olim Modestini ICti ætate ciuitates diuidebantur in *μεγίσται* seu *μετροπόλεις τῶν ἐθνῶν*, in *μείσται* τὰς ἐχθράς ἀρρατὸς δικῶν, in *ἐλάττωσ ἀόλας*, vt docet Modestinus l. *ἐὰν δὲ* 6. *τ. de excusat. iutor.* Igitur cùm hæcenus non in omnibus Metropolitibus istis Scholæ & Professores haberentur, verùm in paucis, statuerit hæc leg. Gratianus in omnibus Metropolitibus seu frequentissimis ciuitatibus eos habendos: & quidem idèd etiam fortè quod Galliarum Prouinciæ quotidie auerentur; sic quidem vt hæc tempestate quatuordecim, tot enim iam Sextus Rufus Festus memorat cùm Ammianus Marcellinus tantum duodecim recenset, & eò fortè plures extiterint, cùm antea pauciores essent. Et hæc de primâ ratione quâ Gratianus hæc leg. Galliarum studiis consultum iuit. *Secunda* ratio, & quidem, vt censo, potissima, quâ Gratianus hæc constitutione studiis Gallicanis consultum voluit, istud est, quod *Annonas* certas Professoribus statâque ex more & iustas iam è fisco præberi velit. De annonis Professorum vide & l. 1. *supr.* E fisco inquam, cùm aliâs à viribus Rerumpublicarum Professores in Prouinciis salaria consequerentur. Quomodo sanè etiam Eumenio Oratori Constantium Chlorum è viribus Reipublicæ Augustodunensis salarium constituisse, ex ipsiusmet Constantij epistola & Eumenio constat. Et cæteroque Ciuitates in Prouinciis Doctoribus suis & Magistris salaria soluisse ostensum est ad l. 1. *supr.* Quamquam & hæc leg. mihi *fisci* appellatione reditus ciuitatum intelligi posse videantur. Et quidem argumento *vers.* nec verò, vbi Gratianus non vult, vt liberum sit cuique Ciuitati suos Doctores & Magistros eo quod placuerit salario donare: vt proinde dicendum videatur, Gratianum & hæc leg. voluisse, vt è viribus ciuitatum salarium Professoribus daretur, verùm instabili arbitrio Constantis, ex MORE, non Quale ipsæ Ciuitates velent, quæ fortè nimis modicum dabant, vel dare volebant: verùm quale ipse nunc præscribat: ne alioquin vel non optimi, sed deterimi vilissimique accederent ad docendum, quorum vilis semper annona est, vel sanè optimos conductos egre necesse esset. Vnde Ausonius Professores commemorans non *uno loco* exiles & steriles eorum cathedras, paupertatèque eorum & tenuitatem memorat. Sed & Libanius *orat. peculiari scrip. ἡσὶ ἐπιτομῶν*, id queritur de Antiochenis Rhetoribus: qui consulendus. *Quare vers. at singulis* hæc sententia omnino videatur, liberam quidem singulis Ciuitatibus Professorum suorum electionem relinqui, at non idèd & modum salarij. Et sanè hic præcipuus mihi huius constitutionis scopus esse videtur, nempe vt relicta quamlibet singulis ciuitatibus ex more Professorum eligendorum libertate (de quo more dictum ad l. 5. & 7. *supr.*) modus tamen Annonarum in eorum arbitrio non esset, verùm statâ essent, ex more fixæque. Quibus opponuntur hic *placita ciuitatibus compendia*, eo quo iam indicani sine, quo videlicet Optimi quique (vt hæc leg. præfatur Gratianus) erudiendæ iuuentuti præsiderent. Eodem pertinet, quod Constantius definiuit, l. *unic. supr.* & Cod. *Inf. de præb. salario*: nulli salarium tribui oportere,

ex viribus Reipubl. nisi ei qui iubente Principe specialiter fuerit consecutus: vbi vide quæ dixi plura. Exinde ad vsum & praxin hoc axioma confici potest: vt maximè vectigalia quædam, seu Fiscus quidam sub Principibus Ciuitatum propria sint, modum tamen his vtendi à Principis nutu sæpè pendere, vbi malè administratur; vel ne malè administrato eo vtilitas Reipublicæ negligatur. Item alteram illud, factis esse stata esse salaria, quàm arbitratia. De salario & annonis Professorum Romæ à Senatu decretis & solemnibus, dixi ex Symmacho lib. 1. *epist.* 73. & lib. 5. *epist.* 35. Antequam adhuc de modo salarij Professoribus constituto à Gratiano agam, nonnulla ante ex hæc leg. prænotanda. Primò nonnisi duo Professorum genera hic designari, nempe Grammaticos, & Rhetores seu Oratores. Hæcenus scilicet Galliarum studia stererunt: nulli Philosophiæ; nulli Iuris Professores in Galliis fuere. Hinc & Professores huius tempestatas Burdigalenses, Narbonenses, Pictauienses, Tolosanos commemorans *singulari libro*, Ausonius, pauld post hanc constitutionem, non alios commemorat quàm Rhetores seu Oratores, & Grammaticos: Cùm Grammaticos verò audimus, non primarum literarum Magistros accipimus, verùm tam latè eorum promœrica procurrisse scire oportet, vt quicquid humanioris ferè literaturæ est, ambitu suo complecterentur, atque adèd Philologi, quomodo Grammaticos Latinos Burdegalenses quosdam vocat Ausonius, de quo videnda, ne hæc prolixior sim, Vouuerij Polymathia. Igitur Nulli per Galliarum Academiis Philosophi fuere, nulli Iuris Romani Professores. Verùm Iuri addiscendo è Gallia iuuentus ferè Romam conuectabatur, Grammaticâ & Oratoriâ imbuta: testis Rutilius Numatianus lib. 1. sub Honorio scribens. *Facundus iuuenis Gallorum nuper ab aruis.* *Missus Romani discere iura fori.* De quo alibi plenius. Secundò de Grammaticis tria adhuc ex hæc leg. notanda veniunt. Primùm alios Latinos fuisse, alios Græcos: vt ex h. l. patet, & l. 15. 18. *supr. de extraord. muner.* l. 1. *supr. de Professor.* & l. ult. *infr. de studiis lib. V. R.* & nominatim per Gallias ex Ausonij quoque Professoribus. Secundò Oratorum maiorem dignationem fuisse, minorem Grammaticorum. Terriò, etsi Grammatici Græci, Latini que eadem dignatione forent in commune, excepta tamen vrbe Treuerica, vbi maior honor Grammatico Latino, quàm Græco fuit, cuius postremi hæc fortè ratio quod eâ vltiore videlicet Galliarum parte, Germaniæ viciniorè, non adèd vñs linguæ Græcæ, quàm superiore erat: vnde etiam disertè de Græco Grammatico Treuerico agens addit, *si quis dignus reperiri poterit.* Modus tandem hic salarij Professoribus constituitur à Gratiano per Gallias, nempe Oratoribus xxiv. annonæ: Grammaticis xii. deductiore paulo, id est, minore numero. *Annona* est ἡμετέρας, annona diurna, diarium vnius hominis. Ita quoque Ammianus Marcellinus lib. 22. *Tonsor quidam interrogatus quid haberent ex arte compendij, vicenas diurnas respondit annonas, totidemque pabula iumentorum que vulgo dicitant capita & annum stipendium graue.* In Historiâ Augustâ: Ita Lamprid. *Alex. Seuero: Medicus sub eo vnus Palatinus salarium accepit: ceteri omnes quæ usque ad sex fuerunt, annonas binas aut ternas accipiebant, ita vt mundas singulas consequerentur, alias aliter.* Et pauld *supr.* agens de Aulico ministerio seu castrensis ministeris, ita vt annonas acciperent, sed annonas singulas,

gulas, vix binas. Potèd *Annonarum* appellatione veniebat inter cætera certus frumeti oleique modus, de quo Themisti locus est *orat.* 4. de quo ad l. ult. *infr. de sum. vrb. Constantinop.* Et hæc in commune de aliarum per Gallias Ciuitatum Professoribus: At Treuericæ vrbis Professoribus vberius annonæ deferuntur: nempe Rhetori 30. Grammatico Latino 20. Græco 12. ob eius videlicet ciuitatis claritatem: *Trinerorum*, inquit, *vel clarissima ciuitati vberius aliquid putauimus deferendum.* Nota sunt hæc tempestate vrbis Treuericæ elogia, quæ ciuitatum Galliarum maxima erat, Imperatoris Galliarum & Imperij sedes, solium, altera Roma, quæ videre est apud veterem Orbis descriptorem *sub Constantio & Constante*, cap. 49. Athanasium *Apol. 2. & epist. ad solit. vit. ag.* vbi & *μετροπόλις Γαλλίων* exerte vocatur. Ammianum *Marcellinum lib. 15. p. 59.* vbi *domicilium Principum CLARVM* dicitur. Ausonium *in Mosellâ*, & *in clavis vrbibus.* Zosimum *lib. 3.* Saluianum *lib. 6.* Testes sunt quoque innumera *huius Codicis* Constitutiones, sedem hanc ferè Imperatorum in Galliis fuisse. Vt de cæteris Imperatoribus ta-

ream, testes de *Gratiano* huius constitutionis Authore: non de aliis & infrequentibus tantum annis, verùm de hoc ipso Anno 376. *lex 3. infr. de Scania: lex 23. infr. de Episcopis*: quæ eodem mense ante lex dies data, & post mense Septembri medio, *lex 2. supr. de questionib.* quæ eidem Antonio PP. Galliarum inscribitur. Interim si non aliunde, certè ex hæc leg. satis constaret, Principem totius Galliarum Diœceseos ciuitatem Treuirim fuisse. Quæ & Principum in Galliis domicilium vt modo dixi, fuit: & per consequens Præfecti Prætorio Galliarum: quod non tantum ex Sulpitio Seuero *lib. 2. Sacra histor.* clarè discimus, quicquid contra nitatur Raynaldus *lucubrat. de Ambrosij patria, puncto 5.* Sed & ex variis legum *hoc Codice* subscriptionibus, vbi *leges* ad Præfectos Prætorio Galliarum *data*, ibi *accepta* dicuntur; vel *Date*, pro *Accepta*. ¶ Vt ad salaria & annonas Professorum reuertar. Indicat Symmachus *lib. 1. epist.* 73. & *lib. 9. ep.* 35. hoc tempore aliquando Romanæ iuuenturis Magistris & Philosophis subsidia solemnia alimoniarum salariaque de-

XII. * Idem AAA. Vindiciano....."

ARCHIATRORVM, qui intra penetralia Regalis aulæ totius vitæ probitate, floruerunt, nulla dignitate sequatur expensâ, neque eorum fatiget hæredes. ¶ Ab his etiam qui Comitium honore donati sunt, (vt consuetudo posebat,) fordidum muneris interpellatio conquiescat: Nam dilecti à Patribus adque suscepti honoris ac muneris incrementa seruamus. Dat. xviii. Kal. Octo. Triu. Ausonio & Olybrio c o s s. [379.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Inst.
- ¶ *ye. Imp. GRATIANVS, Valentinianus, & Theodosius.*
- ¶ Comit Archiattrorum: mox vt ostendat.
- ¶ Alij quippe Archiatri Regiarum Ciuitatum erant.
- ¶ Penetralia, adica, & similia Palatii tributa. Sic apud *Claudianum*, Venus inuitans Mariam Stilichonis & Serenæ (quæ filia Theodosij M. erat) filiam ad connubium cum Honorio: *in hac PENETRALIA rursus Vnde Parens progressa, redi:*
- ¶ Sic iterum *Claudianus in Consul. Olybrij & Probini vers.* 114. *Regalem ad summi perducam Principis Aulam:* de hoc Regio nomine, vid. *Imp. Rom.*
- ¶ *de Aula*, vid. *Gloss.*
- ¶ *vita*, id est conuersationis, vt l. 119. *supr. de Decurion.*
- ¶ *ye. dignitatem*, Archiattrorum.
- ¶ *vid. tit. singul. supr. de Comitib. & Archiatri S. Palatii, lib. 6.*
- ¶ *de fordidis muneribus*, vid. *tit. singul. lib. 11.*
- ¶ *Vestibulus hic obscurus*: de cuius sententia mox dicam.
- ¶ *id est, suscepti*: de quo mox.
- ¶ *Tremiros* hoc tempore venit Gratianus, vid. Ausonium *in Gratian. ant.* & quæ in *Chronico* scripsi.

COMMENTARIVS.

ARCHIATRORVM Palatinorum, duo privilegia seu duas immunitates hæc constitutione sumat Gratianus Anno D. 379. Primùm immunitatem à Senatoris expensis Archiatri scilicet, licet Senatoria vel Consularis dignitas pro præmio daretur, non idèd tamen Senatoris expensis subiacebant, id est, Glebali collationi & Prætoræ (de quibus *tit. 1. & 4. sup. lib. 6.*) Igitur inter *Adlectos* erant, seu immunes: id enim est *Adlectio* honos seu inter *Adlectos* esse; nempe, Senatoriâ dignitate censi, & nihilominus à Senatoris muneribus immunem esse: de quo plenè dixi ad l. 10. *supr. de Prætoribus.* Eòque etiam pertinet Symmachi *epistol.* 95. *lib. 7.* (quam ibidem expendi,) vbi agit de Dynamio, Viro bonarum Artium, culto, ornato; *Dignumque esse* Tom. V.

prædico, qui nostro Ordini copuletur. Sed adiecta est et prærogatiua militaris, vt beneficio Adlectiois utatur. His quippe tantum munia relaxari Diuina constituta voluerunt, quos Castrensis honor illuminat. Si igitur & hoc insigne deuleris, quod annonarum & electionum cumulet adiectio: prono cursu in Consulares legetur. Pertinet & eiusdem epist. 18. infr. lib. 10. vbi pariter agit de Philosopho in Senatorium Ordinem coopando, cum prærogatiua Consulari, ne sumptus eius quam magisterium magis questus videatur. Ac vt aliis quamplurimis his Adlectiois honos, seu hæc immunitas data, ita data nominatim Professoribus: quò pertinent duæ illæ Symmachi epistola: & Archiatri Palatinis, quò spectat hæc lex, & lex 15. 16. 17. 18. 19. seu vlt. Cæterum hanc immunitatem & ad Archiattrorum hæ-

redes porrigit hac constit. Gratianus: Nempe hæredes Senatorum qui ad Præturam tenebantur, si ante eam editam morentur, eam edere tenebantur: de quo dixi ad leg. 17. *supr. de Prætorib.* vbi Charucaria hæc Prætura dicitur.

¶ Altera immunitas est, quod si Comitum honore donati sunt Archiatri Palatini, quæ quidem dignitas eis pro more data, (de quo alioquin Comitum honore dixi plenè ad *tit. de Comitib. & Archiatr. S. Pal.*) vt etiam ostendit lex 16. 17. 18. 19. seu *ult. infr. hoc tit.* quod inquam à fordidis muneribus immunes sint: quomodo & alij nonnulli immunes fuere: de quibus consulendum *Paraviton iulii, de extraor. d. sine fordid. mun. supr.* Et extat quoque eius rei exemplum apud Cassiodorum 2. *var. 28.* vbi quidam ex-Principe officij Comitum primi Ordinis auctus à fordidis muneribus quoque immunitas definitur. Igitur & hanc immunitatem firmat hæc leg. Gratianus, quæ iam obtinebat; & vt loquitur (nam eò referenda sunt hæc verba) quam *consuetudo posebat*: Ratione reddita, quæ satis alioquin obscura videtur: verum accipiendam & restituendam putet quis, æquum scilicet esse, à se quoque seruari hæc privilegia, hæc honoris & muneris istius incrementa, quod ea Patres (id est, anteriores Principes) dilexerint & suspexerint: *suspexerint*, inquam; nam ita hic legendum fuerit *suspecti*, non *suscepti*. Ita & substantiuè Ouidius 5. *Fastor.*

Protinus intravit mentes suspectus honorum. Et Symmachus lib. 4. *epist. 30. infr. Cæteris aggregatus, quorum magnus suspectus in verbis est, nullus cultus in sensibus.* Omitto similia. Possit & hic sensus videri, vt Gratianus dicat, se hunc Comitum honorem seruare, quem ipsi Patres (id est, Senatus V.R.) diligant, suscipiant & suspiciant; id est, sibi

conferri lætentur. At etiam Gratianus honoris & muneris incrementa, id est, privilegia, prærogatiuas. Ita Valerianus de Probo Tribuno à se factò, *Huic igitur dari iubebis, quoniam medicorum fortuna est, vt eius dignitas incrementis inuetur, tunicas ruffas duas, pallia Gallica duo fibulata, &c.* Ita l. 5. *supr. de priuil. eorum qui in S. Palatio: Nihil de concessis priuilegiis perdant, sed incrementis dignitatum vtilis augetur immunitas.* Ita l. 57. *supr. de Decurionibus: Non capiant casti honoris augmentum: nam qui cupiunt incrementum honoris adipisci, perfunctos se esse muneribus debent adprobare.*

¶ Postremum omittenda non est huius leg. Inscriptio: Inscriptur scilicet hæc lex *Vindiciano.* Hic verò ille Vindicianus est Comes Archiatrorum, cuius ad Valentinianum Imp. *epistola* extat, præmissa *Operi Marcelli Empirici tom. ult. Medicorum auctorum, p. 248.* vbi narrat quædam experimenta Artis suæ: & ex ea discere licet, eum in vsum Valentiniani & posterorum suorum librum *de obseruatione Medicinæ* scripsisse. *Plura ergo, inquit, de Medicinæ obseruatione pietati tuæ ac posteris tuis digna memoria tradidi, quæ homines docti & expertis remediis prodiderunt, quæ Tua diuina Serenitas oro suscipiat, & ad memoriam cæteris relinquat.* Hæc *epistola* vnà cum aliis *Operi Marcelli* præmissa est: qui Marcellus aduersus à re Medicâ ab Aufonio patre fuit, vt ipse *in præfat. suâ ad filios*, scribit, non Vindicianus: cuius *epistolam* cum alterâ illâ *Marcelli* confundit Scaliger. Hic idem porro Vindicianus est, qui Vicarius dicitur, cuique inscribitur Anno superiore 378. *lex 9. supr. de metallis.* Sanè Archiatri administraciones quoque interdum creditas ostendit quoque *lex 15. infr. imò & ad maiores dignitates eos ascendisse docet lex 16. & lex ult. infr.*

ad Relationes promulgatis. Leges ad Relationes sūt, Rescripta Principum ad Consultationes Iudicum; si quando in aliquo negotio de iure dubitent, ad Principes referentium; de quibus affatum dicitur ad l. 9. *supr. de diur. escriptis*: & suo peculiari titulo 29. *lib. 4. supr. de Relationibus*: sed & *tit. de appellat. & consultationibus.* Hæc Rescripta hæc tempestate vim legum generalium habebant, vt ex hæc leg. colligitur, sic vt ad alia negotia familia porrigerentur, seu similibus negotiis ius facerent. Quod postea immutatum ab Arcadio d. l. 9. *supr. de diu. refer. & à Valentiniano Tertio Oratione ad Senatū*, quâ iuris *adscriptum* instituit, l. 2. & 3. *Cod. de Legibus*: (quibus iungenda *lex vnica. supr. de resp. Prudentum*: quæ & ipsa ad Iuris *adscriptum* pertinet.) Sed enim hæc adhuc tempestate Valentinianus Iun. vim legum eas obtinere voluit: quas tamen (vt ex hæc leg. discere licet) nonnulli rescriptis subreptitiis impetratis perfingere non dubitabant, paulò scientius, quàm Edicta, seu Constitutiones Generales. Et tamen parem illis vim hæc leg. tribuit Valentinianus Iunior, quàm istis. Et hæc quidem in genere. Mihi tamen mens ea hîc indicari speciatim *Relationes Senatū* ad Principem qui à se consulta ad Principem referebat: mox à Principe lege firmanda: de cuiusmodi Senatus relationibus, & Principum legibus vide quæ noto ad l. 1. *infr. de expensis ludorum.*

Nunc ad hypotheseum huius leg. Cùm tales super Archiatri ordinandis leges, quas dixi, quidam perfregissent, Valentinianus Iun. rescindi specialia rescripta quæ aduersus eas impetraverant, iubet. Leges inquam à patre sublatis: putâ *legem 8. & 9. supr. hoc tit.* quibus ordinandorum Archiatrorum Urbis Romæ ratio firmata fuerat; scilicet Electionis vel subrogationis ordinem nouus subrogandus quidam Archiater elicitò rescripto conturbasse videtur; vel quia Primi Artis eiusdem de eius scientiâ non iudicauerant, examénque ei remissum fuerat, vel quia ordinem successionis non obseruauerat, & rescripto elicitò ad priorum numerum statim venerat. Hæc Valentinianus Iun. hæc leg. sententia est: Cui ceu gemina germana omninò congruit Symmachi Præfecti Urbis Romæ relatio, ad eundem Valentinianum Iuniorum

ante triennium Anno D. 384. quæ continetur lib. *Epistolarum eius decimo, epist. 40.* quam hîc totam interere libet.

*Domino Valentiniano semper Augusto Symmachus P. V. Vt vestri Numinis veneror sanctiones, ita obseruantiam iugem saluberrimis DIVI GENITORIS vestri impendo decretis. Quid enim ille CONSTITUIT quod possit publica cura deferere? Is inter alia quæ in bonum publicum contulit, etiam Medendi Professoribus dedit ordinem successionis, si locum quempiam decedentis fortuna nudasset. Quæ LEGE cautum est, vt Primi artis eiusdem de novorum scientiâ indicarent. Hanc formam, quantum asserunt, atas secuta seruauit, D. Imperator. Nunc Ioannes V. P. non eum gradum, quem subrogandi dederunt Diuina rescripta, sed summo proximum conatur adipisci, sicut Palatina militia priuilegio, & imperatore SPECIALIS ORACVLI, quo Episcopi ARCHIATRUM locum tunc adhuc superstitis impetrant. Sed quia LEGE & more cogentibus, Summates eiusdem professionis par fuit in examen acciri, adhibuit IV DICIO Collegium omnium Medicorum. Quoniam potissimi * Paucissimi, reverentiam indicare non ausi, eum locum Ioanni V. P. statuerant deferre nudum, quem tenere potuisset, si eo tempore quo Aule obsequiis deputatus est, ARCHIATROVUM numero fuisset adiunctus. Et cum ab eo Palatini honoris officia poscerentur, vt codicillorum prerogativa monstraret, quis illi inter ARCHIATROS ordo competeret, asseruit domesticâ expilatione etiam documenta sibi dignitatis ablata. At verò pars magna Medicorum munita LEGE Diuina, eorum exempla deprompsit, qui è Palatio in hunc gradum seruato ordine transierunt. Quare motus ambiguus, & neque DIVI GENITORIS vestri ausus rumpere sanctionem; neque obuiam SPECIALIBUS venire PRÆCEPTIS, diuino arbitrio Numinis vestri, subditis allegationibus parium, summam negotij referuauit: operiens, quid deliberatio Augusta constituat, cui solitas est de sciis Diuilibus indicare. Hactenus Symmachî relatio, quæ ad hanc leg. ita proximè accedit, vt videri posset hæc leg. ad eandem hypothesein spectare: nisi toto triennio distaret hæc leg. ab illâ Relatione.*

XIII. * Inppp. VALENTINIANVS, Theod. & Arcad. AAA. ad Pinianum P. V."

SI quid impetratis subreptitiis in iudicio suo Magnificentia Tua ita viderit aditatum, vt his Legibus quæ ad Relationes promulgatæ sunt, videatur aliquid imminutum, rescissis omnibus quæ per gratiam gesta videbuntur, eorum tenorem super Archiatri ordinandis, quæ à diuina memoriæ Patre † Nostro constituta sunt, à nobis quoque confirmata, ex huius auctoritate Rescripti faciet omnifariam custodiri. Dat. x i. Kalend. Februar. Mediol. Valentiniano A. I I I. & Eutropio C O S S. [380.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iust.
 † Eadem Piniano P. V. inscribitur hoc ipso Anno l. 4. *supr. de Princip. Agent. & Anno superiore 386. l. 13. supr. de priuilegiis eorum qui in S. Palatio.* Ad eundem hunc Pinianum P. V. eiusdem Valentiniani Iun. epistolam super Siricij Episcopi Urbis Romæ electione & à se confirmatione ex Codice Vaticano edidit Baronius *Ann. D. 385.* Quare coniectura inanis est hîc reponendum, *Symmachum*: quibus & ipsa temporum ratio refragatur.
 ‡ Rescriptis: & sic vigore istorum subreptitorum Rescriptorum.
 § Valentiniani, aliisque: quod etiam pertinent illa sub finem, à nobis quoque confirmata.
 ¶ Iudicium, ac nominatim Præfectorum Urbis, & fortè inter alios, Symmachi; mox vt tentabo: Imò Senatus: de cuiusmodi lege ad relationem Senatus vide quæ ad l. 1. *infr. de expens. iud. de Relationibus* alioquin his in commune, fuit *suprà, titulus 29. lib. 11.*
 † Valentiniano Sen. putâ l. 8. & 9. *supr.*
 ‡ Legibus ad Relationes promulgatis.

COMMENTARIVS.

DE ARCHIATRIS Ordinandis est hæc Valentiniani Iunioris constitutio Anno D. 387. de Archiatri, inquam, Urbis Romæ, vt docet etiam Inscriptio huius legis, est enim inscripta *Piniano P. V.* Ita quidem vt Patris sui leges super hoc sancitas, & à se confirmatas

confirmatum eat: in tantum, vt si quid aduersus eas per gratiam gestum fuerit, in ordinando videlicet Archiatro, rescindi iubeat: Contrâ, leges ad Relationes super hoc promulgatas seruari velit: vbi notandum, *impetrata subreptitiis* (scilicet rescripta) itémque *per gratiam gesta*, opponi legibus

XIV. * Idem AAA. Cynegio PP. P."

HA quæ Principes † veteres Archiatri sacri Palatij, salutaris ac necessariae artis professoribus, sacro & mansuro in æternum iudicio detulerunt, & antiquorum contemplatione iustorum, & laborum præsentium intuitu, roborata in perpetuum manere præcipimus, nec vllâ cuiuspiam improbitate conuelli. Dat. vi. Id. Mart. Const. Valentiniano A. I I I. & Eutropio C O S S. [387.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iustin.
 † De hoc Cynegio PP. vid. Zosimum, Idacium.
 ‡ Constantinus, Constantius, Iulianus, Valens.
 § vid. l. 1. §. 2. w. de extraordin. cognit.

XV. * Idem AAA. Rufino PP. P."

ARCHIATROVUM priuilegia, quæ his vetustis sanctionibus adtributa sunt, inlibata volumus permanere, ac tenere perpetem firmitatem. ¶ Hoc quoque addendum esse censuimus, vt qui egerunt Administrationes, aut earum honore fungentur, vel dimissi è palatio Testimonialium suffragio munientur, ad descriptiones Senatorias non vocentur, sed ab omnibus munitis ab-

soluti, liberi adque securi, dignitatis præmiis perfruantur. Dat. v. i. Kalend. Aug. Constp. Theod. A. 111. & Abundantio c o s s. [393.]

NOTÆ.

* Absit & hac lex à Cod. Justin.

Imò Theodosius, Arcadius & Honorius hic reponendi sunt.

† Orientis

Imò, id iam quoque constitutum à Constantino l. 2. supr. à Gratiano l. 12. supr.

COMMENTARIUS.

DE ARCHIATROVUM Palatinorum privilegiis, sunt hæc duæ Theodosij M. constitutiones: Quibus non tam noua privilegia conceduntur, quam vetera iamque ab aliis Principibus indulta firmanantur, aduersus nonnullos qui ea perfringere volebant. Ita quidem vt & illud ipsum quod posteriore lege, ait, sese censuisse addendum, vetustiores adhuc Auctores habeat, Constantinum l. 2. supr. Gratianum l. 12. supr. putà immunitas ab omnibus muneribus publicis, ac nominatim à Senatoriâ seu glebali collatione. Nempe Archiatri Palatini etsi administratione aliquâ Prouinciarum functi sint, vel fungantur, vel etiam Honorarios administrationis codicillos seu

testimoniales impetrauerint, non idè tamen ad Senatorias descriptiones cateratè munia tenentur: de quo iam dictum ad d. l. 2. & 12.

Illud interim obseruetur, Archiatros S. Palatij pro præmio ad Dignitates euectos, etiam administrationes Prouinciarum, Diocæseon, quomodo Vindicianum Com. Archiatrorum Vicarium extitisse docet lex 9. supr. de metallis: vt ostensum ad d. l. 12. supr. & ad maiores dignitates euectos ostendet lex 16. & ult. infr. Neque tantum Administrationes his reuera cõmissæ, verum cum è Palatio dimitterentur, honorarij sæpè codicilli & Testimoniales administrationis alicuius eis dati: quod hæc ipsa lex docet, vt & lex prox. 16.

XVI. * Imp. Honor. & Theod. AA. Monachio" PP. P."

GRAMMATICOS, Oratores, adque Philosophiæ præceptores, necnon etiam Medicos, præter hæc quæ retro latarum sanctionum auctoritate consecuti sunt privilegia immunitatèsque, frui hæc prærogatiuâ præcipimus, vt vniuersi qui in Sacro Palatio inter Archiatros militarunt, cum Comitium primi ordinis, vel Secundi adepti fuerint, aut maioris gradum dignitatis ascenderint, nulla Municipali, nulla Curialium Conlatione, nulla Senatoria, vel Glebali descriptione vexentur: seu indepta Administratione, seu accepta Testimoniali meruerint missionem, sint ab omni functione omnibùsque muneribus publicis immunes: nec eorum domus, vbicumque positæ, militem, seu Iudicem suscipiant hospitandum. ¶ Quæ omnia filiis etiam eorum & coniugibus inlibata præcipimus custodiri; ita vt nec ad militiam liberi memoratorum trahantur inuiti. ¶ Hæc autem & Professoribus memoratis eorumque liberis deferenda mandamus. Dat. Prid. Kal. Decemb. Constp. Constantio & Constante c o s s. [414.]

NOTÆ.

* L. 11. seu vlt. Cod. Inst. eod. tit. Iungendæque huic, lex 17. infr. prox. vbi huius quoque mentio fit.

† Ita quoque Cod. Inst. Sed rescribendum Monachio, vt l. 12. supr. de Senatorib. & Glebali collat. Eius mentio apud Auctorem Chronici Alexandr. Ann. 40.

‡ Ita quoque deinceps dicitur, variis constitutionibus Anno 416. 417. 418. 419. At enim & Anno 408. & Anno 409. P. V. tribus huius Codicis constitutionibus, & apud Auctorem Chron. Alex. Imò & hoc ipso Anno 414. d. l. 12. supr. de Senat.

§ 10. militabunt: vt docet lex prox. 17. ibi, militant.

¶ Eadem, Municipali, & Curialium collatio: sicut mox Senatoria & Glebali descriptio.

¶ Vexentur, hoc addit Cod. Inst. detracta hæc, nulla Senatoriâ vel Glebali descriptione: idè quia iam Senatoria & Glebali collatio sublata.

¶ de Testimonialibus vid. Gloss.

¶ in filiis, Cod. Justin.

¶ Absit hic vers. à Cod. Inst.

¶ subeundam: vide & l. 3. & 10. supr.

XVII. * Idem AA. Helioni Magistro" Offic.

RTIUM liberalium Professoribus, ac præcipuè Medicis, qui cum Comitium primi ordinis ac Secundi militant dignitate, privilegia & beneficia à retro Principibus præstita, necnon etiam noua ipsis eorumque filiis Clementia Nostra detulit, vt cohærens sanctio protestatur: quæ tenaciter obseruari oportet. Dat. Prid. Kal. Dec. Const. Constantio & Constante c o s s. [414.]

NOTÆ.

NOTÆ.

* Absit hæc lex à Cod. Inst. eique iungenda lex proximè cohærens superior 16. quam hac indicat.

† Cur hæc lex Magistro officiorum inscribatur? mox dicam.

‡ Grammaticæ, Oratoriæ, Philosophiæ? d. l. 16.

¶ lex 16. supr.

XVIII. * Imp. Theod. & Valentinianus AA. Helioni Magistro" Offic.

ABENTE propriam firmitatem secundo nostræ maiestatis Oraculo, quod De excusandis, siue præbendis his quæ militantibus debentur, hospitij, promulgatum est, illa quæ dudum circa Archiatros, & Magistros sanximus litterarum, obseruentur: Hos enim pro necessariis artibus & liberalibus disciplinis hospitali molestiâ, quoad viuerent, liberari præcipimus. Inlibatâ ergo permaneant illa quæ quondam circa Archiatros, quos in Palatio nostro primi vel secundi ordinis Comites militasse constiterit, & circa liberalium litterarum Magistros, videntur à nobis iustissimè constituta. Dat. x. v. Kalend. Septembr. Hicrio & Ardabure c o s s. [427.]

NOTÆ.

* Lex 8. Cod. Inst. de Moratib. hinc desumpta est, plerisque detractis.

† Cur Magistro officiorum inscribatur: mox dicam.

‡ Intelligit legem 14. supr. de Moratib. Sed quare secundum? Nempe quia editum post legem 16. & 17. supr.

¶ ante 13. annos: Ann. 414. intelligit scilicet legem 16. 17. supr.

† Archiatros Nostris Palatij necnon Urbis Roma & Magistros litterarum pro, &c. Ita Telesphorus hæc concinnauit & contraxit.

‡ Necnon pictura professorum, si modo ingenti sunt. Hæc addidit Telesphorus.

¶ Sequentia omnia recidit Telesphorus.

¶ ante 13. annos, vt dictum.

¶ videntur, pro sunt.

XIX. * Idem AA. Proculo P. V."

ARCHIATROVUM sacri Palatij obsequia cogitantes, id præsentis sanctione decernimus, vt si qui ex his, aut Primi ordinis adepti fuerint Comitium, aut maioris gradum dignitatis ascenderint, secundum id quod eis dudum per sacras Constitutiones indultum est, à Glebali Conlatione specialiter immunes sint: non præiudicante eis Nouellâ lege, per quam iussimus, exceptis quibusdam dignitatibus, (quæ illic nominatæ sunt) Senatoria munera omnes agnoscere. Dat. i. i. Id. Iul. Const. Felice & Tauro c o s s. [428.]

NOTÆ.

* Absit hæc lex à Cod. Inst.

† Proculus P. V. Constantinop. sub Theodosio Iun. v. Profopogr.

‡ non tantum à Præturæ onere.

¶ Intelligit legem vlt. supr. de Senator. & Gleb. collat.

COMMENTARIUS.

THEODOSII Iunioris postremæ hæc quatuor constitutiones sunt, de privilegiis Professorum & Archiatrorum: amoris eius & studij in eruditos & studia indices: cui rei fidè præterea faciunt lex vnic. supr. de Comitib. & Archiatr. S. Palat. & l. vnic. supr. de Professorib. qui in v. Const. Comitium meruerunt: l. 3. infr. de studiis liberalib. V. R. & Constantinop. videatur etiam Sozomenus, qui sacram historiam suam ei inscripsit, præfat. histor. Vt omitam quæ de eius eruditione summâ fidem faciunt & testantur, de quibus peculiari capite Raderus Aula Theodosiano cap. 6. Sanè, Ioannes Antiochenus quoque Theodosium hunc Iunioris scribit, iudicis valere iussis, ad liberalium Artium studia animum traduxisse, Paulino & Placito συναγωγῶν ἑαυτῶν, quibus & postea magnas dignitates contulit. ¶ Theodosius itaque Iunior iste Privilegia Professorum & Archiatro-

rum simul tribus prioribus constitutionibus, leg. inquam 16. 17. 18. sancitum it: Archiatrorum tantum, l. vltim. Professorum inquam seu Magistrorum & Artium liberalium Professorum, putà Grammaticorum, Oratorum, atque Philosophiæ præceptorum: Hæc tria videlicet ferè Professorum genera fuere, studiorumque per quæ tria traducta iuuentus, traductus & ipse Theodosius Iun. (qui legis 16. & 17. tempore, seu Ann. 414. annum decimum quartum tantum ætatis agebat:) de quo videndus Sozomenus in iis historia sua Eccl. Posterius enim cæteris Professoribus Constantinopolitanis à Theodosio Iun. additi videntur Iuris Professores: de quibus l. vlt. infr. de studiis lib. Urbis Roma vel Constantinop. & l. vnic. supr. de Profess. qui in vrbe Constant. docentes: quando & aliàs Theodosius Iun. Iuris ciuilibus curam enixè egit non vnâ ratione: tum

αὐτοκράτει

ἀναπίπτει illa Iuriconsultorum quæ extat *l. unio. supr. de resp. Prudentum*, tum *huiusce Codicis* compositione, quod etiam eius *Nanella, de Theodosiani Codicis confirmatione*, aliunde testatur.

Ergo (vt ad *legis 16. & 17.* sententiam accedamus,) Theodosius Iunior, Professoribus & Medicis seu Archiatri sacri Palatii non tantum priuilegia & beneficia his anteriorum Principum sanctionibus data confirmatum it, verum etiam nona insuper his eorumque filiis deferre se ait, *d. l. 16. & 17.* quæ eodem die datæ inter se coniungendæ sunt: quarumque posterior ad priorem sese refert: denique vtraque eiusdem sententiæ, & pro more recepto, proque argumenti diuersitate ad diuersos Magistratus datæ, prior ad Præfectum vrbis, vel Præfectum Prætorio, ad quem summæ rerum pertinebat: posterior ad Magistrum officiorum, (pariter vt proxima *lex 18.*) nempe quia de immunitate à metatis *vtraque leg.* agitur: cuius sanè metati mensuramque cura sub dispositione Magistri officiorum erat, vt docet *lex 2. 3. 4. 5. 8. 14. 15. 16. seu vlt. supr. de Metatis: lex unio. supr. de mensuris*. Quenam igitur noua illa priuilegia? Sanè non alia reperio, quàm quæ & ipsa *superioribus constitutionibus* concessa fuerant, iam à Constantino M. *l. 2. & 3. supr. Valentiniano Sen. l. 10. supr. Gratiano, l. 12. Theodosio M. l. 14. & 15.* vbi & ipse Theodosius M. pariter nouitatis famam captat, cum tamen anteriores Principes in eo ipsum quoque præuerrissent. Per singulas decurramus: Quid? an non nominatim immunitas à Curialium Conlatione sancitur *d. l. 2.* Non immunitas à Senatoriâ vel Glebali descriptione *d. l. 2. & 12. & 15.* Non immunitas à metatis seu hospitiū recipiendorum onere *l. 3. 10.* Non immunitas filiorum & coniugum *d. l. 2. 3. 10.* Non immunitas à militiâ *d. l. 10.* Non idem de indeptâ administratione & acceptâ Testimoniali *l. 15. supr.* dicitur? Et tamen id Noui his duabus constitutionibus contineri videri possit, quod cum eæ sint propriè de Archiatri & Professoribus, Comitium vel maiorem gradum administrationemve vel Testimonialem adeptis, quibus munera quædam citius quàm non adeptis iniungenda videbantur, propter dignitatis accessionem, hæcenus his non plena omnium munerum immunitas competierit, verum quorundam tantum pura Comitium adeptis, fordidi tantum muneris, *d. l. 12.* administrationem vel eius titulum adeptis, omnium; *l. 15.*

Quin & immunitas à metato, sic antea tributa Medicis & Magistris, vt non ab omni hospitalitate immunes essent, verum vt ne hospites *militares* reciperent, vt signatè dicitur *d. l. 10. supr.* quo etiam sensu accipienda videatur *d. l. 3. supr.* At enim *hæc leg. & à milite & à*

Iudice suscipiendo immunes isti redduntur. Quid quod non omnes illæ immunitates quæ anterioribus *legibus* continentur, ad Orientem pertinent, quanquam eò pertinent *lex 15. supr.* quæ tamen non ad eò plena est vti hæc *lex*. Tandem cum attendo, nullam Arcadij constitutionem super hæc immunitate extare, ita videri possit, imminutam eam, sic vt recentari eam tanquam nouam ferre oportuerit. Vtrumque hæc sunt; error est Cujacij ad *hanc leg. Cod. Instin.* dum censeret, *hæc leg.* id Imp. (dicere debuit *Imperatorem*) introduxisse nouè, vt quemadmodum Comitibus & Archiatri remissa fuerat Senatoria collatio, ita & liberalium literarum Professoribus eadem Comitium ornatis remitteretur: atque eà de causâ Tribonianum in partes vocat, quod Senatoriæ & Glebali collationis mentione detractâ, falsum reddiderit, quod *initio* Imp. (imò Imp.) edicunt, noua quædam se hæc constitutione deferre. Nouitatis enim laudem Theodosius *initio* circa Archiatros ipsos *hæc leg.* apertissimè captat: mox id ad Professores extendit: *ibi, præter hæc, &c. frui hæc prærogatiuam censemus, vt, &c.* Imò maximè circa Archiatros, vt docet *lex proximè 17. huius leg.* sententiam demonstrans *Artium liberalium*, inquit, *Professoribus, ac PRÆCIPUE Medicis, &c. necnon etiam NOVA* ipsis, &c.

Et hæc de *l. 16. & 17.* quæ datæ sunt Anno Domini 414. At enim Tredecim & Quatuordecim annis post, nempe Anno Domini 427. & 428, cum de duabus nominatim immunitatibus dubitari cœpisset, occasione aliarum generalium eiusdem Theodosij constitutionum, eadem eidem confirmare visum. Ac primò quidem *l. 18.* immunitatem datam Archiatri & Magistris literarum à Metati onere. Nempe Theodosius Iun. ante bimestre, *l. 14. supr. de Metatis*: præsentem Comitatu suo Constantinopolit. vniuersos cuiuslibet Ordinis & Dignitatis, etiam Illustrès à metato immunes esse voverat, exceptâ vnica domo in qua ipsi habitarent. Quare cum de Archiatri Comitium adeptis & Magistris dubitari cœpisset, propter generalitatem *d. l. 14.* visum Theodosio Iun. eam immunitatem rursum *hæc leg.* sancire.

Secundò, immunitatem datam à Glebali Conlatione Archiatri S. Palatii Comitium vel aliam maiorem dignitatem adeptis, confirmat *l. vlt.* occasione *l. vlt. supr. de Senator. & Glebali collat.* Nam cum ea *l. vltim.* (quam *Novellam* vocat, eò quod ante quinque vel sex ferè menses lata) non nisi eos qui ibi nominatim exciperentur, à sententiâ seu Glebali Conlatione immunes esse iussisset, Archiatroque porro nullam ibi mentionem fecisset, deque iis mox dubitari cœpisset, hanc eorum immunitatem recentare visum.

DE EXCUSATIONIBVS ARTIFICVM.

TITVLVS IV.

X. COD. IVST. LXV. *De l'Immunité des Excellens Ouvriers
& Ouvrages, v. le plaidoyé 15. de M. le Bret.
où il employe les Loix de ce Titre.*

PARATITLON.



ARTIFICES, Rubr. artium diuersarum, *l. 2.* veluti Architecti, *l. 1. 2. 3.* per Africam, *l. 1.* per Orientem, *l. 4.* quique id studium discunt, *d. l. 1.* Mechanici & Geometræ per Orientem, *l. 3.* aquarum ductus & modos docentes ibidem, *d. l. 3.* picturæ Professores per Africam *l. 4. seu vltim.* alique quorum breuis subditus est *legi 2. hoc tit.* per singulas Ciuitates, *l. 2.* quò & docendo discendoque studium maius impenderent, *l. 1. 2. 3.* & quia artes eæ sine otio tractari non possent, *l. 2.* Excusatione Rubr. vacatione, immunitate vniuersorum munerum personalium fruebantur, *d. l. 1. 2. 3.* imò & salario donabantur discentes [docentes] in specie *l. 1. hoc tit.* Picturæ Professoribus nominatim nouem immunitates tribuuntur, *l. 4. seu vltim.*

¶ De ARCHITECTONICÆ discipulorum, eorumque parentum
immunitate, & docentium SALARIO.

I. * Imp. CONSTANTINVS A. ad Felicem....."



ARCHITECTIS quamplurimis opus est: sed quia non sunt, Sublimitas Tua in Prouinciis Africanis ad hoc studium eos impellat, qui ad annos ferè duodeuiginti nati, liberales literas degustauerint: Quibus vt hoc gratum sit; tam ipsos, quàm eorum parentes, ab his quæ personis iniungi solent, volumus esse immunes: ipsisque qui discunt, salarium competens statui. PP. VI. Kalend. Septemb. Karthag. Oprato & Paulino C O S S. [334.]

NOTÆ.

* Abest hæc *lex* à Cod. Inst. velut ἡ τὸν κριτὸν ἐξ ἀρχῆς.

"Eidem Felici inscribitur *lex 6. infr. de Nauicular.* Proposita pariter Karthagine *v. l. 1. Id. Sept.* his ipsis Coss. Sic vt parum absit quin eam huic coniungendam putem.

"Necessè est hic Felix fuerit PP. cum sublimitatis titulus ei tribuatur; & quidem Italiæ, sub qua erat Africa, ad cuius Diocesos Prouincias hæc *lex* pertinet: quæque Karthagine proposita dicitur, pariter vt *d. l. 6. infr. de Nauicular.* de Africa pariter fidem facit *lex 21. supr. de Decurion.* quæ data Ann. 335. & *lex 5. infr. de Iudicis, l. 1. infr. de Christian. mancip.* quæ data Ann. 336. vbi apertè Inscriptiones habent ad Felicem PP.

"abundare videatur hæc vox.

"an potius docent?

COMMENTARIVS.

DE ARCHITECTIS, & Architectonicæ studiofis, idque per Prouincias Africa, est hæc Constantini M. constitutio: quæ non est de Architectorum ipsorum immunitate, quæ aliunde certa est (Architecti quippe inter Artifices, quibus immunitas tributa, nunc & deinceps habitati semper fuere *l. 6. π. de iure immunit. l. 2. 3. infr. hoc tit.*) verum est hæc *lex* de Discipulis Architectonicæ, & eorum immunitate, tum deinde de Architectorum salario.

¶ De Discipulis igitur Architectonicæ quatuor *hæc leg.* à Constantino M. constituuntur. Primò Tom. V.

iubet, ad hoc studium auctoritate Felicis (proculdubio PP. de quo in *Notis*) quamplurimos impelli. Quod quidem singulare fuerit, vt quis ad studium aliquod impellatur: si modò *impellendi* vox pro *cogendi* hic accipienda est, quod non puto: Nempe *impelli* est prouocari, & quidem, mox vt apparebit, & sermone & præmio, & priuilegio aliquo proposito. Pariter vt in *l. 3. infr.* quæ huic similis est, in par studium docendi atque discendi nostro sermone *perpellimus.* (vt re-ætè habet Cod. Inst.)

¶ Secundò impelli vult ad hoc studium Adolescentes annos ferè 18. natos, scilicet plenâ puerbertate

bertate ad hoc studium accedi vult: ad quod vti- que iudicio & ratiocinatione opus: de quo vide cap. 1. Vitruuij de architectura. Huc aptari potest Pauli Aeginetae lib. 1. cap. 14. consilium dei de vniuersis vniuersis: vbi precipit, vt tam puero quam puellae a sexto vel septimo anno Grammaticis seu Litteratoribus tradantur. Pueri vero a duodecimo anno vsque ad decimumquartum Grammaticos & Geometras adcant, cui conuenit quod dicitur, l. 21. §. ult. π. de annis Legatis. A decimoquarto ad vicesimum primum annum Mathematicos & Philosophos: Cui conuenit quod dicitur l. 3. §. 5. π. vbi pupillus educari; (vt rectè indicauit Merillus obseru. 17.) conuenit & quod statuitur l. 1. sup. de studijs liberalib. F. R. His qui sedulo operam professionibus nant, vsque ad vicesimum aetatis suae annum Romae licere commorari; ad quam legem vide quae de aetate discipulorum congrero. § Terrio ad hoc Architectonicae studium accedere vult eos, qui liberales literas degustauerint. Nempe vt ingeniosum esse oportet Architectum, ita & literatum: de quo prolixè d. cap. 1. Vitruuius, qui inquam liberales literas degustauerit, quas recenser idem Vitruuius: degustauerit, inquam, propriè verèque: nam quod ibidem pluribus exequitur Vitruuius, non oportet in his Architectum excellere, sed in his non imperitum esse, satisque & abundè esse si ex doctrinis singulis partes & rationes earum medioctiter habeat notas, easque quae necessariae sint ad Architecturam, vti si quid de his Artibus, & rebus, iudicare & probare opus fuerit, ne destituarur aut deficiat, &c. suumque ad id exemplum Vitruuius passim proponit: Ergo liberales literas degustasse Architectum satis est. § Quarto loco Constantinus iam illicium proponit, quo plurimi adolescentes ad Architectonicae studium accedant: nempe eos vnà cum parentibus immunes esse à muneribus personalibus, & sic illicio immunitatis eos impelli iubet: tum Parentes, vt liberos suos huic studio applicent, tum ipsos Adolescentes, vt ipsi ad hoc studium accedant. Tandem iubet Constantinus M. ipsis qui discunt, salarium competens statui: vbi mihi mens ea, legendum, ipsique qui DOCENT, non vnà ratione; Primum ex fine huius constitutionis seu proposito Constantini M. nempe vt Architecti plures sup-

petent, & Discipulos impelli oportuit, quod pertinet superiora, & Doctores quò magis docerent. Frustra Discipulorum copia quaeritur, & studium incenditur, vbi fides & industria docentium non pensatur. Secundo, ex voce salarium id colligo: Quis enim discenti seu aliquid acquirenti salarium constituit, ac non potius docenti operamque locanti: Salarium, vt puto, est non discipulatus verum operae laborisque suscepti compensatio, vicissitudo, remuneratio, & aequatio; denique vt Ambrosius epist. 1. ait, merces est virtutis stipendium, & laboris remuneratio. Immunitatibus equidem Discipuli pronocantur, & praemiosis, non salario. Et sanè ita quoque non Constantinus ipse tantum, sed & Constantius, in l. 3. quae huic similis est, Mechanicos, Geometras & Architectos in par studium docenti atque discendi suo ibi sermone perpellens, immunitatem tribuit, vt suscipiant docendos qui docere sufficiunt. § Historicam causam huius constitutionis in genere indicat Constantinus M. Quod Architectis T F M quamplurimis opus esset, qui non reperirentur; scilicet hoc tempus est, quo tum Constantinopolis assurgebat, tum variæ Basilicæ & Ecclesiae à Constantino M. passim excitabantur; de quibus videndum est in incruentum Hierosolymitanum, Socrates lib. 1. c. 9. Theodoretus lib. 1. c. 16. 17. vide & Zosimum lib. 2. Et verò Theodoretus lib. 1. cap. 18. exercè scribit, Helenam iussu Constantini ad extruendas Basilicas Artifices cuiuscumque generis vndique coëgisse, καὶ πᾶσι τῶν ποικίλων ἔργων τεχνίτας ἀγείροντα, τὴν μεγίστην ἐπέμψεν ἐξ ἅλης πορείας τὴν ἐδομήματα. Quo ita constituto ad temporum rationem haec lex valde notanda erit: Cui addi velim Itinerarium Burdigalense. § At car nominatim in Prouincijs Africanis hi Architecti quaerantur vel requirantur? mihi obscurum est. Alterutrum crediderim, vel in Africa multa opera tum excitata, vel Constantinum M. hoc praemiorum illicio ex Africa Architectos Constantinopolim pertrahere cogitasse, qui solertiore ad Architecturam ingenio fuisse videntur, vt ceteroquin Afri solertiores fuerunt, circa artificia, veluti picturam: de quo ad l. 3. infr. & aquarum inuentionem & librationem: de quo insignis est Cassiodori locus lib. 3. epist. ult.

I I. * Idem! A. ad Maximum!....."

ARTIFICES artium, Breui" subdito comprehensarum, per singulas Ciuitates morantes, ab vniuersis muneribus, vacare praecipimus: siquidem, * ediscendis" artibus otium sit ad commodandum, quò magis cupiant & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire. Dat. i. v. Non. Aug. Feliciano & Titiano c o s s. [337.]

"Architecti, Laquearij, Albarij, Tignarij, Medici, Lapidarij, Argentarij, Structores, Mulomedici, Quadratarij, Barbaricarij, Scafores, Pictores, Sculptores, Diatriarij, Intestinarij, Statuarij, Musuarij, Aerarij, Ferrarij, Marmorarij, Deauratores, Fufores, Blattarij, Tesselarij, Aurifices, Specularij, Carpentarij, Aquae libratores, Vitriarij, Eburarij, Fullones, Figuli, Plumbarij, Pelliones.

NOTÆ.

* L. 1. Cod. Inst. eod. tit. "Si dies legi subscriptus vitio caret, tum haec lex Constantino M. non fuerit tribuenda: quandoquidem is iam obierat ante duos menses cum dimidio mense Maio, 11. Kal. Iun. Sed fortè legendum in subscripto 4 Non. Apr. "Maximus fuit sub Constantino M. Ann. D. 328. PP. l. 3. sup. de Numerar. vt & Ann. D. 333. & quidem Galliarum, vt colligo ex subscriptione l. 5. sup. de Veteran. "de hac Breuis appellatione, pro Notitia, seu Indice, vid. Gless. Theodos.

"persona

"personalibus, quae personis iniungi solent, l. 1. sup. "in discendis, ita Cod. Inst. Nostrum id praefendum. "Et notitia est ista: hoc add. Cod. Inst. vel, Et est notitia sic.

INDICVLVS Artificum 35. qui hanc Memorantur, ordine Alphabetico.

- Aerarij vet. Inscript. p. 477. 1. 896. 9. 1117. 3. 4. Albarij 642. 11. Aquae libratores. Aquilices 94. 3. Architedi 41. 5. 57. 7. 99. 9. 186. 4. 217. 2. 352. 2. 625. 1. 2. 3. 4. 5. Argentarij 639. 2. 3. 5. 6. 1117. 2. 265. 2. Aurifices 31. 1. 2. 58. 7. 638. 8. 9. 10. 637. 7. Barbaricarij. Blattarij. Carpentarij. Deauratores. Diatriarij. Eburarij 640. 8. Ferrarij 32. 7. 458. 2. 35. 7. 640. 3. 2. 61. 4. 632. 1. Figuli. Fullones 332. 5. 651. 5.

- Fufores 466. 7. 630. 9. Fufor olearius. Intestinarij. Lapidarij 640. 5. Laquearij. Marmorarij 473. 8. 614. 10. 624. 9. 640. 6. 7. 1085. 7. Medici multis locis. Mulomedici. Musuarij 586. 3. Musciarius. Pelliones 648. 7. Pictores. Plumbarij. Quadratarij. Scafores. Sculptores. Specularij. Statuarij 987. 4. Structores 1068. 646. 6. 1002. 1. 1117. 1. Tesselarij. Tignarij 99. 9. 112. 10. 169. 6. 194. 2. 252. 5. 235. 7. 268. 1. 411. 2. 261. 4. Vitriarij 36. 2.

COMMENTARIVS.

DE ARTIFICVM, qui triginta quinque numero hinc designantur, immunitate ab omnibus muneribus, personalibus scilicet quae personis iniungi solent, (vt loquitur lex 1. sup.) est haec constitutio: & quidem Constantini M. si Inscriptio istam: nam mensis Augustus subscriptus id non patitur, quandoquidem Constantinus iam mensis Maio huius Anni obierat. Et est quidem (quod secundo loco notandum) haec lex in Codicem quoque Iustinianum relata; verum pro Tribonianum more interpolata, non tantum transpositis ibi passim Artificum nominibus, sed & plurium quae hinc occurrunt, omissis; puta Blattarij, Intestinarij, Lapidarij, Mulomedici, Scafores, Ferrarij, Tesselarij. Et vbi retrò quinque memorantur qui hinc non extant, puta Signarij, Braccarij, Sculptores ligni, Dealbatores, Cufores. Tertio monendum, extare Tertiam his similem Artificum recensionem & immunitatem, ex Tarruntino Paterno in l. vltim. π. de iure immunit. Verum duplici ratione ab hac diuersa illa est: ibi enim agitur non tantum de Artificibus, sed de alijs quoque munijs, eorumque immunitate à grauioribus muneribus: & quidem militia, vt docet Inscriptio d. leg. ult. praeter ipsum qui ibi instituit munium militarium recensum: vt proinde non temerè ex ea leg. ad hanc, argumentum aliquod duci possit: vbi agitur de Artificibus tantum; & quidem, quod expressè hinc dicitur, per singulas ciuitates morantibus. His adde & Quartam Artificum Notitiam apud Lampridium in Alex. Severo, Bratteariorum, inquit, linteonum, Vitreariorum, Pellionum, Plaustratorum, Argentatorum, Aurificum, & ceterarum Artium veltigal pulcherrimum instituit. Tandem adde frequentem plerorumque horum Artificum mentionem apud Firmicum, & in veterib. Inscript.

Nunc de ipsis Artificum nominibus, qui hanc leg. recensentur, circa quorum nomina, vt & in quibus singuli occupati fuerint, variè extant admodum sententiae: loculares omitto Accursianorum lectiones, interpretationes: feliciter in his versati Alciatus, Cuiacius, ad lib. 10. Codicis: Pancirolus peculiari differ. post Notitiam: nam Amaya eam intactam reliquit.

§ 1. De Architectis hinc non agam, de quibus affatum ad leg. 1. sup. & l. 3. infr.

§ 2. Laquearij sunt qui laquearijs seu lacu-

naribus (nam vtroque modo dicitur) aedium structis, ornandis, artem adhibebant: de quibus laquearijs Virgil. quoque lib. 1. Aeneid. Fit strepidus tectis, vocemque per ampla volutant Atria: dependent lychni laquearijs aureis Incens, & noctem flammis funalia vincunt. vbi vid. Seruium & S. Aeneid. Erigitur, summiq; ferit laquearia tecti. Horat. 1. Carm. 18.

Non ebur neque aureum Mea renidet in domo lacunar.

Vbi vides etiam luxum eboris & auri in laquearijs seu lacunarijs. Seneca quoque notat ep. 14. versu illius conationum laquearia. Sed & laqueatum auro templum, apud Liniuum memoratur. Hinc igitur Architectis, Albarijs, Tignarijs hinc iunguntur.

§ 3. Albarij qui sunt iam notum. Eorum mentio quoque apud Tertullianum de Idololatr. cap. Scit Albarius tector & tecta sarcire, & tectoria inducere, & cisternam liare: vbi vides graphicam huius Artis descriptionem, & quidem circa domos etiam; quae causâ Laquearijs vicini hinc ponuntur Albarij; de Tectorum horum (quos Graeci novitates dicunt) circa cisternas & lacus, arte, est lex si feruus, §. ult. π. ad leg. Aquil. ad quam Interpretes iam egere. In Cod. Iustin. Albarij, loco Albarij dicuntur, hoc addito, quos Graeci novitates appellant: in vniuersum de his Albarijs, & operè Albario, vide Indicem Vitruuiannum.

§ 4. De Tignarijs res nota est.

§ 5. Sequuntur Medici, qui medio hinc loco ponuntur inter Tignarios & Lapidarios. Sed quid hinc faciant Medici in hoc circa aedificia occupatorum Artificum recensu & situ? Imò in totum quid inter Artifices Medici isti, qui non inter Artifices, sed Professorum numero fuere; de quibus idèd separatus est supra immediatè praecedens titulus, de Medicis & Professorib. ab hoc, de excusationib. Artificum? Et tamen ita quoque habet Codex Iustinianus, & Graeci, qui iuris interpretantur: sed & in recensu qui instituitur d. l. vltim. π. de iur. immunit. Medici quoque ibi apparent. Quo postremo tamen non mouemur: nam vt iam dixi, lex illa est non tantum de Artificibus, sed & de alijs munijs in militia occupatis: At nos in solo Artificum recensu versamur. Quare putem ego Medicos hinc reponendos, qui scilicet circa

circa mediale versati. Mediale in te lignaria proprie loquentibus est pars intima arboris, le coeur de l'Arbre, quæ Græcis μίτρα, καρδιά, & μυελίς, τὸ μέσον τῆς ἕλης, τὸ μέλαν φύλον, & ἐγκάρδιον: quod ad intestina opera & minutiaria facienda sumebatur: de quo vid. Salmat. in Solin. Et sic Mediaci Tignariis & Intestinariis, de quibus mox, proximi. Quare etiam Cujacium non audio, qui Medicos tueret hic, & Chirurgos interpretatur: neque enim hi inter Artifices rectè locantur: Quod Accursius quoque odoratus est, qui Mulomedicos hic legit. Verùm huius potissimum Codicis respectu, malè: postea enim in sequentibus hæc leg. Mulomedici inter Artifices recensentur: & rectè.

¶ 6. De Lapidariis, qui λιδοξοί, λιδοργοί, λαπίδοι, λιδοῦχοι, res nota: quorum etiam mentio fit l. 5. §. sed interdum, π. Commodati: quique pariter inter alia munia militaria memorantur, d. l. ult. de iur. immunit.

¶ 7. Argentarij, ἀργυροκόμοι, etiam noti, qui memorantur quoque in Notitia Artificum, apud Lampridium, & in l. 4. l. seu pen. in pr. π. de auro & arg. leg. ult. π. de oblig. & act. Quorum ars non tantum in vasis argenteis fabricandis stetit, vt Argentarij Vascularij, verum in omnibus vbi argento locus erat. De his vid. Saurot. ad Sidon. lib. 4. epist. 8.

¶ 8. Sequuntur structores, quos Tribonianus in lege suâ hinc interpolatâ, Edificatores, interpretatur, qui scilicet structuras fundamentorum, parietum, murorum faciebant: id enim est structura, & struere: vnde & Substructiones: Ars structoria ἀνοδοποιία, τεκτονική: Cicero ad Q. Fratrem lib. 2. epist. 5. Veni in aream tuam, res agebatur multis structoribus. Idem & in militia inter Artifices fuit, vt Vegetium lib. 2. cap. 11. Habet praterea Legio Fabros, Tignarios, structores (ita enim locum illum legendum iam constat) Carpentarios, Ferrarios, Piætores, reliquosque Artifices ad hybernorum adificia fabricanda, ad machinas, &c.

¶ 9. Mulomedici quoque rectè inter Artifices ponuntur, ἰατροὶ, quos & Græci ad hæc leg. exprimunt, Veterinarij: nam etsi quod Vegetius lib. de re Veterinaria, sine Mulomedicina præfatur, Mulomedicinæ doctrina ab Arte Medicinæ non aded in multis discrepat, imò in multis plurimisque consentit, & Veterina post Medicinam secunda fit: attamen quod idem agnoscit, minus dignitatis habere visa vulgò professio quæ pecudum promittit medelam, & persuasione vulgi, & honestissimus quisque erubescendum ac vile credit iumentorum nosse Medicinam. Idemque tandem concedit, etsi notitia curationis Honestissimis conuenit, attamen ipsam operam Mulomedicorum videri abiectiorem, Ergo Mulomedici inter Artifices, Medici Professorum numero sunt.

¶ 10. Quadratarij, Lapidicidæ scilicet qui quadros, quadratos lapides, quadratum faxum & marmor adornabant, qui quadrabant marmora, de quibus Index Vitruvianus. Græci, quos sequitur Cujacius, horum artem in genere fuisse tradunt, lapides expolire: δι' τῆς διαφανείας λίθους ἀνοῦντες: sed nominis ratio ostendit speciatim circa quadros & quadrandos lapides occupatos fuisse. Sidonius lib. 3. epist. 12. vbi vid. Saurot. Cassiodorus quoque in Psalm. 125. De structoribus camentorum, aut saxorum Quadrataris. Horum & Artis Quadrataria non vna mentio in Vitis quatuor Coronatorum, Claudij, Castorij, Nicostriatis, & Symphoriani: quod Accursius & Alciatus iam notarunt: de quo plenius Briffon. de V. S. Artis Quadrata-

ria mentio quoque inuenio lapide Roma in æde S. Agnetis. Vide plura apud Sirmundum, & Saurot. in Sidon.

¶ 11. De Barbaricariis, suo infr. titulo, de Fabricensib.

¶ 12. Scafores, qui sunt: videndum: quorum mentio non fit in Cod. Iust. hic medio loco ponuntur inter Barbaricarios & Piætores. An legendum hic Scafores? Gloss. Scafores ἑταροδοί. An Stratores, qui pauimenta sternebant? An Scafores, qui circa gradus seu Scalaria occupatus erat, per quos scanditur & ascenditur?

¶ 13. De Piætoribus qui & ipsi Artificum numero censiti, agitur l. 4. seu ult. huius tit.

¶ 14. Sculptores erant Artifices qui figuras sculpebant siue in auro, argento, ære, ferro; eorum ars, Celatura: sed & in ligno, ebone, marmore, vitro, gemmis. Tribonianus hic vocem ligni adiecit: vnde & Græci interpretantur γλύφας ἕλκων.

¶ 15. Diatrectarij, (sic enim legendum, non Diatriarij) erant fabri Artifices qui margaritas perforabant, περιστρῶν τὰς μαργαρίτας, Græci ad hæc leg. imò & calices, de quo vid. Salmat. in Popisc. p. 457. Hinc & calix Diatrectus faciendus fabro datus, in l. si seruus 27. §. si calicem, π. ad leg. Aquil.

¶ 16. Intestinarij, quorum mentio subducta in Cod. Iust. sunt Artifices qui intestinum opus faciebant: Intestinum opus, cuius multa mentio apud Vitruvium, proprie dicebatur quod ex ligno fiebat, sed elegantiore fabricâ, quam nunc Miniaturiam appellamus, vt rectè Budæus: & Intestina dicta quod intra domum tantum locum habeant, & in interiori ædium parte sita sunt, ad differentiam τῶν ἑξωτερῶν, vt rectè Salmat. in Solin. p. 1034. Hinc & plutei intestini opere facti, Vitruvio lib. 4. c. 4. Coronæ parietum, lib. 5. c. 2. vid. etiam plura in Indice Vitruv.

¶ 17. De Statuariis, statuarum Artificibus, nil monere vltra atinet.

¶ 18. Sequuntur Musuarij, qui in Cod. Iust. malè Musarij: eorum mentio apud Firmicum lib. 4. cap. 2. vbi Inauratoribus iunguntur, qui scilicet opus de musiuo, vt loquitur Spartianus in Pescennino Nigro, faciebant, nempe opus vermiculatum in varias figuras: Corona Cuius præstura de musiuo, Trebellio Pollioni. Camera autem, trullum, apsis, musiuo huiusmodi picta: non verò pauimentum: vid. quæ Salmat. in histor. Aug. p. 149. 150. Alij verò ab his Tessellarij, de quibus postea.

¶ 19. 20. 21. Ararij, Ferrarij, Marmorarij, qui æris, ferri, marmoris Artifices erant.

¶ 22. Deauratores, Inauratores Firmico.

¶ 23. Fusores: non Ararij Fusores, vt quidam accipiunt Cod. Iust. qui ab Arariis hæc leg. separantur, tribus aliis interpositis: verum in genere Fusores metallorum, & quidem auri, argenti, æris: à quibus & Plumbarij hæc leg. separantur; contra quam Cujacius sentit cum Græcis.

¶ 24. Blattarij (pro quibus Cod. Iust. habet Bracharij) erant qui sericum purpurâ tingebant: Blattæ enim, id est, purpurâ tinctum: de quo ad l. 2. infr. de habitu, &c. Nisi hic malimus Bractearij, id est, περικαρπῶν, quomodo habet Cod. Iust. & in Notitia Artificum apud Lampridium, Scaliger restituit, vbi alioquin legitur Braccarij: Eorum mentio apud Firmicum, cap. 15. lib. 8. cap. 28. & 29. Bracteatores eidem lib. 8. c. 5. 6 & 9. sic & in Gloss. περικαρπῶν: Blatearij, pro Bractearij: vid. de his Saurot. in Sidon. lib. 8. epist. 8.

¶ 25. Tessella

¶ 25. Tessellarij Artifices qui Tessellata pauimenta, de quibus Sucton. in Caio cap. 45. conficiebant.

¶ 26. Quid Aurifices fuerint? ipso satis nomine caret, quorum frequens alibi mentio, etiam in Notitia Artificum apud Lampridium, & in veterib. Inscriptionib. vbi Collegium Aurificum memoratur.

¶ 27. Specularij videntur qui specula in ornamentum in pariete inferebant: Specula scilicet erant domorum, cubiculorum: speculæque & abaci iunctim positi parietibus decorandis: de quibus Plinius lib. 35. cap. 1. & 36. cap. 26. Vitruvius lib. 7. c. 3. Vlpianus in l. 3. π. de vitico: & in l. questum §. 16. & 25. π. de instructo: vid. Salmat. in Popisc. p. 442.

¶ 28. Carpentarij Artifices scilicet Carpentorum, vehiculorum, in vsum publicum... Hinc Artifex Carpentarius apud Lampridium in Alex. Seuero: vbi vid. Salmat. p. 231. & in recensu militarium Artificum Paterni, l. ult. π. de iur. immunit. Plautarrij, in Lampridij recensu.

¶ 29. Aquæ Libratores: de his l. 3. prox. infr.

Aquilices, d. l. ultim. de iur. immunit.

¶ 30. Vitriarij, ὑαλοποιῶν, qui & ipsi in recensu apud Lampridium Alex. Seuero: scilicet vitrorum Artifices, quorum vltus vel ad prospiciendum, vel ad ornamenta parietum: de quibus postremis Plinius lib. 35. cap. 1. Vopiscus in 40. Tyr. & ibi Salmat. p. 442. 443. vel in vitra & pocula, calicelque: de quo vid. Salmat. in hist. Aug. p. 456. 457.

¶ 31. Eburarij, qui ex ebone supellectilem faciebant.

¶ 32. De Fullonibus res nota.

¶ 33. Et de Figulis.

¶ 34. Plumbarij: in Cod. Iust. Plumarij: quod Cujacius ibi accipit de Plumariis qui aut piuga... de his plenè Salmat. in histor. Aug. p. 310. 398. 507. 508. 509. 510. 511. 512. Firmicus, Varro, Vitruvius... Sed hic rectè Plumbarij, nempe Figulis proximi, qui plumbeas fistulas, tubos, conficiebant.

¶ 35. De Pellionibus, qui & ipsi in recensu Artificum militarium, l. ult. de iur. immunit. & apud Lamprid. in Alex. Seuero.

III. * Imp. CONSTANTIVS, & Constans AA. ad Leontium" PE. P."



ECHANICOS, & Geometras, & Architectos, qui diuisiones partium omnium incisionelque seruant, mensurisque & institutis operam fabricationi stringunt: & eos, qui Aquarum inuentos ductus & modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi adque discendi nostro sermone perpendimus: Iraque immunitatibus gaudeant, & suscipiant docendos, qui docere sufficiunt. Dat. Prid. Non. Iul. Leontio & Sallustio COSS. [344]

NOTÆ.

- * L. 2. Cod. eod. tit.
Dometius Leontius integro nomine l. 7. supr. de accusat.
Orientis. Eidem inscripra lex 2. supr. de salgamo hosp. vbi Consules ex hæc leg. supplendi videntur. Eidem & Anno superiore 343. lex 5. supr. de fals. monet. quæ data Antiochiæ l. 35. de Decurionib. quæ data Hierapoli & Anno 344. dignitate ommissa l. 6. supr. quor. appellat. quæ data Antiochiæ.
Institui vox hæc in re propria, vide & l. 7. infr. de prad. Nauticul.
In Cod. Iust. mutatum in fabricationibus.
περικαρπῶν in Cod. Iust. ductus inuentos forte inuentores. Sed nil muto.
Sermone, exhortatione, premio proposito, edicto.
Perpellimus, Cod. Iust. non malè. Sic & l. 1. supr. quæ huic similis est ad hoc studium eos impellat.
à muneribus personalibus, vt l. 1. supr. "an vs?"

COMMENTARIVS.

QUATVOR Artificum genera, qui circa opera & ARCHITECTVRAM ferme occupati sunt Constantius Imp. hæc Constitutione datâ ad Leontium PP. Ann. D. 344. ad docendum discendumque studiosè hortatur, id verò vt facere possint immunitatem personalium munerum his tribuit? Non aliâ scilicet opinor ratione, quam quâ Pater ipse Constantinus M. cum & ei quamplurimis artificibus opus esset, l. 1. supr. scilicet & Constantio his opus maximè fuit hoc tempore, tum propter sacras ædes, tum propter alia opera publica ab ipso plurima excitata: tum Constantinopoli: de quibus vide quæ Themistius Orat. 13. p. 303. 305. 306. 307. tum Antiochiæ, cuius gratiâ etiam Seleucia insignem portum circa hæc tempora magnâ vi auri extruxit: de quo, vetus Orbis descriptor, cap. 17. de Syria. §. 6. Libanius in Antiochico, duob. locis p. 363. & 386. & Orat. 13. ad Theodosium, p. 410. &c. & epist. 301. ad Anatolium in Codice Regio. Hieronymus Chronico, Cedreus p. 246.

¶ Quatuor porò Artificum genera circa op-

ra studium nauantium hæc sunt: Mechanici, Geometræ, Architecti, & Aquilices seu Aquæ libratores. De his postremis iam dictum ad leg. superiorem. De tribus primis quomodo inter se differant, videndum est: Sanè clarè mihi eos distinxisse videtur his verbis Constantius ipse: Qui, inquit, diuisiones partium omnium incisionelque seruant, mensurisque & institutis operam fabricationi stringunt: scilicet Mechanici sunt, qui diuisiones partium omnium incisionelque seruant: Geometræ verò sunt, qui mensuris operam fabricationi stringunt: Architecti, qui institutis operum fabricationis stringunt, qui proportionem & Symmetrias operis faciunt: vide Vitruvium lib. 6. c. 12. infr. Hinc aded Architectum numeris omnibus absolutum, Geometriâ quoque eruditum esse vult Vitruvius statim initio lib. 1. cap. 1. Geometria autem, inquit, plura presidia præstat Architectura, & primum enygrammi & circini tradit vsum, è quo maximè facilius adificiorum in areis expediuntur descriptiones, marmorumque & librationum delineationum directiones: mox, & difficiles Symmetriarum questio-

Geometricis & rationibus inveniuntur. Ergo Mechanici sunt, qui divisiones & incisiones operum faciunt, id est, qui fabricationi modum dant, qui curam operis habent: ut docent quoque tres Symmachi epistola, lib. 5. epist. 76. lib. 10. epist. 38. 39. ubi duos huiusmodi Mechanicos nominat, quibus tum Basilicæ & pontis cura imposita, quos modò *Mechanicos Professores* vocat, & Comitium Senatoriæque dignitate decoratos fuisse ostendit: denique quos indicat & sumptus seu impensas operis tractasse, & ædificationis curam gessisse: Ergo *Mechanici*, portiores: hos sequuntur *Geometriæ*: ultimi *Architecti*, fabrilis artis Magistri, ut eos quoque vocat Symmachus, d. epist. 38. Ex his iam apparet, errorem esse eorum non tolerandum, qui in hac leg. hæctenus, *Mechanicos* interpretantur eos, quorum ingenio & institutione organa Mechanica fiabant, pneumatica, automotopœtica: scilicet Machinarios cum Mechanicis confundunt. De quibus Mechanicis pariter hoc ipso sensu Spartianus in *Caracalla*: *Opera Romæ reliquit, Themas nominis sui eximias: quarum cellam solearem Architecti negant posse ullâ imitatione qua facta est, fieri: nam & ex ære vel cupro cancelli suppositi esse dicuntur, cameratio tota concreta est: & tantum est spatium, ut id ipsum fieri negent potuisse docti Mechanici. Suetonius Vespas. cap. 18. Mechanico quoque grandes columnas exigua impensâ perducitur in Capitolium pollicenti, premium pro commento non mediocriter obtulit: operam remisit, præfatus sineres se plebeculam pascere.* Interim quod huius leg. opponitur ex l. 20. c. de excusat. Geometras à tutelâ non vacare, ita vulgo dissolunt: quod immunitas munerum personalium non idèd præstet tutelæ immunitatem, l. 15 §. 12. c. de excusat. quòdque necesse sit hanc nominatim remitti: l. non tantum, §. eos: & §. seq. c. eod. tit. l. legato, inf. l. in honoribus, §. 1. c. de vacat. & excusat. muner. Ego potius putarim, Constantij mentem propius intuens, etiam hanc à tutelâ immunitatem Geometricis, qui mensuris operum operam impenderent, Constantium dare voluisse.

In hac interim leg. propria Architectonica verba notanda: 1. Divisiones partium, 2. Incisiones, 3. Servare divisiones partium & incisiones, Mensuris & institutis operam stringere fabricationi. *Divisiones partium*, sic divisiones arearum intra murum, Vitruvius 1. c. 6. Angiportum, cap. 7. *diversitas seu distributio*, vide Vitruv. 1. cap. 2. & dispositio, *Incisiones* sunt *ἐπιόματα*. De incomma; Salmast. ad H. A. p. 199. Servare divisiones partium & incisiones. Fortè fecare. Instituta, vide Vitruv. lib. 1. cap. 2. p. 18. c. *formæ de seins*,

plaus. *Ædificia* propriè institui dicuntur Vitruv. lib. 1. cap. 1. p. 10. & lib. 6. cap. 11. l. 10. in præfatu. & quidem ab Architecto. *Stringere*: *Stringere* quid? vide apud Festum & Rialcium in auctor. fin. reg. p. 64. Indicem Vitruvianum. *Stringere operam* fabricationi, est ordinare operas fabricæ incumbentes, vel opera. *operam stringere fabricationi*, id est opéra cæsa, quomodo vocantur apud Auctores *limitum*, p. 279. opus: ex opere fossa: missæ in alto, apud Auctorem, *limit*, p. 313. Opera pro ædificiis apud Vitruvium passim. Murum constringere ex calce & arena: vide Auctores *limit*, p. 313.

Post Mechanicos, Geometras, & Architectos, ponuntur quarto loco ij qui *Aquarum inventos* [fortè inventores] *ductus & modos docili libratione ostendunt*, id est Aquæ libratores, qui & ipsi memorantur l. 2. *supr. prox.* seu Aquilices ut vocantur l. vlt. c. de iure immunit. De quibus est quoque Teodorici R. apud Cassiodorum epist. vltim. lib. 3. locus, ubi agit de Aquilege qui ad Vibem Romam venerat, de paribus Africanis: *Vbi, inquit, ars ipsa pro locorum siccitate magno studio semper excollitur, qui aridis locis aquas possit dare vernatiles, ut beneficio suo habitari faciat loca nimia sterilitate siccata.* Comitiumque Rerum Priuatarum mandatur, ut competentibus annonis de publico deputatis eum iuget. Tandem Mechanicum ei iungi vult, *ut vndas*, inquit, *quas iste reperit, ille lenet, & arte subire faciat quod ascendere non proualet per naturam.* Claudique epistolam his verbis; *Habeatur ergo, inquit, & iste inter reliquarum a R. T. IV. M. Magistror.* Ex quibus iam apparet hostes, & Artificum numero fuisse, & Mechanicis, Geometricis, Architectis vicinos; quod ex hoc titulo, & hac leg. conficitur. Quare & Vitruvius de Architectura, lib. 8. de Aquæ inuentione à cap. 1. dein, & de productionibus & librationibus aquarum agit à c. 6. Tria interim propria huius artis vocabula obserua, *Ductuum*, *Modorum*, & *Librationis*.

Tandem hæc lex proculdubio à Constantio pari occasione quâ lex 1. *supr.* à Constantino lata est: nempe quòd Mechanicis, Geometricis, Architectis, & Aquæ libratoribus multis nunc opus haberet, propter opera publica quæ passim hoc tempore excitabat: ac nominatim fortè ad Themas Constantianas, quas Auctor *Chronici Alex.* Anno 345. proximo excitari cœpisse ait 17. die Aprilis: vel ad portum Seleucenum quem hoc ipso quoque tempore excitare cœpit, de quo dicitur ad *veterem Orbis descripi.* p. 16. 17. & verò effectus Anno 346. ingenti vi auri, & Magnis Reip. expensis, ut Libanius & Hieronymus scribunt; vel denique etiam ad opera Antiochena.

PICTORVM nouem Immunitates.

IV. * Imppp. VALENTINIANVS, Valens & Gratianus AAA. ad Chilonem" Vic. Africæ.

PICTURÆ * 1. Professores, si modò ingenui sunt, placuit, neque sui capitis censione, neque vxorum, aut etiam liberorum nomine, tributis esse munificos, 2. & ne seruos quidem Barbaros in censuali adscribitione profiteri: 3. Ad negotiatorum quoque Conlationem non deuocari, si modò ea in mercibus habeant quæ sunt propria artis ipsorum: 4. Pergulas & officinas in locis publicis sine pensione optineant, si tamen in his vsum propriæ artis exerceant: 5. Néve quemquam hospitem inuiti recipiant, Lege præscriptum: 6. Néve pedaneorum Iudicum sint obnoxij potestati: 7. Arbitriumque habeant consistendi in Ciuitate, quam elegerint:

elegerint: 8. Néve ad prosecutiones equorum, vel ad præbendas operas, deuocentur: 9. Néve à Iudicibus ad efficiendos sacros vultus, aut publicorum operum expolitionem, sine mercede cogantur. Quæ omnia sic concessimus, vt si quis circa eos statuta neglexerit, eâ teneatur pœnâ, quâ sacrilegi coërcentur. Dat xii. Kalend. Iul. Triu. Gratiano A. i. i. & Equitio coss. [374]

NOTÆ.

- * Abest hæc Constitutio à Cod. Justin.
 * Eadem Chiloni inscribitur Anno prox. 375. lex 16. *supr. de Susceptor. & lex 7. inf. de præb. Nauticar.* Sic vt in illa esset ij nomen penitus abscit: in hac verò dicatur *Proc. Africa.* cum hic dicatur *Vic.* (id est Vicarius) *Africa.* Quod errorum puro. Fuit equidem antea Chilo Vicarius teste Ammiano Marcellino lib. 28. p. 933. Verum ex Victrio Iam erat Anu. D. 369. vel 370. sub Olybrio P. V. vt apparet ex Ammiano Marcellino d. loca. Et certè, post hæc scripta, reperio Doctiss. Valeium in *Marcellinum* hic reponentem, *Procons.*
 * Ex hac leg. in leg. 8. Cod. de Metatù, id vnicum transfusum, *Pictura Professores, si modo sunt ingenui, hospiti molestia, quoad viuunt, liberari precipimus.*
 * vt Mechanicæ Professores apud Symmachum lib. 10. epist. 38. Medicinæ Professores, lib. 3. epist. 37. & lib. 9. epist. 41. & lib. 10. epist. 40.
 * Lutralem collationem, de qua tit. 1. *supr. hoc lib.*
 * recipiant hæc leg. præscriptum.
 * Sollicitant hanc vocem Mainardus in excerptis & Fortnerius 1. *Quotid.* 15. mutanteque in *effigandos.* Ita Ammianus lib. 2. c. dixit, *auros numeros effigatos in vultum noui Principis.* Minutius Octauio, lapides effigatos & vultus. Apuleius 1. *Flor.* truncum delamine effigatum: & 2. *Flor.* magnam vim æris vario effigati: & Apolog. statuas & imagines vario artibus effigatas. Sidonius quoque lib. 6. epist. 12. dixit: *formant statuas, effigant imagines.* Omitto alia. Neque idèd tamen quidquam hic mutò. Ita Quintilianus lib. 12. cap. 10. Phidias Diâ quàm hominibus efficiendis melior Artifex. Imò ne quidem insciendos hic admittam, quod tamen magis blandiatur: *insciendos, id est, proprio artis vocabulo, pingendos, miniandos, &c.*
 * Sacri vultus, sunt Principum effigies: vid. *supr. tit. ne quid publ. latitia.*
 * Expolitiio operum publicorum propriè, de decore, ornamento, ac nominatim de picturâ.

COMMENTARIVS.

PICTORIBVS per Africam nouem immunitates hæc constitutione tribuit Valentianus Senior, Anno D. 374. è quibus vnicum tantum (putà à metati onere immunitatem) in *Codicem suum* transdidit Tribonianus: putà l. 8. *Cod. de Metatù*: cæteris omisiss. Sanè iam antea quoque Pictoribus vniuersorum munerum vacatio data, l. 2. *supr.*

Vt omittam quæ de picturâ summo in honore iam olim semper habita scribit Plinius, lib. 35. cap. 10. Nouem immunitates hæc leg. Pictoribus tribuat hæc sunt: Nempè 1. *Capitationis* tam pro suo, quàm pro vxorum & liberorum capite: de quo onere, *suo titulo, inf. de censu.*

2. Immunitas proficendi in censum, *seruos etiam Barbaros suos*: scilicet regulariter quemlibet res suas, atque aded seruos, in censum profiteri oportebat, de quo *dicto tit.* At enim hæc leg. huius censuali professionis immunitas datur Pictoribus: in tantum, vt non Romanos tantum seu Prouinciales, verum etiam Barbaros seruos profiteri nou cogantur (de quibus Barbatî seruis actum quoque l. v. *sup. de edil. actionibus*): Quæ verò ratio dubitandi hæc parte fuerit videndum est. Non tanto scilicet fauore digna videbatur Barbarorum seruorum ratio & possessio: vt eorum nomine à censu immunes essent domini. Et tamen eodem fauore, eadem immunitate eos prosequitur hæc leg. Valentianus: scilicet cum de priuilegiis dominis aliquibus seruorum nomine tribuendis vel tributis agitur, non tam seruorum, quàm ipsorum dominorum habenda ratio est: quare ciuitates illi sint, hæc parte nil interesse debet.

3. A *lutralem collationem* immunitas Pictoribus tribuitur, de qua *suo titulo*; scilicet si ea in mercibus habeant, quæ ipsorum artis propria sunt, id est picturas, eius negotiationis nomine nil conferre tenentur: aliud enim fuerit, si in aliâ merce negotientur: huic quippe immunitati locum fecit sola Pictoria artis & negotiationis ratio: quare si aliam & alienam negotiationem exerceat Pictor, negotiatorio auro subiacet.

4. *Pergularum & Officinarum* publicarum ob-

obtinendam sine pensione ias Pictoribus tribuitur; sub eadem rursum taxatione quâ superior immunitas, scilicet mercibus suis exponendis, in locis publicis pergulæ & officina quædam & olim fuere, quod Turnebus rectè obseruauit: pro quibus certa *perisio* publico dabatur, quod ex hac leg. discimus; Vt erratum sit Scaligeri, ad *Propertium* lib. 4. cap. 5. & *Auson.* lect. 2. cap. 12. qui statuit, nullas vnquam fuisse pergulas publicas. Eodem sanè pertinet immunitas veteranis data à Constantino M. l. 2. *supr. de Veteranis*, vt in *quibuscumque*, inquit, *mundanis inuenerim, nulla propouenda dare debeam.* Sed & illud ex hoc loco clarum, Pictores suas in pergulis merces in publico spectandas, emendas proposuisse: quod etiam liquet ex l. 5. §. *penult. c. de his qui effud. vel deiec.* ubi Græci verunt *ἐξ ἐργῶν*, & ex Plinio, lib. 35. c. 10. & notissimo Lucillij versu:

Pergula Pictorum, veri nihil, omnia ficta.

Erant autem pergulæ istæ nil aliud quàm Officina, cellæ, & fermè etiam editæ. Quare & liberalium Artium Professoribus pergulæ quoque huiuscemodi fuere proficendæ Arti: de Mathematicis, testis Suetonius, *Augusto*, ubi de *Theogene*; de Grammaticis, idem Suetonius de *Ilustrib. Gramm.* ubi de *Crassio*. Pergularum puoque Magistratum mentio apud *Vopiscum*. Illud sanè de his verum, in huiusmodi pergulis docuisse pro priuato salario, quibus & quo tempore de publico stipendium non erat etiam celeberrimos; cuiusmodi magistrationes & cellulæ à Theodosio Iun. sublata, l. 3. *inf. de studiis lib. V. R. & Constantinop.* ob scædam scilicet eorum collusionem: & vt publicè edocentium atque aded Capitolini auditorij maior auctoritas esset. Ergo verum, fuisse quoque has pergulas celebrium Doctotum: viceuersâ verum, docuisse tantum ibi qui de publico stipendium non acciperent: Quâ tamen vtraque parte, peccatum contrariis erroribus, à Viris doctis.

Immunitas hæc leg. Pictoribus tribuitur à *Mutato* videlicet, id est, vt ne hospitem inuiti recipiant: quæ & ipsa immunitas aliis nonnullis data, &c.

ta, & verò data Medicis & Magistris: de quo vid. tit. *supr. & tit. de Metatis.*

6. A Pedaneorum Iudicum potestate Pictores eximuntur. Quæ singularis admodum immunitas est: cuius aliud testimonium toto hoc Codice non reperio: Igitur maiorum tantum Magistratum iurisdictioni obnoxij fuisse: puta Rectorem Provinciarum, Vicariorum: non verò Iudicum pedaneorum. Quinam verò hi Iudices pedaneis: De his dixi ad l. 2. *supr. de off. Reitor. Prou.* ubi eorum sit mentio, vt & l. 3. *supr. de repur. appell.*

7. In quacunq; ciuitate consistendi, domicilium figendi arbitriū Pictoribus datum. Quod & ipsū singulare est: neq; enim aliàs regulariter quiscque proprio arbitrio sedē mutare poterat metæcus.

8. A Prosecutione equorum, & operarum præstatione Pictores immunes præstantur: de quibus præstationibus, *sub titulis, supra.*

¶ Postmodò à Iudicibus cogi non possunt gratuitam operam præstare ad efficiendos, id est, pingendos Imperatorum vultus, vel ad publica opera expolienda, pingenda. Vnde apparet: Iudices seu Rectores Provinciarum ad id audaciæ hæc tempestate processisse, vt quemadmodum, ab aliis hominum generibus ad opera resque publicas gratuitas operas, quo iure, quâ iniuriâ, exigerent, de quo *in. de operibus publicis*, & Libanij oratio *de appropositiōe*, ita etiam gratuitas exigerent à Pictoribus in duos, qui maximè probabiles videbantur, vsus: ad pingenda videlicet opera publica, (ad quem operum ornatum referri quoque potest *lex 7. infr. de prædiis Nauicul.* quæ eidem Chiloni inscribitur) & ad efficiendos, seu pingendos sacros vultus, id est, Imperatorum vultus: quos vel publicè proponerent, vel inhiantibus populis inferrent: de quo vid. l. 4. *supr. ne quid publicæ lætitia:* & dixi quoque ad l. *unic. supr. de his qui ad status config.* & ad l. *unic. infr. de Imaginib. Imperialib.* Sanè Pictorum qui Principum vultus pingerent


meminit quoque Synesius *de regno, p. 13.* quo loco Principem hortatur, vt cum militibus agat *τὴν αἰσχρὸν ἥρωτο βασιλείας, ὅτι διὰ τὰς ζωώδεις ἐπινοήσεις οἱ ἀπολαύουσιν.* Quod quidem pertinet ad Imagines Imp. in signis militaribus. Et tamen & in hos vsus quamlibet probabiles maximè, gratuitas operas exigi à Pictoribus verat hæc leg. Valentinianus Sen.

¶ Notanda adhuc quinque ad hanc leg. Primò, hanc leg. esse nominatim de Pictoribus Africa, ubi proculdubio insignes Pictores fuisse, vt ceteroquin Afri ingeniosissimi fuerunt, etiam circa Architecturam: de quo ad l. 1. *supr.* ¶ Secundò Taxatio huius leg. notetur: nempe Pictoribus ista omnia tribui vult Valentinianus, si modò ingenui sint; quod & ipsam Tribonianus hinc transfundit in *legem 8. Cod. de Metatis*: scilicet olim quidem Picturæ semper honos hic fuit, teste Plinio *lib. 25. cap. 10.* vt ingenui eam exererent, mox vt honesti, perpetuo interdicto ne seruitia docerentur. Sed illa quoque demum seruilis facta: quod etiam docet *lex 28. de rei vindicat.* Et tamen pristina dignitati tuendæ Valentinianus hæc leg. solis Ingenuis tot illas immunitates præstitas vult. ¶ Tertio, notanda huius leg. sanctio: scilicet pœnam sacrilegij imponit has immunitates Pictorum violanti: id est eam quæ legum violatores manet: id enim sacrilegij appellatione intelligendum. De quo vid. *Gloss. Theod.* ¶ Quarto ex tot priuilegiis Pictoribus à Valentiniano Imp. tributis tamque sacra sanctione, obseruo, quia & ipse, (teste Ammiano Marcellino *lib. 30. p. 463.*) non tantum scripsit decorè, sed etiam *venuste pinxit, & finxit: finxit verò terrâ scilicet seu luto simulaera,* vt ait alter Victor *in eius vita.* Vt mirum non sit, tot priuilegiis tam serid euctos picturæ Professores ab Imp. picturæ artem & ipso profecto. ¶ Tandem ex hæc leg. & l. 2. apparet, Pictores Artificum numero fuisse.

ac nominatim quoque per Numidiam, l. 15. *hoc tit.* si Constantinus in *subscript. Numidia* est: qui quidem fuisse sub dispositione Vicarij Africae l. 36. *hoc tit. l. 3. 4. infr. de prædiis Nauicul.* Proconsulis Africae l. 10. 25. 20. 36. *hoc tit. l. 7. infr. de prædiis Nauicul.* Præfecti annonæ vrbis & Præfecti annonæ Africae, l. 23. 11. 36. 38. *hoc tit. l. 1. 5. de prædiis Nauicul. l. 2. infr. de naufragiis: l. unic. de his qui veniam atatis.* Item per Hispanias, l. 4. & 8. *hoc tit.* lit Orientali Imperio: per, seu intra Orientem, circiter Prouincias Orientis, proinde Orientales Nauarchi, l. 7. 24. 32. *hoc tit.* Item intra Ægyptum seu Ægyptiacas partes, l. 14. quò etiam pertinet *lex 7. 18. 20.* Vnde Alexandrinus stolis d. l. 7. seu Alexandrina classis, d. l. 32. (quæ scilicet ex Alexandrinæ ciuitatis conditiis frumentum transferebat, d. l. 32.) qui quidem agebant sub dispositione Præfecti Augustalis, l. 18. 20. & Præfecti Annonæ Alexandriae, l. 3. *sup. de Suscepr.* Item Carpathia classis, d. l. 32. 2. vrbis Constantinopolitanæ classes, l. 21. *sup. de din. off. Munus, l. 19. 27.* (vnde & munus Nauicularium, l. 3. & 5. *h. t. & l. 4. infr. de infirm. his que sub Tyrann.*) onus Nauiculariorum, l. 149. *sup. de Decur.* vnde onera Nauicularia, l. 2. Oneris Nauicularij munus, l. 12. Conditio, (vnde Nauicularia conditio, l. 35.) functio, l. 3. 14. 36. (vnde Nauicularia functio, l. 18. 28. 35. *h. t. & l. 3. 4. infr. de prædiis Nauic. l. 11. supr. de Cohort. al. l. 134. de Decurionib.* Nauarchiæ functio, l. 20. Naualis functio, l. 13. *supr. de Senatorib.*) Hæresis, (vnde hæresis Naualis, l. pen. & *ultim. infr. de prædiis Nauicular.*) Munia, l. 11. Obsequium, l. 1. *infr. de prædiis Nauicular.* Necessitas, l. 16. 12. Inquietudo (vnde Nauicularia inquietudo, l. 20) hæc eorum erant, vt maritimos commearus frequenterent, l. 7. *infr.* vt commearandi officium agnoscerent, l. 27. id est, vt species, l. 8. 26. species fiscales, l. 33; species annonarias, l. 9. subsidia, l. 6. onus fiscale, l. 4. onus frumentarij commearus, l. 32. Item vt ligna ad lauacrorum necessitatem, l. 10. & 13. *hoc tit.* suscepta, transferrent, l. 9. 12. (vnde Nauiculariæ translationis munus, l. 18.) subueherent, l. 4. (vnde & subuectionem celebrare, l. 2. *infr. de nauib. non excusat.*) deferrent, l. 6. luerent (vnde luitio hoc sensu, l. 14.) transfueherent (vnde transfuectio, l. 32.) Partim ad urbem ROMANAM, quò pertinet *lex 1. 2. 3. 4. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 17. 21. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 34. 35. 36. 37. 38.* (vnde vrbis canon d. l. 27. canon sacratissimæ vrbis, d. l. 35.) Nauicularij videlicet ex Hispaniâ & Africâ, de quo *supr.* ad Portum vrbis Romæ, l. 4. 10. 38. (de quo *sub titulis, lib. 14.*) atque inde mox alij à portu ad urbem, d. l. 13. curâ Præfecti vrbis, l. 1. 2. *infr. l. 5. 11. 13. 29. 31. 38.* & Præfecti annonæ, l. 2. 3. 38. *hoc tit. l. 1. 5. infr. de prædiis Nauicular.* sub cuius dispositione Nauicularij erant, l. *unic. supr. de his qui veniam atatis:* vid. *suprà.* Partim ad urbem CONSTANTINOPOLITANAM, l. 7. 14. 18. 19. 20. 22. 23. 32. 33. *hoc tit.* (ex Orientalibus videlicet Prouinciis, Ægypto, Alexandria, de quo *supr.*) extra ordinem quandoque ex Africa, l. 2. *infr. de naufrag.* Partim ad Expeditionalium portuum necessitatem, l. 35. *h. t. & l. 2. infr. de naufragiis.* Idque suis sumptibus & propriis facultatibus, l. 7. *infr. & l. 14. hoc tit.* per vicissitudines, & per succedaneas vices, l. 6. & 14.

Ad hanc conditionem tenebantur, qui ex genere Nauiculariorum erant, l. 20. originis iure, l. 22. filij, l. 11. & l. 19. hæredes, l. 35. Quandoque si Corpus Nauiculariorum imminutum esset, complebatur, restituebatur à Præfecto Prætorio, l. 14. & 27. vel ab Honoratis, l. 22. aliundè: à quo ne quidem Iudæi & Samaritani facultatibus idonei excusabantur, l. 18. (excusabantur tantum Agentes in rebus l. 20. & cohortales Syriæ, l. 11. *supr. de cohort.*) Plerumque & ordinariè ex Curialibus nauicularij assumebantur, l. 5. & 16. Itemque qui ex Curialibus ad hanc foundationem sese contulerant ad Curiam non reuocabantur, l. 5. 14. 17. 19. 25. *hoc titulo:* l. 134. *supr. de Decurionib.* Senatores non item, l. 4. *infr. de infirm. his que sub Tyrann.* Sed & qui eorum bona, prædia, quocunque iure possidebant, pro ratâ bonorum ad eandem functionem tenebantur, l. 3. 19. 20. 27. 35. *hoc tit. & l. 149. supr. de Decurion. l. 13. de Senatorib.* de quo suo peculiari titulo mox, *de prædiis Nauic.* Imò & extra ordinem quoque vacui publico officio in complexum Ordinis Nauicularij applicabantur, l. 3. *infr. de naufragiis.* Erantque Nauicularij huic conditioni aded & perpetuò obnoxij, l. 14. 19. *hoc tit.* vt eam quocunque honore vel dignitate impetratâ, d. l. 3. (imò vt excusati reuocarentur, l. 12.) nullâ præscriptione, vt docet *lex ultim. infr. de prædiis Nauic.* quò tamen quinquagenaria præscriptio inducitur; Naues, item, seu nauigia, l. 4. 14. 28. exardificare ipsi cogebantur certæ capacitatis, l. 28. sic tamen vt aliquando his ad conficienda ea à Prouincialibus materiæ conferrentur, reparatione his necessariò imminente, l. 4. Cæterum Nauicularij hi varij loci & dignitatis erant, l. 5. 17. alij quippe tenuiores erant: l. 6. seu Plebeij, l. 5. alij Decuriones, d. l. 5. alij potiores dignitate, *dist. l. 5.*

Privilegia his vicissim varia tributa, à Constantino Magno l. 4. 5. 7. 8. 16. *hoc tit.* à Constantino l. 9. à Iuliano, l. 16. à Valentiniano Sen. l. 10. à Valente, l. 14. à Gratiano, l. 16. à Valentiniano Iun. l. 17. à Theodosio M. l. 2. 7. ab Arcadio, l. 14. ab Honorio, l. 30. 31. 36. (sic vt in vniuersum hoc titulo sint sexdecim leges de priuilegiis Nauiculariorum.) Et quidem Tom. V. H vel



DE NAVICVLARIIS.

TITVLVS V.

X. COD. IVST. II. De Nauiculariis seu Naucleria publicas species transportantibus. Ita rectè hunc titulum explicat Tribon. vide & Nouellam Valentin. inter Theodos. 38. de Nauiculariis annicis [annonicis] vel vrbicis.

PARATITLON.



NAVICVLARIORVM, Rubr. & omnibus huius tituli constitutionibus (exceptâ tantum l. 18. 28. 33. 35.) & *infr. tit. de prædiis Nauicular. & tit. de naufrag. & l. unic. supr. de his qui veniam atatis: l. 134. 149. supr. de Decurionibus* (qui & Nauarchi dicuntur, l. 32. *hoc tit.*) (vnde & Nauarchia, l. 20.) Naucleri, d. l. 32. & l. 1. *infr. de frum. Alex. l. ult. supr. de lit. & itin. const. Naucleri, l. 2. infr. de canon. frum. v. R. Prosecutores, l. 4. infr. de Naufrag.* certum Corpus fuit, l. 9. 14. 16. 20. *hoc tit. l. 2. 4. infr. de præd. Nauicul.* Symmachus *lib. 10. epist. 58.* Coetus, d. l. 32. Confortium, l. 11. 14. *infr.* Concilium, d. l. 32. Classis, l. 27. 32. Ordo, d. l. 149. *supr. de Decurionib.* Stolis, l. 7. Hæresis, l. 9. & *ult. infr. de præd. Nauicular.* certo numero, l. 14. Variis in locis, per orbem Romanum. In Occidente, intra Africam siue Dioccesin siue Prouinciam, quò pertinent, *lex 6. 10. 12. 14. 21. 24. 25. 30. 36. 37. 38. hoc tit. l. 11. de Curiosis, l. 3. 4. 6. 7. ult. infr. de prædiis Nauicul. l. 2. 3. & ult. infr. de naufragiis: l. 8. supr. de indulg. debet.*

vel omnibus, *d. l. 5.* vel nominatim Africanis, *l. 14. 16. 24. 30. 36.* Alexandrinis, *l. 7.* Hispanis, *l. 4. & 8.* Orientis, *l. 7. & 14.* Primum, immunitas his tributa ab omnibus oneribus, muneribus, *l. 5. in pr. 7. 17.* à Curiâ, *d. l. 16.* à collationibus, oblationibus, *d. l. 5. 17.* ab honoribus civicis damnosis, *l. 7.* à tutelæ administratione, *l. 7.* item tributa vacatio legis Iuliae & Papiae, *l. 7.* à vectigali pro subuectione mercium si sibi rem gerant, *l. 16. inf. l. 23. 24. h. r.* Secundò à corporali iniuria immunes erant, *l. 16.* Tertiò alibi quinquaginta iuga ab annonarum præstatione immunita habebant pro denuum millium modiorum luicione, *l. 14.* alibi solidos singulos per singula millia consequebantur, *l. 7. infr.* Quartò Equestris dignitas his collata, *l. 16. h. r.* Quintò naues eorum ad aliud munus seu extraordinarium onus & officium teneri non poterant, *l. 4. 5. 8. h. r.* Item diametris frumenti, *l. 38.* centesimas consequebantur, *lege 7. in fine, & lege 36. & 38.* Postremò securitate eorum variis constitutionibus quoque cautum; scilicet mora, interpellatio, vis, illis species transferentibus fieri vetita: *l. 4. 8. 9.* concussio, aliudque genus incommodi, *l. 9.* prædæ, *l. 29.* his inrentari, vt & sportulæ ab his exigi vetitæ, *l. 36. 37.* Nominatim ab Apparitorum deprædationibus vindicati, *l. 11. supr. de Curiosis:* Breuiter, venientes ac remeantes omni securitate potiri iussi: *l. 9.*

Viceversa, variis constitutionibus eorum fraudibus occursum, quò videlicet & stato tempore species subueherent, neque de his quid auerterent. Itaque prohibiti, rectâ nauigatione contemptâ, littora deuia sectari; *l. 33.* sub hyemis prætextu in portibus, prosperiore statu inuicente immorari: *l. 34.* contra iussi inferre, transmittere, tradere species susceptas, intra biennium; *l. 21. annum, l. 26.* securitatibus in id eiusdem anni accipris ab his, quibus cura suscipiendarum ab his specierum, *d. l. 26.* intra decem dies, *l. 2.* quæ securitates *relatorie* dicuntur, *l. 8.* securitates sanè ipsas intra biennium à susceptione specierum reportare tenebantur, *l. 21. 26.* Alioquin periculum specierum nauiculariis imminebat, *l. 21. 26.* sicut & in specie *l. 32.* Nihilominus quandoque debitorum indulgentia his data, veluti ab Honorio, *l. 8. supr. de indulg. deb.*

I. * Imp. Constantius" A. ad Volusianum....."

Nauicularius, originalis leuamentarius fuerit, nihilominus" apud eisdem," apud quos & parentes eius fuisse videntur," firmiter permanebit. Dat. xlv. Kalend. April. Volusiano & Anniano C O S S. [314.]

NOTÆ.

* Abest à Cod. Inst. hac lex.

** Ita omnes editiones, pessimè. Constantinus.

† P. V. Auctor Notitiæ Præfectorum Urbis, Volusiano & Anniano, Rufius Volusianus Præfectus Urbis. Eidem his ipsis coll. inferibitur mense proximo dignitate pariter omisit, lex unie. de Ingeniis qui temp. Tyr. & anno proximo 315. dignitate expressâ lex 2. sup. quorum appellat.

‡ diuissim ita scribendum, *nihilominus*, id est pariter, similiter ac parentes eius.

§ Nauicularios scilicet.

¶ id est fuerunt: vid. Gloss. Theod.

COMMENTARIUS.

CONSTANTINI M. octo constitutiones ordine sequuntur de Nauiculariis, quæ omnes absunt à Cod. Instin. Quibus addenda & nona, putâ lex 1. *infr. de præd. Nauicul.* Præter quas & aliæ passim Constantini de Nauiculariis constitutiones laudantur & firmantur à Valentiniano Sen. *l. 13. infr.* à Gratiano *l. 16. infr.* & *l. 3. infr. de naufrag.* ab Honorio, *l. 26. infr.* imò cuius constitutionem 5. in suum nomen Valentinianus Iun. deriuauit, *l. 17. infr. hoc tit.* Vnde apparet, quàm exixio studio hanc in partem consulum iuerit Constantinus M. quàmque probabiles eius super hæc re vitæ fuerint constitutiones. ¶ Hæc primâ constitutione LEUAMENTARIUM originalem, qui scilicet parentes habuit leuamentarios, seu cui origo à leuamentariis parentibus, patris conditionem sequi iubet Constantinus M. sic vt pariter apud eisdem firmiter permanere velit, apud quos & parentes eius fuerunt. Quod commune & tractatum ius est in omnibus originalibus, id est, qui origine alicui conditioni tenentur, putâ vt patris

conditionem & nexum sequantur, neque ab hoc ad illum ferantur. ¶ *Leuamentarij* nulla alibi mentio mihi occurrit. Neque leuamenta alternantis auxilij quæ dicuntur *l. 6. infr.* huc quicquam faciunt. Illud hæcenus ex hæc leg. liquet, cum inter Nauicularios fuisse, seu Nauicularium. Item origine Nauiculariæ functioni adstrictum fuisse: vnde Originalis *Leuamentarius* dicitur. Tertiò, cum apud quosdam fuisse, id est, ab aliis pependisse his adnexos. Igitur *Leuamentarium* accipio eum, qui in litre seu scapha nauis onerariæ maioris adiuncta inferuebat, vt scaphæ maioribus nauibus adiungebantur, *ἐπιπλοία κρηβία*, seu *κράβη*, harum leuandarum gratiâ: *l. C. in l. 4. π. de leg. Rhodiâ. Nautis onusto LEVANDÆ causâ, si quadam mercibus in scapham ualeat sunt:* vid. & Paulum 2. *sent. 7. §. ultim. l. ultim. π. de instructo:* *l. scapham 44. π. de Euectionibus.* Idem nos huiusmodi scaphas à leuando, seu leuamento, *Alleges* vocamus; quæ opponuntur *aux Basteaux mères, v. le Bret, orat. 34. p. 190.* Item mercium, personarum ad litus efferenda

efferendarum causa: quæ si sola sint, *Barce* vocantur, & *Carabelle*, à Græco: vel Isidoro teste *lib. 19. Orig. cap. 1.* Quare *Leuamentarius* Nauicularius fuerit, qui in scapha nauis leuandæ gratiâ seruebat: à leuamento, *Leuamentarius*, & *Auxiliarius*: quomodo & in veteri Inscriptione Romanâ *Corpus Leuiculariorum Auxiliariorum Ostensum* memoratur. His non omnino similes sunt, qui *Lamanewy* vocantur, nempe qui naues in portum deducunt, (qui & *Palangarij*, eò quod palangibus seu phalangibus, vectibus, fustibus, teretibus naues ad litus subducerent: quæ palanges vocantur *Leuiers* à leuando pariter: *μωχλὸς* Græcis, cuiusmodi etiam *Leuiers* habentur in nauibus maximis, leuando alicui oneri: qui & *Pied de Chèvre*

dicitur: Huic vecti quod subiciebatur, seu cui vectis innitebatur, dicitur *σπορόχλιον*. Vide *Notitium cap. 2. verb. Palange:* & *Pollucem lib. 7. vt & Canilium*) & è portu educunt: de quibus vid. *Constit. Henrici I I. lib. 20. Cod. Henrici. 111.* Item, quos *Taqueurs* vocant, qui è nauis merces & personas ad litus efferunt. ¶ Igitur *Leuamentarius* huiusmodi originales, apud eisdem *Nauicularios*, easdem maiores naues permanere oportuit, quibus originis nexu tenebantur: non verò aut eam conditionem euitare, aut ad alias naues & nauicularios traduci. Sui denique cuique nauis *Leuamentarij* seruandi sunt. Quomodo & communis affectus suis fundis, *l. 1. supr. communi diuid. coloni* suis fundis.

II. * Idem A. Amabiliano PF. Annon."

NAUICULARIOS ad consortium Pistorum Vrborum nominatos," neque vllâ hæreditatis successione pistoribus obnoxios, absolui ab hoc munere oportebit. Quòd si hæreditario iure forsitan pistoribus teneantur, facultatem habeant, si fortè maluerint, ob vindicias" pistorum, hæreditates eidem corpori reddere, aut quibuscumque proximis defuncti cedere, vt ipsi à pistorum consortio liberentur. Quòd si hæreditatem amplectantur, necesse est successio nis ratione pistorij muneris societatem eos suscipere, & ex propriis facultatibus onera nauicularia sustinere: V. C. PF. Vrbi super hac re videlicet disceptante. Dat. Kalend Iun. Triu. Constantino A. I V. & Licinio I V. C O S S. [315.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Instin. Non minus rectè in *titulum de Pistorib.* collata fuisse: imò meliùs, ob præcipuum eius finem.

† Africa: quod additum *l. 4. supr. de appellat.* quæ eidem hoc ipso Anno inferibitur, vnà cum *l. 3. prox.*

‡ à te, Præfecto annonæ, vt puto.

§ De hoc loco mox.

COMMENTARIUS.

NAUICULARIOS deuocari vetat hæc constitutio Constantinus M. & quia deuocari fuerant, absolui eos iubet: Ijs tantum exceptis, qui hæreditatem pistoriam nacti fuerant, nisi eâ hæreditate vel Corpori Pistorum, vel proximis defuncti malent cedere: Idque omne, disceptante Præfecto Urbis Romæ.

¶ Hæc *huiusce legis* sententia est: Ex quâ colligere mihi videor. Primum, reuocari quadamtenus hæc leg. indiscretam Nauiculariorum ad consortium Pistorum nominationem factam à Præfecto annonæ, Præfectique vrbs disceptationi subijci: vt cæteroquin Præfecti annonæ sub dispositione Præfecti vrbs fuere, atque ab ijs acta ad Præfecti vrbs disquisitionem sæpè reuocabantur; non sine æmulatione tamen & liuore; quod docent *due* insuper aliæ eiusdem Constantini M. *Constitutiones*, putâ *lex 2. supr. de relationibus:* & *lex 4. supr. de appellationib.* quæ hoc ipso Anno data est ad eundem Amabilianum Præfectum Annonæ.

Secundò obseruandum, huic legi committendam Constantineam constitutionem: cuius fit mentio *l. 12. infr. de Pistoribus*, (de quâ exaudienda quoque *lex 17. eiusdem tit.*) scilicet Constantinus M. certo tempore ex Africâ Pistorum Urbis Romæ vsibus dirigi iusserat: Igitur eum post eam iussionem, etiam ex Corpore Nauiculariorum quidam nominati fuissent, nominationem hanc in initum deduxit, nisi iidem facultates Pistorum Corpori obnoxias possiderent.

Postremo loco vindicanda venit *huius leg.* lectio, ibi; *ob vindicias:* Excerpta V. C. *Maynardi* hic tentabant: *Si fortè maluerint obuentias Pistorum hæreditates eidem Corpori reddere.* Probabiliter equidem, si quid mutandum foret. At enim istud defendi oportet, *ob Vindicias:* nempe *Vindiciæ* dicuntur, ius quod Pistorum Corpori competit, vindicandarum rerum pistoribus obnoxiarum: sic *l. 5. infr. de præd. Nauicular.* *Temporis præscriptionem in vindicatione rerum ad Nauicularios pertinentium:* & *l. 6. d. tit. Cui erat ille obnoxius, cuius nomine vindicatio competit.*

III. * Idem AA. Amabiliano" PF. Annonæ.

SI quis nauicularius, per obreptionem, vel quacumque" ratione inmutatam inpetrauerit, ad exclamationem eum admitti in" vllò modo volumus. ¶ Sed & si quis patrimonium nauiculario muneri obnoxium possidet, licet altioris sit dignitatis, nihil ei honoris priuilegia, in hac parte dumtaxat, opulentur: Sed, siue pro solido, siue pro portione huic muneri teneantur. Nec enim

enim æquum est, vt patrimonio huic functioni obnoxio excusato commune onus non omnes pro virili sustineant portione PP. v. Kalend. Iun. Constantinop. Constantino A. v. & Licinio Cæs. c o s s. [319.]

NOTÆ.

* Abest hac lex à Cod. Justin.

¹ Amabiliano huic Præf. annonæ inscribitur lex 2. ^{supr.} & l. 4. ^{supr.} de appellacionib.

² veluti dignitate altiore.

³ v. g. admitti nullo modo: ortus error ex littera I præcedentis vocis.

⁴ Delenda hæc vox: quæ occasione sequentis, vt alibi sæpè, ita & hic infarta.

COMMENTARIUS.

REPARATIONI Nauiculariorum Corporis incumbens Constantinus M. A. D. 319. duo in eam finem hæc leg. constituit. Nempe Nauicularium rescripto Principis impetratã IMMUNITATE à Nauiculariã functione gaudere vetat; quod pertinet quoque lex 3. ^{infr.} de præd. *Nauicular.* Neque patrimonium nauicularij possidenti, dignitatis quamlibet altioris obtentam prodesse vult. ¶ Scilicet ab vnâ parte, nauicularij huic conditioni perpetuò ita obnoxij fuere, l. 14. 19. ^{hoc tit.} sic vt eam quocumque honore vel rescripto Principis euitare non possent, hæc leg. & l. 11. 12. ^{infr.} Ab alterâ parte bonorum nauiculariã functioni obnoxiorum possessores ad nauiculariam functionem tenebantur, hæc leg. & l. 19. 20. 27. 35. ^{infr.} & l. 149. ^{supr.} de Decurionibus: de quo plenè ^{infr.} tit. de præd. *Nauicular.* cuius tituli lex 1. eiusdem

Constantini in eodem argumento versatur. Et quidem pro ratâ bonorum seu pro portione virili, secundum possessionis modum, d. l. 27. pro moderacione patrimonij quæ eum ditat, d. l. 149. de Decurion. vt ita auctoris sui manus agnoscat l. 19. ^{infr.} ac nominatim hæredes, l. 35. d. iiii. Nequicquam ei opulante honore: qui etsi in cæteris ei proficit, in hæc tamen parte duntaxat, vt hæc leg. differre dicitur ei nequicquam prodest. Contrâ, cætenus nauiculariã inquietudinis suspicio ab eo amolienda debitâque honoris priuilegijs frui debet, vt loquitur d. l. 20. quatenus Nauarchiã obnoxias functioni non retinet facultates. ¶ Cæterum, cur Præfecto annonæ hæc lex (non minus quam superior) inscribatur, præter eius argumentum docet altera illa eiusdem Constantini M. constitutio, patâ lex 1. ^{infr.} de præd. *Nauic.*

I v. * Idem A. Helpidio."



X quocumque Hispaniã litore" Portum" Vrbs Romæ nauicularij nauis intrauerit, quæ onus duntaxat" fiscale" subuexerit, eandem sine interpellatione" cuiusquam" abire præcipimus, nec vlli extraordinario" oneri deservire, vt facilius iniuncta sibi possit implere obsequia. Dat. vi i i. Id. Mart. Theflalonica, Crispo i i i. & Constantino i i i. c o s s. [324.]

NOTÆ.

* Abest hac lex à Cod. Iust. Concordat verò huic leg. proxima eiusdem Constantini, *vers.* *Nauis*, & tertia planè similis lex 8. ^{infr.}

¹ Eidem Helpidio inscribitur Anno 321. lex 1. ^{supr.} de feriis: (cui iungenda lex 3. *Cod. Iust. eod. tit.*) Anno 320. lex... ^{infr.} de Episcopis: Ann. 329. lex 4. ^{supr.} de falsamonedis: Nullibi tamen dignitas eius memoratur: etsi d. l. 1. ^{supr.} de feriis dicitur PP. *Caralis*. Hieronymus in *V. Hilarionis*, cum PP. fuisse docet: vicem Præfecti Prætorio egisse docet lex 6. C. *Iust. de adific. priuatis*, quæ data est Anno 321.

² veluti ex *Portu albo*, vel *portu Gaditano*.

³ de *Portu Vrbs Romæ affixim lib. 14. infr.*

⁴ Hanc taxatiuam mox explio.

⁵ fiscales species l. 33. ^{infr.} v. plura in *Paratitlo*.

⁶ Subuehendi vox hic propria: v. *Gloss.*

⁷ Vexatione. ⁸ forte Iudicum, Vicariorum, Præfectorum annonæ, Præfectorum Vrbs, Præfectorum Prætorio.

⁹ Extraordinarium onus hic, extraordinarium officium d. l. 8. ^{infr.} id est, aliud à subuectione specierum fiscalium ad portum: veluti vt à Portu, ad vrbs ipsam subuehat fiscales species, vel quid aliud: vel vt in ipso Portu quid agar: vel vt in transitu seu reditu quid deferat.

COMMENTARIUS.

NANGARIARI naues, quæ fiscales species ad locum debitum iam subuexerunt, in reditu seu REMEANTES vetat hæc cõstitutione Constantinus M. *Angariari*, inquam, id est, cogi ad deseruicendum alicui alteri seu extraordinario oneri, expleto iam & impleto suo: Quâ *Angariandi* & *Angariarum* voce etsi non vtatur hæc lex; eã tamen vtitur Libanius in similem rusticorum quæ species annonarias Antiochiam subuexerant, ad extraordinarium onus cogendi morem innuens expressâ Oratione *æi ðγγαπειών*. Item circa naues priuatorum, *Vlpianus lib. 4. de Offic. Proconsulis*, quo de munere

publicis egit: l. penult. §. 1. *π. de Veteranis*: & Gregorius PP. *lib. 8. epist. 64*. Scilicet mos hic prauus inceserat, vt nauicularij perlati speciebus fiscalibus, antequam domum redirent, vel dum domum redirent, sæpè à Iudicibus & nonnullis alijs ad subuehenda quædam cogebantur, veluti ad lapides, ornamenta, & materiam ædificiorum transferendam. Hunc morem damnat Constantinus M. & hac *Constitutione*, & proximâ l. 5. ^{infr.} & Tertiã huic gemina Germanã, quæ eiusdem argumenti est, & ad Nauicularios Hispaniarum pariter pertinet, l. 8. ^{infr.} *Damnat* & *Constantianus*

stantius l. 9. ^{infr.} Denique moram aut interpellationem aliquam obici Nauiculariis redituris domum vetat Constantinus: haud ab simili instituto, vt dixi, quo Angarias Rusticorum, quibus Rusticos & Agricolas, post allatas Antiochiam species, domum redituros angariari mos erat: *Damnat Libanius orat. æi ðγγαπειών*, & *orat. adu. Icarium*, p. 464. 465. eãque ad eod. constitutione Theodosij M. prohiberi vult. ¶ Ac nominatim id vt hæc leg. ita & d. l. 8. de Nauiculariis Hispaniarum, qui ex Hispaniã litoribus ad portum V. R. fiscales species subuexerint, cauet. Scilicet hac tempestate Vrbs Roma Hispaniensibus commearibus adiuta, fultaque fuit, vt præter *hanc leg.* & d. l. 8. docet quoque Symmachus *lib. 10. epist. 50. Edita*, inquit, est ratio vectigalium, quæ Hispanienses atque Alexandrinos inuehere debuit commearibus; & *Claudianus. 1. in Eutropium*.

Segetes mirantur Iberas

Florea, nec Libya senserunt damnare bellis,

Iam Transalpinã contemi messi Quirites.

Iustinus quoque iam olim lib. 24. scribebat, *Hispaniam suffecisse Italie, Vrbsque Romæ, ad cunctarum rerum abundantiam, frumenti, vini, mellis, olei*. Ex tunc denique proximo ab hinc sæculo Regis Gothorum epistola, qua restituit Romæ antiquum vectigal seu iriiceas copias Hispaniã, apud *Cassiod. 5. var. 35*. Plura nunc non addo de Hispaniã do-

ribus, quæ aliunde repeti possunt ex *veteri Orbis descript. cap. 50*. ex *Pacato in Panegy. Theod.* Huc magis facit, nauis Hispaniã Magister, cuius meminit *Horat. 3. Carm. 6*. Ad eundem nauium Hispanicarum Romanum commeatum respicit & *Symmachus lib. 4. epist. 59*. Apud *Sidonium Carm. 5. v. 49*. dicitur *Sardinia argentum, naues Hispania deferre*, sed propter *vauuuiar* ipsam, & Sparti abundantiam: de quo ad *veterem Orbis descriptionem*. ¶ Igitur Constantinus M. hæc leg. & d. l. 8. Hispanicas naues vacuas domum redire, neque angariari in reditu vult, vt ita facilius, citius mox redire possint cum nouis speciebus. Porro securitas hac nominatim nauiculariis & nauibus quæ species fiscales subuexerint, indulgetur. Quæ, inquit, *omni DVNTA XAT fiscale subuexerit*. Vnde apparet, angariari iure potuisse naues, quæ ex Hispania non publicas non fiscales species subuexissent, verum priuatas tantum & voluptatibus deseruientes species: veluti inter alia, equos: scilicet ad editiones & ludos Prætorios, Quæstorios priuatorum, equi ex Hispaniã petebantur (vt potè dicitur equini pecoris,) quod testatur *Symmachus lib. 4. epist. 60. 61. 64. lib. 7. epist. 105. 106. lib. 9. ep. 12. 18. 19. 20. 22. 23. & lex 1. infr. de Equis curulibus*. Igitur hæc forte naues angariari intra modum aliquem potuerunt.

v. * Idem A. ad Ablauium PP. P."



NAVICVLARIOS omnes, per Orbem terrarum, per omne æuum, ab omnibus oneribus & muneribus, (cuiuscumque fuerint loci vel Dignitatis,) securus, vacuus immunèque esse præcipimus: siue Decuriones sint, siue plebei, seu prioris alterius dignitatis, vt à Collationibus & omnibus oblationibus liberati, integris patrimonijs nauicularium munus exerceant. ¶ *NAMES* quoque eorum, (quantæcumque fuerint,) ad aliud munus ipsi inuitis teneri non conuenit, ad quodcumque litus accesserint: Litorum custodibus, & vectigalium Præpositis, Exactoribus, Decurionibus, adque Rationalibus, & Iudicibus, scituris, quòd qui hanc legem violauerit, capite punietur. Dat. xi v. Kalend. Octob. Constantino A. vi i. & Constantio Cæs. c o s s. [326.]

NOTÆ.

* Abest à Cod. Iust. Hinc transcripta à Valentiniano Iun. lex 17. ^{infr.}

¹ Ablauio huic PP. hoc ipso Anno inscribitur lex 6. ^{infr.} de Episcopis: de eo plenè in *Indice*.

² quocumque fuerint.

COMMENTARIUS.

DE IMMUNITATE ipsorum Nauiculariorum est hæc prima plenissimaque omnium Constantini M. constitutio (ad quam pertinet eiusdem lex 7.) ex quâ repetita & transcripta postea à Valentiniano Iun. lex 17. ^{infr.} Cui additur & alterum caput de NAVIBVS ipsis non angariandis: de quo iam fuit eiusdem Constantini constitutio lex superior 4. vbi vid. quæ dixi: nisi quòd illa specialiter ad Hispaniã Nauicularios pertinet, hæc ad naues & Nauicularios per totum orbem terrarum, & ad quodcumque litus accesserint, sunt & de eodem lex 8. & 9. ^{infr.} De priore igitur tantum, tum deinde de sanctione huius leg. hic videndum nobis erit.

¶ 1. Plenissimam igitur immunitatem omnibus Nauiculariis hæc leg. tribuit Constantinus M. Et primum quidem ab omnibus oneribus & muneribus: quod & ipsum postea tribuit nominatim nauiculariis Orientis pro commoditate Vrbs

Constantinopolitanæ d. l. 7. sicut hæc ad vtilitatem Vrbs Romæ pertinet: & Valentinianus Iun. d. l. 17. Et iam olim immunitas data Nauiculariis annonam Vrbs Romæ inuantibus: De quo vid. l. 5. §. 3. 4. 5. 6. 7. 9. *de iure immunit.*

Secunda ampliatio est, cuiuscumque loci sint & dignitatis: Locis inquam: id est, siue Plebeij sint, siue Decuriones: vnde apparet, è Decurionibus etiam nonnullos Nauicularios fuisse: quod etiam ostendit lex 14. 16. 19. 25. ^{infr.} hoc tit. & l. 149. ^{supr.} de Decurionib. *Dignitatis* rursum, etsi Senatoriæ, etsi Equestris, quam postremam Constantinus omnibus Nauiculariis (postea proculdubio) tribuit, vt docet lex 16. ^{infr.} etsi perfectissimatus, etsi honoratios codicillos impetrauerint l. 15. ^{infr.} Igitur & à Senatoriis & Equestribus collationibus: item à collatione lustrali oblationibus eos immunes esse iubet hæc leg. Oblationibus, veluti auro oblationibus: de quo l. 5. & 9. & 14. ^{supr.} de Senator. & *Gleb.*

Gleb. collat. & auro oblat. Huc referatur & oblatio votorum: item aurum coronarium, de quo peculiares tituli extant hoc Codice. Hinc interim apparet, Nauculariarum functionem non semper fuisse non modò infra dignitatem Curialem, (de quo fidem faciunt alia quoque leges,) sed ne quidem infra Equitrem & Senatoriam: & sic etiam Senatores quosdam aliquando Naucularios fuisse. Sanè idem Constantinus M. hoc ipso Anno 326. ante hanc leg. l. 4. infr. de infirm. his qua sub Tyr. testatur, Senatores à Licinio Tyranno ad nauculariarum munus deiectos: ad quorum deprecationem recensum eorum ea leg. Senatori Romano tribuit. Quare retenti quidam Senatores in nauculario munere, vt ex d. l. 4. & ex hac discimus: sic tamen vt Senatoriis functionibus liberis esse vellet Constantinus. Alioquin & de more, qui de Nauculariorum bonis quid possiderent, pro rata bonorum ad Nauculariarum functionem tenebantur: de quo v. Paratitlon.

¶ 11. Sanctione huius leg. continentur personæ, quæ Naucularios concutere poterant, & verò feruè concutiebant, vel ad collationes & munera eos vocando, vel naues eorum angariando: quem ipsum personarum recensum habes & l. 17. infr. vid. Iudices, id est, Rectores Prouinciarum, Rationales, qui rationibus Fisci præpositi, quòsque collationum & oblationum cura manebat:

Dectiones, ad quos spectabat munerum civilium dittributio: Exactores, qui collationes exigebant: Vexilligium Præpositi, qui lustralem collationem & portorium exigebant: Litorum custodes, exactores qui litoribus præsidebant, ad quorum officium inter alia pertinebat, ne quisquam commearium iniuriam pateretur: de quo dixi supr. tit. de litor. & itiner. custod.

¶ Illud extrinsecus ad hanc leg. notetur, tertiam adhuc & quidem hoc ipso Anno 326. de Nauculariis constitutionem à Constantino M. promulgatam, quæ extat l. 1. infr. de prædiis Naucular. & quartam; putà l. 1. Cod. Inst. de Heredib. Decurionib. Naucular. putà, vt si quis Naucularius sine testamento & sine liberis vel defunctus esset, hæreditas eius non ad fiscum, sed ad Corpus Nauculariorum ex quo fatali sorte subtraheretur, deferretur. Quæ lex vt obiter id obseruem, dicitur P.P. vel potius data Lastronæ, vbi reponendum Latrone, quæ Mysiæ inferioris seu secundæ vrbs erat, (ad Laurum fl.) cuius mentio & in Itin. Penting. & in Notitiâ Imperij, vbi Latris vocatur: Constantinus certè huius Anni initio in Mysiâ inferiore extitit: de quo in Chronico. ¶ Ex his igitur tandem quatuor constitutionibus de Nauculariis, apparet quàm enixè Constantinus M. Nauculariis, & nauculariæ functioni, ad subuentionem annonæ Vrbs consuluerit hoc Ann. D. 326.

VI. * Idem A. ad Felicem....."



COMMODA" nobis visa est ea dispositio, quæ expressè naucularios in hunc ordinem formauit, vt non promiscuè, sed per vicissitudines ritè seruatas, iuges cursus" agnoscerent, & exiguos" impleant: quò ita leuamentis alternantis auxiliij cunctorum fortunæ, & tenuioribus" tum potissimum confirmet, * nec necessitas fieret aliquos semper" longiora lustrare, ac plerisque obnoxios casibus fieri. Quod ne vterius possit accidere, labor omnibus par & iustus adiunctus sit, & subsidia" pari ratione deferantur, nec tenuiores in querelas infructuosæ conplorationis" incurrant P.P. V I I. Id. Septemb. Karthagine" Oprato & Paulino C O S S. [334.]

NOTÆ.

* Absit hac lex à Cod. Inst. Parum verò absit, quia huic legi iungenda videtur lex 1. supr. de excus. Artific. nam & eidem Felici eodem Anno inscribitur, imò eodem mense, fortè & die, emendato die alterutro. P.P. quod disceptat præter Anno prox. 335. lex 21. supr. de Decurionib. & Anno ab hinc altero 336. lex 5. infr. de Iudicibus l. 1. infr. ne Christ. mancip. Et quidem Italiæ, in qua Præfecturâ Africa fuit: inde enim huius legi subscriptio præfert eam P.P. Karthagine, pariter vt eandem subscriptionem præferunt d. lex 1. supr. de excus. Artificibus: & d. l. 5. de studijs. & d. l. 1. ne Christ. mancip. Et apertè in d. l. 21. supr. de Decurion. mentio fit Afrorum Curialium: & in d. l. 1. de excus. Artific. Prouinciarum Africanarum. æqua, moderata, vt par & iusta, & pari ratione, f. leg. cæterum Commodi vox hæc propria vid. Gloss. Commodus συμπεριεδο. Dispositiois vox hæc in re propria vid. Gloss. Porro intelligit Constantinus dispositionem Felicis P.P. Cursus, & Currere, de nauigantibus, & nauibus. Virgil. 3. Æneid. Vastumque caui trabe currimus aquor. & 4. Æneid. Armari Classem cursumque parari. Vbi Seruius interpretatur nauigationem: Et alibi: Ni teneant cursus. Statius Syluar. 3. Quos tibi currenti præcepit ferat Adria mores. Horatius quoque dixit: Currat mercator ad Indos. Propertius Miraris currere lictres. Ipsæ naues currus: Catullus de nuptijs Pelei: Ipsa leuis fecit volitantem flamine currum. & cursus nauium: vid. Gell. 10. c. 26. apud Euripidem Medea, nauia àλυσιν. Æschylus in Prometheus, ναυτλαρ' ὀχνηματι δίκτα & naues ambulare, Catoni, de reuol. c. 1. itaque & pedes pro remis nauibus tributi. an exagogas? de quo mox. & tenuioribus potissimum confirmantur. Quod Cujaciana Editio iam indicauit. iugibus cursus, supr. pro adiungatur, iniungatur. subsidia, pro speciebus fiscalibus & annuario commeatu ad vsum publicum. Quo sensu non semel apud Symmachum. Comploratio, pro deploratione, querelis: Laetantius lib. 7. c. 19. Commodus igitur Deum & periculo ancipiti, & miseranda comploratione insularum, miseret proximus liberatorem. Hæc subscriptio ostendit hanc Lad Naucularios Africa pertinere: & Felicis, cui hæc lex inscribitur, dispositioni Africam suppositam fuisse.

COMMEN

COMMENTARIUS.

DE VICISSITUDINE subuectionis & commendi inter Naucularios seruanda est hæc Constantini M. constitutio. Nempe cum querelæ exortæ fuissent à parte Nauculariorum, & potissimum à parte tenuiorum, quod promiscuè, seu identidè iuges cursus agnoscerent, & longiora semper lustrare cogerentur, plerisque casibus obnoxij, interea dum alij Naucularij, conuentioni iudicij, domi residerent. Felix P.P. vt videtur, huic rei opitulatum iuerat, suâ dispositione seu ordinatione: quâ iam hunc Ordinem constituit, vt per vicissitudines iustas Naucularij cursus agnoscerent, labòrque omnibus par & iustus iniungeretur, atque aded subsidia, id est, species fiscales, pari & æquabili ratione ab his deferrentur: vt ita (quod eleganter hic dicitur) leuamentis alternantis auxiliij cunctorum fortuna, & tenuiorum potissimum confirmarentur. Hanc dispositionem Constantinus M. hæc constitutione suâ confirmat, ceu commodam, id est æquam, æquabilem, iustam, moderatam. Quæ eadem in omnibus alijs Corporibus publico operam nauantibus obtinet, & obtinere debet.

¶ Cæterum pertinet hæc lex nominatim ad Naucularios Africanos, vt ex subscriptione eius liquet, P.P. Karthagine, qui scilicet subsidia deferrebant, id est, species fiscales in vsum publicos siue Vrbs Romæ, cui aliàs destinata Africa subsidia: siue vrbs Constantinopolitanæ, quò hæc lex spectare mihi videtur (pariter vt apertè spectat lex 7. prox. hoc ipso Anno data:) non tantum ex ipsâ temporum ratione: Hoc enim tempus est, quò Constantinopolis assurgebat, verum ex his

huius leg. verbis, nec necessitas fieret aliquos semper LONGIORA lustrare: vix enim ex Africa commeatus ad Vrbs Romam longioribus connumerabatur. Neque dubium est, etsi Africa propriè Romæ adfœdàta à Constantino fuerit, vt Alexandria Constantinopoli, nihilominus extra ordinem sæpè vices mutaras. ¶ Fuit autem tempus, cum in his verbis, & exiguos impleant, tenetam exagogas, vel exagogias, (vt bytragie Varroni apud Nonium, & paragogia minulculi ductus l. 10. Cod. Inst. de aquis ductu:) id est cuectiones, vt vocantur l. 6. infr. de prædiis Naucular. subuectionem, l. 2. infr. de Nauib. non excus. quomodo Eunapius Edesio p. 41. in eadem re ἀπαγωγὴν φέρου dicit (quem alioquin locum Interpres non cepit:) Ita apud Strabonem lib. 17. Alexandriæ vexilligal ἐξαγωγὴν pro exportandis mercibus: quod ipsum ἐξαγωγίον vocat Iustinianus edicto de Alexandrinis 13. Sanè in re Naucularia Græcæ voces plures vlturpatæ: veluti Stolis l. 7. infr. hoc tit. Cataplus, etiam apud Martialem: Hæretis naualis, l. 9. 10. infr. de prædiis Naucular. hæreticæ, l. 14. infr. hoc tit. Embola, Embolicæ species, de quibus omnibus ad l. 1. infr. de can. frum. V. R. Certè ita quoque Plautus 3. Rud. 2. Si speras, eam euentum EXAGOGAM Capuam saluam & sospitem. Verum nihil temerè hîc murem. Elegans hîc antichetis inter iuges cursus, & exiguos: hoc sensu, vt vniversi Naucularij dicantur iuges cursus agnoscerent, singuli verò exiguos implere: videlicet dum non promiscuè, sed per vicissitudines ritè seruatas sese mutuò subleuant, leuamentis alternantis auxiliij.

VII. * Idem A. Nauculariis Orientis."



RO commoditate Vrbs, quam æterno nomine, iubente Deo, donauimus, hæc vobis Præuilegia credimus deferenda, Vt naucularij omnes à ciuilibus muneribus & oneribus & obsequijs habeantur immunes: ¶ Et ne honores quidem ciuicos, ex quibus aliquod incommodum sentiant, subire cogantur. ¶ Ab administratione etiam Tutelæ, siue legitimæ, siue eius quàm Magistratus, aut Prouinciæ Rectores iniungunt, habeantur immunes. ¶ Et vacatione legis Iulicæ & Papiæ potiantur, vt etiam nullis interuenientibus lucris, & viri ex testamento vxorum solidum capiant, & ad vxores integra voluntas perueniat maritorum. ¶ De proprietate etiam, vel hæreditate, vel qualibet alia ciuili causâ pulsati, ne ex Rescripto quidem nostro, ad extraordinarium iudicium euocentur, sed agentibus, in suo foro respondeant. ¶ Et, ad exemplum Alexandrini stoli, quaternas in frumento centesimas consequantur. ¶ Ac præterea per singula milia singulos solidos: Vt his omnibus animati, & nihil penè de suis facultatibus expendentes, curâ suâ frequentent maritimos commeatus. Acc. Kalend. Decemb. Oprato & Paulino C O S S. [334.]

NOTÆ.

* Absit hac lex à Cod. Inst. An Orientis Diocæsis intelligitur: cuius Prouinciæ 10 in veteri Prouinciarum Indice Schonbauiano, 15. in Notitiâ Imperij postea memorantur? An Orientale Imperium? Illud verum, vt apparet ex f. leg. Interim ad eandem pertinet lex 14. & lex 32. infr. Constantinopolitanæ. Æterna vrbs, æterno nomine donata: vid. Gloss. De hoc mox dicam: An iubente? ¶ De liberis: de quo mox. ¶ Stolis: cum in commune sit commeatus, profectio, iter, copiar: attamen de nauibus copiis & classe nauali propriè vlturpat: Helychius στόλιος πλοῖος, πλοῖα πολλὰ, ἢ ὁ πῆρ νείος ἐμβολῶν λήραται τοῖς ἐξ ὧν οὐκ ἐπιμένει. Apud eundem ἐπὶ ἀρχῆς ὁ στόλιος ἔρχεται, ὁ ναυάρχος. Aliàs cum epitheto ναυτικός, vel ναὺς στόλιος, vel πλοῖα δίστιγος. In Veteri Inscripção Romæ, p. 114. n. 4. τῶν ἐν σπυριῶν τῶν ἀνατολῆς ἐπιπέδων [Κομμοδὸς Σιδωνίος] οἱ ναυκλήροισι προσδωκῆς Ἀλεξανδρινῶν εἶλα. Meminit quoque Suidas in v. σπυριῶν, σπυριῶν εἶλα. Ergo stolis est hîc maritimus commeatus, vt sine l. vocatur.

COMMEN

PRIVILEGIA, Immunitates, Commoda varia Nauicularis Orientis, defert hac constitutione Constantinus M. quod his omnibus animati, maritimos commeatu frequent: Anno D. 334. Idque omne pro commoditate Urbis Constantinopolitanae, a se recenter excitatae & dedicate ante quadriennium firmatae. Quae privilegia, &c. antequam excurimus, de quibusdam prius videndum est. ¶ Primum inscribitur hac lex, *Nauicularis Orientis*: ad quos pertinet quoque *lex 14. infr. & lex 32. infr.* atque aded Orientis Nauicularij privilegia ea comprehensis animantur, ad frequentandos commeatu maritimos, copiosque necessitati replendam Urbem Constantinopolitanam: & quidem in nonnullis, exemplo Nauiculariorum Alexandrinorum, de quibus mox: *Orientis*, id est, Dioeceseos Orientalis: cuius sub Theodosio M. decem Prouincias enumerat Ammianus Marcellinus *lib. 14. p. 20. 21. 22. 23.* & in his Syriam, Palaestinam, imò & Atabiam: vt & Auctor vetus *Notitia Prouinciarum*: qui tamen in numero consentiens, Arabiam omittit, & eius loco, Sofanem ponit. At postea *Notitia Imperij* sub Theodosio Iunior quindecim Prouincias Orientis recenset: nempe quia Phoenice, Cilicia, Syria, post Theodosium M. singulae in duas diuisae, imò & Palaestina in tres, sic vt quinque iam Prouinciae additae fuerint. Quem processum qui minus habentis atrendunt, Veteri isti *Prouinciarum Notitia* fidem derogant, cuiusque officiantiam arguunt: cuius tamen fides etiam ab Ammiano hac parte firmè sustinatur.

¶ Secundò obseruandum valde, quod ait Constantinus M. se Urbem Constantinopolitanam aeterno nomine, *INVENTE DEO*, donasse: Quibus verbis non illud indicatur, dicatam a se Constantinopolim Deo, quod alioquin testatur Auctor *Vite Constantini*, *lib. 3. cap. 47.* (quod vtrique verius, quam quod Nicephorus longo post intervallo scribit *lib. 8. cap. 26.* eam Dei Genitrici Mariae consecratam: Nam & S. Augustinus saepe testatur, non nisi Deo dedicari consueuisse à Christianis Tempia seu Ecclesias, *de Civitate Dei*, *lib. 22. cap. 10.* & aliis locis) verum ex mandato Dei. Quid igitur Sozomenus sub Theodosio Iun. centum ferè post annis scribit, *lib. 1. cap. 2.* Constantinum M. ad Byzantium aedificandum animum addidisse ex *empore* *visu* *dei* & *videnti* *signo*, cum antea locum propè Eium exaedificare cepisset, de quo priore cepto eius vid. & Zosimum *lib. 2.* quanquam & de primo illo rectè accipitur: sic enim & sacratissimi nominis vrbis vocatur, *l. vnic. infr. de honorat. vehiculis*: Aeternum ita nomen suum Constantinus dixerit: quomodo Theodosius postea *l. vnic.* sacratissimum nomen. Alias insuper visiones & miracula ad eundem finem, longo post intervallo memorat Zonaras *Annal. tom. 3.* Glycas *lib. 4.* Beda *de locis Sanctis*, *cap. ultim.* Cedrenus *Anno 18. Constantin.* Memorantur & alia in *actis Syluestri*, quae omnia imposturae arguit rectè Baronius *Anno 324. n. 141.* Imò & Philostorgius *lib. 2. cap. 9.* & ex eo Nicephorus *lib. 8. cap. 4.* suauem historiam memorat circa designandum Urbis Constantinopolitanae ambitum, vi aliquà diuinà ducente, *ais d'ouerus l'ouè t'is èccl'ia seuerito, se paraclitico did'ouera.* Caeteroquin *inbente Deo*, id est, volente ita Deo, dixit: quomodo Opratus Milenitanus *lib. 1. Tempestas persecutionis peracta & definita est, INVENTE*

TE DEO, indulgentiam mittente Maventio Christianis libertas est restituta. Hic sanè, Constantinus ipse aperte proficitur se, *Deo inbente* (seu ex iussu diuino) aeterno nomine Constantinopolim donasse. Nam quod Iustinianus ait *l. 1. §. sed est que 10. Cod. de veteri iure enucl.* Constantinopolim melioribus auguriis conditam, futurae fortè magis felicitatis sponsonem continet, quam vt ex Dei iussu eam conditam indicet. Ait autem Constantinus se eam aeterno nomine donasse. An quod Constantinopolim de suo nomine vocari voluerit? An quod *nouam Romam* dici voluerit? An quod aeternum nomen, id est, famam ei donauerit? Istud praeulerit quis.

¶ Tertio obseruandum Constantini M. institutum hac leg. quo Urbis Constantinopolitanae commoditati prospectum iuit, prouocatis nempe Nauiculariis per vata privilegia & commoda proposita, ad frequentandos maritimos commeatu, & ad subuehenda necessaria ad Urbem Constantinopolitanam: de cuius aliis institutis ad eundem finem, ad augendam inquam Urbem illam, fidem faciunt aliae plures constitutiones hoc Codice: fidem facit Zosimus *lib. 2.* faciunt Historiae Ecclesiasticae Scriptores, & Hieronymus *Chronico*.

Sanè fidem facit maximè, quod & Alexandrinum stolium, & Nauicularios Orientis ad subuehendam ad eam urbem annonam deinceps destinauerit: quod vtrumque ex hac leg. discere licet, quod Quarto obseruandum venit. Nempe cum antea & Africana & Alexandrina classis Urbis Romae destinata esset: de qua postrema videnda Acta Apostolorum *cap. 28.* Sueton. *Ostauio*, *cap. 99.* Victor in *Ostauio*: Strabo *lib. vltim.* Martialis, *epist.* Tacitus *lib. 12. Annal.* Seneca *epist. 78.* Plinius *Panegyrico*: Lampadius *Commodo*: Alij. Posteaquam ad Constantinopolim animum adiecit Constantinus, iam diuisae haec classes, sicut Africana regulariter cederet Urbis Romae: Alexandrinus stolium, & Nauicularij Orientis, Urbis Constantinopolitanae. Eunapius *Adisso*, *p. 38. 41.* Η μὲν γὰρ Κωνσταντινούπολις τὸ ἀρχαῖον Βυζάντιον, καὶ μὲν τὴν παλαιὰν ἑξέλιξιν, ἀδελφωτικῶς παρὰ τὴν σποδομικίαν, καὶ μετὰ τὴν τὸ ἐκείθεν ἀγρομὸν, ἐν ᾧ τὸν κατ' ἡμᾶς κρημὸν, ἐστὶ τὸ ἀπ' ἀγρομὸν κατὰ τὸν ἑλληνικὸν ἄγρον, ἐξ Ἀσίας ἀπὸ τῆς Συρίας τε καὶ φοινίκης, καὶ τῶν ἀλλῶν ἐδρών συμφερέμενον κατὰ τὸν ἄγρον, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐμπόρων καὶ κορῶν τὸν μεδύοντα δῶμα δῆμον, ἐν Κωνσταντίνῳ τὰς ἄλλας χειρῶν πώλει ἀδελφῶν, καὶ τὸ Βυζάντιον μετέσχε. Themistius *orat. 13.* quae habita Anno Dom. 351. de Constantinopoli agens, *p. 291. 292.* καὶ ἐρχομαι αὐτῷ εἰς τὸ ἀνάκτορον τῦτο παρὰ τὰ εἶδη πᾶσι γῆσι ἀγαθήματα, καὶ ἀπαρχαίαι μὲν τῆδε Αἰγυπτίου τῶ βασιλικῇ ὄψοσιν ἐστὶν, ἀπυρρον) ἢ Σύροι ποι καὶ Ασυρίαι, καὶ Ἴωνες ἢ καὶ Αἰολοὶ: καὶ ἢ ἀπυρραὶ εἰσι νῆες γέμισσαι ἐνδωμωίας, καὶ ἢ, πᾶσι ἢ φῦσι ἀρεῖον τέλει, καὶ ἢ, πᾶσι ἢ φῦσι ἐν τελευτῶντων δυνεργίῳ, συμφορῆ ἀλλοθεν ἄλλο εἰς τὸ ἱερὸν τῦτο, καὶ σωαγέρι. Notum etiam Athanasio per calumniam id obiectum, quod Aegyptiacum omne frumentum supprimere statuisset. Vetus quoque Orbes Descriptio sub Constantio Imp. de Aegypto agens, *Et alii Prouincias vtilis est: Constantinopolis enim Thraciae ab ea quamplurimè pascitur, similiter & Orientalis partes maxime*, &c. Quomodo Isterius Sophista, apud Photium de Karthagine πόλις Ἰταλίαν ἔστω τῆς ἑσπέρης καὶ ἐπὶ βοιωτῶν. Tandem Claudiani locus insignis de bello Gildonico, vbi Romam sic inducit loquentem.

Tot

Tot mihi pro meritis LIBYAM, NILVMQVE dedit, Et dominam plebem, bellatorumque Senatum Classibus astitit alerenti, geminoque vicissim Litore diuersi compleuent horrea venti. Stabat certa salus, MEMPHIS si forte negasset Penfubam PHARIVM, GAETVLIS messibus annum: Frugiferas certare rates, latèque videbam PVNICA NILIACIS concurrere carbassa velis. Cum subitò PAR ROMA MIHI, diuisaque sumpsit Aequales AVROA togas, AEGYPTIA rura In partem cessere NOVAM: spes unica nobis Restabat LIBYAE: qua vix agrèque ferebat Solo ducta Notio; nunquam secura futuri. Semper inops, venique fidem posebat, & anni.

Et post: Nunc quid agam? Libyam Gildo tenet: ALTE-RA, NILVM.

Vbi par Roma, item Altera est Constantinopolis, quae noua Roma. Ergo & Orientis & Alexandrinae classis destinata Urbis Constantinopolitanae: Atque haec sunt Classes Urbis Constantinopolitanae, quae memorantur *l. 21. supr. de diu. off.* Nisi quod extra ordinem quandoque in magno defectu Romae, à Classi Alexandrina subsidium petunt. Quod testatur Symmachus *lib. 10. epist. 22. & 50.* sicut viceversa Africana aliquando extra ordinem Constantinopoli subsidio fuit, vt docet *lex 2. infr. de naufragiis*. Porro gratuita quaedam pars huius Annonae Alexandrinae Constantinopoli data: de quo *infr. lib. 14. fusè*, & Sozom. *lib. 3. cap. 6.*

¶ Iam de Privilegiis & commodis Nauiculariis Orientis propositis, annonae Urbis Constantinopolitanae seruientibus, hac leg. videndum est, quae septem sunt, & quidem tres immunitates sunt ab Oneribus & Honoribus. Immunitas ab omnibus muneribus & oneribus, & obsequiis, de qua immunitate fuit quoque iam eiusdem Constantini M. constitutio *l. 5. supr.* erit Valentianiani Iunioris *lex 17.* Verum vtrique non ad Urbem Constantinopolitanam pertinet, verum ad Urbem Romam potius, quae quidem Nauiculariorum annonae Urbis Romae seruientium immunitas iam olim fuit, vide *l. 5. de iure immunit. §. 3. 4. 5. 7. 9.* Verum hac leg. Constantinus olim in Urbem Romam constitutum immunitatem ad Constantinopolim producit.

2. ¶ Immunitas ab honoribus ciuicis, seu municipalibus, ex quibus aliquod incommodum sentiant, id est, sumptuosus, onerosus: vt erant.

3. Excusatio à Tutela: Quod quidem privilegium specialiter nisi daretur, immunitate generali munerum ciuicorum non comprehenderetur: vt docet *lex, Spadonem 15. §. qui accepit, de excusat.* Idèd nominatim hac leg. datur, vt caeteroquin vrbicae annonae seruientium immunitates pleniores sunt. Sanè, Domini nauium non habebant inter caetera privilegia, quae nauim habentibus dabantur, vt à tutelae vacarent, *l. 17. §. pen. de excusat.* Sed habent ex hac leg. Nauicularij, (& quidem Orientis:) qui scilicet ipsi frequentabant commeatu maritimos: sicut & Nauicularij Urbis Romae seruientes *l. pen. Cod. de excusat. iur.* Ergo multum interest inter nudum nauim habentem, & inter nauicularium nauigationem exercentem. Porro excusationem Nauicularis Orientis dat Constantinus siue à legitimâ, siue à datâ tutelâ.

Tom. V.

An ergo, inquires, non dat à testamentaria? Imò nam & testamentaria sub legitime appellatione venit: sicut in definitione tutela quae tutela dicitur iure civili permisa, testamentariam includit & indicat, vt ostendit *lex 1. de test. iur. & §. permittum, Inst. de tutelis*: descendit enim testamentaria ex lege, & verbis legis *XII. Tabul.* paterfamilias vti, &c. vt docet *d. l. 1. & l. 20. eod. tit. & Vlp. fragm. l. 1. §. 17.* Ab hac immunitate excepti postea ab Honorio *d. l. pen. Cod. de excusat. iur.* minores sui ordinis: quam tutelam Nauicularij amplecti tenentur.

¶ 4. Quartum privilegium est immunitas legis Juliae & Papiae decimariae: scilicet ex *L. Int. & Papia*, coniux ex supremâ coniugis voluntate solum capere non poterat, sed decimas tantum certis casibus, nisi interuenientibus liberis, id est, nisi liberos communes haberent: de qua leg. plenè dixi in *l. Juliae & Papiae*: eius meminit quoque *lex 2. supr. de iure liberorum*, eodemque pertinet *lex 2. supr. de inoff. dorib.* Verum eius legis immunitas datum hac leg. Nauiculariis Orientis: pariter vt iam olim data à Claudio Imp. Naues mercaturae causa fabricantibus vacatio legis Papiae Poppeae, teste Suetonio in *Claudio*, *c. 18. 19.* Sanè huius nominatum capitis, Legis inquam decimariae immunitas Nauiculariis Orientis datur iustissimâ ratione, vtpote frequentantibus maritimos commeatu, quibus idèd nil imputari potest si liberos non suscipiant, vtpote quorum vita solo iactatur, neque domi consistant. Tandem sublata hac leg. Julia Papiae decimaria partim in sp. saltè *l. 124. supr. de Decurionib.* in totum à Theodosio Iun. per Orientem *d. l. 2.* (ex qua *l. 2. desumpta lex 2. Cod. Inst. de iure liber.* cuius etiam legis 2. meminit *lex vltim. supr. de legit. heredit.*) & *l. 3. supr. de iure liber.* At non & ab Honorio per Occidentem, vt docet *lex vlt. supr. de iure liber.* posterius enim id factum.

¶ 5. Quintum privilegium est, Fori, vt ne Nauicularij Orientis ad extraordinarium iudicium seu forum euocari etiam ex rescripto Principis possint, verum vt agentibus, in suo foro (nempe vti consistunt) respondeant. Scilicet, rescripto Principis, petente aliquo ex litigatoribus, quandoque iustâ de causâ ad extraordinarium Iudicium traheretur: de quo est *lex 2. supr. de off. Iudicum omnium*: (quae hoc ipso Anno 334. data est) *lex 9. supr. de inuisidit. l. 4. §. de denunc. vel edit. rescripti*: *l. 1. supr. de dilat.* (seu *lex 2. Cod. eod.*) quibus addatur & Paulus *5. sent. §. 1.* At enim Constantinus M. pro privilegio, Nauiculariis Orientis id tribuit, vt ne ad extraordinarium Iudicium suum extra forum suum, conuenti etiam rescripto, trahi possint: Quomodo & Sacerdotibus, & Curialibus id privilegium datum, ne vltra terminos propriae ciuitatis tubcantur sui exhibere praesentiam: *l. 60. supr. de Decurionib.* imò quomodo idem Constantinus M. hoc ipso Anno 334. pupillis, viduabus, morbo fatigatis & debilibus simile privilegium dedit, vt ne rescripto Principis, ad Comitatum Principis ex foro suo extrahi possent: *d. l. 2. supr. de off. Iudic. omn.* seu *l. vnic. Cod. Instim. quando Imperator*: cuius postremi rationem hanc reddebant Graeci, quod inhumanum esset huiusmodi personas *οὐδὲν ἔχει ἰδίῳ*, id est, *uexari & fatigari itineribus*, quod pertinet & quod dicitur *l. vlt. infr. de Episcopali ind.* Quae ipsa ratio huic Nauiculariorum privilegio substerenda est: vltimo sine adhuc addito, ne alioquin annonae vrbicae detrimentum capiat. Porro privilegium

I istud

istud ad causas civiles coarctatur. In criminalibus igitur Nauicularius ad extraordinarium Iudicem trahi potuit.

¶ 6. Sextum commodum est Epimetri quod Nauiculariis Orientis defert *hac leg.* Constantinus M. scilicet ut quatenus Centesimas in frumento consequantur: Nempè Epimetri loco & pro diametro, id est, pro interritimento frumenti, quod ex Oriente Constantinopolim subuehitur, *pour la descale, pour le deschet*: scilicet circa frumentum publicum susceptum versantibus, pro diametro (quod necessarid incurritur, antequam id tradatur vel perferatur) aliquid dabatur, ut dispendium istud sarciretur ad exemplum Nauiculariorum Alexandrini Stoli, ut docet *hac lex, & lex 1. infr. de sum. Alex.* nauiculariis Orientis, de quo est *hac lex*: Nauiculariis Africanis, de quo est *lex 36. 3. infr. hoc tit. & lex 3. & 5. infr. de naufragiis* (ac proinde, in vniuersum de huiusmodi Centesimarum Nauiculariis tributarum Epimetro, sunt *hoc Codice, sex leges*:) pariter ut aliis susceptoribus specierum quæ huiusmodi interritimento obnoxia sunt, aliquid Epimetri loco dabatur: puta Snariis, de quo est *l. 4. infr. de Snariis, & susceptorib. & aliis l. 3. 14. 15. 21. supr. de susceptorib.* etiam redituum domus Principis, *l. 11. supr. de iure fisci*: (ut proinde vndecim constitutiones *hoc Codice* de his Epimetris in vniuersum occurrant.) Modus porro Epimetri huius varius fuit, pro itinere scilicet & longinquitate itineris, ut docet *lex 21. supr. de suscept.* Alexandrino sanè stolo, seu Nauiculariis Alexandrinis datæ quater-

næ Centesimæ, id est, quatuor libræ in Centum libras frumenti: Quod ipsum Nauiculariis Orientis à Constantino *hac leg.* tribuitur: cum tamen Africanis Centesimæ tantum datæ fuerint, *l. 36. & l. 38. infr. hoc tit.* pariter ut susceptoribus annonæ Alexandrinæ, *l. 3. supr. de susceptorib.* & aliis susceptoribus aridorum fructuum, *d. l. 14. 15. supr. de suscept.* vel etiam Quinquagesimæ, aut Quadragesimæ, *d. l. 21. supr. de suscept.*

¶ 7. Postremum commodum est Salarij, superioris proximum; quod Nauiculariis Orientis per singula milia frumenti quæ Constantinopolim subueherent, (ex Alexandrinæ videlicet ciuitatis conditis, ut docet *lex 32. infr.*) singulos solidos præberi iubet. Quod nullis aliis Nauiculariis præbitum reperio. Quod tamen postea translatum videtur ad Alexandrinos & Carpathios, *l. 32. infr.* Et sanè tum ex principio, tum ex fine legis colligitur satis, instituto ut existimo nunc primum à Constantino in Oriente nouo, huic corpori Nauiculariorum ad annonam Urbis Constantinopolitanæ, ita illum prouidere voluisse, quod videlicet priuilegiis animarentur; atque inter cætera eo, quod nihil penè de suis facultatibus expendere cogerentur. Tandem ex his colligitur, pro commoditate Urbis Constantinopolitanæ, Constantinum & nouum in Oriente Nauiculariorum Corpus constituissè, & priuilegiis commodisque omnibus ornatum & auctum iussè, quæ Africanis, quæ Alexandrinis iam dudum competeabant: imò etiam in nonnullis, maioribus.

VIII. * Idem A. ad Seuerum."

NAUICVLARIOS Hispaniarum, neque ad extraordinaria" teneri officia, neque alicubi retentos moras sustinere oportet, sed Relatorias traditarum specierum intra decem dies à Susceptoribus percipere. ¶ Cùmque ad aliquas Insulas, Portus, Litora, Stationes" accefferint, ostensis Relatoriis nullam prorsus inquietudinem sustinere. Dat. xiv. Kalend. Iun. Nepotiano & Facundo c o s s. [336.]

NOTÆ.

- * Abest *hac lex* à *Cod. Iustin.* Concordat verò huic gemina-germana eiusdem Constantini *lex 4. supr.*, & altera *lex 5. supr.*
 "Seuerum hunc Magistrum Hispaniarum fuisse satis vel ex *ipsa leg.* colligi posset: Sed enim cum *Comitem Hispaniarum* fuisse exerrè docent trium aliarum constitutionum Inscriptiones *hoc Codice*: puta *l. 2. supr. de fide test. l. 5. supr. de donat. l. 3. supr. de materni bonis.*
 "Extraordinaria officia *hic*: extraordinarium onus, *d. l. 4. supr.* vbi vide quæ dixi: aliud munus, *l. 5. supr.*
 "Hæc tria, *Portus, litora, stationes*, pariter ita coniunguntur *l. 2. supr. de litorum & itin. cust.*
 "Stationes, nauium scilicet.

COMMENTARIVS.

NGAURIARI naues & nauicularios Hispaniarum, nominatim eos qui species (fiscales videlicet) subuexerint, vetat rursus Constantinus M. *hac leg.* pariter ut geminâ-germanâ *l. 4. supr.* vbi plura dixi, & quidem etiam de Nauiculariis Hispaniarum, *Angariari*, inquam, (id est, ad aliud munus, ut dicitur *l. 5. supr.* vbi vid. quæ notauimus: ad extraordinarium onus seu officium) cogi: siue in ipso loco, vbi species tradiderint, siue in reditu transeuntes in Insulis, stationibus, litoribus, ad quæ accefferint. Quæ & ipsa sententia est Constantini *tertiâ consit.* circa nauicularios omnes per Orbem terrarum, *l. 5. in fin. supr.* eademque est *l. 9. infr.* Denique *retineri* eos vetat, moramque iniici: quæ utique de facili iniiciebatur, intereâ dum vel relatoriæ his non dan-

tur, in loco ad quem species pertulerunt, vel exhibitæ in loco per quem in reditu transeunt, non inspiciuntur: Relatoria, sunt apochæ, seu securitates (ut vocantur *l. 21. & 26. infr. h. t.*) quæ nauiculariis dabantur, peracto officio per. atisque speciebus ab iis qui species susceperat ceu à susceptoribus, ut vel *hac lex* satis ostendit: quibus denique fides peracti à se officij fiebat, *d. l. 26. & suscepti oneris, (à susceptore videlicet) d. l. 21. Relatoria* idè dictæ, quia eas pro delatis traditis speciebus inuicem referebant, seu *reputabant*, quâ voce utitur non semel *d. lex 21. & 26.* non ut quidam censent, quia his relatio fiebat traditarum specierum. Igitur huiusmodi Relatorias nauiculariis tradere iubentur susceptores intra decem dies, neque vltiorem

riorem motam his obicere: Quæ temporalis decendij præscriptio notanda: Nempè spatium hoc decendij & ipsi fermè Nauicularij perlatis speciebus, domum redituri capiebant, ad reficien-

dam fortè nauem, & apparatus nauticum. Item ostensis istis Relatoriis, in reditu statim à Litorum per quæ transibant custodibus dimitti iubentur, ut *hac leg.* ita & *d. l. 5.*

IX. * Impm. CONSTANTIVS A. & Iulianus Cæs. Olybrio p. v."

NVLLAM vim oportet Nauicularios" sustinere, delegatas" species annonarias transferentes, nec concussiones perpeti, nec aliquod" genus incommodi, sed venientes ac remeantes omni securitate potiri: decem auri librarum multa proponenda his, qui eos inquietare temptauerint. Dat. Kal. Iun. Rom. Constantio IX. & Iuliano Cæs. I I. C O S S. [357.]

NOTÆ.

- * *L. 1. Cod. Iust. eod. tit.*
 "Romæ: Quanquam videretur hîc reponendum *Orphiti P. V.* nomen: qui sanè hoc Anno P. V. fuit, ut docet *Ammianus lib. 16. p. 75. & l. 2. supr. de Gladiatorib.* Olybrius enim demum sub Valentiniano P. V. fuit.
 "Naucleros, *Cod. Iust.*
 "De hac *delegandi* voce, vid. *Glossar.*
 "aliud quod.
 "vid. *infr. in Commentario.*

COMMENTARIVS.

NGAURIARI, CONCVTI nauicularij à Constantio vetantur, species annonarias transferentes, vel iis translatis remeantes, in itu & reditu: *Angariari* (quod & ipsum iam tribus constitutionibus à Constantino M. vetitum *l. 4.* vbi vid. quæ notauimus, *5. 8. supr.*) id enim est quod vult Constantius, cum eos *nullam vim sustinere oportere* præcepit, *nec aliquod genus incommodi perpeti*, item *venientes & remeantes omni securitate potiri*: Item *concuti*; quod & ipsum prohibitum ab Honorio, *l. 29. 36. & 37. infr. hoc tit.* nempè variæ prædæ in hos sæpè agebantur à Iudicibus & Apparitoribus, ut docet *d. l. 37.* vbi dicam. Igitur securam vndique *αὐτοῦ καὶ ὑποδουλοῦ*, nauiculariis *hac leg.* parat: siue onustas annonâ naues adducant, siue è portu soluant. Similiter & naues nauclerique merces transferentes à concussionibus, vindicantur, *l. vlt. supr. de litorum & itin. cust.*

¶ Porro pertinet hæc constitutio ad Annonam Urbis Romæ, & Nauicularios ei seruientes, ut ostendit ipsa Inscriptio *legis*: inscribitur enim *Præfesto Urbis*: tum subscriptio, dicitur enim hæc *lex, Data Romæ*: vbi hoc tempore Constantius agebat; quod præter *Ammianum lib. 16.* *Themistium nat. 13.* *Symmachum relat. ad Valentin.* *Hieronymum in Chronico*, Auctorem *Chron. Alex.* *Consularia Idaciana*, docet quoque subscriptio *legis 5. supr. de Numerariis.* Illud tantum mirum, Datam hanc *Kalend. Iun. Romæ*: cum tamen disertè *Ammianus* scribat Constantium 4. *Kalend. Iun.* inde digestum, trigesimo postquam eò venerat die. ¶ *Pana* obseruanda pecuniaria decem librarum auri: cuius loco capitalis placuit Constantino M. in *sp. l. 5. supr.* Valentiniano Iun. cum proscriptione bonorum *l. 17.*

X. * Impm. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Ampelium Proc." Africæ.

NAUICVLARIOS Africanos, qui idonea publicis dispositionibus" ac necessitatibus ligna conuectant, priuilegiis concessis dudum, † rursus augemus. Dat. III. Id. Mart. Hadrianop. diuo Iouiano & Varroniano c o s s. [364.]

NOTÆ.

- * Abest *hac lex* à *Cod. Iustin.*
 "Ampelium (postea P. V.) Proconsul Africæ: *Ammianus lib. 23. p. 356.* Post hunc, urbem vixit *Ampeli us, cupidus ipse quoque voluptatum, Antiochia genitus, ex Magistro officiorum, ad Proconsulatum geminum, inde que multo postea ad Præfecturæ cubmen euertit.* Meminit quoque *Himerius Sophista* apud *Photium n. 165.* Ampelij Proconsulis, eiusque filij.
 "Dispositionibus, id est, prouisionibus: vid. *Glossar.*
 "† à quo?
 "¶ *May*: Neque enim adhuc Hadrianopoli mense Martio erat Valentinianus, verum decurrente demum ad finem mense Aprilis, & mense Maio: vid. *Consul. Theod.* Et certè hoc ipso die *11. Id. Mai*, datæ Hadrianopoli *lex 8. supr. de cohortal. l. 8. supr. de Decurion. l. 9. supr. de exactionib.* quæ vltima data ad Dracontium Vicar. Africæ.

COMMENTARIVS.

VALENTINIANI Sen. constitutiones quatuor sequuntur *hoc tit.* de Nauicularijs, ut & *lex aliæ prox. titulo, de prædijs Nauiculariorum, & vndecima, l. 2. infr. de naufragiis*: Quæ Valentiniani studium argunt, consulendi antonæ vrbicæ, pari instituto quo de *Pictoribus* multa con-

stituit: de quo, *tit. de Pictorib. infr.* PRIVILEGIA Nauiculariis Africanis, qui ligna nominatim ad necessitates ut puta Urbis Romæ conuectabant, dudum concessa, rursus confirmat *hac leg.* Valentinianus Senior. A. D. 364. initio Principatus sui. Quâ parte de tribus videndum est.

¶ Primò obseruandum, ex Nauiculariis, (& quidem Africanis,) quosdam lignorum conuentioni ad necessitates Urbis Romæ obnoxios fuisse: Quod etiam ostendit altera eiusdem Valentiniani constitutio (sexennio fermè post lata,) puta *lex 13. infr. hoc tit.* ex qua & illud apparet, ad lauacrorum, seu Thermarum necessitatem hæc ligna subuecta. Id ipsum etiam ostendit Symmachus *lib. 10. epist. 58.* vbi agens de Mancipibus Salinarum, qui & ipsi lignorum functioni obnoxij erant (de quibus suo titulo, *infr. de Mancipibus Thermarum*;) ad paucos redactis inter cetera, *Virgente, inquit, defectu, Nauicularios aequè lignorum obnoxios functioni, ad parem sollicitudinem vocare ceperunt, ut vtriusque Corporis cura coniuncta indiscretum munus agnosceret. At illi nonnullos de turmalibus suis tradere maluerunt, quam in societatem tanti oneris conuenire. Itaque factum est, ut iidem uolentibus certi homines Mancipibus iungerentur, &c.*

Secundò obseruandum, non omnes Nauicularios isti functioni lignariæ obnoxios fuisse, verum certo tantum quodam numero, è corpore illo delectos: cuiusmodi sexaginta deputantur, *d. l. 13. infr.* cuiusmodi etiam nonnulli à Nauiculariis traditi certi homines, in specie quam tractat Symmachus *superiore loco.*

Tertiò obseruandum, ex Africâ ligna subue-

cta Romam idonea publicis dispositionibus & necessitatibus.

Quartò notandum, hæc nauiculariis Præuilegia quædam dudum concessa fuisse, iam olim, verum ea nunc rursus confirmari à Valentiniano: proculdubio quia eis adempta fuerant, & quidem à Iuliano Imp. Nam & alia quamplurima hoc ipso Imperij sui principio Valentinianus explosâ Iuliani nouitate iuxta patrum morem restitutum iuit, ut docet vel *lex 10. supr. de erog. mil. ann. l. 9. supr. de exactionib.* (quæ & ipsa *l. 11. Id. Maij Hadrianopoli pariter data, pariterque ad Africæ Magistratum.*) Item *l. 6. supr. de Medicis & Profess. l. 4. supr. de Legat. lex 1. infr. de priuileg. Corporat. V. R.* quæ huic omnino argumento respondet: ea quippe Valentinianus prouilegia, quibus pro reuerentiâ Urbis Romæ varia hominum corpora, vel præsarium *legum* cautione, vel antecedentium Principum humanitate aucta fuerant, pariter confirmat, vel etiam in aliquâ parte titubassent, restitutum it. Quod huic *leg.* omnino conuenit: sicque ex utraque colligere licet, Iulianum Corporatorum Urbis Romæ necessitatibus seruientium prouilegia imminutum iuisse, & in his quidem Nauiculariorum: Valentinianum ea restituisse, ut ita Urbicæ utilitati consulere: cui non melius consultum quam per prouilegia, iis, qui utilitati isti consulunt, concessis.

XI. * Idem AA. ad Symmachum' p. v."

QUIS VIS ex nauiculariorum corpore, defugiens solita munia, ad honores indebitos venit, in corporis sui confortia reuertatur: &c." Dat. I I I. Id. Ian. Med. Valentiniano & Valente AA. c o s s. [365.]

NOTÆ.

* Abscst & hæc lex à Cod. Iust. Iungenda huic, *lex 2. infr. de præd. Naniæ.*

"Pater hic est eius Symmachi qui & ipse Ann. 384. seu vicennio post, P. V. fuit, & cuius Epistolæ hodie extant: De quorum plura.

"Romæ. "quæ sequuntur d. l. 2.

"Iun. d. l. 2. alterutro error.

COMMENTARIVS.

REPARATIONI Corporis Nauiculariorum hæc *leg.* Valentinianus Sen. incumbit: Nempe, Nauicularios, qui ad honores indebitos conscenderunt, ad Nauiculariorum Corpus retrahi iubet hæc *constitutione sua*: cui iungenda ceu eiusdem constitutionis pars *lex 2. infr. de præd. Naniæ*. Quibus duabus inter se coniunctis id in vniuersum agit Valentinianus, ut & personas Nauiculariorum, quæ munia solita defugerant, ad Corpus Nauiculariorum retrahat, quæ huic *l.* sententia est: & fortè etiam ex parte *legis 3. in pr. infr. de præd. Naniæ*. item ut res seu patrimonium Nauiculariorum, quæ in extraneos transie-

rant, ad corporis Nauiculariorum ius retrahantur, quæ *d. l. 2.* sententia est: Nempe Nauiculariorum Corpus debilitatur, & verò hæc temperate duplici hæc ratione debilitatum fuerat: & personis, & rebus aliis translatis: Quod utrumque reuocat Valentinianus Sen. urbicæ annonæ & utilitati consulendi studio: quod inter hæc Imperij sui initia variis constitutionibus similibus professus est, ut docent *leges eius de Pistoribus*, quæ similia his continent: Idque ad suggestionem Symmachi P. V. cui hæc *lex* inscribitur: de quo Ammianus *lib. 27.* testis, quod *eo instante urbs sacrasissima otio COPIOSQUE abundantius solita finita sit.*

XII. * Idem AA. ad Demetrianum PF. Ann. Afric."

SI quis Nauiculariorum, ex Nostræ Perennitatis indulto, fori translationem potuerit optinere, fructu careat impetrati: Circa fœminarum verò personarum veterum statura teneantur, ut in quibus foris antiquâ eas dispositione constet adscribas, illic nauicularij oneris munus agnoscant: Ut enim in litibus causisque priuatis fora eadem sequi conuenit maritorum, ita in publicis necessitatibus originis debent seruare rationem. Dat. Frid. Id. Maij, Triu. Valentiniano NB. P. & Victore c o s s. [369.]

NOTÆ.

NOTÆ.

* Iungenda huic *lex 2. infr. de naufragiis*: quæ eidem Demetriano inscribitur, & ad idem argumentum pertinet: subscriptio tantum variat.

"Addatur & tertium Gratiani A. nomen, ut sanè etiam additur *d. l. 2.*

"Præfectus Annonæ Africæ peculiaris fuit: veluti Demetrianus & Amabilianus *l. 2. 3. supr. hoc tit.* Denique peculiaris

"Præfectus Annonæ (Urbis Romæ destinata) in Africâ fuit: quod etiam ostendit *lex 3. 6. 38. infr. hoc tit.*

"Acc. Aguis (ita enim *vg.*) *Lexa Aëtis*: ita habet subscriptio *d. l. 2.* quæ hic addenda.

COMMENTARIVS.

VBI, seu QVO LOCO, QVO FORO, Nauicularij, & Nauiculariæ, Nauicularium munus agnoscere debeant, hæc constituit Valentinianus Sen. Ann. D. 369. nempe ibi, vbi antiquâ dispositione adscripti sunt, siue de viris, siue de fœminis agatur: nullâ translatione vel mutatione inductâ, aut per rescriptum, aut per coniugium: scilicet Nauicularij fori translationem impetrare prohibentur ex rescripto Principis: & si impetrauerint, Rescriptum nullius momenti est. Fori translationem, id est, ut alibi conueniantur, teneantur, & respondeant, nauiculariæ functionis nomine, quàm vbi olim adscripti fuerunt: Id enim per forum, & fori translationem, hic accipiendum est, quod sequens caput de fœminis clarè ostendit: Forum est, non tantum in quo quis priuato nomine conuenitur, vel ob delictum, quo sensu communiter forum cuiusque, forique præscriptio dicitur: verum vbi quis ob publicas necessitates conuenitur, ibique publicas functiones subire cogitur. Nihil igitur hæc *lex* pertinet ad eam fori translationem, quâ quis extra forum suum trahitur rescripto Principis, ut aduersario respondeat, de quo dictum, *l. 7. supr.* Ergo ibi nauiculariam functionem subire Nauicularius cogitur, vbi adscriptus iam olim est: ne videlicet alioquin confusio stationum, Corporumque generetur, atque ita utilitas publica

destituatur, obrentu huiusce translationis: quam nonnulli sæpè affectabant, vel priuatâ aliquâ ratione, vel æmulatione, vel odio: Ergo neque rescripto Principis fori translatio hæc recitè sit.

¶ Imò (quod secundum caput de fœminis) neque Coniugio: Nempe, etsi in litibus causisque priuatis mulieres forum maritorum sequantur (quod vulgatum est, de quo etiam *l. 7. supr. de iurisdic.*) attamen publicarum necessitatum, functionum, & munerum alia ratio est: scilicet fœminarum respectu, maritorum forum non sequuntur, verum originali suo foro semper respondent, hæc *leg.* & *l. v. C. Iust. de mulierib. in quo loco munerum fœmini congruentia vel honores agnoscant: l. ult. §. 3. ad municipal.* Denique alia ratio est litium causarumque priuatarum, ut apertè hæc differentia hic proponitur, alia publicarum functionum: Harum respectu, mulierum forum non mutari publice interest: illarum ratione mutari coniugij nexus & vinculum deponit: domicilium enim mariti, domicilium matrimonij est, *l. mulierem, n. de iur. nupt.* Publicarum inquam functionum, quæ modo patrimonij sunt: Alioquin quantum ad publica munera, seu honores, quæ personis coherent, & horum quoque respectu mulier incolamum & forum mariti sequitur. Quæ duæ differentie notandæ sunt.

XIII. * Idem AA. ad Olybrium P. v."

SI CVT olim de Linteonibus & Nauiculariis Diuus Constantinus † instituit, ita nunc ex omnibus sexaginta ad præsentis necessitatis teneantur in pensas. Quos tamen idoneos & communis dilectus adferuit, & facultatum inspectio comprobauit, & sententia Tuæ Sublimitatis adstrixit: Quibus, si quem aut necessitas fatalis, aut inopia repentina, aut aliquis casus inuiderit, aut vocationibus obnoxios oportebit idoneum subrogari. Sed sollicitâ inspectione prospiciatur, ne à quoquam amplius postuletur, quàm necessitas exegit lauacrorum, vel instituta iam dudum forma præscribit. Dat. 1 v. Non. Decembr. Triu. Valentiniano NB. & Victore c o s s. [369.]

NOTÆ.

* Abscst & hæc lex à Cod. Iustin.

"Et huic *leg.* addendum Tertium A. id est, Gratiani Augusti nomen.

"Olybrius P. V. Romæ sub Valentiniano Sen. v. *Profopogr.*

"Ita omnes Editiones, Tiliiana, Cujaciana, Lugdunenſis: in Parisiensi postrema, errore editum enim, pro olim. Et sanè huic respondent mox illa, ita nunc.

"An Linteonibus? qui iidem sint cum Lintariis. Lintarius, Lintio: ut Lintearius, Linteo? De eo mox.

"& Linteonibus & Nauiculariis.

"lauacrorum: vid. *fin. leg.*

"an operatum? an collationis? "delectus.

"vg. ex vacantibus: de quo mox: Quid si aut vacatio ex omnibus obnoxios.

"exigit.

COMMENTARIVS.

DE LIGNORVM functione, ad lauacrorum seu Thermarum Urbis Romæ usum, est hæc Valentiniani Sen. constitutio, de quâ fuit iam

suprà altera *l. 10.* vbi plura de hæc functione, quæ sanè Nauiculariis incumbere: Eam verò iunctim incubuisse Mancipibus Salinarum & Nauiculariis

suâ tempestate ostendit Symmachus, lib. 10. ep. 58. de Mancipibus quoque testis eiusdem Valentiniâni constitutio ad eundem Olybrium P. V. lib. vnic. *infr. de mancip. sherm.* Hâc verò tempestate & Nauicularios & Linteones, ex Constantini M. instituto ad hanc lignariam functionē obnoxios fuisse *hâc lex testatur*: vbi mirum, *Linteones* Nauiculariis hanc ad rem sociari: cum Linteones, seu Lintearij fuerint opifices vestis linearē contexendæ ad Principum vsus, sub Comite S. L. vt docet *lex 8. 16. iuncta l. 6. supr. de Mirilegulis*: quibus, quid commune esse potuit cum Nauiculariis? Illud, inquam, mirum: Quare fuit tempus cum crederem, Hic *Lintariones*, seu *Lintariorum* reponendos, qui scilicet lintres exercebant, Nauiculariis proximi: Lintariones inquam; quomodo *Linteones*, & *Lintearij* promiscuè dicuntur. Sed tamen nil temerè hîc mutem. ¶ Vt vt sit, Constantini M. institutum hâc in re sequitur Valentiniânus *hâc leg.* Constantini M. cateroquin institutorum sequacissimus: vt docent tot aliæ eius leges: veluti *lex 4. supr. de Legatis*: *lex 17. 18. supr. de Prætorib.* *lex 1. supr. de secundo lapsu*: *l. 4. infr. de Suaris*: *l. 12. infr. de Pictoribus*: *lex 2. supr. de legit. heredit.* *lex 1. supr. de natural. fil. l. 5. supr. de relation.*

¶ Ergo quatuor de his, de Lignariâ hâc functione *hâc leg.* constituit Valentiniânus, Primum, de Numero eorum: nempe iubet 60. ex omnibus Linteonibus & Nauiculariis ad præsentis necessitatis impensas teneri, quod ipsum à Constantino institutum fuerat. Secundò de eorum *Delectu*: nempe communi Linteonum & Nauiculariorum delectu eligendos, quomodo sanè in hoc ipso argumento Symmachus P. V. d. epist. 58. ait, *Nauicularios à mancipibus ad parem sollicitudinem vocatos, nonnullos de surmalibus suis tradidisse*: & sic iis volentibus certos homines, Mancipibus iunctos, denique sui Corporis adiudicatos assensu. Et quidem deligendos idoneos facultatibus sententiâ Præfecti Urbis accedente, quæ huic functioni adstringantur: quomodo sanè in hoc ipso

rursus argumento Symmachus P. V. d. epist. 58. ait, *Gesta se disceptante confecta, quibus voluntas Nauiculariorum nonnullos mancipibus deputauit.* Tertio de *subrogatione*: Deinceps scilicet subrogandos in deficientium ex his 60. locum idoneos ex *Vacantibus obnoxios* (ita enim hîc lego:) Ita rursus Symmachus, in hoc ipso argumento, d. epist. 58. ait, cum mancipes Salinarum ex magno numero ad paucos redacti necessitatibus publicæ molem ferre non possent, delatâ supplicatione meruisse, vt hî qui decreti atque excusati antea fuerant redderentur, & ex aliis Corporibus seu Vacantibus, iusta supplementa incunctanter acciperent. [Itaque Nauicularios aequè lignorum obnoxios functioni, ad parem sollicitudinem vocare cœpisse:] *Vacantes hî, otiosi dicuntur l. vnic. supr. de mancipibus*, (quæ ad hoc ipsum argumentum & nominatim ad epist. 58. Symmachi pertinet) *Quicumque vel rescripti aduersus veteres sanctiones subreptuè defensione munitur, vel de minusculis corporibus, aut certè otiosis idoneis adprobatur, sanctione Mancipatus est addicendus.* Vacui vocantur *l. 3. infr. de Naufragiis*, in simili proflus argumento. *Et quia Ordinem vestrum ampliari etiam hominum adiectione gaudemus, quoscumque Vacuos publico inueneritis officio, in complexum vestri Ordinis applicate.* Postremum est de *Modo* impensarum: nempe non amplius à quoquam postulandum, quàm necessitas lanacrorum exigat, vel instituta iam dudum forma præscripserit. Nempe, hinc colligitur, maiorem lignorum molem per concussionem quorundam Romæ exactam ab his, quàm iustum esset, quàmque Thermarum publicarum necessitas Romæ exigeret. Cuius superexactionis Valentiniânum Olybrium P. V. commouerit, Olybrius inquam: *calumniarum* (& sic calumniarum exactionum) *acerrimus insectator, instorum distinctor & arbiter plenus, in subiectis admodum temperatus*: quo inter cætera elogio eum persequitur Ammianus Marcellinus *lib. 27. p. 396.*

XIV. * Imppp. Valentiniânus, VALENS & Gratianus AAA. ad Modestum PP. P."



V X T A cum tenorem, quem à Diuo Principe Constantio, datâ Musoniani clarissimæ memoriæ PP. P. executione, constat esse roboratum, intra Orientales Prouincias nauiculariorum corpus impleri iubemus. ¶ Eâ videlicet statutorum ratione seruata, vt per Eminentiam Tuam numerus nauiculariorum designetur, tam intra Orientem, quàm intra Ægyptiacas partes, qui præsentis possit intentione compleri: ¶ Excusandis videlicet, pro denum milium modiorum iustione, quinquagenis numero iugis in annonariâ præstatione dumtaxat: ita vt vestes adque equi, cateræque canonicæ species, ab indictione eadem non negatur. ¶ Ad conficienda verò competenti nauigia Prouincialibus cunctis primitus materiæ postulentur: reparationem deinceps per singulos annos hîsdem nauiculariis ex concessa iugorum immunitate curaturis. ¶ Eorundem autem nauiculariorum, ex fide, nobis nomina, loca, substantiæ nuntientur, breuibus duplici ratione conscripitis: quot videlicet de veteribus, quoque sint & quales recenti ad societate delecti. ¶ His autem nauiculariis qui fuerint instituti, seruari priuilegia Africana decernimus, ita vt facultatibus propriis, per succedaneas hæreditarum vices, perpetuò sint obnoxij functioni. ¶ Et sunt Corpora, de quibus nauicularij ex Indictione Quinta decimâ constituendi sunt, iuxta sacram iustionem. Ita: Ex Administratoribus, caterisque Honorariis viris (præter eos qui intra Palatium Sacrum versati sunt) de cæteris Curialibus, & de veteribus idoneis Nauiculariis, & de ordine Primpilario, & de Senatoria dignitate: vt si qui voluerint, freti facultatibus, consortio nauiculariorum congregentur. Dat. II. Id. Febr. Constantinop. Gratiano A. II. & Probo Coss. [371.]

NOTE.

NOTÆ.

- * Abest *hæc lex* à Cod. Inst.
 * Modestus sub Valente Imp. PP. Orientis, vt vel ex argumento *huius leg.* colligere est: vbi agitur de Oriente & Ægypto: vid. de eo *Prologus*.
 * *De Musoniano*, Musoniano hic PP. Orientis fuit sub Constantio. Ann. 354. vt docet *lex 5. supr. de cursu publ. & A. 356. lex 2. supr. de Legatis*. Meminit quoque eius Ammianus Marcellinus in *Gesta Anni 355. lib. 15. extremo*: & Ann. 356. lib. 16. p. 74. Interim hîc reponendum Musoniano, vt dixi.
 * de Nauiculariis Orientis fuit quoque Constantini M. *lex 7. supr.* erit Theodosij *lex 12. infr.* Hîc verò Orientales Prouinciæ complectuntur, non tantum Orientem seu Orientis Diocesim, verum etiam Ægyptiacas partes: pariter vt inter Orientis Prouincias, Valentis *oby xpo* Sext. Rufus Festus Ægyptum connumerat.
 * Orientis Diocesim intelligit: de quâ ad *d. l. 7. supr.*
 * Partes Ægyptiacæ pro Diocesibus Ægyptiacâ: pariter vt Ægypti partes, *l. ult. infr. de Episcopali indico.* Illyrici partes, *l. 25. supr. de petition.* seu Illyticiæ, *l. 49. infr. de operib. publ. Italiae partes, l. 15. infr. de Episcopis*: Orientis partes, *l. 3. supr. de milit. veste*: *l. 3. infr. de fide Cathol.* Suburbicariæ partes, *l. 12. supr. de extraord. mun.* Aliis etiam, partes, pro tractu quouis: *l. ult. supr. de Curiosis*.
 * an intentioni: præsentis intentioni, pro ad præsentem intentionem? An indictione vt mox *infrâ*, ab indictione eadem.
 * immunibus habendis.
 * Lintarione, id est, præstatione: vid. *Gloss.*
 * Annonariarum specierum: hoc sensu *annonæ, & ammonariis præstatio.*
 * de vestium.
 * de Equorum collatione, vid. *tit. de Equorum collar.*
 * Prima Tiliâna Editio, & Cujaciana habebant *Canica*, vnde rectè fecerunt in Editione Parisiensi *Canonica*.
 * *non negentur.*
 * *navigiâ*, id est, nauigia à Prouincialibus.
 * Ad societas, pro ad sociatione: Ita & *ad sociandum* vox apud Ammianum Marcellinum *lib. 16. p. 74.*
 * Africanorum Nauiculariorum priuilegia in exemplum trahuntur, ad Orientales, & Ægyptiacos: *hâc leg. vt viceversa* Ægyptiacorum commoda ad Orientales, *l. 7. supr.*
 * an hæreditarum? de eo mox.
 * Malebat Iureus in Symmachum p. 306. *Et sicut corpora.* Ego verò ita *vt. Hæc sunt Corpora, &c.* Sequitur enim Breuis Corporum, vnde Nauicularij constituendi: Cuiusmodi breues aliis quoque legibus subditi: veluti *l. 2. supr. de excusatis*.
 * *Arifia.*
 * id est, Anno D. 372. v. quæ semel dixi de Indictionibus *tit. de Indulg. deb.*
 * Interpungendus ita locus, iuxta *sacram iustionem, ita: Ex &c.*
 * id est, exceptis iis: vt *l. 7. infr. de senicis, præter Circense certamen*, id est, excepto Circensâ certamine: Nisi altera interpretatio, quam ibi tento, magis placeat.
 * *idoni.* *et si qui.*

COMMENTARIUS.

DE REPARATIONE Corporis Nauiculariorum, id est, de REPLENDO Corpore Nauiculariorum, qui ad paucos redacti fuerant per Orientales Prouincias, per Orientis, inquam Diocesim (de quibus fuit *lex* Constantini 7. *supr.*) & per Ægyptum, est hæc Valentis Imp. constitutio: Renocato exemplo Constantij Imp. & Musoniani PP. de quo iam in *Notis* dixi, cuiusque semel atque iteram meminit Ammianus Marcellinus, in *rebus Constantij*. Ad supplendum igitur Corpus defectum Nauiculariorum, non vnâ ratione hâc constitutione consultum it Valens.

¶ Primum scilicet Numerum Nauiculariorum sufficientem tam intra Orientem, quàm intra Ægyptum designari iubet à Modesto PP. qui scilicet sufficit subuehendæ annonæ, siue expeditioni ad castra limitanea: siue Constantinopolitana: incertum enim, quod potissimum collineet Valens, quanquam illò potius inclinem, propter ea quæ mox de vestis & Equorum, militarium scilicet collatione dicuntur. Porro, vt ex *hâc leg.* ita & *l. 27. infr.* apparet, Præfectis Prætorio reparationem classium, seu Corporis Nauiculariorum impositam.

¶ Secundò Immunitate Nauicularios prouocat: nempe quinquaginta iuga immunita iis fore constituit, pro totidem decem milibus modiorum subuectis, translatis: Immunita, inquam, ab annonariarum specierum præstatione, frumento, vino, tritico, hordeo; hæc enim propriè *annonaria* præstatio dicitur: at non etiam ab aliis Canonis & ordinatis speciebus seu tributis, putâ vestium & Equorum collatione: quorum vsus ad rem militarem. De veste fuit *suprà, lib. 7. titulus, de militari veste*: Vbi videnda nominatim eiusdem Valentis *lex 7.* eidem Modesto Præfecto Prætorio inscripta: vbi etiam indicatur modus istius collationis vestium per Ægyptum & Orientis partes: nempe

vnus vestis seu chlamydis militaris pro triginta iugis: & sic pro quinquaginta iugis (quorum *hâc leg.* mentio fit,) vnus chlamydis & duarum Tertiarum, quam & ipsos Nauicularios Valens *hâc leg.* solvere iubet. De Equorum collatione fuit etiam *suprà, lib. 11. tit. 17. de Equorum collatione*, & *titulus 23. lib. 7. de collatione Equorum*: item *titulus, qui à præbitione tyronum & equorum excusentur*: qui quidem ad vltim annorum exigebantur, etiam à Nauiculariis; quod præter *hanc leg.* docebit rursus *lex prox. 15. infr.* vbi plenius.

¶ Tertio *huius leg.* capite *Nauibus* ipsis prospicitur; & per eas Nauiculariis: Nempe distinctione factâ inter primam earum ædificationem & reparationem: scilicet ad conficiendas eas *materiam* confecti iubet Valens ab omnibus Prouincialibus: de quâ *Materia* (vt & lignorum & tabularum) collatione videnda quoque *lex 15. 18. supr. de extraord. mun.* videnda & *lex ligni 55. r. de legat. 3.* At enim Nauiculariis reparationem earum iniungit, ad quod sufficere possit immunitas superior iugorum his tributa. Hæc ita Valens: At enim Honorius Nauiculariis nauium exædificatio, nem iniungit, *l. 18. infr.*

¶ Quarto capite Valens iubet ad se referri nomina Nauiculariorum, sedes seu loca, & fortunas eorum: & quidem duplicibus Breuibus: quorum vno veterum Nauiculariorum nomina continentur: altero nonorum & suppletorum. ¶ Quinto capite, *Priuilegia*, quæ Africanis Nauiculariis in Occidente competeabant, Nauiculariis Orientis tribuit: de quibus *l. 7. supr.*

Hæc conditione (quod Sextum caput esse potest,) vt perpetuò sint nauiculariæ functioni obnoxij propriis facultatibus, per succedaneas vices hæreditarum: *hæreditarum*, quæ vox retineti potest, hoc sensu: vt Nauicularij, quisque eorum hæreditatem, facultates adepti sunt, eam functionem

nem

nem subire cogantur, per succedaneas hereditatum, & heredum vices. Nisi putemus id potius indicari his verbis, quod l. 6. supr. nempe per vicissitudines ritè seruatas Nauicularios cursus impleri oportere: vt fortè rescribendum videatur, per succedaneas hereditatum vices: Hæresonæ, id est, functioni obnoxij: hinc scilicet heres naualis, pro nauali functione, l. pen. & vltim. infr. de præditi Nauicular. ἀπεσώται igitur οἱ κληθέντες τῆς ἀπέσωσης ναυαλίας: non aliter quam διασώται apud Gaium l. vltim. π. de Collegiis illicitis, & Harpocracionem οἱ κληθέντες τῆς διασώσεως. Verùm nil temerè muto.

¶ Postremo capite, Brenis seu Index & Notitia continetur eorum Corporum, è quibus Nauicularij adscisci possunt: nempe 1. ex Administratoribus & cæteris Honorariis seu Honoratis Viris, qui scilicet codicillos honorum imaginarios assecuti sunt: de quibus supr. tit. de honor. codic. quibus in commune si quid extraordinarium occurreret, iudici solitum: Eoque etiam periret, quòd recensensus Nauiculariorum per singulas

Provincias Honoratis incumbere ex Theodosij M. lege 22. infr. Excepti tantùm inter Honoratos ij (quod hæc leg. additur) qui in sacro Palatio meruerunt: Quòd priuilegium addendum est cæteris quæ continentur peculiari titulo, de priuilegiis eorum qui in S. Palat. mer. Item Nauicularij allegi potuerunt ex Decurionibus, & ex veteribus Nauiculariis qui idonei essent: item ex Ordine Primipilario, seu ex Primipilaribus: de quibus suo tit. supr. lib. 8. de cohortalibus, Principibus, Corniculariis, Primipilaribus: item ex Senatoribus, si qui velint freti facultatibus consortio Nauiculariorum congregari, id est adlociari. Ex quibus apparet, quàm hæc tempestate Senatoria dignitas vilauerit: econtrà, in quantum Nauiculariorum conditio functione creuerit, non tantùm ob Equestrem dignitatem eis collatam, de quo l. 16. infr. quam etiam Senatores amplecti voluerint, verùm propter summam videlicet eorum priuilegia, vnde & facillè honorarios altiorum dignitatum codicillos impetrabant, vt docet proxima lex 15. infr.

xv. * Imppp. GRATIANVS, Valentinianus & Theod. AAA. ad Hesperium PP. P.

¶ VISQVIS nauiculariorum Codicillis optauerit ornari, præbitioni equorum intelligat se esse subdendum. Acc. xii. Kal. Aug. Constantinæ, Auxonio & Olybrio COSS. [379.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iust.
* Italiz, vt docet lex 11. supr. de Iust. & Symmachus epist. 73. 80. lib. 1. de quo ad d. l. 11. supr. de Iust. in qua & Africa sub eo: vt probat lex 34. supr. de cursu publ. quæ data est Ann. 377. Si modò Inscriptio non fallit.
* Ambigua constructio: An, Quisquis Nauiculariorum, Codicillis optauerit ornari? An Quisquis, Nauiculariorum Codicillis, &c. Mox dicam.
* Quenam hæc Constantina? An in Numidia Cirtenfium: cuius Constantinæ Cirtenfium iam mentio fit Ann. 340. lex 29. supr. de Decurionib. Constantinæ huius etiam mentio fit in Notitiâ Imperij? Prius verius, argumento Inscriptiois, quia hæc lex inscribitur Hesperio PP. (Italiz scilicet, sub quo Africa fuit) Similiter dicitur Accepta Constantinæ lex 9. supr. de Susceptorib. quæ ad Dracontium Vic. Africæ data est. Accepta igitur hæc lex fuerit Constantina, quòd ea transmissa ab Hesperio: Si Africam quoque eius Præfectura complexa est. Alioquin videri possit Constantina Valeriæ, (cuius mentio in Notitiâ vnde hæc leg. Hesperio accepit, constituto ibi Gratiano Imp.

COMMENTARIVS.

¶ CODICILLIS ornati Nauicularij ad equorum præbitionem teneri iubentur hæc leg. à Gratiano Anno Dom. 379. Codicillis inquam ornati, id est, qui honorarios Codicillos dignitatum impetrant. Ita enim lex hæc intelligenda est. Scilicet Nauiculariorum fauor hæc tempestate in tantùm creuit, vt non tantùm ipsi Equestri Ordinis dignitas à Constantino & Iuliano Impp. delata fuerit (quod docebit lex 16. infr.) rursus, vt non tantùm Senatores nonnulli consortio huic congregari vellent (quod docuit lex prox. 14. supr.) verùm etiam codicillos altiorum dignitatum à Principe nonnulli ex his impetrarent; Absolutâ scilicet Codicillorum appellatione, hæc leg. honorarij codicilli, seu codicillares dignitates, significantur; pariter, vt l. 1. supr. de honor. codicill. Igitur & huiusmodi Nauicularij codicillis huiusmodi honorariis donati, denique honorarij (vt vocantur l. 14. supr.) ad equorum præstationem tenentur, pariter cum cæteris Honorariis. Nempe in orbe Romano qui honorarios dignitatum codicillos adepti fuerant, variis & extraordinariis collationibus subiacebant, veluti Tyronum s. l. 15. supr. de Tyron. l. 13. supr. de Agentibus in rebus: & equorum (ad promptius instruendum vsum armorum) vt

præter hanc legem docet lex vnic. supr. de oblat. equorum: lex 3. supr. de proximis Comitib. dispos. l. 2. supr. de priuileg. eorum qui in sacro Palat. l. 2. supr. de Decurionibus: & Silent. l. 138. supr. de Decurionib. Quomodo & à Curiosis per Africam equi collati, quod docet lex 29. supr. de annona, & l. 2. supr. de priuileg. eorum qui in S. Palatio. A quâ quidem collatione nonnulli Honorati seu Honorarij, qui Codicillos honorarios impetrarant, immunes erant; nempe inter cæteros ij qui actu aliquo & obsequio Palatino, intra Palatium Principis functi erant, vt in specie trium ex dictis postremo loco quatuor legibus. Quod quidem priuilegium inter cætera est eorum qui in S. Palatio militabant. At enim aliam rationem Nauiculariorum hæc esse iubet Gratianus.

¶ Illud interim monendum, si in huius leg. sub- scriptione Constantina Numidiæ ciuitas est, tum ad Nauicularios Numidiæ ea pertineret, & equos Numidiæ, vbi præstantissimi erant: de quo vide & l. 15. supr. de annona & tributis: l. 2. supr. de cohortalibus: & veterem Orbis descriptionem sub Constantino à me vulgatam, c. 52.

xvi. * Idem AAA. Corpori Nauiculariorum.

¶ ELATAM vobis, à diuo Constantino & Iuliano, & Principibus æternis, Equestri Ordinis dignitatem, nos firmamus. ¶ Quod cum ita sit, si quis, contra interdicta innumerabilium Sanctionum, & corporali vos iniuriâ pulsare audeat, nisi qui dignâ expiatione est luiturus aurum, inmanis admitti, apparitione quoque suâ vltimo supplicio deputandâ, Cuius monitio hanc debet sollicitudinem sustinere, vt Iudices praua forsitan indignatione succensos ab illicitis tempestiua suggestione deducat. ¶ Huic * illud additur, Ne, qui certum ordinem, ex nostra definitione, retinet, is vlli vos alteri hominum generi hæerere vereamini, nec timeatis vos Ciuitatum municipibus inuicti. Ex nullo itaque nexu, nulla causâ, nulla persona Decurionum vos obsequia contingant: cum præsertim præcis Constitutionibus, & quarum series Orationis paginis antelata est, magis illud inualuisse perhibeatis, vt plerumque & ordinarios Curiales nauiculariorum sibi necessitas vindicaret. ¶ Quod * verò ad negotiationis commodum aduehendâque merces spectat ac respicit, in eo solers cura competentium Iudicum prouidebit, vt optentu nominis vestri non passim ac sine consideratione negotiatorum lateat inmunditas, nec ipsi, dudum & delati, beneficij priuilegiis fructuque fraudemini. Dat. v. id. Februar. Triu. Gratiano v. & Theod. I. AA. COSS. [380.]

NOTÆ.

- * Abest à Cod. Iust. Iungenda ei lex 3. infr. de naufragiis.
* Afrorum. Nam ita dilentè habet Inscriptio d. leg. 3. infr. de naufragiis: (quæ huic Iungenda est:) Nauiculariis Afris salutem.
* Constantini constitutio notanda, quæ Equestri dignitas Nauiculariis tributa. Vide quæ rēto ad l. 3. infr. de infr. his quæ sub Tyrann. Altera pariter Constantini constitutio allegatur & confirmatur d. l. 3. infr. de naufrag. quam huic coniungendam dixi.
* Iuliani Constitutio obseruanda, quæ Equestri dignitas Nauiculariis delata.
* Secundum caput huius legis.
* Index scilicet, vt apparet etiam ex prox. Voss. apparitione.
* Constitutiones innumerabiles, quibus verum Equites Rom. vel Nauicularios quæstioni subicere, nota.
* An quisquis? An forte insigni dignaque, vel nisi iniquo digna, &c. nisi fortè supr. secunda linea pro si quis responsum ne quis.
* Vg. aurum inmanis admitti, Virgiliana mutatio: Ausi omnes immane nefas, aurumque potiri. Sic leg. 2. infr. de huius qui sup. Religione: Aulus grauis atque damnabilis.
* Hæc vox in Tiliama, Cuiatiana, Lugdunens. editionibus extabat: in vltimâ Parisiens. errore intercederat.
* Ita pariter in eadem re l. 6. supr. de questionibus: indignatio cognitorum.
* Tertium caput huius legis.
* Vg. compulsi literis reuerenti: quod quidem etiam monuit iam Doctiss. Iuretus, in Symmachum lib. 10. ep. 58. p. 306. qui tamen minus penso consilio hanc leg. ad eius epistolâ speciem trahebat.
* Id est Decurionibus: vide Paratilon tituli de Decurion.
* Constitutiones præcis, quibus ex Curialibus Nauicularij sæpe adsumi subebantur, notandæ.
* Oratio hic est querela communi Nauiculariorum nomine apud Imp. vt mox illa probant, illud inualuisse perhibent.
* Antelata Constitutiones orationibus, relationibus, precibus: de quo fusè alibi.
* Ferri debet, neque mutandum cum, ordinarij.
* Quorum caput huius legis, de Immunitate Nauiculariorum à Iustri collatione & vectigali seu portorio.
* parat. ne ipsi.
* Constitutio antiqua obseruanda, quæ Immunitas Nauiculariis tributa à Iustri collatione & vectigalibus.

COMMENTARIVS.

¶ PRIVILEGIA & IMMUNITATES quatuor Nauiculariis (& quidem Afris, vt docet coniunctio legis 3. infr. de naufragiis:) ad eorum Orationem, seu querelam, ad se vna cum variis constitutionibus anteriorum Imperatorum pro tuendis priuilegiis suis, emissam, hæc Constitutione suâ Gratianus confirmat, singulas iam antea superiorum Principum constitutionibus delatas: pariter vt alia priuilegia tribuantur d. l. 3. quam huic coniungendam dixi: Ex quibus inter se coniunctis apparet, quàm enixò studio Gratianus Nauiculariis consultum iuerit, & quidem ad eorum querelas, cum eorum priuilegia nonnulli Iudicum imminutum vel labefactatum irent, eoque nimio plus prægrauatos vellent: vt proinde hæc lex sit rescriptum ad Orationem & querelam Nauiculariorum.

¶ Primum priuilegium, hæc leg. comprehensum, est Equestri dignitatis, quam iam antea à Tom. V.

Constantino & Iuliano Nauiculariis delatam cotinè firmat: de quâ Equestri dignitate fuit supr. tit. peculiaris penult. lib. 6. Nempe Senatorio Ordini dignitas hæc proxima fuit, quæ decorati Nauicularij fuere. Tantum scilicet fauorem Nauicularij meruere: imò tantùm, vt & ipsi Senatores huic consortio si vellent adgregarentur: l. 14. in fine supr. In tantum rursus, vt Honorarios codicillos altiorum dignitatum quandoque impetrarent, l. 15. supr. Omnibus sanè in commune Equestri dignitas tributa, iam à Constantino & Iuliano, quorum tamen constitutiones ipsæ super hæc re non extant.

¶ Porro vt Equestri istius dignitatis multa æquib. fuerunt, de quo ad l. vnic. d. 1. de Equestri dignitat. ita (quod secundo capite huius leg. continetur) inter cætera & istud erat, vt ne Corporali iniuriâ pulsari auerent. Quod Nauiculariis hinc etiam aptauit: Corporali iniuriâ, quæ scilicet à Iudici

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Inst. Eam indicare videtur Honorius l. 15. infr.
 * Tavianus sub Theodosio M. PP. Orientis: vt docet extitit lex 19. supr. de extraord. v. Profopogr.
 * id est, quisquis ille sit, qui, &c.
 * Eadem voce in eadem re videtur lex 8. infr. de prad. Nauicul.
 * vel subreptum.
 * Ita locus hic interpungendus, non vt antea, decerper, ambitio ipsa, &c.
 * Speciale Principis beneficium.
 * Ibidem data lex 18. de Episcopis: lex 122. de Decur. lex 1. de Monachis, ad eundem Tavianum PP. intra xvii. dies. Quibus addo & famosam, l. si vindicari, supr. de panis: quæ intra 22. diem data ibidem.

COMMENTARIVS.

REPARATIO seu supplementum nauiculariorum ex **CYRIALIBVS** factum à Tatiano PP. (vt sæpè fieri solitum & fieri potuisse iam tres aliæ constitutiones ostenderunt, puta lex 5. 14. & 16. supr. & ostendet adhuc lex 25. infr.) firmat hæc constitutione Theodosius M. ita quidem vt & filij eorum, & qui in eorum facultates quoquo iure his mortuis succedent, ad idem

munus teneantur, & in ordine Curiali maneant: Aded quidem, vt specialis Principis annotatione seu beneficio huic statuto nil decerpi possit. Ex hæc interim lege diximus vt & l. 4. infr. de naufragiis, Tatiani PP. studium circa nauicularios & nauiculariam: Quo nomine etiam eum inter alia commendat Libanius epist. ad eum 762.

XX. * Idem AAA. Hypatio PP. Augustali.

VM qui Agentum in rebus militiam adeptus est, certis & debitis, (eatenus nauiculariæ inquietudinis suspicione submotâ,) frui priuilegijs non vetamus, si nec genere nauiculariorum corpori cohæret, nec Nauarchiæ obnoxias functioni retinet facultates. Dat. Prid. Id. April. Constantinop. Arcadio II. & Rufino COSS. [392.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Inst. Hypatius Præf. Augustalis sub Theodosio M.
 * Eadem inscribitur hoc ipso Anno & mente 5. Id. Apr. lex 31. supr. quorum appellat. & ante nouennium lex 27. eod. tit.
 * Eiusdem meminit & Farrago Alexandrina apud Scaligerum.
 * de Agentibus in rebus fuit supra, lib. 6. tit. 27. & 28.
 * Suspicione, id est, metu.
 * Nauarchiæ, id est, nauiculariæ functioni.

COMMENTARIVS.

AGENS in rebus ad Nauiculariam functionem vocari non potest: nisi vel genere nauicularius sit, vel nauiculariæ functioni facultates obnoxias habet. Extra hos duos casus, ex Agentibus in rebus nemo ad nauicularium Corpus vocari potest: Quomodo aliàs (quæ dubitandi ratio erat) ex varijs Corporibus Nauicularij adsumi poterant, veluti, ex Decurionibus, Honorarijs viris, ex Primipilaribus, &c. vt docent lex 5. 14. 16. 19. supr. & 25. infr. hoc tit. Verùm hoc in censu non est schola Agentium in rebus, vt pote eum & ipsi iam cursui publico vacent, & peregrinationes obeant ad Principis obsequia: Agentes quippe missionibus Principis patebant,

isq; à Principe negotij alicuius executio iniungebatur, veluti Tributorum exactio, ad monendum etiam militem, ad literas Principis deferendas, & vicissim ad referenda acta publica & literas Magistratum: breuiter, Principis iussis obsecundabant, & in urbem vel ad Prouincias publicæ necessitatis causâ dirigebantur: vnde plenum vigiliarum munus exercere dicti; denique schola Principibus maxime necessaria fuit: de quo consulendum plene *Papayilon tit. de Agentibus in reb.* vbi & priuilegia eorum recensentur, quæ hinc in genere indicantur. Cæterum cohortalibus quoque & quidem Syriæ, post peractum laborem militiæ, eadem prærogatiua data, l. 11. sup. de cohort.

XXI. * Idem AAA. Apodemio PP. P. Illyrici & Afric.

NVS QVISQVE nauicularius nouerit, intra biennium aut securitatem suscepti oneris reportandam, aut periculorum adprobendam esse fortunam. Dat. xv. Kalend. Mart. Constantinop. Arcad. A. II. & Rufino COSS. [392.]

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Inst. Hic autem admissum *προσδότηρον* à Theodosiani Codicis Conditoribus: Nam hæc lex superiorum tempore præcedit.
 * de hæc Præfectura: vide Commentarium mox.
 * Oneris vox hæc propria: vide *titulum infr. ne quid oneri publico imponatur.*
 * Sustinendam, agnoscentiam, subeundam.
 * l. 3. de Canonis firm. v. R. l. 5. de naufrag.

COMMEN

COMMENTARIVS.

DE TEMPORE ἀπολλῆς & ἀπολλῆς, & reportandis intra illud **ΑΡΟΧΗΣ** (quæ securitates hinc vocantur, & l. 26. infr. Re-latoricæ in l. 8. supr.) perlari videlicet à se oneris, seu perlatarum specierum fiscalium, est hæc Theodosij M. constitutio: pariter vt de Apochis his sunt due insuper illæ leges, puta l. 8. supr. & l. 26. infr. ex quibus videlicet fides fieri poterat, nauicularium probè species sibi delegatas seu commissas pertulisse: cuiusmodi Apochas à susceptoribus, id est, ab iis quibus species tradiderat accipiebat.

De huiusmodi Apochis varia constituta ab Imperatoribus. 1. Quando videlicet, & intra quod tempus post perlatas species susceptores Nauiculariis cas tradere debeant, nempe intra decennium, quod pertinet d. lex 8. supr. Item intra quod tempus cas exigere nauicularios oporteret, nempe intra annum, de quo erit d. lex 26. Tandem, intra quod tempus cas Nauicularij referre deberent, nempe intra biennium; quod spectat hæc lex. Ac proinde, quâ celeritate vti Nauicularios oporteat in referendis speciebus: denique quodnam TEMPS eis à die susceptarum à se specierum indulgeatur, ad ἀπολλῆς & ἀπολλῆς, ad vtròque commendum. Igitur biennium integrum Nauiculariis à Theodosio M. hæc leg. tribuitur: Quod tamen Constantino M. acceptum fert filius eius Honorius, d. l. 26. *Constantiniana legis*, inquit, *indulto, que ex his ex die susceptarum specierum concluso biennio securitates reportare permisit.* Ergo Constantinus M. huius laxamenti seu *μεσδότηρας* Auctor fuerit: quod sequitur etiam Theodosius M. hæc leg. obliuiscato vel tacito hinc Constantini nomine. Rationem autem cur hoc laxamentum Nauiculariis tributum fuerit? reddit Honorius d. l. 26. *propter aduersa hyemis, & casus fortuitos.* Et tamen mirum cui videri possit, tantum quoque spatium dari hæc leg. Nauiculariis Illyricianis, species Constantinopolim referentibus, in tam propinquo sitis. Itaque videri possit hæc lex pertinere ad Nauicularios Africæ (cuius mentio fit, si modò vitio caret, in Inscriptione huius leg.) de qua mox:

vel ad Alexandrinos. Ergo biennium hoc integrum datum Nauiculariis, intra quod satis commode aduersa hyemis & casus seu moras fortuitas evitare poterunt, & sic commodum tempus ad vtròque citroque commendum captare. Alioquin si diutius moras nexerint, & quid periculi deinceps euenierit, id est naufragium passi iur, iam sibi imputare eos oportet: & vt loquitur hæc leg. Theodosius *periculorum adprobare futurum.* Negligentiæ denique suæ expensum ferat Nauicularius, qui tanto biennij spatio commodam nauigandi commendumque occasionem præterlabi passus est, & sic in periculum species coniecit. Biennium porò istud Honorius postea ita dimisit, vt distinctè ἀπολλῆς priorem annum tribuerit, perfectiorem ἀπολλῆς d. l. 26. vbi dicitur.

Non præterunda verò est huius legis Inscriptio, *Apodemio Præfecto Pretorio Illyrici & Africæ.* Mira illa; Nam si de Orientali Illyrico sit accipitur, nunquam idem PP. Illyrici & Africæ fuit; vrpote cum Africa Occidentali Imperio, ab Illyrico nimis seiuncta, accenseretur: si de Occidentali, Illyricum cum Italiâ & Africâ ambulabat: si de vtroque iunctum Illyrico quæritur (vt aliquando iuncta fuerit) certe non cum Africâ verùm cum Italia sola ambulauit. Hinc aded non tantum duobus proximis Annis 390. 391. *Polemio PP. Illyrici & Italia* dicitur l. 20. infr. de operib. publ. & l. 28. eod. tit. Flavianus pariter l. 13. supr. de panis: & l. 2. supr. de constit. Princip. l. 6. supr. de contrab. empt. Verùm etiam idem hic Apodemius, vel PP. per Illyricum simpliciter vocatur hoc ipso Anno l. 12. supr. de legatis: vel PP. Illyrici & Italia. Anno proximo l. 51. supr. de appell. Quare hoc iam argumento stare non possit istud, & Africæ. Accedat alterum, quod hæc lex Theodosio sit tribuenda, vt apparet ex subscript. *Dat. Constantinop.* atquin Africa non Theodosio, verum Valentiniano Iuniori, parebat, vt docet vel lex 3. supr. de fide & iure hæstæ. Quare vel reponendum hinc, & Italia; vel solum legendum PP. Illyrici, abdicatis illis, & Africæ.

XXII. * Idem AAA. Rufino PP. P.

NAUICULARIORVM vires, ac debitas huic necessitati origines, in ipsis Prouincijs Honoratorum fides lecta pensabit, mansurumque aliquid deficiet, vel reuocando excusatos, vel debitos obligando: Quos, compositis omnibus, ad nos referre necesse est: scituros, à nobis de suo iudicio iudicandum. Dat. III. Non. Septemb. Constantinop. Theod. A. III. & Abundantio COSS. [393.]

NOTÆ.

Abest & hæc lex à Cod. Instin.
 * Malè: reponendi hi Imp. Theodosius, Arcadius & Honorius.
 * Orientis.
 * Origines, id est, eos qui originis iure & nexu ad nauiculariam functionem tenentur.
 * Orientalibus, Ægypti.

COMMENTARIVS.

REPARATIONEM seu RECENSVM Nauiculariorum ad Honoratis per singulas Prouincias fieri iubet hæc constitutio Theodosij M. Nempe cum eâ tempeltate partim quorundam Nauiculariorum vires, seu

facultates, ad alios peruenissent, partim verò quidam ex Nauiculariis à nauiculariâ functione excusati, seu liberati fuissent, atque ita his duabus rationibus Nauiculariorum Corpus concidisset, rem eam ad animum reuocandam putauit Theodosius

K 3

dofius M. pro suo videlicet in annonam Urbis Constantinopolitanæ studio. ¶ Igitur Recensum ut dixi fieri iubet, sic ut *excusati reuocentur*: quomodo & Symmachus ad Valentianum Iun. Imp. refert *lib. 10. epist. 58.* Mancipes Salinarum impetrasse, ut qui suffragio vel ambitu excusati seu liberati fuissent, reuocarentur, & debiti seu nexi huic necessitati quacumque ratione (sive originis iure, sive quia nauiculariorum vires seu facultates possident,) *obligentur*: Atque ita mansurum aliquid definitur.

¶ Ut autem id maiore fide fiat, duo constituit. Primum, recensum hunc fieri iubet per singulas Prouincias ab *Honoratis*, quorum fides & indu-

stria lecta fuerit: ab *Honoratis* scilicet ideò, ut opinor, quia periculum huius rei eos respicebat: utpote cum supplementa Nauiculariorum ex Honoratis seu Honorariis Viris fieri solerent: quod docuit Valentis *constitutio 14. supr. hoc tit.*

Secundò Theodosius recensum, definitionem, & iudicium factum ab Honoratis ad se referri iubet, ne videlicet dicis gratià seu perfunctoriè, vel etiam ambitiosè aut gratiosè hic recensus fieret; atque ita, quod expressè ait, scirent Honoratis de ipsorum iudicio Principem iudicatum, seu in examen reuocaturum. *Non meliùs scilicet fidem & officium alicuius in peragendo negotio adstrinxerit Princeps, quam si post eum se quoque iudicatum denunciet.*

XXIII. * Idem AAA. Rufino PP. P."

SOLOS Nauicularios à vectigali præstatione immunes esse præcipimus: Omnes verò Mercatores teneri ad supradictam præstationem in soluendis vectigalibus, absque aliquâ exceptione, decernimus. Dat. 11. Id. Decemb. Theod. A. 111. & Abundantio C O S S. [393.]

NOTÆ.

* Et hæc lex abest à Cod. Iust.
 §. "Quos superiori legi restituendos dixi." Orientis.

COMMENTARIVS.

IMMVNITAS Nauiculariorum negotiantium per Orientem, à vectigali seu portorio pro aduectis mercibus à Theodosio M. hæc leg. sancitur: pariter ut à Gratiano per Africam *l. 16. supr.* & ab Honorio, *l. 24. prox. infr.* à vectigali inquam; quâ appellatione etiam Iustralis collatio comprehendi possit, à quâ certè immunes fuere nauicularij negotiantes, *d. l. 16.*

Porro obseruandum, à Theodosio *proutis hæc leg.* hanc immunitatem tribui SOLIS nauicu-

lariis: (cùm tamen & aliis, veluti Veteranis hæc immunitas competierit. Item Clericis quadamtenus, de quo *supr. tit. de Veteranis*: & *tit. de Iustrali collat.*) Tanto scilicet fauore Nauicularios prosecutus est Theodosius M. studio annonæ Constantinopolitanæ, ut solos hos in mercibus negotiantes à vectigali immunes esse voluerit: æquitate ipsâ suadente, utpote qui ipsi laboribus suis efficerent, ut mercibus, & speciebus annonariis Urbis Constantinopolis abundaret.

XXIV. * Impp. Arcad. & Honor. AA. Prouincialibus Afric.

NE qua causatio Vectigalium nomine relinquatur, hoc obseruari decernimus, ut nulla omninò exactio Nauiculariis ingeratur, cùm sibi rem gerere probabuntur, sed à præstatione vectigalium habeantur immunes. Dat. 11. Kalend. Iun. Med. Olybrio & Probino C O S S. [395.]

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Iust. nisi quod ex hæc leg. compendiosa hæc sententia exceptionis voce subtextæ legi à Cod. Iust. de vectigalib. Exceptis Nauiculariis, cùm sibi rem gerere probabuntur.
 "Causatio, id est, difficultas, dubietas, lis.
 "an tan? ut *l. 25. prox.*

COMMENTARIVS.

HONORII Imperatoris tredecim constitutiones sequuntur de Nauiculariis, pro annonâ Urbis Romæ subinde laborantis. ¶ Inter cætera portò Honorij hæc parte instituta & istud fuit, prouidere, ut ab vnâ parte sua Nauiculariis PRIVILEGIA constaret: ab alterâ verò, ne priuilegiorum suorum obtentu Nauicularij fraudem facerent: Ad quod vtrumque spectat hæc lex, quæ est de IMMVNITATE Nauiculariorum, & quidem Africanorum, negotiantium, à vectigalium præstatione: Quæ sanè iam duabus legibus supra sancita fuit: à Gratiano *l. 16. sup.* & à Theodosio M. *l. 23. supr. prox.* Scilicet Pro-

uinciales Africæ (quibus hæc lex inscribitur) apud Honorium *causati* seu conquesti videntur de hæc Nauiculariorum immunitate, ac maxime quod Nauicularij aliis latebram & mantelium obtenderent. Honorius itaque remedium huic rei adferre hæc *l.* instituit; ita quidem ut & portò inbeat Nauicularios à vectigalium præstatione immunes esse, dummodò sibi rem gererent, id est, reuerà pro se negotiantentur: quod Tribonianus *legi suæ 6. Cod. de vectigalibus*, hinc subtextuit. Quæ ipsa prorsus cautela est, quam in hæc re adhibuit Gratianus *d. l. 16.* fraudibus obuiam ire contenti, stante semper priuilegio. De quo plura ad *d. l. 16.*

XXV.

XXV. * Idem AA. Ennodio "Suo" Sal.

DE Nauiculariis & Curialibus aliquid sanxissemus, nisi Diui Patris "Nostri" suæ per his personis processisset auctoritas. † Dat. 11. Kalend. Ian. "Med. Olybrio & Probino C O S S. [395.]

NOTÆ.

* Iungenda huic leg. est *lex 149. supr. de Decurion.* Fortè etiam *lex 141. 142. 143. 144. 145. d. tit. de Decurion.* itémque *lex 24. supr. de annonâ & tributis*: & *l. 53. supr. de appellacionib.* est dies alibi alius adscriptus.

"Enno d. l. 141. 142. 143. 144. 145. & d. l. 53. & d. l. 24. & sic omnibus aliis legibus.

"Proconsuli Africæ, ut docent quinque leges illæ 141. 142. 143. 144. 145. & d. l. 53.

"Theodosij M.

† id est, constitutio: & intelligit *legem 19. supr.*

"Pars & quidem potissima legum quæ huic coniungendæ habent *XVII. Kal. Iun.* vna habet *XII. Kal. Iun.* Præter hanc leg. altera, putà, *lex 149. supr. de Decurion.* habet *VII. Kal. Iun.* *lex 24. de ann. & tribut.* habet *XII. Kal. Iun.*

COMMENTARIVS.

DE REPARATIONE seu SUPPLEMENTO Nauiculariorum, ex CURIALIBVS, Patris sui Theodosij M. constitutionem (ut puto *l. 19. supr.*) firmare mihi videtur Honorius, hæc leg. quæ pars est prolixæ constitutionis Honorianæ ad Ennotium Proconsulem Africæ: quâ Honorius in vniuersum vtilitati consultum iuit Curiarum, & Curialium, ut docet *l. 141. 142. 143. 144. 145. supr. de Decurionib. lex 53. supr. de appellat.* Item Corporatorum, ut ostendit *lex 24. supr. de annonâ &*

tributis. Denique Nauiculariorum hæc leg. (cui coassandæ & committendæ sunt reliquæ illæ omnes) imò & *d. l. 149. supr. de Decurionib.* Et sic vno verbo trium Corporum in Africâ Reipubl. vtilissimorum vtilitati eâ constitutione consultum iuit Honorius: si modò omnes huic coniungendæ sunt. Certè ut hæc lex posita est, nihil ea ponit aut definit: quod inter vitia huius Codicis Conditorum pono.

XXVI. * Idem AA. Eusebio PP. P."

OMPERIMVS Nauicularios "susceptas" species in negotiationis emolumenta conuertere, cò quò abutantur Constantinianæ † legis indulto, quæ his ex die susceptarum specierum concluso biennio securitates "reportare" permisit. Quod nos quoque non prohibemus, sed tantum sententiæ consultæ definitionis addimus, ut "intra annum, quas suscepert, inferant species, & eiusdem Consulibus" securitates reportent, quæ etiam diem inflationis edoceant. "Biennium autem propter aduersa hyemis & casus fortuitos in reportandis securitatibus non negamus, dummodo intra tempus superius designatum fides peracti constet officij: Quod ad omnium notitiam volumus peruenire, ut cognoscant, transmissionem, vel traditionem intra annum susceptionis esse complectendam." Dat. x. Kalend. Ian. Med. Arcad. 111. & Honor. 111. AA. C O S S. [396.]

NOTÆ.

* *L. 2. Cod. Iust. eod. tit.* Concordat huic *lex 21. supr.*

"Italiz: cui hoc ipso Anno inscribitur *lex 7. supr. de censuribus*: quæ fidem facit, eum PP. Italiz fuisse: & superioris Anno *lex 12. infr. de infirm. his qua sub Tyr.*

"Naucleros, Cod. Iust.

"sibi delegatas, commissas.

"Cætera absunt à Cod. Iust. vsque ad illa, ut *intra annum.*

† Constantinij M. constitutionem obserua: de quâ iam quoque ad *l. 21. supr.*

"Securitates hic & *d. l. 21.* id est, Apochæ: relatoriz, *l. 8. supr.*

"Ideòque decernimus ut *intra annum*, &c. Ita *Tit. 8.*

"eiusdem Consulibus, hæc recidit *Tit. 8.*: de quo mox.

"id est, anni.

"ut *intra alterum annum eis reddantur*, à quibus species præstita sunt: ita hæc leg. concludit *Tit. 8.*, cæteris rescatis.

"Defendi possit: Quamquam probabiliter tentare quis posset, *complectendam*: ut *l. 2. supr. de condit. in publ. horr. quibus annis canon fuerit completus.*

"*vp. 17.* ut etiam habetur *Cod. Iust. Pat. error in l. 2. supr. de condit. in publ. horr.*

COMMENTARIVS.

DE TEMPORE ἀβολῆς καὶ ἀσολῆς, est hæc Honorij constitutio, pariter ut Theodosij M. *lex 21. supr.* Quæ quatuor insuper, præter ea inquam quæ *d. l. 21.* continentur, complectitur.

¶ Primum quidem Historicum est: nempe quod

spatium istud seu tempus à Constantino M. Nauiculariis primum indultum fuerit: cuius alibi mentio non extat, imò cuius mentionem suppressit Theodosius *d. l. 21.*

¶ Secundò, causam huius spatij indulgendi continet, nempe propter aduersa hyemis & casus fortuitos:

fortuitos : quod ad d. l. 21. iam in antecessum ex-

¶ Tertio, indicat hoc spatio seu laxamento temporis abuti cœpisse Nauicularios, in rem suam: Nempe, cum biennium iis indultum fuisset ad reportandas Apochas, seu Relatorias (vt vocantur l. 8. supr.) traditarum à se Susceptorum specierum, susceptas species in negotiationis emolumentum interim conuertebant: scilicet, cum satis esse putarent, si intra biennium has securitates referrent, species interea sibi commissas quam tardè possent reddere: & sic medio hoc tempore species in negotiationis emolumentum conuertebant: fortè enim frumenta indigentibus priuatis vendabant, mox viliori pretio aliunde cœmpriis modulationem sibi commissam replebant, sicque sub finem fermè biennij demum tradebant, interpretij compendium sibi vindicantes: Cui similem nundinationem memorat Atrmianus Marcellinus, lib. 28. p. 385. de Hymetio agens; Cùm Africam, inquit, Proconsule reueret, Carthaginiensibus victus inopiâ iam lassatis, ex horreis Romano populo destinatis frumentum dedit, pauloque postea cùm prouenisset segetum copia, integrè sine ulla restituit mora. Verùm quoniam denis modis singulis solidis indigentibus vendatis, emerat ipse tricenos, interpretij compendium ad Principis ararium misit: Ideoque Valentinianus per nundinationem suspicatus parum quàm oportuerat missum, eum bonorum parte multauit. De simili auri suscepti nundinatione, negotiatione, est lex 3. supr. de his qui cum disp. contrax. Atque hæc huiusce legis ferendæ occasio est.

Huic igitur nundinationi (quod argumentum huius legis est) seu negotiationi hæc leg. obuiam it

Honorius Imp. id deinceps efficiendo, vt quàm celerrimè nauicularij species sibi commissas perferant quò debent, laxamento biennij nihilominus stante. Nempe biennium ita deinceps diuidi iubet, vt distinctè ἀποχῆ, id est, subuectioni, traditioni, transmissioni, inlationi specierum annum primum tribuat; alterum verò annum referendæ Apochæ seu ἀποχῆ. Quo quidem tam Nauicularijs consultit, biennium iam antea consultâ definitione concessum his relinquendo: quàm Canon frumentario Urbicario, distinctionem illam addendo. Denique intra eundem Consulem, seu annum, Apocham Nauicularium accipere necesse est: quæ diem inlationis contineat, vnde fides peracti officij fieri possit: etsi intra biennium tantùm eam referat. Atque ita legi 21. supr. quodammodo derogatur, vel saltem lux inferitur, quæ in eo acquiescebat, dummodo de fide peracti officij à Nauicularijs intra biennium constaret: ac proinde satis erat, vel propè decursum biennij redditas & illatas fuisse à Nauiculario species: dummodo intra biennium de eo fides fieret. At enim hæc leg. species reddi vult intra primum annum, etsi propter aduersa hyemis alterum annum concedat: quia scilicet non illic vbi species redditæ fuerunt, etiam opportuna tempestas affulgere potest ad redeundum, cui expectanda sæpè diu occasio prosperiorque status est. Viceuersa, vnus annus sufficere debet ad reddendas species: Quod quidem Honorij institutum, anno-næ urbicæ fauore, circa tempus reddendarum specierum, notandum est. Cuius & alterum postea institutum eodem intuitu circa Tempus continetur l. 34. infr.

XXVII. * Idem AA. ad Senatam & Populum Post alia.



AVICVLARIO tertiam Urbani canonis portionem inter prima nauigationis iubemus deferre exordia: Quorum classem in Curia vetustatem conlapsam Prætoriana Præfectura restituat, ita vt omnes qui prædia his obligata muneribus, quibuslibet modis, vel contractibus, imperrant, secundum possessionis modum ad commeandi vocentur officium: &c. Dat. xv. Kalend. Maij, Med. Cæsario & Atico c o s s. [397.]

NOTÆ.

- * Iungendæ huic lex alia leges: puta lex 5. infr. de naufrag. l. 24. supr. de Susceptor. lex 3. infr. de Canone frum. V. R. l. 6. 7. supr. de Senatorib. l. 31. supr. de Prætorib. l. 3. Cod. iust. quæ res venire.
" Urbis Romæ.
" Vg. Nauicularios: quibus respondent mox illa, quorum classem, &c.
" Vg. vel incuria vetustate, vel incuria vetustatis, vel (quod malim) incuriâ & vetustate.
" Italix, id est, Præfectus Prætorio Italix.
" vel in se traxerunt.
" id est, ad Nauiculariam functionem: Ita supr. f. l. 7. frequentent maritimos commeatus.

COMMENTARIVS.

DE REPARATIONE Classis Africanæ ad perferendam à Nauicularijs annonam Urbicam ad Urbem Romam, & quidem tempentiuè, est hæc Constitutio Honorij Anno D. 397. Quæ pars est prolixioris Orationis Honorianæ ad Senatam ac populum emissæ: quæ Honorius in vniuersum tum voluptatibus populi Romani, tum Annonæ Urbicæ consultum iuit: quod docent leges illæ, quas cum hæc coassandas dixi, ceu vnius Orationis partes: Ac maximè quidem, Annonæ Urbicæ, quò præter hanc legem pertinet ex dictis legibus d. lex 5. infr. de naufrag. lex 24. supr. de Suscept. l. 3. infr. de Can. frum. V. R. (cuius præfatio in id notanda. Certum habetis, Pa-

vestris ac populi commodis. Vbi etiam commodorum vox in hæc re annonaria cōueniens est, vt ad cam leg. ostendam:) Item lex 3. Cod. quæ res venire.
¶ Cæterùm, idèd tam enixam hæc Oratione suâ, aliisque circa hoc tempus Constitutionibus, annonæ solitudinem in se recepit Honorius, quòd Gildone & Gildonianis Africæ incubantibus, iam à fine Anni superioris 396. reique nauiculariæ & euectionum raritate vel tarditate grauisima fames Romæ oborta fuerit, maiorque in dies metueretur.
¶ Porro inter alia mala Tarditati subuectionis, per Nauiculariorum paucitatem hæc Orationis sua parte Honorius occurrit, quo fiebat vt Canon Urbicus ad annonam urbis necessarius, tempentiuè non

non subueheretur, cum non essent numero sufficienti qui Canonem subueherent, atque ita Reparanda classis Africanæ incumbit. Igitur statim Honorius, vt Tertia Urbani Canonis portio à Nauicularijs perferatur statim inter prima nauigationis exordia: Scilicet exiguis commeatibus, seu cum parua classe, modicæ, per interualla Canonis Urbici partes deferbantur: vnde fiebat, vt vix vnamquam totus, seu integer, Canon Romam perferretur, antequam insanum mare hyemaret, seu ante hyemem, de quo frequentes querelæ hæc tempestate occurrunt, etiam apud Symmachum. Igitur classem Nauiculariorum ita, eoque numero, reparari & instrui vult Honorius, vt integram Urbani Canonis tertiam portionem inter prima nauigationis exordia deferre possint primo cataplo, primâ classe, mense videlicet Martio vel Aprili, quo mare aperiebatur, de quo plene ad l. 3. infr. de naufragiis. Atque ita accipiendum est legis huius initium. Vt autem (quæ secunda huius leg. cautio est) sufficiens hanc ad rem Nauiculariorum numerus suppetere deinceps possit, Reparationi

classis Africanæ modum imponit. Scilicet conlapsam eorum numerum tum incuriâ tum vetustate restitui iubet à Præfecto Prætorio (quomodo & l. 14. supr.) Italix sc. in specie huius leg. sub cuius dispositione erat Africa, vnde Canon Urbicus subuehebatur: vocatis nempe ad hoc subuectionis munus (quod commeandi officium, hæc leg.) iis qui prædia nauiculariæ functioni obnoxia possidebant, pro rata possessionis, seu, vt dicitur l. 8. infr. de prædijs Nauicular. secundum agri opinionem, quocunque modo vel contractu ea adquisuerint: Quod iuris tractatij fuit, vt docet quoque lex 3. 19. 20. supr. & lex 35. infr. & tit. prox. infr. de prædijs Nauiculariorum.

¶ Et ita quidem Tarditati transuectionis Canonis Urbicarij occurrit hæc Orationis sua parte Honorius: qui fraudibus Susceptorum Nauiculariorum circa eum admitti solitis occurrit aliis partibus eiusdem Orationis, puta d. l. 24. supr. de Suscept. l. 3. infr. de Can. frum. V. R. l. 5. infr. de naufr. l. 3. Cod. quæ res venire.

XXVIII. * Idem AA. Messalæ PE. P. Post alia.



ROVIDEATUR, vt naues singuli quique, nauiculariæ obnoxij functioni, ad necessarium & constitutum modum exædificare cogantur, vt onera debita & iusta suscipiant: Qui scient, se de propriis periclitaturos esse fortunis, nisi in his præparandis debita capacitaris summam modumque seruauerint. Dat. xiv. Kal. Mart. Med. Theodoro v. c. c o s s. [399.]

NOTÆ.

- * Iungenda huic est lex 8. infr. de præd. Nauicular.
" Italix.
" quæ continentur d. l. 8.

COMMENTARIVS.

DE CAPACITATE Nauium, seu de Nauibus onerariis, iustâ capacitæ à Nauicularijs exædificandis, est hæc Honorij constitutio: Nempe REPARATIONI rei nauiculariæ prouidens Honorius Imp. Anno D. 399. (& sic annonæ Urbicæ subuenturus) constitutione suâ ad Messalam PP. Italix emissâ, cuius hæc lex, & lex 8. de prædijs Nauicular. (quæ proinde hinc coassanda venit) partes sunt, duplici remedio consilere in animum induxit, sicut duplici malo collapsa fuerat. Primum, prædiorum, quæ Nauiculariæ functioni obnoxia sunt, possessoribus ad nauiculariam functionem vocatis, d. l. 8. de quo tralatitio remedio iam etiam aliquid ad leg. super. Secundò, cum non iustæ Capacitatis naues haberent Nauicularij, atque aded onera iusta suscipere non possent, eueniebat vt Canon integer suoque tempore subuehi non posset: Itaque hæc leg. prouideri cupit Honorius, vt Nauicularij naues exædificent, præparent, habeantque; iustæ, debite, necessariæ capacitatis & modi: De quo capacitatis modo est rursus lex 2. infr. de naufragiis: quæ coniungenda est cum l. 12. hoc tit. sub poena bonorum amissionis. Quis autem capacitatis istius modus fuerit non exprimit.

uestandos, quæstusque omnis Patribus indecorus visus est. Ex quo apparet, negotiatorias naues longè plus quam 300. amphorarum capaces fuisse.

Secundò reperio, deportatis ex Lege Augusti, non licuisse habere nisi naues actuarias duas & onerarias nauem vnam, quæ non esset plus quàm 1000. amphorarum, de quo Dio lib. 56. Vnde rursus apparet, negotiatorias naues fuisse plus quàm mille amphorarum.

Tertio reperio, edicto D. Claudij cautum, vt naue Latinus Civitatem Romanam acciperet, si non minorem quàm decem millium modiorum nauem fabricasset, & Romam sex annis frumentum portasset teste Vlpiano fragm. tit. de Latinis: de quo edicto sensit & Suetonius in Claudio, c. 18. 19. Id quod etiam ad Nauicularios nostros non pertinet, qui personæ suæ conditione ad nauiculariam functionem tenebantur, verùm ad priuatos alios, naues mercaturæ causâ fabricantes, vt disertè ait Suetonius. Interim hinc colligitur, nauium negotiatoriarum capacitatem ordinariam fuisse decem millium modiorum, pariter vt ex eo quod mox notabo.

Quartò igitur disco ex Scæuola l. 3. de vacat. & excusat. mun. iis qui naues marinas (singulas scilicet) fabricauerant, & ad annonam populi Romani præberent, non minores quinquaginta millium modiorum, vel plures, singulas non minores decem millium modiorum, muneris publici vacationem datam. Vnde rursus apparet, communem nauium

¶ Sanè circa capacitatem nauium varia subinde in Republ. Romana reperio. Primum Lege Claudia Tribunitiâ cautum, Ne quis Senator, quive Senatorio parte esset, maritimam nauem, quæ plus quam 300. amphorarum esset, haberet: Id satis habitum (inquit Lilius extremo 21.) ad fructus ex agris Tom. V.

navium maritimarum capacitatem fuisse decem milium modiorum.

Quintò Nouell. Theodosij Imp. 15. de nauib. ultra duorum milium modiorum, cauetur; vt ne cuiusquam nauis ultra duorum milium modiorum capacitatem vsque quo felix embola tota aduenerit, publicæque species transuectæ fuerint, excusetur. Vnde apparet maiorem modum & capacitatem nauium, oneratarum frumentariarum, quibus inquam annona publica transuehebatur, quam duorum milium modiorum fuisse.

Sextò, Nouellâ Valentiniâ Tertij, inter Theodosianas 38. de nauicularis amicis [Vrbicis] cauetur, Ne nauiculario liceat nauem facere nouam, vel inflaurare, intra capacitatem 40. cuparum: ibi-

démque additur, priuatorum naues legitime capacitatis necessitatem nauiculariæ functionis singulis cursibus, minores binis solidis adiuuare debere. Igitur ex Valentiniâ Placidie F. constitutione Nauiculariorum naues maiores esse oportuit, quam 40. cuparum. De Amphoris, Cupis, Modiis, quid quantum singulæ hæ mensuræ continerent, intra modum aliquem videndum. Amphora modios tres continebat, vt docet Volusius Mæcianus; ergo nauis 300. Amphorarum, erat 900. modiorum: Nauis mille Amphorarum, erat trium milium modiorum: nondum iustæ & negotiatoriæ capacitatis, verum quæ triplo & amplius capax erat, nempe 10000. modiorum.

XXXIX. * Idem AA. Flauiano P. V."

DEPREHENSÆ fraudes iure puniuntur: Solidos itaque, quos Sublimitas Tua eruere valuit ab his qui in nauicularios prædas egerunt, volumus nauiculariorum commodis reseruari. Et ne, simpli pœnâ in raptos constitutâ, crescat audacia in posterum, sancimus, Vt quicumque in rapinis fuerit deprehensus, in pœnam quadrupli teneatur. PP. Rom. in Foro Aproniani, IX. Kalend. Feb. Stilichone & Aureliano C O S S. [400.]

NOTÆ.

* L. 3. Cod. Instin. eod. tit.
"Romæ.

"Hæc prima sententia recita à Theod. vsque ad Ab his, &c. & deinceps etiam quæ de simpli pœna adduntur.

"Naucleros, Cod. Iust.

"Ab his qui in Naucleros prædas egerunt, volumus eorum commodis satisfieri, ita Theod.

"Et idem ne crescat, ita Cod. Inst. ceteris recitis.

COMMENTARIVS.

DE CONCUSIONIBVS, prædis, fraudibusque, & rapinis in Nauicularios exercitis, est hæc Honorij Imp. Constitutio: Neque tamen, vt opinor, de omni prædæ genere: Sanè, non de rapina in naufragio (quod rectè vidit Glossa:) verum de concussionibus, quibus videlicet Indices, Apparitores, similesque, Nauicularios concutebant: de quo est insuper lex 9. supr. & lex 36. 37. infr. vbi specialius de concussionum istarum generibus. ¶ Igitur huiusmodi raptoribus pœnam hæc leg. indicit Honorius. Et quidem in præteritum, vt rapta restituant, solidos inquam, quos per concussionem exegerant, & sic simpli pœnam: in futurum vero quadrupli pœnam: quæ realitatis Rapinæ pœna est, seu actionis vi bonorum raptorum. De quâ vid. plures alios textus congestos in Indicem in v. Quadrupli. Quare error est Cujacij, qui hanc legem in Codice Iustiniano paulò aliter relata, ita accepit; quasi eâ inbeatur, rem raptam prius restitui, mox extra rem pœnam Quadrupli præstari: atque aded hanc actionem propriam quandam actionem non vi merè pœnalis sit, seu non Quadruplum extra rem contineat. Quod erroneum est: nam siue hanc legem, prout hoc Codice habetur, attendimus, quod initio legis hæc iubetur, commodis Nauiculariorum solidos reseruari, id præteritum tantum tempus respicit: non verò rem indicat pœnæ oppositam. Si, prout in Codice Iustiniano initium legis immutatum est: Ab his qui in Naucleros prædas egerunt, volumus eorum commodis satisfieri: non ided tamen illis verbis nuda rei restitutio indicatur, verum pœnæ, quæ mox subiicitur, præfationem continent. Vnde mox hæc subiiciuntur. Et

ideo ne, &c. quæ indicant, quomodo rapinam raptorum commodis satisfaciendum sit, nempe per Quadrupli pœnam, quod etiam Lucas de Penna rectè vidit, & Glossa prætalit, & post eam Pyrrhus & Dynus. Ergo vt lex hæc habet in Codice Iustiniano ea tantum in futurum cauet, pœnâ Quadrupli propositâ: immutatâ tantum priore sententiâ, pro more conditorum eim Codicis, quæ præteritum respiciebat. Porro siue Simplum siue Quadruplum istud, Honorius hæc leg. Nauiculariorum commodis reseruari vult non fisco: scilicet quia non in rebus seu speciebus fiscalibus nauis commissis, præda admissa est, verum præda acta in nauicularios ipsos: Et tamen Quadrupli pœnam hanc fisco exsolui postea voluit Theodos. Iunior, l. 36. infr.

¶ Quatuor interim ad hanc leg. notari velim, Primò tres hoc Anno Flauiano P. V. Romæ constitutiones inscribi, & quattam Benigno Vic. Vrbis Romæ, & multas alias præterea leges ab Honorio hoc Anno latas, inuicem venerande vrbis, id est, Romæ; inter alias quoque leg. prox. inf. Hoc enim illud tempus est, quo Honorius Imperator, Gildone debellato, Romæ expetitus, tandem Stilichone hoc Anno Consule Romam inuisit, vt testatur Claudianus in 6. Consul. Honorij, p. 158.

¶ Secundò, neque patior huic leg. coniungi legem penult. Cod. de excusat. iust. (quod Cujacius tentabat) quâ statuitur, excusationem à tutelâ siue curâ hæcenus Nauiculariis tribui, vt tamen ad minorum sui Corporis tutelam & curam obligentur: neque enim aut menses aut dies aut loca quadrant: Et vt maxime hæc proposita legis diem contineat, illa data (quomodo id conciliare tentat Cujacius)

Cujacius) nihilo magis tamen id ad rem facit: quia attendisse debuit Cujacius, prius hanc leg. Propositam dici, nempe 9. Kal. Feb. quam Data, d. l. penult. 3. Non. Mart. Atquin non aliter conciliari possint, quam si dies Datæ anteuertat, sequatur dies eius Propositæ. Imò ne Consules quidem eosdem habent: hæc enim PP. Stilichone & Aureliano Conf. illa data Augusto Conf. Itaque & hic error est Cujacij, qui eosdem Consules habere

scripsit nisi fortè in.... incidit, quod non puro: constans enim hæc lectio est.

¶ Tertio & illud hæc leg. notari cupio, hanc legem propositam Romæ in foro Aproniani.

Postremò notanda illa: Et, ne Simpli pœna in raptos constituta crescat audacia, &c. Quod non omnino abludit ab eo quod dicitur l. aut facta 16. §. ult. π. de panis.

XXX. Idem AA. Pompeiano Proc. Afric.

VENERANDÆ Vrbis intuitu, nauiculariis priuilegia certa delata sunt, quæ quicumque temerare temptauerint, nostrâ auctoritate propositam multam lege, inferre cogantur. Dat. XVI. I. Kal. Iul. Med. Stilichone & Aureliano C O S S. [400.]

NOTÆ.

"Eidem inscribuntur etiam hoc ipso Anno complures alie leges, & quibus fortè nonnullæ huic coniungendæ sunt: & in his quidem lex 18. supr. de Iustit. collat. & l. 166. supr. de Decurionib.
"Romæ.

COMMENTARIVS.

PRIVILEGIA Nauiculariorum, (Africanorum nominatim,) ab Honorio Imp. confirmantur hæc leg. patiter vt l. prox. 31. & 36. hoc tit. de quibus sunt duodecim præterea hoc titulo constitutiones, quæ è Paratito repeti possunt.

¶ Causa saltem priuilegiorum horum, quæ hæc leg. indicatur, obseruetur: nempe ea concessa intuitu venerandæ Vrbis, Romæ scil. id est, propter fauorem annonæ Vrbicæ: Quæ fortè imminutæ fuerant à Gildonianis vrbem fame prementibus.

XXXI. * Idem AA. Hadriano PP. P."

VNIVERSA, quæ Consultis nostris, vel decretis Illustris Præfecturæ inducta sunt nauiculariis, si nulla melior vtiliorque sententia commutauit, vel auctoritas Sanctionis infregit, firma seruari decernimus. Dat. XV. Kal. Septemb. Honorio A. VI. & Aristineto C O S S. [404.]

NOTÆ.

* Fortè huic leg. iungenda lex 4. Cod. de lucris apparit. vbi etiam de Nauiculariis agit.
"ve. Impp. Arcadius, HONORIVS & Theodosius.

"Italia

"id est, Constitutis, vel constitutionibus.

"Prætorianæ, & sic I. refectioni Prætorio.

COMMENTARIVS.

PRIVILEGIA Nauiculariorum rursus confirmat hæc leg. Honorius (patiter vt l. supr. 30. & l. 36. infr.) cui fortè iungenda lex 4. Cod. de lucris apparit. quâ Nauiculariis patiter consulitur aduersus apparitorum prædam. ¶ Quæ quidem Priuilegia à duobus fontibus manasse ostendit: partim ex Principum Constitutionibus (qui fons ordinarius) partim decre-

tis Præfectorum Prætorio: Tanta scilicet fuit Præfectorum Prætorio dignitas, quæ etiam ἀπορροφῆ βασιλείᾳ erat. ¶ Limitationem etiam addidit, dummodò ea non postea vel sanctione contrariâ infracta fuerint, nempe à Principe; vel meliore vtiliorque sententia Præfectorum Prætorio commutata fuerint.

XXXII. * Impp. Honor. & Theod. AA. Anthemio PP. P."

VM Nauarchorum cætus, circiter Prouincias Orientis, inopla nauium; titubaret, & inuestigandæ classis obtentu, Insularum successus obiter; & nauigandi opportunitate transactâ, Iudiciorum indignatio sine transuectionis expectaretur effectu, merito Celsitudo Tua, PP. Augustali & Insularum Præside conuentis, Alexandrinæ & Carpathiæ classis Summates; & nonnullos alios Naucleros, eò professionis adduxit; Vt onus frumentarij committatur, qui per Orientales Nauarchos ex Alexandrinæ ciuitatis conditis censuerat ad Sacratissimam Vrbem transferri, in suam fidem susceptum, ad eadem Augustissimæ Vrbis horrea comportaret, solatijs, pro mercedula, præstitis, ex tributariæ pensionis

Tom. V.

E 2

fationis

rationis immunitate, vel ex eo quod vocatur filicon: Necnon etiam alios quæ Tuæ Cognitionis limauit examen: Ita, vt super Naufragiorum, quæ contigerint, casibus, vstrato more habita quæstione, si qui calculus modiationis dicatur tempestate maris deperisse, sub Tuæ Sedis auditione nequaquam feratur acceptus, sed hæc dispendij lacuna in omne nauiculariorum concilium, pro rata scilicet contingentis muneris, deferatur. Hæc igitur nostra Lege firmamus. Dat. xiv. Kalend. Feb. Honorio viii. & Theod. iiii. AA. C O S S. [409.]

NOTÆ.

- * L. 4. Cod. Inst. cod. tit. & l. 6. Cod. Inst. de naufragiis. Forè hinc iungenda lex. i. infr. de frum. Alexandrino.
* Orientis.
* id est, circa, vt habetur Cod. Inst.
* v. p. Secessus, vt Cod. Inst. Absecus, l. 2. supr. de litor. & itin. inst.
* id est, iudicium.
* pro rimeretur. aliorum locorum.
* Professio, generaliter pro oneris in se susceptione vid. Gloss.
* Commaeus vid. Gloss. & Iuretus in Symm. p. 293.
* recte, qui: commeatus scil. in Cod. Inst. quod, onus scil.
* Conditio: vid. Gloss. & Iuretus in Symm. p. 230.
* v. p. Conseruat: vt Cod. Inst. conseruatur.
* Constantinopolitanam.
* v. p. Comportarunt: vt etiam rectè habetur Cod. Inst.
* Salariis Cod. Inst. verum hoc rectum: vid. Gloss.
* id est, immunitate: de quo mox plura.
* φιλικά.
* alii, Cod. Inst.
* Limauit, id est inuestigauit, rimatus est. Gloss. Limatur, rimatur, quaris, (ita v. p.) ζυγία. Quare non mutandum in libauit.
* Lex 6. Cod. Inst. de naufrag. hinc sumpta est.
* qui, Cod. Inst.
* Calculi vox hæc in re propria. Vide non vno loco apud Cassiodorum, vt 2. Var. 17. & 25.
* Modiatio, id est mensura, quæ sic bar per modios hæc leg. & Gordiani lib. 16. Cod. de usuris: & Diocletiani l. 7. Cod. de rer. permis. Cassiodorus quoque 4. Var. 7. in eadem re. Modiationem tritici, quam sub hæc sorte perisse probauerint, profecutoribus sine aliquâ faciat cunctatione repusari. Eadem vox restituenda 2. Var. 26. Nam si cõmptam speciem expensis publicis necessariam non habetis, ab officio vestro suscepta modiatio (vulgè moderatio) distrahatur, &c. Ita & Martianus l. 2. Cod. de annon. ciuilib. quæ leg. 1. 2. modios frumenti diurnos nomine peritumatis, annonæ ciuicæ Vibis Constantinop. addit: Quoad modiationem, inquit, ingitit & in perpetuum ciuibus nostris debere conserri, hæc lege sancimus. Harmenapulus quoque in Legib. naualib. dixit ποδογία δὲ ἕνα τὸν ἡλιόθεν ἢ ποδογία ἑποστὸν περιτρίγυρα, μετὰ τῶν ἕξαριθμῶν.
* Præfeti Prætorio, non vt Lucas, de Penna, Præf. annonæ. Nempe ad Præfectum Prætorio, referebatur hæc de re: dicem infr. tit. de naufrag. Tritici forè vel frumenti:
* aliis melius. accepto.
* factura, Cod. Inst. Verum hoc elegantius. Symmachus quoque non semel, ararij & sumptuum lacunam dixit: lib. 5. ep. 76. & lib. 10. epist. 33. v. Gloss. Lacuna rei familiaris. Ciceroni: vid. alia apud Iuretum in Symm. p. 169.
* Nauiculariorum, Cod. Inst. id est, Coipus.
* Hæc absunt à Cod. Inst.

COMMENTARIVS.

ORIENTALIVM Nauarchorum loco, Alexandrinis & Insularum Nauiculariis transferenda ANNONÆ Alexandrinæ ad Urbem CONSTANTINOPOLITANAM onus iniungit hæc constit. Theodosius Iun. Anno D. 409. firmatâ Anthemij PP. Orientis super hæc re dispositione eiusque conditionibus & legibus, cui iungenda videri possit lex 1. infr. de frum. Alex. vbi pariter dispositum ab eodem Anthemio PP. pro tuenda Nauiculariorum substantiâ, firmat idem Theodof. Iun. § Scilicet Orientales Nauarchi peculiare fuere, intra Orientem seu Orientis diocesim (à Constantino M. vt puto instituti) ad quos præter hanc leg. pertinet insuper Constantini M. lex 7. supr. & lex Valentis 14. supr. annonæ videlicet Urbis Constantinopolitanæ seruientes: (quâ causâ variis priuilegijs & commodis donati fuere à Constantino M. d. l. 7. & Valente d. l. 14. item Salario, de quo sine d. l. 7.) Ita quidem vt Orientales hi Nauarchi onus frumentarij commeatus ex Alexandrinæ ciuitatis conditis ad Urbem Constantinopolitanam deferrent, (quod hæc lex aperte restatur) verum sæpè factum, vt hoc Orientalium Nauarchorum Corpus imminueretur, vt docuit d. l. 14. Item vt inopiâ nauium subinde titubaret, (quod hæc lex docet) sic vt dum classem seu naues inuestigaret, dum Insulas, & earum secessus in eum finem, conquirendarum scilicet nauium,

obiret, nauigandi opportunitas interea transiret, neque species Constantinopolim transferebantur; atque inde fames Constantinopoli ingrueret; cuiusmodi sæua hoc ipso Anno exorta fuit, teste Chronici Alexandrini Auctore, & Marcellino in Chron. Cui deinceps occursum Anthemius PP. & Theodosius Iun. de remedijs cogitare serid cœperunt; cuiusmodi est illud quod continetur l. 1. infr. de frum. V. Constantinop. Est hoc alterum quod hæc leg. comprehenditur, cuius proinde hæc historica causa obseruanda est.

§ Anthemius igitur PP. Orientis, & quod dixi malo deinceps occursum transferebantur annonæ ex Alexandrinæ ciuitatis conditis, sollicitudinem rum ad Alexandrinæ, tum ad Carpathiæ classis Summates, item nonnullos alios Naucleros transferendam credidit. Peculiaris scilicet erat classis Alexandria, quæ & ipsa subuehendæ annonæ seruebat, intra modum aliquem, & iunctim hæcenus cum Orientalibus: At Anthemius PP. dispositione suâ, quod Orientalibus ex parte incumberebat, ad Alexandrinos transtulit, qui Summates classis Alexandrinæ vocantur: nempe quia Nauicularij hi seu Nauarchi summo loco fuere: quomodo Summates Viros, Aulæ, Ciuitatis, & similia passim Symmachus vocat: Summates Ordinis Alexandrini, l. 190. supr. de Decurion.

§ Item transtulit ad Summates pariter Carpathiæ

pathiæ classis: Nempe in Insulâ Carpatho quæ hodie Scarpano, classis peculiaris fuit commodissimo loco inter omnes Insulas Sporadas maris Ægei, à quo & mare ipsum Carpathium & Carpathiæ Insulæ. Scilicet Carpathum sublimis fuit, ambitu stadiorum CC. de quâ vid. Strabonem, Plinium, commodissimo situ inter Rhodum & Cretam Insulas, de quâ nil attinet plura notare. Inter nauigationes iam olim famosas, & quidem spe lucri, Carpathia: testis Iuuenalis Satyr. 14. versu 278. Καρπαθίων ἀλλὰ δὲς memorat quoque Synesius epist. 41. qui & tam multus est in laudibus Anthemij (quem & Magnum subinde vocat) cui hæc lex inscribitur: vbi ait eas φήμιν ἔχειν θανάτου κερξίδος, καὶ δάπτει αἰ φαίκαλον ἢ πῶλον. Meminit rursum idem horum Carpathiorum epist. 51. CARPATHVS Insula, hodie Scarpantho, est inter Rhodum & Cretam, non longè à Doride Asiæ regione. Eius circulus est 60. mill. vel vt alij dicunt 70. longitudo ab ortu in Occasum extenditur: ab hac vicinum pelagus Carpathium denominatur. Ardua est sublimisque montibus, ac in eâ marmoris lapidicina adiuuenitur. Olim erant in ea 4. vrbes, ob quæ & Tetrapolis nuncupabatur. Fuere in eâ quondam 6. Castella, quorum nunc tantum tria supersunt: ad ortum est Tristantum, nunc Faria dictum à scopulo: ad partem Occidentalem est portus Commodus, circaque montem Gomello dictum Corez est: ad Garbinium Insulæ videtur Caso Insula minima, aliæque ibi sunt seopuli Canes dicti: in circuitu vno tantum millari parent. Ergo Anthemius & ad huius & ad Alexandrinæ classis Summates, translationis onus transtulit, & ad alios nonnullos Naucleros, scilicet maris Ægei, qui Constantinopolitanæ vrbi propiores erant: Idque conuentis Præfecto Augustali seu Alexandrino, & Præfide Insularum, id est, decreto suo ad hoc missio: nam & decreta, & quidem super Nauiculariis à Præfectis Prætorio processisse docuit quoque lex supr. 31. Insularum Præfes est Cycladum Præfes seu Iudex, atque aded Insularum omnium maris Ægei: sub Vespasiano hanc Insularum Prouinciam factam ait Sex. Rufus Festus. Deinceps extat Constitutio Diocletiani ad Diogenem Præsidentem Insularum putè lex pen. Cod. vbi causa statuit. Harum Insularum Prouincia fit quoque mentio in Constantij Imp. l. 23. Cod. Inst. de appellat. quæ cauetur, vt appellatio interposita per Insulas ad P. V. Constantinop. fiat. Item vetus Orbis descriptor sub eodem Constantio Cyclades Insulas memorat, quæ omnes sum Iudicem habuere. Meminit eius quoque sub Valente Imperatore Sextus Rufus Festus in Breviario. Meminit & vetus Notitia Prouinciarum, sub Theodosio M. inter duodecim Asiæ Prouincias Cyclades: Meminit denique Notitia Imperij sub Theodosio hoc Iuniorè: ex quâ apparet eam tum sub dispositione Proconsulis Asiæ fuisse. De Cycladum Præside, vide & Iustinianum Nouella 163. vide & quæ de Quæstore Nouella 41. 50. § Ergo Anthemius PP. transferebat onus ex Vrbe Alexandrina onus ad Urbem Constantinop. quod Orientalibus Nauarchis incumberebat, ad Alexandrinos & Carpathios & nonnullos alios transtulit: cõsque eò professionis volentes scilicet adduxit: propositis videlicet præmijs sequentibus. Nempe mercede eis præstituta (quæ Orientalibus antea dabatur, vt docet d. l. 7. supr. in f.) ex vno titium sequentium fontium: vel inquam ex Tributariæ pensitationis immunitate. Quod ita etiam Cujacius interpretatur, quasi indicetur, pro mercede eis datam tributo-

rum immunitatem. Malè: neque enim id hæc formulâ indicatur, immunitatem eis datam; verum eâ de salario & mercede agitur: vnde scilicet ea tribui deberet: Ex tributariæ, inquit, pensitationis immunitate, vbi malim legi, immanitate, id est, ex cumulo ingenti tributorum, vel immensitate: nempe mercedula, immensitari, seu immanitati hæc opponitur. Ergo ex tributis seu auro argento quod tributorum nomine inferebatur à Prouincialibus, solatium seu mercedulam prædictis Nauiculariis constitui voluit Anthemius, vult Theodosius hæc l. Solatium, pro eo quod denoriâ lo labori compensatè datur; quo ipso sensu accipitur leg. penult. supr. de Palat. Sal. Eo quoque sensu Spartianus ait Hadrianum, agrotos bis tẽvũ die vistrasse, solatiis resouisse, consilijs subleuasse. Quod quidem ex mole tributorum sumi voluit Anthemius, vult hæc leg. Theodosius. Vel secundo loco ex eo quod vocatur φιλικά, opponitur scilicet hæc tributariæ pensitationi, ἢ φιλικά; illa scilicet necessaria pensitatio, hæc ex benevolentia, amicæque datur, vltrotroneæ, vltro tributum: Nempe Alexandria pensitationis vltrotroneæ & beneuolæ genus quoddam vltro tributum illud fuit φιλικά: Quæ autem id fuerit, à quibus penderetur, quâ occasione, in incerto est: Nisi forè grata illa inlatio est, cuius fit mentio l. 1. supr. de frum. V. Constantinop. quæ lex ad eandem historiam pertinet, quæ hæc nostra. Interim in Cod. Inst. nugæ egerunt Interpretes, qui aliam vocem huius loco reposuerunt: qui ridere volent, legat Alciatum & Pyrrhum, quorum ille ἀλετρυγία nomen supponebat. Tertium quoque alium fontem eruerat Anthemius, vnde solatium nauiculariis istis præberetur: verum quis fuerit à diuinare non licet.

§ Ac vt Nauiculariis Alexandrinis, & Carpathiis, aliisque solatium seu mercedulam constituit Anthemius PP. & Theodosius, ita viceuersâ Naufragij periculo eosdem obnoxios facit: non verò id eis accepto ferri in fisci dispendium: Nempe, quia hi Nauicularij Vrbi Constantinopolitanæ propiores facillè inuectas & nauigandi opportunitatem captare poterant, vt proinde sibi imputare eos necesse sit naufragium, si inuectas non captarunt, quâ captatâ tempestatem maris euitare poterant. Et hæc quidem est huiusce capitis secundâ sententia: Quod diuulsum à priore Codice Iustiniano, & separatim in l. 6. Cod. de naufragiis, coniectum, multis erroribus ansam præbuit. Primum enim non pertinet hoc caput ad Nauicularios Orientis; verum ad Alexandrinos & Carpathios. Secundò non tantum si horum Nauiculariorum culpa intercessisse probetur, naufragij periculũ ad eos pertinet; verum quia semper præsumuntur in culpâ esse, ex eâ, quam dixi, ratione. Tertid consequenter hinc apparet, quàm frustra laborent Interpretes in hæc leg. concilianda cum l. ult. §. si ea, & ad Leg. Rhod. de iactis. vbi de naufragio Nauicularius non tenetur, quando sine vitio eius res commendata perit: Nam & in huius leg. specie præsupponitur semper culpa Nauicularij intercessisse, et si id non expressè dicatur in hoc capite, verum id ex totius huius leg. argumento & serie perspicue colligitur. Ergo, casus hic specialis notetur, quod sola, sed iusta Culpa præsumptio, et si ea non probetur, naufragij periculo obnoxios facit Nauicularios: Et sic vt dixi hæc lex componenda est cum d. l. ult. §. si ea, & cum alijs quæ occurrunt infr. tit. de naufragiis. § Et ita quidem, in sp. huius leg. vt dispendium hoc ad Tributariæ pensitationis immunitatem seu recedat: Ad totum concilium, id est, ad specialem

specialem loci vnius classem: Finge Alexandrini nauicularij nauem naufragium passam; Alexandrinorum Nauiculariorum Corpus hoc periculum agnosceret, non Carpathianorum, non aliorum: Concilium, hic, est Corpus speciale vnius loci, qui Narchorum cœtus dicitur *initio leg.* Ita concilium sanctissimum Ecclesie Catholice, venerabileque, *l. 4. infr. de Episcopis*, seu *l. 1. C. de Sacros. Eccles.* pro Ecclesia speciali cuiusque loci accipiendum: de quo ibi plenius. Qui casus rursus specialis noceret, quo vel ob præsumptam vnius e Corpore culpam, totum Corpus periculo obnoxium redditur: quod & in aliis nonnullis Corporibus obtinet: de quo alibi. Huic sanè proximum est, quod & alias vbi naufragij pro-

batio legitime facta non est, ad eorum iniuriam damnum pertineat, qui minus idoneos nominarunt, *l. 4. infr. de naufragiis*. Et ita quidem in specie *huius leg.* in totum concilium Nauiculariorum naufragij periculum recidit, vt singuli ex eo concilio pro rata contingentis muneris teneantur: id est, pro ea portione, pro qua ad specierum transfectionem tenentur. Finge vndecim naues esse seu vndecim Nauicularios, concilij alicuius: vnum naufragium passam, & eo naufragio mille aureorum species amissile: Sanè decem reliqui sunt, in quos hic casus recidit. Sed finge inæquales naues esse Nauicularijs, alias maioris modulationis, alias minoris. Pro ratâ suâ & modulatione quique tenebitur.

XXXIII. * Idem AA. Anthemio PP. P."

QUOD V¹ fiscales species suscepit deportandas, si, recta navigatione contempta, litora deuia sectatus, eas auertendo distraxerit, capitali pœna plectetur. Dat. xiv. Kalend. Aug. CP. Honorio V I I I. & Theod. I I I. AA. C O S S. [409.]

NOTÆ.

* *L. 5. seu penult. Cod. Inst. eod. tit.* Iungenda videtur huic, *lex vnic. supr. de auri publici prosecutoribus*: & *lex 2. Cod. Inst. de off. ciuil. Iudic.*
 "Oriens. "Nauicularius.
 "annonarias, veluti frumentum.
 "suscepit. Cod. Iustin.
 "Ita quoque *d. l. 5. At d. l. 1. & d. l. 2. XIII.*

COMMENTARIVS.

AVERSI oneris reo, Nauiculario, capitali pœnam imponit *hæc leg.* per Orientem, Theodosius Iunior, Anno D. 409. cui iungenda est *lex vnic. supr. de auri publici prosecutoribus*. (quæ & ipsa est de *Auerso auro publico*, ab eius prosecutore: Quomodo hæc de auerso onere à *frumenti prosecutoribus*:) quomodo etiam Nauicularij vocantur à Cassiodoro 4. *var. 7.* seu simpliciter *prosecutores l. 4. infr. de naufragiis*. Auersi inquam oneris reo, id est, si fiscales species, quas suscepit transferendas, auerterit, distraxerit, vel vt dicitur *hæc leg.* auertendo distraxerit. Cui geminagermana est per Occidentem Honorij *lex 3. Cod. Inst. qua res venire non possunt* (quæ iungenda est *legi 27. supr. hoc tit.*) Capitalis igitur pœna auer-

tenti imponitur in hæc spec. quam Quadrupli pœnâ Græci immutarunt, propter *Nouellam 62. Leonis*: In causis sanè priuatorum propria actio fuit oneris auersi in duplum. ¶ Porro quâ ratione nauicularij onus publicum auerterent, ostenditur *hæc leg.* nempe rectâ navigatione contemptâ, litora deuia sectando. De *diapœro*, id est, de parte oneris auersâ erit *lex vlt. infr.* ¶ Cæterum est *hæc lex* Constitutionis Theodosij Iun. prolixioris pars (vt apparet ex *d. l. vnic. & l. 2. Cod. de off. ciuil. Iudic.* quæ huic coassandæ veniunt) citca rem Tributariam occupatæ: quâ partim fisci indemnitati consulitur *hæc leg.* & *d. l. vnic.* partim collatorum ab iniuriis Exactorum & Iudicum *d. l. 2.*

XXXIV. * Idem AA. Faustino PP. P." Post alia."

IUDICES, qui in portubus Diæceseos suæ, onusta nauigia, cum prosperior status inuitat, sub prætextu hyemis inmorari permiserint, vnâ cum Municipibus, & Corporatis eiusdem Loci, fortunarum propriarum feriantur dispendijs. ¶ Nauicularij præterea pœnam deportationis excipiant, si aliquid fraudis eos admisisse fuerit reuelatum. Dat. xv. Kalend. Sept. Rau. Varane v. c. C O S S. [410.]

NOTÆ.

* *L. vlt. Cod. Inst. eod. tit.* Iungenda huic fortè *lex 4. Cod. qua res venire.*
 "Faustinus PP. Italiae sub Honorio Imp.
 "Partibus, Cod. Inst. malè: Quod Iuretus quoque notauit in *Symm. lib. 4. ep. 54.*
 "an tua?
 "Cassiodorus 1. *variar. 35.* *Quæ ergo talis mora, vt in tantâ tranquillitatibus velocia necdum fuerint destinata nauigia e cum stellarum non mergentium lucidum sydus tendi carbasa festinauerit IN VITÆ T, & aëris sereni fides properantium nequeat vota reuere.*
 "Municipibus, id est, Decurionibus: dixi *supr. tit. de Decurionib.*
 "de Corporatis est *infr. titulus.*
 "Naucleri, Cod. Iustin.

COMMEN

COMMENTARIVS.

HYBERNO etiam TEMPORE; dummodo inuenta sit, (id est, dummodo prosperior status inuitet) Nauicularios onus seu species fiscales, denique Canonem Vrbicum, defertentes, mari vela date iubet Honorarius Imp. *hæc leg.* Anno D. 410. ¶ Hybernum scilicet tempus regulariter navigationi intercipitur, & verò mare navigationi olim claudabatur (de quo ad *l. 3. tit. de naufragiis*, plenè:) putâ ab Idib. Octob. in Kalend. Apriles; & quidem ad transferendum Canonem Africanum ad Vrbem Romanam, vt docet Gratiani *lex 3.* quod hæc ipsa lex pertinet: sic vt Nauicularij hæcenus navigare eo tempore non tenerentur, de quo ex parte etiam fidem facit Honorij huius *lex 26. supr.* faciet plenius *d. l. 3. infr. de naufrag.* Et tamen *hæc leg.* Honorius hyberno tempore non ita navigationi mare claudi vult, vt non, prosperiore statu inuitante, Nauicularij navigare debeant. ¶ Nempè id ita extra ordinem nunc constitutum ab Honorio, propter famem quæ hoc Anno D. 410. Romæ erat, atque in dies maior timebatur: sic vt ad infames efcas redactum iri metus esset: de quo Zosimus *extremo Historia sua*, quæ superest. ¶ Igitur inter alia (vt docet *huius leg.* Inscriptio, ibi, *post alia*:) quibus annonæ Vrbicæ consultum properè iuit Honorius constitutione suâ, & istud est, quod *hæc leg.* continetur: quâ iubet, etiam hyberno tempore naues navigare, si prosperior status inuitet: cuius, eodem sine alterum institutum circa tempus extat *l. 26. supr.* Et verò notandum xviii. Kalend. Sept. *hanc leg.* datam, scilicet æstate iam pronectâ, & in Authumnum inclinante, & sic iam appetente hyeme, id denunciatum in tempore, voluit Honorius. ¶ Pœnâ seuerissimâ propositâ *Iudicibus*, Decurionibus & Corporatis locorum, nempe profcriptionis bonorum, si permisissent in portubus suis onusta nauigia sub prætextu hyemis inmorari, cum prosperior status inuitaret ad nauigandum: Nauicularijs verò insuper deportationis pœnâ, si aliquid fraudis admisissent, ne videret velarent, prosperiore statu inuitante. *Iudicum* scilicet seu Rectorum Prouinciarum desidia hæc semper plectibilis fuit, si culpâ suâ parerentur annonam vrbicam vel non transmitti tempestiue, vel aliò transferri. Mamertini sub Iuliano locus huc facit *cap. 15. Cum Romani populi viduis, & exercitus commearus esset in nauibus, in mediâ expedienda annona trepidatione, nuncius ve-*

*nit, plurimas naues Africano tritico graues litus Achaicum præuertit, Constantinopolim peruolasse; Permoti omnes, & aduersus eos qui oram maritimam tuebantur irati, venimus ad Principem, desidia Iudicum tantum perisse frumenti certatim pro se quisque conquerimur: quo loco malè habent vulgatæ *Iudicum*, vbi & Rhenanus in ora editionis suæ *Iudicum* desidia interpretatur, qui scilicet non indicat: Quem vnica litera fefellit. Huc etiam facit Symmachi locus *lib. 4. epist. 54.* *Sed quid mihi insusurras frugis Africana tenuis commearus? Intercludet, vt spero, prudentia tristes casuum vias, sacris auribus edocendis, & castigatione Iudicum, quos alimentaria spectat inuectio. Nec spem dies obstruit: nam mare adhuc iustis cursibus patet, & nondum in hyemem præcipit Authumnum.* Hinc ad eò Symmachus *lib. 10. ep. 31. 48.* Iudices Africanos seuerioribus scriptis distimulari ab Imp. vult, *vt onera consueta dum tractabilis navigatio est, vilitati vrbis exhibeant.* Idem verò periculum respicit quoque *Municipes*, id est, Decuriones, & *Corporatos* vrbium: Quæ duo incolarum præcipuè genera erant: de quibus *suis titulis*. De Nauiculariorum ipsorum fraudibus, & torpedine, morâ, iam alibi dictum: videatur & Cassiodori locus *lib. 1. var. ep. 35. in fin.* De eo videndum superest, quod *initio legis Iudicibus Diæcesis* tribuitur: Iudicibus, inquam, id est, Rectoribus singularum Prouinciarum: cum tamen Diæcesis sit *synnum* plurium Prouinciarum, *si de vrbis portibus & pœnis*: de quo alibi fusè: Vnde iam ita quidam colligunt, *Diæcesin* hæc tempestate etiam pro vnica Prouinciâ vsurpari. Quod non admitto: neque enim vni Iudici *Diæcesis* hæc *leg.* tribuitur, verum pluribus *Iudicibus* iunctim *Diæcesis sua*: quo indicatur, plures iunctos suam habuisse & constituisse Diæcesin: Nempè, si rogasset tùm Consularem Numidiæ, quam ipsius Diæcesis foret, id est, cui Diæcesis responderet: respondiisset Africam esse suam Diæcesim: non quod ipse Diæceseos istius totius Rector esset, verum quod Prouincia quam administraret, Diæcesi illi responderet: denique singularium Prouinciarum Rectores Iudices plures coniuncti suam habent Diæcesim, iure partis. Ex hæc interim *lege* politicum *oikou* efficere licet, Principis extra ordinem necessitati famique publicæ consulentis: Quam proinde *legem* ordinarij iuris perperam nonnulli faciunt, quæ *αὐτῶν κρισην* tantum *αὐτοκράτωρ* erat.*

XXXV. * Idem AA. Seleuco PP. P."

NIVERSOS, quos nauiculariæ conditioni obnoxios inuenit antiquitas, prædictæ functioni conueniet famulari. Personas igitur memoratas, & eorum hæredes, & prædia, persequenda esse decernimus: vt canon Sacratissimæ Vrbis, vel Expeditionalium Portuum necessitas, impleatur. Dat. Prid. Non. Mart. Rau. Honorio I X. & Theod. v. AA. C O S S. [412.]

NOTÆ.

"Italiae, in qua Africa, vt docet *lex 31. supr. de annonâ & tributa.* & *lex 52. supr. de Decur.* quæ eidem inscribuntur hoc ipso Anno, vnâ cum Quarta: putâ *l. 22. supr. de cohortalib.*

COMMENTARIVS.

REPARATIONI seu supplemento Nauiculariorum, incumbit hæc Constitutione

Honorius Anno D. 412. Nauiculariorum, inquam, qui per Africam: vt etiam colligere licet ex *l. 31. supr.*

supr. de annonâ & trib. & l. 5. 2. supr. de Decurionib. quæ eidem *Seleno P.P.* hoc ipso Anno inscribuntur. Eo videlicet sine, vt canon tum Urbis Romæ, tum Expeditionalium Portuum necessitas impleatur, id est, vt annona sufficiens ad vsus Urbis Romæ, & ad necessitates militum ad expeditionem pergentium subministrari possit. ¶ Portus expeditionales *hæc leg. & l. 2. infr. de naufragiis*, sunt Portus quo miles ad expeditionem iturus appellabatur, indeque mouebat: quâ causâ huiusmodi Portus annonâ militari instruebantur, seu condita militaria ibi erant, vnde videlicet miles in expeditionem iturus annonam sumeret à se fermè transuchendam. Quomodo pariter Annona expeditionalis dicitur *l. 4. 5. supr. de erogatione militaris annonæ*. Annona militum in expeditione degenitum & quidem ordinaria, buccellatum videlicet & acetum: cui opponitur panis & vinum.

Ita & vsus expeditionalis in eodem argumento apud *Spartianum*.

¶ Hinc interim apparet, duplicem curam *hæc leg.* gessisse Honorium, pro temporum videlicet statu, quibus Urbis Roma haud ita pridem afflictâ siue Tyrannide, siue fame, (de quo ad *legem superiorem*) & Occidentale Imperium à Barbaris vastabatur, aduersus quos miles mittebatur. Igitur in vtrumque vsus, & annonæ Urbis Romæ, & annonæ militaris sollicitudinem gerit *hæc leg.* Honorius: reparato videlicet Nauiculariorum Corpore, ad species necessarias tantò facilius & promptius transferendas. In eum itaque finem, & personas Nauiculariorum (fortè perperam excusatas) & hæredes, & prædia eorum ad nauiculariam functionem vocari iubet: Quod & alias sæpè factum, vt ostendunt *huius tit.* complures *leges*: & *tit. de præd. Nauicul.*

XXV I. * Idem AA. Nauiculariis per Africam.

RIBVTA Nauiculariis *Prærogatiua* hæc interminatione" firmamus, vt si quis, cuiuslibet dignitatis, Iudicum, vel Militarium, crediderit negligenda, & aditus negauerit petitum à se Tuitionis præsidium, patrimonium suum nouerit istius functionis oneribus addendum, sine vlla spe veniæ, quam de nobis sub Annotationis indulto meruerit. ¶ Illud etiam addimus, vt decem librarum auri multa tam Nauiculariis, quam Iudicibus, necnon Proconsuli" & Vicario, Spectabilibus viris, & v. c. P. P. Annonæ" Officiisque eorum, proponatur, si vniquam" ordine" memorato, vel ipsi coegerint, vel sponte cupienti (quod non potest fieri) de centesimis suis auferri permiserint, vel de propriâ substantiâ quidquam Sportulæ nomine cuiquam donare, vel offerre personæ: vt à singulis constitutum multæ pondus non ambigant exigendum: Accipientem quoque quadruplum fisco nostro iubemus exsoluere: &c. Dat. xv i. Kalend. April. Rau. Honor. ix. & Theod. v. AA. c o s s. [412.]

NOTÆ.

* Iungenda huic *lex 37. prox. & lex 6. seu ult. infr. de naufragiis.*
"vid. *Gloss.* de hæc interminationis voce.
"id est, Rectoribus Prouinciarum (Africæ) vt *l. 34. supr.*
"Africa. "Africa. "Africa.
"sp. quicquam: vel vtrumque vniquam quicquam.
"sp. Ordinis (Nauiculariorum scilicet.)

XXV II. * Idem AA. Nauiculariis per Africam. Post alia.

SI vlla Dignitas" vel Apparitio, frumenti curam sustinens dirigendi, à Nauiculario, Magistro" nauis, aliquid accepisse detegitur, probato crimini, pro moui" Iudicis, pœna non deficit: &c. Dat. xv i. Kalend. April. Rau. Honor. ix. & Theod. v. AA. c o s s.

NOTÆ.

* Iungenda huic *lex 36. supr. prox. & lex 6. seu ult. infr. de naufragiis.*
"veluti *Notarius*: de quo mox.
"de *Magistro nauis* igitur quoque *l. 3. infr. de naufragiis.*
"Morus Iudicis, vid. *Gloss.* & *Forner.* 3. *Quotid.* 3.

COMMENTARIVS.

INDEMNITATI & SECVRITATI Nauiculariorum (& quidem Africanorum) consulit *his duabus legibus* Honorius: & *tertia* insuper *lege*, putâ *l. ultim. infr. de naufragiis*, quæ omnes vniuersæ & eiusdem constitutionis ad eundem illum finem tendentis partes sunt, atque aded inter se coniungendæ veniunt. Et quidem indemnitati & securitati Nauiculariorum, aduersus Iudicium &

Apparitorum, aliorumque ad quos cura frumenti dirigendi spectabat, leuitatem & cupiditatem.

¶ Triplici porro ratione *his duabus legibus*, tum *tertiâ* aduersus eorum quos dixi tum negligentiam, tum cupiditatem consulit Honorius. 1. **PRÆVIHIBITA** Nauiculariorum, ad eorum querelam, non tuentibus Iudicibus hanc pœnam imponit, vt facultates eorum nauiculariæ functioni addi-

cantur: vult scilicet Honorius, si quando de imminutis priuilegiis suis conuerterentur Nauicularij, iis Tuitionis præsidium tribuere: de quo Tuitionis præsidio, à Magistratibus seu Iudicibus tribui solito sine rectè, siue perperam, in simili pro quorundam securitate aduersus aliorum & potentiorum quidem, imò Magistratum quandoque molestias & inciuiles impetus est *hoc Codice*, Theodosij M. *lex vnic. supr. de off. Iudicum militum*, & *l. ult. Cod. de off. Com. S. Palatii*, vel *l. ult. Cod. de off. Com. R. Pal.* Meminit & Symmachus non tantum *lib. 9. epist. 22.* verum *lib. 10. epist. 36.* Et quidem hic: *Causidicus fori mei Celsus tuitionem contra me & Annonæ Præfectum Clarissimum Virum de sede vicariâ postulauit*: Nempe (quod *initio epistolæ* indicat) quasi turbidum aliquid pro potestate Symmachus P. V. fecisset: Et mox rursum. *Hic iam vestra perennitatis est estimare contumeliam Præfectura, cuius Causidicus nihil passus auxilium secundi iudicij* [id est Vicarij] *imperauit.* Eadem *Epistolâ* ait, à se petitum datumque Felici tuitionis auxilium: *Felix*, inquit, *cum à me in sequenti tuitionis auxilium proposuisset, & vniuersi Nomenclatoris, vt in urbe pacata, amminiculo fretus incederet.* Huius Tuitionis multa quoque mentio apud Theodoricum R. referente Cassiodoro, veluti *lib. 1. epist. 29.* vbi iubet Ecclesiæ Mediolanensis prædiis & hominibus intra Siciliam constitutis, saluâ ciuilitate præstari ab Adilâ Comite, vt ab iniuriâ & oppressione vindicentur. Et *lib. 3. ep. 17.* vbi Consulari Campaniæ aduersum Præfectum Prætorio tuitionem à se postulatam tribuit. Et *lib. 5. ep. 37.* vbi Iudæis Mediolanensibus & eorum Synagogis postulatam tuitionem tradit aduersus Ecclesiasticorum violentiam. Item *lib. 5. epist. 40.* damnat tuitionis genus quoddam damnosum in Hispaniâ. Tandem generalis Tuitionis formula extat *lib. 7. epist. 39.* De hoc Tuitionis præsidio expresse capite *1. lib. 1. var. egit* Cascellius, vbi tamen multa ad hanc rem non pertinentia cumulat. Illud rectè quod ostendit eò non pertinere *legem 1. §. quies, n. de off. P. P.* vt neque *l. illicitus, §. potior, n. de offic. Præsidis*, quibus in hanc rem abutuntur Doctores, etiam *Fornerq; in Casiodorum.*

Ex superioribus interim apparet datam Tuitionem seu *λεγον διοικητικήν* à Principe tuitionis formulâ: item datam eius iussu: denique datam citra iussum Principis à Magistratibus: & cum daretur à Magistratibus (quod ex Symmacho discimus) datum & adiunctum aliquos ei cui tuitione daretur, ex officio Magistratus: veluti *Nomenclatorem* à P. V. qui sanè in Officio suo habuit *Nomenclatores*, vt discere est ex *Notitiâ Imperij.* Illud perperam Cujacius, qui ad eandem tuitionem retulit *legem 16. Cod. de Decurionib. lib. 12. tit. 1.* nam ibi omninò rectè legitur *sub fideiussione*: scilicet Theodosius *ea leg.* iubet in dignitate constitutos, si grauius aliquod facinus admiserint, extra carceralem custodiam sub fideiussione haberi. Ita quidem Theodosius, et si mox proximè statim *seq. lege 17. Zeno fideiussionis onus remittat*: Præterquam quod Theodosij *lex* illa est, de grauiore facinore admissio, vbi necessaria magis fideiussio: quàm in ciuili & priuatâ causâ. Franci tandem veteres hanc Tuitionem *Mundeburden* dixere: cuius formula extat apud Marculphum *lib. 1. formul. 24.* vbi de eâ Bignonius proluxè. ¶ Et hæc de primâ ratione, tuitionis, inquam, præsidio, quâ securitati Nauiculariorum hæc *constit.* Honorius consultum iuit, aduersus priuilegia eorum imminutum euntes,

Tom. V.

Secundò aduersus **CONCVSSIONES** Nauiculariis pariter consultum it, pariter vt *Gratianus l. 3. infr. de naufragiis*: pœnis propositis, aduersus eos qui eos concussissent. Ac primum quidem aduersus Iudices quoscunque, putâ *Recores Prouinciarum Africæ*, Proconsulem & Vicarium Africæ, denique Præfectum annonæ Africæ (qui omnes Nauiculariis & rei annonariæ præerant): Itémque eorum officiales si vel aliquid de ipsorum centesimis auferri permiserint: *Centesimis*, id est, epimetro centesimarum (de quibus *l. 7. in fin. supr. l. 38. infr. & l. 1. infr. de frument.* *Alexandr. & l. 3. infr. de naufragiis.*) Idque siue eos ad id coegerint, siue etiam vltro facientes admiserint: Quod & ipsum tamen fieri non posse dicit reuera scilicet, plenâ liberâque voluntate. Quia non est vniquam quisquam tam stultus, vt suum iactet, aut iactare credatur: Imò cum accipientis persona terribilis esse possit donanti, et si qui donat donare videatur, non tamen reuera donatum, sed extortum potentatus ratione creditur. Quæ ratio & alibi obtinet, veluti in *sp. l. supr. ne quid publ. laetitia*: & in *sp. tit. si nuptie*, &c. Idémque erit, si de propriâ substantiâ quidquam Sportulæ nomine cuiquam donauerint, vel obtulerint Nauicularij, Ergo Iudicibus & Officialibus ad id cogentibus, vel id admittentibus multata 10. librarum auri imponit Theodosius: ipsi accipienti, Quadrupli pœnam: sed ita vt ea fisco exoluatur: Cum tamen Honorius longè æquius *l. 29. supr.* pœnam Quadrupli Nauiculariorum commodis reseruari voluerit: de quo ad *eam leg.* Et hæc de Iudicibus & Officialibus qui concussioni Nauiculariorum fauerint, & de concussentibus ipsi.

¶ Posteriore *lege* pariter concussioni eorum, qui frumenti dirigendi curam sustinent, occurrit, aliquid accipiendo à Nauiculario vel Magistro nauis. Quo in censu ponit in Dignitatibus constitutos & Apparitores. Dignitatis appellatione intelligo Tribunos Notarios: Nempe cum cæteroquin hi Principum Legationibus fermè destinarentur, id est, hos in Prouincias vrgendi alicuius negotij causa, Imperatores extra ordinem subinde mittere solerent (de quo plenius dixi ad *l. vnic. supr. de mand. Princip.*) his aliquando frumentarij commeatus ab Imperatoribus mandabatur, id est, ad procurandam & accelerandam annonæ vrbicæ subuectionem sæpè mittebantur: quod ex Symmacho discimus *lib. 10. epist. 31. Felicitas quidem vestra æterni Urbis solemnem alimoniam copiam pollicetur, D. Imp. sed ve magis quam spe tui esse debemus: quod facile factu est, si hanc quoque partem Clementiæ vestra cura respexerit: nam æstate prouecta cum ex Africanis partibus minimum deuehatur, non inani tangimur metu, ne res annonaria in graues cogatur angustias. Et ideo oro quæsoque Perennitatis Vestre salubre præsidium, vt Iudices Africanos, & NOTARIVM, cuius Æternitas Vestra mandauit frumentarios commeatus, seueriora scripta distimulent, missi in hoc negotium strenuis, qui onera consueta, dum tractabilis nauigatio est, vultui Urbis exhibeant.* De huiusmodi igitur dignitate, id est, de Notariis accipiendum est quod dicitur *hæc leg. 37.* ¶ Quandoque etiam eodem sine nudi Apparitores mittebantur, vt frumenti dirigendi curam sustinerent, nempe missi à Præfecto Prætorio, *Præfectiani* scilicet, ita ad vrgenda negotia quædam à Præfectis Prou. mittebantur, vt *Notarij*, vt *Agentes* in rebus ab Imp. et si veriti hi Præfectiani, & quidem à *Valentiniano Sen. l. vnic. supr.*

M

supr.

supr. ne Praefectiani: Exactoris, vel Curiosi, vel Horreorum Custodis officio fungi. Ergo huiusmodi viros frumenti dirigendi curam sustinentes & aliquid accipientes à Nauiculario vel Ma-

gistro nauis, pro motu Iudicis puniti iubet. ¶ Vbi obseruandum, Nauicularium à Magistro nauis separari; pariter vt separatur l. 3. infr. de naufrag. vbi dicam.

XXXVIII. * Idem AA. Albino P. V.



ISSIMVLATIONI & corruptelæ Urbani" vel Annonarij" Officij exquisitis remedijs Manfuetudo Nostra prospexit: vt si quando Nauicularius, extra modum centesimarum" diametrum" incidisset, intra quinque dies, ex quo Portum Venerabilis Urbis" esset ingressus, adhibitis tribus Inlustribus viris, Urbana praefectura, praesente quoque Annonario Cognitore," quid euenisset detrimenti inquireret: & quicumque in hac fraude fuisset inuentus, sub elogio, adiuncto idoneo executore, mox ad Africam, adque ad v. c. ff. Ann." iudicium, deduceretur: soluturus instantia memorati," quidquid debere fuerit deprehensus. Hac itaque lege decernimus, Vt si vltra diem praefinitum permiserit" Nauicularium protelari, quinque libras auri se, adque Officium suum, sciat arario nostro debere inferre: Apparitionem quoque Praefecturae Urbanae multa trium librarum auri ferendam esse censuimus: ff. Annonae duas libras auri sacris largitionibus inferre cogetur, nisi eius praecipue instantia intra diem constitutum fuerit accelerata cognitio. Huiusmodi igitur inquisitio etiam diebus feriatis & deuotionum, absque vlla obseruatione, peragenda est. Dat. xv. Kalend. Octob. Rau. Constantio & Constante c o s s. [414.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Inst.
- "Albini huius P. V. meminisse Rutilius Claudius Numatianus Itinerarij sui lib. 1. & Olympiodorus apud Photium, p. 188.
- "Praefecti Urbis.
- "Praefecti Annonae.
- "de his Centesimis, l. 7. 36. supr.
- "δίαμετρον d. l. & l. 5. infr. de naufragiis. Mox detrimentum vocatur. De eo mox dicam plenè.
- "de Portu Urbis Romae, quò Nauicularij species deportabant, dicam plenè infr. lib. 14. non vno titulo.
- "id est, Urbis Romae.
- "id est, Praefecto annonae Urbis Romae.
- "conductore, prosecutore. "Africæ.
- "Praefecti annonae Africæ.
- "Quis? An Praefectus Urbis.


COMMENTARIVS.

DE DIAMETRO per fraudem videlicet admissio à nauiculario, st hæc Honorij constitutio: ad eum finem videlicet ne dissimulatione & corruptelâ Praefecti Urbis vel Praefecti annonae, & Officialium eorum, id publico damno cedat. ¶ Diametrum, vt hæc leg. ita & l. 5. infr. de naufrag. (quæ & ipsa est Honorij) est detrimentum, vt hæc ipsa leg. vocatur: iactura, vt vocatur d. l. 5. specierum susceptarum & Nauiculario commendatarum: quoties videlicet de modo, seu calculo modulationis (vt vocatur l. supr.) ei in Africâ commendatæ, cum eam reddit in Portum Urbis Romae, aliquid desideratur; scilicet διάμετρον est quod τῆς μέτρῃ abest: sicut ἀπιμετρον, quod τῆς μέτρῃ superaddicitur (de quo l. 3. 14. 15. 21. supr. de Susceptorib.) Harpocraton διάμετρον, τὸ ἐλλείπον ἀπὸ τῆς δικταῖος μετροῦντος. Δέναρχοῦ ἐν τῇ Καλλιθένης ἐσαγγελίᾳ; sicut contra σύμμετρον, quod μέτρον, & τέλειον. In re monetaria, metallica pars quæ in scotiam abit, detrimentum patitur, intertrimentum, Graecis ἀσυνία vocatur: vid. Glossar. Diametrum porro vel casu & inclementi fortunâ accidit, quò pertinet d. l. 5. infr. de naufrag. vel fraude, cum videlicet ex onere quid per fraudem à nauiculario auertitur, intercipitur; quò spectat hæc lex, vt docet tum totus legis contextus, tum expressè hæc eius verba, Quicumque in hac FR AV D E esset inuentus: item quidquid debere fuerit deprehensus. Ergo hæc lex, est de διάμετρον, id est, de parte oneris auersâ: nam

de toto onere auerso fuit supra lex 33. ¶ Huiusmodi igitur diametrum, huiusmodi imminutionem fraudulentam nauicularium restituere oportere certum est. Verùm, quia huiusmodi fraudes, & diametra sæpè in dispendium annonae Urbis Romae, Praefectus Urbis, item Praefectus annonae (ad quos annonae sollicitudo pertinebat, de quo mox,) eorumque Officiales dissimulare poterant, vel etiam iam dissimulare visi fuerant per collusionem; huic eorum dissimulationi & corruptelæ, hæc constitutione suâ Honorius occurrendum putauit: & quidem his exquisitis remedijs. ¶ Primum scilicet, in hoc Diametrum seu detrimentum inquirere iubet Praefectum Urbis: sic vt ab Urbe ad Portum Urbis Romae eâ de causâ se conferre necesse habeat: Qui & aliàs sanè quandoque solemniter annonae causâ eò se conferebat stato tempore, de quo ex Ammiano lib. 19. p. 160. & Aethico in Cosmographia, dixi ad l. 2. infr. de canone frument. V. R. Et ita quidem nunc Honorius: cum tamen antea Praefecto annonae & Vic. Urbis tantum hanc cognitionem & Inquisitionem induxisset, l. 5. infr. de naufragiis. Secundò, praesente quoque Praefecto annonae: cui iunctum cum Praefecto Urbis annonae Urbicæ cura incumberebat, denique societas muneris erat inter eos: quod præter hanc leg. exerte docet l. 1. Cod. de Offic. Praefect. Urb. lex 1. supr. de condit. in publ. bovr. (quæ duæ leges inter se coassandæ

coassandæ sunt) & Symmachus lib. 10. epist. 48. & Sidonius lib. 1. epist. 10. Sanè & hæc ipsa de causâ iam antea appulsis ad Portum Urbis Romae nauibus, Praefectus annonae explorare debebat, vtrum incorruptæ species deportatæ essent, seu vtrum nihil in his esset vitij? l. 2. supr. de canon. frument. V. R. quemadmodum hæc leg. inquisitioni, vtrum modiatio integra sit, adesse iubetur: imò & sua praecipue instantia accelerare cognitionem Praefecti Urbis, vt proinde quasi stimulus additus fuerit Praefecto Urbis. Tertio, inquirere in hoc diametrum iubet Honorius intra quinque dies, ex quo Portum Urbis Nauicularius est ingressus: Notum aliunde, ad Portum Urbis Romae Nauicularios species deportasse: de quo sæpè infr. lib. 14. Igitur intra quinque dies illos Inquisitionem hanc fieri vult Honorius; nempe quia annonae Urbicæ fauor summam hac in re celeritatem desiderat, & cognitionem accelerari iubet. Quarto, huiusmodi Inquisitionem etiam diebus feriatis & deuotionum peragi oportere statuit, scilicet annonae Urbicæ ratio & fauor ferias non admittit, quæcumque illæ sint, etiam deuotionum, id est, diuinæ feriae, Dei scilicet cultui dicantur, quomodo etiam agriculturæ fauor ferias diuinas non admittit, de quo ad leg. 1. supr. de feriis, plura. Quintò, hanc Inquisitionem fieri iubet adhibitis tribus Inlustribus Viris, velut in maximi momenti negotio: quomodo & aliàs adhibiti in specie leg. ¶ Et hæc de Inquisitione seu cognitione super διάμετρον, Sextò, post Inquisitionem ita factam, post fraudem detectam, nauicularium fraudis compertum mitti iubet, imò deduci ad Africam, & Praefecti annonae Africæ iudicium, adiuncto idoneo executore sub elogio ad Africam & iudicium Praefecti annonae Africæ: nempe quia Africa interest, ne quidquam de canone Africano seu Urbicario pereat, cui si quid perit, Africa perit, vnde semper canon explendus venit: Adiuucto idoneo executore, id est, addito ei custode, persecutore, vti mos erat in deducendis & exhibendis reis, quod etiam docet lex 3. supr. de exhib. reis, vbi dixi. Tandem sub elogio, id est, titulo criminis, quo continetur crimen, modisque adeo in sp. huius leg. seu διάμετρον intercepti frumenti, seu auersi ex par-

te oneris: ita mitti soliti rei deprehensi seu conuicti sub elogio, remissique ad suum Iudicem (vt in sp. huius leg.) vel Principem; quæ vulgaris iam obseruatio est. E multis pauca hæc: vid. l. 6. 11. §. ultim. π. de custod. reor. l. 3. π. de re militari: Tertullianum non semel inter alia ad Scapulam: Prudens etiam missum ad se Christianum cum elogio, confessione eius intellectâ, dimisit: scilicet eodem elogio, vid. & Marcellinum lib. 14. Et hæc de deductione seu transmissione Nauicularij qui διάμετρον admittit, in Africam. Septimò, eum instantiâ Praefecti annonae Africæ ad soluendam lacunam τῆς διάμετρον urgeri iubet. Quod satis mite: cum aliàs auersi oneris in totum longè grauior pœna sit: l. 33. supr. Postremò loco sequuntur Pœnæ seu Multæ dissimulantium, & intra quinque illos dies, vt dictum est, de διάμετρον non cognoscentium: Praefecti inquam Urbis, eius Officij 5, librarum auri, Apparitorum trium, item Praefecti annonae, duarum. ¶ Et hæc quidem ita Honorius hæc leg. de Nauiculariorum διάμετρον seu fraude circa διάμετρον: hoc Anno Domini 414. Qui alioquin hoc ipso Anno ante quinque menses & quod excurrit, Nauiculariis istis Africæ vicennalem reliquorum indulgentiam (ab Anno Domini 387. ad Ann 407. tribuit) at non etiam septem postremorum ad hunc annum: l. 8. supr. de indulg. debitorum. Et hæc rursum ita Honorius, Annonae Urbis Romae fauore: cui hæc tempestate enixè consultum iuit: Et verò ad relationem vt videtur Albini Praefecti Urbis, cui hæc lex inscribitur: quem hoc ipso Anno memorat Olympiodorus apud Photium p. 188. redeunte iam Roma (post eam à Gothis captam) in pristinum statum, cum scripisset, ad Honorium scilicet, non sufficere modum annonae, quæ ciuibus Romanis distribuebatur, aucto iam numero in ciuitate: addidissetque vno die subductum numerum quatuordecim millium. Ὅτι μετὰ τὴν ἐπὶ Γέλιον ἄλασιν τῆς Ρώμης, ἀλλεῖν ὁ τῆς Ρώμης ἐπαρχὸς, ἴδων ταύτης πάλιν ἀποκαθιστάμενος, ἐγραφε μὴ ἐξαρτᾶν τὸ χρηγόμενον μέτρον τῆς δόμῃ, εἰς πλῆθος ἴδων τῆς πόλεως ἐπιδησίας. ἐγραφε δὲ καὶ ἐν μὴ ἡμέρᾳ τελευτᾶσαι ἀριθμὸν χιλιάδων διακοσίων. Cateroquin huius Albini P. V. mentionem quoque facit Rutilius Claudius Numatianus lib. 1. Itinerarij sui.



DE PRÆDIIS NAVICVLARIORVM.

TITVLVS VI.

XI. COD. IVST. III. vbi plenior *Titulus* extat, de *Prædiis* & *omnibus rebus Naviculariorum*.

Porrò ad hunc *Titulum* pertinent quoque quinque constitutiones superioris *Tituli de Naviculariis*: nempe *lex* 3. 19. 20. 27. 35. quæ non minus bene in hunc *Titulum* coniectæ fuissent: & *lex* 13. *supr. de Senatorib. & Glebali collat.* quæ coniungenda est cum *l. 9. hoc tit.* & *lex* 149. *supr. de Decurionibus*.

PARATITLON.

PRÆDIA *Rubr. & l. 8. 10. hoc tit.* seu possessiones, *l. 1. 8. 9. fundi, l. 6. 7. domus, l. 7. res, l. 5. bona, l. 4. patrimonium, l. 2. hoc tit. & l. 3. supr. de Navicular.* facultates, *l. 4. hoc tit. & l. 20. supr. de Navicul.* Naviculariorum, *Rubr. l. 1. 2. 3. ad Navicularios pertinentia, l. 5. ad Naviculariorum dominium pertinentia, l. 6. obnoxia, Nauarchiæ functioni, l. 20. supr. de Navicul.* Naviculario iuri *l. 3. Naviculario nomini d. l. 5. Naviculario muneri, l. 3. supr. de Navicul.* adscripta nauiculariæ functioni, *l. 8. vendi, alienari quidem potuere (neque enim interceptum contractum emendi vendendi fas fuit, l. 7. hoc tit.) Sed cum suâ conditione, vt ita Canon Urbis & expeditionalium portuum necessitas semper impleri posset, l. 35. supr. de Navicul.* ¶ Nempe quolibet genere, *l. 2. seu titulo, l. 8. iis alienatis, l. 1. translatis, l. 6. transcriptis, l. 4. ad aliorum iura translatis, l. 6. in extraneorum dominia demigrantibus, l. 2. distractis, donatis, venditis, d. l. 6. 9. non ideò id Corpori Naviculariorum præiudicare poterat, l. 1. hoc tit. verum comparatores earum possessionum, l. 1. hoc tit. seu bona ea ritè retinentes, l. 4. ad quos eæ res peruenerunt, l. 6. emptores, l. 7. mercantes, mercatores, d. l. 7. hi qui fundos eos acceperunt, l. 8. modò eà Corpori Naviculariorum restituere præcisè iussi, seu ea patrimonium in Corporis sui ius proprietatè remeare iussa, vt à Valentiniano Sen. l. 2. hoc tit. vel tum demum, si nauiculariam functionem subire nollent, vt *l. 4. 6. alioquin si ea prædia retinere malent, nauiculariam functionem subire, suscipere, tolerare, commere cogebantur, l. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. hoc tit. & l. 3. vbi ratio redditur, & l. 19. 20. 27. 35. supr. de Navicular.* Idque pro ratâ parte, *l. 4. pro modo portionis comparatæ, l. 7. hoc tit. secundum agri opinionem, l. 8. hoc tit. pro portione, d. l. 3. supr. de Navicular.* pro virili portione, *d. l. 3. secundum possessionis modum, l. 27. supr. de Navicular.* sub quinque his Ampliationibus: Primò, Quicumque vendidisset, etiam fiscus *l. 6. seu subhastariâ sorte, l. 9. etiam Respublica, d. l. 6. vel Navicularius, vel alius, d. l. 6. Secundò, Quicumque illi essent qui adquisuissent, licèt altioris dignitatis, d. l. 3. de Navicular.* licèt Agentes in rebus, *l. 20. supr. de Navicular.* licèt Domus Principis, *l. 3. & 5. hoc tit.* Tertio item, non obstante temporis præscriptione, *d. l. 3. & 5. hoc tit.* exceptâ ea præscriptione, de qua *l. 9. & 10. Quarto, non obstante contraria conuentione inter emptorem & venditorem, l. 8. hoc tit. Quintò denique, non obstante Principis rescripto seu permissu, d. l. 3.**

I. * Imp. CONSTANTIVS" A. ad decretum" Naviculariorum.

LIENATIONES possessionum, à Naviculariis factas, fugiendi muneri gratiâ, præiudicare vobis non sinimus: Ideòque volumus, vt comparatores suprascribarum possessionum, interpellato P. F. Annonæ, ad id obsequium compellantur, cui se obnoxios esse fecerunt. Dat. v. Kalend. Nou. Constantino A. v. 11. & Constantio Cæs. c. o. s. s. [326.]

NOTÆ.

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iust. Eodem hoc Anno ante mensem data *lex* 5. *supr. de Navicular.*
* *Constitutio*, vt *Consulatus* subscriptus extendit.
* De hoc dicam mox.

COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. hæc & quidem vnica hoc titulo constitutio est, (quod *Consulatus* ei subscriptus euincit,) de prædiis Naviculariorum: cuius Principis altera quoque constitutio eiusdem argumenti & sententiæ in *l. 3. supr. tit. prox. de Navic.* quæ data est Ann. 319. ante sexennium, & quod excurrit. Illa *Præfecto annonæ* (cuius etiam hæc *leg.* mentio fit) inscriptâ, hæc Naviculariis: vel vt inscriptio habet, ad decretum Naviculariorum, id est, ad preces Naviculariorum: Decreta sunt, quæ Legatis ad Principem missis dabantur, vt docet *titulus supr. de Legatis: & decretis Legationum*: non tantum à ciuitate, siue à Prouincia missis, verum etiam à Corpore aliquo: vt ostendit *lex* 11. *eius tit. de Legatis & decretis Legationum.* ¶ Igitur Navicularij hæc tempestate apud Constantinum M. questi fuerant, de paucitate suâ, atque aded de onere suo, nempe quia quamplurimi ex Corpore suo possessiones suas alienassent, fugiendi muneri, Navicularij, gratiâ, vt ita inopes à nauiculari functione excusarentur: quod quidem plurimum reliquis Naviculariis præiudicabat, recedente in eos communi transfectionis seu conuentionis onere. Quare, Reparando Naviculariorum Corpori Constantinus M. vt illa *leg.* ita & hæc, Comparatores, possessores facultatum ad nauiculariam functionem & obsequium compelli vult, cui se ita obnoxios reddiderunt: Ratione

ad eam *leg. 3.* addita: *Nec enim æquum est, vt partimonio huic functioni obnoxio excusato, commune onus non omnes pro virili subiaceant portione.*

¶ De illo quæri potest, num Constantinus hæc *leg.* possessores Navicularios fieri iubeat, an verò pro rata tantum nauiculariam functionem & præstationem eos sustinere velit? Certè prius illud velle videtur: quæ causa inter alias est, cur Tribonianus hæc *leg.* abdicauerit, prælatâ parte *legis* 5. & *l. 7. & 8. infr.* et si aliàs posteriùs cautum sit de quo ad *leg. prox.* ¶ Cæterum interpellari ad id exequendum Præfectum annonæ iuber: ided quod Navicularij Annonæ Urbicæ seruirent: quæ ipsa causa est, cur *d. lex* 3. *supr. de Navicular.* in eodem argumento versans, ad Præfectum Annonæ data sit; & sub dispositione Præfecti Annonæ essent Navicularij, vt præter hæc *leg.* docet *lex* 2. 3. 12. 36. 38. *supr. de Navicul. l. 5. hoc tit. l. 2. infr. de naufrag. & l. vnica. supr. de his qui ven. etat.* ¶ Cæterò quoniam hoc ipso Anno ab eodem Constantino M. data quoque *lex* de *Naviculariorum priuilegiis*, eorumque indemnitate: putâ *lex* 5. *supr. de Navicul.* Imò & *lex* 4. *infr. de infirm. his que sub Tyrann. & quarta insuper, putâ lex* 1. *Cod. de hered. & Decurionibus Naviculariorum.* Vnde liquet, quanto studio hoc Anno 326. Constantinus Urbicæ annonæ, susceptâ Naviculariorum curâ, consultum iuerit.

II. * Imp. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Symmachum" P. V." Post alia."

PATRIMONIA Naviculariorum, quæ, quolibet genere, in extraneorum dominia demigrarunt, in corporis sui ius proprietatè remeant. Dat. 11. Id. Iun. Med. Valentiniano & Valente AA. c. o. s. s. [365.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à *Co d. Iust.* Iungenda huic *lex* 11. *supr. de Naviculariis*
* Symmachus hic Pater est Symmachi Epistolographi, qui & ipse postea Ann. D. 384. P. V. fuit.
* Romæ.
* que continentur, d. l. 11.
* quocunque titulo *l. 8. infr.* siue donata, siue aliter translata.
* *Ian.* in d. l. 11. Alretuturbi error.

COMMENTARIVS.

VALENTINIANI Senioris sex ordine constitutiones sequuntur: cuius præterea quatuor constitutiones aliæ super *Naviculariis* relatæ sunt supra *tit. de Navic.* putâ *lex* 10. 11. 12. 13. & Undecima insuper, *l. 2. infr. de naufragiis.* Ex quibus elucet, quanto studio, Naviculariorum Corpus sartum tectum Valentinianus Imp. seruare voluerit Annonæ Urbicæ consulturus: Ac nominatim REPARATIONE eius Corporis in se susceptâ, quod subinde debilitabatur, tum Immunitatibus perperam extortis: quod pertinet *d. lex* 11. *supr. de Navicular.* (quæ huic coniungenda est, seu vnus & eiusdem constitutionis pars,) tum translato in extraneos Naviculariorum patrimonio: Quod spectant sex huius tituli constitutiones. Et hæc nominatim, ad suggestionem

Symmachi P. V. cui hæc *lex* inscribitur: de quo Ammianus Marcellinus *lib. testis, quod eo instante Vrbs sacratissima otio COPIOSVE abundantius solito fructa sit: Copiis, id est annonæ.*

¶ Porro hæc *leg.* quæ NAVICVLARIORVM fauorem respicit, Valentinianus abscisè & simpliciter bona Naviculariorum in extraneos translata EVINCIT, REDDIT, atque ad Naviculariorum ius & proprietatem redire iubet, seu Naviculariorum Corpori ea restitui: Cùm tamen cæteris legibus, siue Constantini M. *l. 3. supr. de Navicular.* siue ipsiusmet Valentiniani: putâ, *l. 4. 5. 6. 7. infr. hoc tit.* item Theodosij M. *l. 19. & 20. supr. de Navicular.* & Honorij, *l. 8. 9. 10. hoc tit. & l. 27. 35. supr. de Navicular.* non ipsa bona retrahi abscisè, verum subalternatiuè ij, qui eâ possident,

M 3

possident, pro ratâ seu virili portione nauiculariam functionem agnoscere seu subire iubentur, nisi ea reddere malint. Et certè diserte idèdò Valentinianus Sen. l. 7. definit, interciperè con-

tractum emendi vendendique fas prohibere. Denique hæc quoque causa est, cur Tribonianus & hanc leg. abdicavit, prelatâ parte leg. 5. & l. 7. 8. infra.

III. * Idem AA. ad Musufilum" Vic. Afric.

ADVERSUS petitionem Nauiculariorum, de suo iure certantium, spatium non præscribat annorum. ¶ Etiam illis adsertionibus" remotis, quibus nonnulli amplexantur" quæ" Diuorum Principum consecuti fuere permittit. ¶ Sed & si est quidquam nauiculario iuri obnoxium, quod Domus" Nostræ proprietatem spectat, tolerare præcipimus Nauicularias functiones. Dat. Prid. Kalend. Aug. Vangionibus, "Valentin. & Val." AA. C O S S.

NOTÆ.

* Et hæc lex abest à Cod. Justin.

"Nullibi Musufili huius Vicarij Africæ præterea mentionem reperio.

"Ita interpungendus hic locus: non ut hæcenus: præscribat, annorum etiam.

"allegationibus.

"amplexantur ea quæ, id est, iis veclantur, séque defendunt.

"id est, ea quæ.

"ad domus nostræ.

"id est, Borbetomagi Vangionum: Hæc tempestate iam populorum seu regionum nomina, Metropolitibus iadita. Huius Municipij in Germania primâ meminit quoque Ammianus lib. 15. p. 59. & lib. 16. p. 65.

"99. 11. id est, Ann. D. 368. Neque enim Anno 365. mente Julio in Gallia substitit Valentinianus, verum Mediolani. Itaque ad Ann. 368. hæc lex referenda, quo sanè Valentinianus in Gallia constitit, primùm Treuiris, mox Vangionibus, inde Agrippinæ, tandem rursum Treuiris: vt docet Chronicon Theodos.

COMMENTARIUS.

EXCEPTIONES ITES, IN NAVICULARIORUM fauorem, quæ Nauiculariis suum, id est, personas Nauiculariorum, eorumque facultates reperentibus opponerentur, profligat hæc leg. Valentinianus Sen. REPARATIONI scilicet Corporis Nauiculariorum insistens, & sic anno-næ Urbis Romæ consulens. Primùm PRÆSCRIPTIONEM temporis Nauiculariis obesse non posse definit, quod & ipsum rursum idem statuit nominatim in vindicatione rerum ad Nauicularios pertinentium, l. 5. infra. (de quo plenius ad l. 9. 10. infra. hoc tit.) Secundò, neque IMMUNI-

TATEM à Principibus tributam quibusdam Nauiculariis prodesse: de quo l. 3. & 11. supra. de Nauicular. quæ postrema iungenda est legi 2. supra. Tertio, neque DOMVM Principis, si quid nauiculariæ functioni obnoxium habeat, à nauicularia functione excusari. Quod & ipsum rursum statuit d. l. 5. infra. Breuiter igitur, neque Temporis, neque Principalis rescripti, neque Domus Augustæ præscriptio, quidquam nauiculariæ functioni nocere debet. Vt cæteròquin hæc tria publicis commodis obsistere non solent, non debent.

IV. * Idem AA. ad Dracontium" Vic. Afric. Post alia.

NAVICULARIÆ facultates Nauiculario Corpori reddantur, si bona ritè retinentes subire eorum onera nolint, quorum possessione fruuntur: Cæterùm, si sponte cognoscunt" Nauiculariam functionem, sine exceptione potioris, vel cuiuscunque, bona ad se transmissa sine inquietudine possideant: cum pro rata ex parte debitæ fungantur officiis: &c. Dat. 14. Kal. Maij, Remis, "Lupicino & Iouino C O S S. [367.]

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Justin.

"Dracontio huic Vic. Africæ multæ aliæ constitutiones inscribuntur: v. Iod. pers.

"Cognoscere pro agnoscere.

"de hoc mox.

"Remis in Gallia hæc tempestate, hoc inquam Anno & superiore 366. Valentinianus Sen. constitit; quod præter alias plures constitutiones docet quoque Ammianus Marcellinus lib. 26. vid. Chronologiam nostram.

COMMENTARIUS.

POSSESSORVM, qui prædia quædam nauiculariæ functioni obnoxia possident, fauorem respicit hæc lex, pariter vt lex 7. infra. scilicet ALTERNATIVAM tribuit hæc leg. Valentinianus nauicularia bona possidentibus, vel ea reddendi, vel nauiculariam functionem subeundi. Nempe vt aliis fermè constitutionibus Nauiculariorum

Corpori Valentinianus consultum iuit, submotis exceptionibus, quæ Nauiculariis de suo iure certantibus à possessoribus opponi solebant, de quo ad leg. super. ita viceuersâ hæc leg. (pariter vt d. l. 7. infra.) ipsis POSSESSORIBVS bonorum nauiculariæ functioni obnoxiorum consultum it, aduersus nimietatem Nauiculariorum: & quidem

quidem duplicem: vel enim absceisè Bona illa Corpori suo reddi volebant, secuti legem ipsiusmet Valentiniani, putâ l. 2. supra. vel Potioribus ea retrahentibus addici, qui scilicet vel facultates maiores haberent, vel qui propius Nauicularium à quo bona profecta sunt, contingerent, alissive se in id ingerentibus. Verum Valentinianus Primùm (calcatâ leg. sua 2. supra.) Retinendi ea bona facultatem possessoribus tribuit, dummodò pro rata nauiculariam functionem subeant: Quod tralatitium hæc in re ius fuit etiam ante Valenti-

nianum, vt docuit lex Constantini M. putâ lex 3. supra. de Nauicul. & deinceps. Secundò, Retrahitum hæc in re potioribus denegat. Satis est scilicet & abundè, hæc in re dummodo Nauiculariæ functioni satisfiat, neque iusta possessio bona ritè retinentium inquietanda, per delicias Nauiculariorum vel aliorum: Deliciis vel inuidiæ hominum indulgendum non est. Vbi interim notandus est casus, quo Retrahitus improbat, vel certè potioribus sese offerentibus locus non datur, etsi fortè meliorem conditionem afferant, vel offerant.

V. * Idem" AA. ad Aurelianum PF. Ann.

EMPORTIBVS" præscriptionem in vindicatione" rerum ad Nauicularios pertinentium cognoscat Tua Granitas esse succifam. ¶ Domum etiam Mansuetudinis Nostræ in his quæ Nauiculario nomine obnoxia sunt, agnoscere præcipimus debitam functionem. Dat. 11. Kalend. Octobr. Lupicino, & Iouino C O S S. [367.]

NOTÆ.

* Abest principium huius leg. à Cod. Inst. causam mox dicam.

"99. Imppp. VALENTINIANVS, Valens, & Gratianus: iam enim ante mensẽ, putâ 9. Kal. Sept. Gratianus Augustus à patre Ambianis in Gallia creatus fuerat: vid. Chron. Theod.

"Ferri possit: malum tamen, Temporis.

"vindicatio: vid. & l. prox.

* Lex 1. Cod. Inst. eod. tit. hinc desumpta est, rescatâ priore huius leg. sententiâ.

COMMENTARIUS.

IN NAVICULARIORVM fauore EXCEPTIONES seu Præscriptiones duas rursum (pariter vt l. 3. supra.) quæ Nauiculariis suum vindicantibus opponerentur, profligat hæc leg. Valentinianus Sen. Primò Temporis præscriptionem: pariter vt d. l. 3. supra. Quam tamen & Honorius Imp. postea quadamtenus admittit, l. 9. & 10. & Tribonianus proculdubiò admitti voluit, abdicatâ penitus l. 3. supra. & rescisâ priore huius

leg. sententiâ. Secundò, & Domum Principis, quid nauiculariæ functioni obnoxium possidentem, nauiculariam functionem agnoscere iubet: pariter vt d. l. 3. supra. vbi plura. ¶ Interim ex huius leg. inscriptione collata cum ipsâ leg. discimus apertè sub Præfecti annonæ dispositione fuisse Nauicularios: quod etiam docet lex 1. h. t. lex 2. 3. 12. 36. 38. supra. de Nauicul. l. unio. supra. de his qui ven. atar. l. 2. de naufragiis.

VI. * Imppp. VALENTINIANVS, Valens & Gratianus AAA. ad Prouinciales Afros.

VNDI omnes, ad Nauiculariorum dominium pertinentes, & ad aliorum iura translati, Fisco, vel Reipublicæ, vel Nauiculario, vel quolibet alio, distrahente, siue donante, vel ad filios, vel propinquos, vel extraneos transferente, etsi ad Nauicularios" translati sint, reddantur dominis, actione in rem, & persecutione concessâ: nisi maluerint hi, ad quos res peruenerint, onus agnoscere, cui erat ille obnoxius, cuius nomine vindicatio" competit euectionis, ac melioratæ" rei, perceptorumque fructuum inspectione" habita: &c. Dat. 11. Id. April. Triu. Modesto & Arintheo C O S S. [372.]

NOTÆ.

Abest & hæc lex à Cod. Justin.

"99. Republicâ.

"alios scilicet.

"vicitur hæc ipsâ voce lex 5. supra. vindicias vocat lex 2. supra. de Nauicul. actionem in rem sup. hæc ipsâ leg.

"id est, euectionis? dicam mox.

"vide & l. prox. 7.

"estimatione habitâ, comparatione factâ.

COMMENTARIUS.

NAVICULARIORVM fauorem respicit hæc lex. Scilicet de EVICTIONE seu de REDDENDIS bonis nauiculariæ functioni obnoxii, & hoc Valentiniani Sen. editum ad Pro-

uinciales Afros emissum, quo tamen alternatiuam rursum tribuit Nauiculariorum bona possidentibus; vel oneris inquam Nauicularij agnoscendi, vel ea bona Nauiculariis necessariò reddendi. De quo

quo posteriore, de euictione inquam bonorum potissimum hic agitur. Nempe quia rari iam erant, qui vltro vellent omnes Nauicularium agnoscere, idè de euictione, seu de bonorum restitutione accuratius & distinctius cautum, hoc Edicto: *Edicto*, inquam, ad Prouinciales Africæ missò: quorum multi huiusmodi bona possidebant: Itaque monitorio hoc Edicto conuerti iussique omnes ea bona reddere, & Euictioni parere sub diuersis Ampliationibus.

Primo, quocumque tandem distrahente ea accepissent: non tantum si quolibet alio, aut Nauiculario, verum etiam si Fisco aut Republ. distrahente: Nempe subhastati sorte (vt loquitur *lex 9. infr.*) seu contractu publico *d. l. 9.* sepè huiusmodi bona vendebantur: Et tamen vt *hæc leg.* à Valentiniano, ita & *d. l. 9.* ab Honorio reuocari ea ad nauiculariam functionem iubentur, aduersus fidem hasta. Qui casus addendus est aliis nouulis, quibus fides hasta rescinditur, neque securus est qui rem sub hasta, vel subhastati sorte quaesit; denique res euincitur.

Secunda ampliatio. In quocumque ea translata sint, non tantum si in extraneum, verum etiam

si ad filios, vel propinquos, imò et si ad alios Nauicularios: Nempe cuiusque Nauicularij ab antiquo nexi facultates melius vtilius conseruari visa.

Tertia ampliatio. Dominis seu Nauiculariis ipsis ad hanc euictionem, seu ad hæc bona vindicanda tribuit actionem in rem, vindicationem & persecutionem: & propriè quoque *persecutionem*: quia *persecutionis* verbo, extraordinaria actio continetur, quæ non habet iuris ordinarij executionem: *l. 178. §. actionis, .π. de verb. sign.* Sic & fideicommissi persecutio, *l. 7. supr. de testam.* Et hæc de tribus Ampliationibus.

Sequuntur duæ *Limitationes*. Prima, de qua *suprà* iam. Altera est, quòd modum huic restitutioni istum addit: nempe vt Euictionis, (sic enim restituo) ac melioratæ rei, perceptorumque fructuum inspectio habeatur, id est, ita pretium reddatur, vt simul habeatur ratio incommodi, euictionis, emponematum seu meliorationis compensatione factâ pro modo perceptorum fructuum: quæ omnium huiusmodi Euictionis lex est, ac nominatim etiam euictis prædiis Curialium, *l. 2. de præd. & mancip. Curial.*

VII. * Idem AA." Achiloni Proc. Afric.



In his quæ Nauicularij vendunt (quoniam interciperè contractum emendi vendendique fas prohibet) emptor nauicularij functionem pro modo portionis comparatæ subeat. Res enim oneri addicta est, non persona mercantis. Neque Nauicularium ilicè iubemus fieri eum, qui aliquid comparauit, sed eam partem quæ empta est, pro suo modo ac ratione, esse munificam. Nec enim totum patrimonium ad functionem Nauicularij muneris occupandum erit, quod habuerit, qui rei exiguæ mercator accessit, sed illa portio, quæ ab initio Nauicularij fuit, ad pensionem huius functionis sola tenenda est: residuo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum est, otioso & inuani seruando. Domo verò, quarum cultu decus vrbium potius, quam fructus acquiritur, vbi à Nauiculariis veneunt, pro tanto modo ad hanc pensionem obligari placet, quantum habebant emolumentum, cum pecuniam mutarentur. Vbi verò spatia loci & exiguitas nullam habuit pensionem, aut extructio, cuius est ardua difficilisque molitio, aut decus sumptuosum, aut (vt est plerumque liberale institutum) habitationem quis suam ornamento vrbis adiecit, nolumus munificiam, quæ postea addita est, improbam licitationem æstimationis excipere, sed vetusta potius loci specie & pensio cogitetur, quam cultus hodiernus, qui per industriam hominis animosi accessit. Dat. III. Non. Aug. Post. conf. Gratiani A. III. & Equit. v. c. [175.]

NOTÆ.

- * *l. 2. Cod. eod. tit.*
 ** *pp. diuulsis literis, Idem A.A.A.* (puta Valentinianus, Valens & Gratianus) *Chiloni*: Quod postremum neque Tribonianus videre potuit, qui tamen rectè viderat, trium Augustorum nomina huic leg. inscribenda: *Idem*, inquit, *Act. & Gratianus A.* Porro *Chilo* hic idem est, cui hoc ipso Anno inscribitur *lex 16. supr. de Susceptorib.* Et qui superiore Anno Vic. Afric. dicitur *l. vltim. supr. de excusat. artificum.* Chilonis ex-Vicario mentio fit apud Ammianum *in initio lib. 28. p. 383.*
 ** *Intercipere*, & interdicerè, annullare, prohibere. Rei scilicet obligatæ & obnoxia non est prohibita alienatio, sed res transit cum onere suo.
 ** id est, obligata.
 ** *Mercatoris*, Cod. Iust. vt *infr. mercator.*
 ** *Abest à Cod. Iust. malè.*
 ** *Munificiam*, id est, muneri & functioni nauiculariæ obnoxiam: vid. *Gloss. Theod.*
 ** *Nauiculariam*, Cod. Iust.
 ** *huiusmodi*: pro immuni à publicâ functione.
 ** emptorem scilicet.
 ** *Emolumentum* domus, pro pensione, quæ ex domo colligitur seu colligi potest.
 ** *cum pecunia mutarentur*: ita *Cod. Iust.* passim Cujacius, *cum pecunia mutarentur*. An, *cum pecuniam mutarentur*, actiue Nauicularij scilicet? *Mutari* est, non ex contractu speciali (quod *Mutuum* vocatur) quid accipere, verum quid *mutuo & iniucem accipere*: Quod etiam fit in venditione, vbi pro re seu merce pecunia mutuo & iniucem accipitur. Quod *Glossa* vidit. An *pecunia mutarentur*, id est, locarentur?
 ** *Spatium C. Iust.* est in aliis etiam *spatiis*, vt docet Lucas de Penna.
 ** *Cum venderetur*. aut post emptionem.
 ** *Molitio, supras* de edificio: vid. *Gloss. Theod.*

emptor

emptor scilicet.
 ** *Institutum, xxi. de edificio* instituto: vid. & *l. 1. supr. de excusat. artificum.*
 ** & *magnificentiam.* id est, sustinere.
 ** *Species*: vt *Cod. Iust.*
 ** *Amositas* in operibus & edificiis excolendis: vid. & *l. 46. infr. de operibus publicis* Sic & Symmachus; *lib. 5. epist. 59.* *Mulum rebus omnibus additurus, quas ciuium voluptati animoso impendio pararamus*: in voluptatibus scilicet publicis exhibendis. Alioquin & amositas in licitationibus, *l. 36. §. 1. v. mandari.* vide plura in *Gloss. Theod.*

COMMENTARIVS.

POSSESSORVM, & Emptorum, qui bona quædam, seu prædia nauiculariæ functioni obnoxia possident, fauorem & securitatem respicit hæc pulcherrima, & prædicabilis, omniumque maximè in hac materia, distincta & expressa Valentiniani Sen. constitutio, quam idè Tribonianus spretis aliis in *Codicem suum* retulit: Aduersus nimietatem Nauiculariorum, imò & Iudicium fortè quorundam, plus æquo huiusmodi possessores inquietantium, & vltra modum conuenientem.

Prima nimietas hæc erat, quæ hic obiter perstringitur, (& cui contrarium sequentibus *huius leg.* sententiis præstruitur) quòd etiam absolute intercipi huiusmodi venditionem vellent, id est, interdici, atque adè absolute res nauiculariæ functioni obnoxias ad Nauicularium redire oportere intendebant, vt cæterokin multa sunt quorum emptione venditione interdicitum est. Et sanè id ita à Valentiniano ipsomet in hac specie aliquando constitutum fuisse suadet eius *lex 2. supr.* At enim contra nunc definitur. *Quoniam*, inquit, *intercipere contractum emendi vendendique fas prohibet.* Nefas est scilicet cuiquam suæ rei commercio interdici, si modò aliunde consultum publicæ vtilitati esse possit: vt hoc casu esse potest, mediis quæ hoc titulo, & hæc leg. nominatim proponuntur. Sic etiam, est *l. dudum, supr. de contrab. empt.* cuique liceat emptorem quærere, attamen motibus inductum est, in proximorum fauorem ius Retractus gentilitij.

Secunda nimietas hæc erat, (præsupposito iam illo quod dixi, nempe quòd Nauiculariis prædia sua alienare posset, sed cum onere suo,) quòd huiusmodi prædiorum emptorem seu possessorem ipsum, omniâque eius bona in totum nauiculariæ functioni obnoxia esse vellent, etiam ea quæ ipse de suo haberet: imò & per hoc ipsum, Nauicularium eum prius fieri oportere contendebant: Verum definit *hæc leg.* Valentinianus, eum, non nisi pro ratâ bonorum nauiculariæ functioni obnoxiorum à se quaesitorum, ad pensionem functionis nauiculariæ teneri, neque ipsum Nauicularium cum omnibus suis bonis fieri. Quod & ipsum constituitur *l. 4. supr. & l. 8. infr. & l. 3. 27. supr. de Nauicul.* Et rationem reddit: *Quia res oneri addicta est, non persona mercantis.* Vnde iam secundum axioma ex *hæc leg.* conficiatur: Quod res quantumlibet obnoxia alicui oneri ab aliquo empta sit, attamen neque personam emptoris id afficiat; neque vltra modum ipsius rei emptor teneatur.

Tertia nimietas erat circa æstimationem & proportionem, pro quâ videlicet emptores huiusmodi prædiorum ad nauiculariam functionem tenebantur: idque duplici ratione; Nempe Domo (nam de his hic agitur) æstimari volebant pro æstimatione pretij quo empta fuisset, non pro modo pensionis: item æstimari volebant, pro decore postea adiecto, cultuque hodierno, qui per industriam emptoris & hominis animosi accessisset. Id quod vtrumque *hæc leg.* inhiberit: iubeturque adè primùm ea æstimatio iniri seu

Tom. V.

modus præstari pro modo pensionis, non verò pro modo pretij dari: hæc ratione, quia & in commune, quod hic dicitur, *domorum cultu decus vrbium potius quam fructus adquiruntur.* Domus scilicet seu prædia vrbana in ornatu magis quam fructu consistunt. Quare axioma istud hinc conficiatur: Res, & quidem prædia vrbana, æstimanda non secundum valorem, sed secundum eorum redditum: quam in rem quoad censum, & tributorum rationem attinet, vid. quæ Ioan. Philippus *in prædiorum nostrorum munerum summa, num. 94. & 95.* Secundò definit Valentinianus Sen. quomodo hæc æstimatio ineunda sit, scilicet pro ratione temporis quo domus comparata fuit, non verò præsentis: quia iniucem foret *exstructionis arduam difficilisque molitionem, aut decus sumptuosum, vel liberale institutum & munificentiam quæ postea addita est, habitationem suam ornamento vrbis adiciens & industriam hominis animosi improbam licitationem æstimationis excipere*; vt hæc omnia eleganter hic dicta occurrunt. Satis scilicet ipso sumptu nouus emptor grauatur: Resque publica satis habet, quo emptoris liberalitati, munificentia, & industriae gratias habeat, quàm vt domus ita culta *improbam* insuper licitationem æstimationis exciperet: id est, eo plus in præiudicium eius æstimetur taxatione. Denique *vetusta potius loci seu Domo species & pensio cogitanda venit, quam cultus hodiernus*: Vno verbo tempus modusque pensionis, tempore contractus & emptionis domus nauiculariæ functioni obnoxia hic attendendus, neque vterius emptor prægrauandus venit. Quæ omnia singularia admodum sunt, mentique tenenda, si quando de æstimatione rerum agatur, deque oneribus & collectis publicis sustinendis rei alicuius comparatæ nomine: Tertiumque adè axioma hoc teneatur: Quod valor rei & quidem Domo alicui oneri vel functioni obligatæ, si in alium transferatur, colligatur & attendatur secundum æstimationem & fructum, quæ erant tempore contractus seu alienationis, non pro modo qui postea accessit extrinsecus ex liberalli instituto noui emptoris, munificentiaque & industria eius, seu pro modo cultus vel meliorationis extrinsecæ. Quod quidem Doctores & Interpretes extendunt ad res Minorum comparatas: de quo ad aliquid facit *lex 39. §. 1. de minorib.* Extendunt seu applicant ad fundos Vasallorum & rusticorum comparatos. Ponunt & exemplum in Prælati Ecclesiæ, qui cum res modici pretij alienarunt, postea videntes rem pretiosorem factam, dicunt Ecclesiam deceptam, & volunt renocare. Quod non possunt argumento quoque *huius leg.* Sic sanè & in Euictione non augetur quantitas euictionis, si res melior fuerit effecta, *l. 64. in fine pr. .π. de euictionib.*

Ad hanc verò æquitatem pertinent quoque (et si alia in re) duæ singulares constitutiones, quæ ad æram nostram fermè pertinent. Prima est eiusdem Valentiniani *lex 2. Cod. de fundis rei priuata emptis*, quæ in *hoc Codice* quoque olim fuerat; quæ cauetur, quod vnaquæque villa cum eo onere vel forma, cui nunc habetur obnoxia, ad noui dominij

N

iura

iura migrabit, ut si quid adiecerit sumptus cura vel SOLERTIA, quicquid mancipiorum vel pecoris ACCREVERIT; capitacionis aut canonis augmenta non patiat, sed solis dominis hereditibusque dominorum sit cessura FELICITAS. Secunda est, *lex penult. Cod. de omni agro deserto*, in specie de sterilibus fundis sub certi canonis præstatione susceptis ab aliquibus: ubi definitur, nullam eos descriptionem siue ADIECTIONEM aut innoationem in posterum sustinere: quoniam nimis absurdum eos, qui nobis hortantibus fundos inopes atque egenos magno LABORE impenso, aut exhausto patrimonio vix fortè MELIORARE potuerunt, vtopote deceptos, inopinatum onus suscipere, illudque velut quadam circumventionem deponi, quod si se daturus præscissent, fundos minimè suscipere, aut etiam COLERE paterentur. Addatur & tertia, ex Theodosij *Novella*, cuius pars est, *lex ultim. Cod. de alluvionibus*, ubi pariter definitur, si sumptibus possessorum ad frugum fertilitatem translata sint paludes, vel pascua, quasi fertilia censeri, vel functiones-exigi non oportere, ne dolcant DI-

LIGENTES operam suam agri dedisse CIVITURÆ, nec diligentiam suam sibi damnosam intelligant. Ad eandem inquam aequitatem pertinent quoque *hæ leges*, etsi in dispari specie: unde iam axioma illud conficiatur, cum de canone vel onere aliquo agitur: siue ea res postea ab eo qui functioni illi obnoxius erat vendita fuerit, siue ea lege & spe relicta, æstimationem eius temporis semper incundam, quo res vendita, relictaque fuit, non pro modo augmenti seu meliorationis quæ induitriâ emptoris, vel possessoris accessit. Idemque est extra functiones publicas, & circa venditionem, inve solutum dationem: *industria enim & eventus venditori prodesse non debet, sed emptori*, ut eleganter loquitur *lex penult. Cod. de solutionibus*. Hinc & retrò, si in *sp. legis nostræ*, fundi ipsi euincantur & reddantur Nauiculariis, melioratæ rei inspectio habenda est: ut idem Valentinianus definit *l. 6. supr.* Ab hæc verò specie diuersa est illa, vtrum Canon augetur, aucto per alluvionem prædij: de quo v. præter alios tertium SC. tum apud D. de l'Estang.

VIII. * Imp. Arcad. & Honor. AA. Messala PP. P."



I qui fundos nauiculariæ functioni adscriptos à Nauiculariis acceperunt, quolibet ad se titulo transeuntes, secundum agri opinionem, quæ anti-quiùs habetur adscripta, nauiculariam functionem suscipere cogantur: Neque eas conditiones sibi æstiment, profuturas, quas venditor minùs idoneus in se receperit, inpositæ mentis arbitrio. Hæc tamen ratione seruata, ut si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiam auctores transcribi prædij teneantur obnoxij: Sitque hoc in promptu, ut damnis fiscalibus primitus ab idoneis consulatur: &c. Dat. xi v. Kalend. Mart. Med. Theodoro v. c. c o s s. [399.]

NOTÆ.

* *Lex ult. Cod. Inst. eod. tit.* Iungenda autem illi *lex 28. supr. de Nauicular.* Italica. *Opinio agri*, est census, censuralis Professio & æstimatio agri hæc *leg.* Eodem sensu *l. ult. Cod. de collat. fund. fiscal.* *Ut omnes species annuaris, curstaciones etiam debitas, atque integram opinionem sciatur esse solvendam.* In Glossis: *Opinio*, *ἡ γνώμη*, *ἡ ἀπόψη*, *ἡ ὁμοθυμία*. Et inde fortè *opinatio* nomen, qui est *ἡ ἀπόψη τῆς γνώμης ἡ ἀπόψη τῆς γνώμης*. *existiment*, Cod. Inst. *recepit*, Cod. Inst. *imponens arbitrio*, ita in Cod. Inst. nonnullis. At in veteribus, *impositus ementi arbitrio*. Quod probat Cujacius, & omninò probum est. *passione*, Cod. Inst. malè. *Eadem voce in eadem re vitur lex 9. supr. de Nauicul.* *Quæ sequuntur*, d. l. 28.

COMMENTARIUS.

HONORII Imp. tres constitutiones sequuntur, super prædiis & possessoribus prædiorum nauiculariæ functioni obnoxiorum, quibus addendæ sunt duæ eiusdem; putà *lex 27. 35. supr. tit. de Nauiculariis*. Ad id sanè argumentum pertinent & THEODOSII M. duæ constitutiones putà *lex 19. 20. supr. de Nauicul.* cuius Imp. nulla constitutio in hunc titulum coniecta est. Hæc NAVICULARIORVM corporis fauorem respicit, & ut damnis fiscalibus consulatur, ut *sine leg.* dicitur. Nempe reparationi rei nauiculariæ prouisurus Honorius Imp. hoc Ann. D. 399. & sic annonæ vrbicæ consulatur, constitutione suâ ad Messalam PP. Italia emissa duplior remedio consulere in animum induxit: quorum posterius continetur *l. 28. supr. de Nauicul.* quæ proinde huic coniungenda est, iussis Nauiculariis, debita capacitatis naues ædificare: prior continetur *hæc leg.* quâ indemnitati fisci seu annonæ vrbicæ consulitur, definitis personis quæ alienatis à Nauiculariis prædiis

conueniri possent, aduersus fraudulentas siue conuentiones siue alienationes. Gemina scilicet fraus in huiusmodi alienationibus sæpè intercedebar: Prior, quod emptor hæc conditione emeret prædium à Nauiculario, ut Nauicularius venditor, iam minus idoneus nauiculariæ functionis onus in se reciperet: Altera, quod viceversa sæpè emptor minus idoneus esset. Igitur Honorius neutrum damno fisci cedere vult. Nam & conuentionem illam prodesse vetat, & pro nullâ habet, ut cæteroque etiam sine censu fundus comparari non potest: de quo *tit. supr. & C. Inst. sine censu vel reliquis*: neque idem fundus sine colonis *l. 3. infr. de censu: l. 14. 26. supr. de annonâ & trib. vel coloni, sine censu: l. 2. supr. sine censu*: ac proinde emptorem idoneum conueniri posse. Viceversa, si non idoneus sit emptor, venditorem idoneum teneri vult: Denique vult hoc esse in promptu, id est, hoc vnice spectandum esse, ut damnis fiscalibus primitus, quamprimum ab idoneis consulatur.

IX. * Imp. Honor. & Theod. AA. Sebastio Com. Post alia.




NAVALEM hæresim in omnibus volumus custodiri: ut vsque ante viginti annos quæcunque possessiones subhastariæ forte distractæ sunt, & propter contractum publicum nauali fuerant hæresi separata, si huic oneri antè eas subiactiussè constiterit, rursus ad debitam functionem teneantur obnoxij: &c. Dat. Prid. Id. Maij, Rau. Honor. xi. & Constantio i. c o s s. [417.]

NOTÆ.

* *Abeft hæc lex à Cod. Instim.* velut temporaria. Iungenda huic *lex 13. supr. de Senatoribus*: & *l. 14. 15. 16. infr. de censitoribus*. Vnde desumpta *lex 15. Cod. Inst. de omni agro deserto*. quæ die & Coss. carcer. Imò & *lex 7. seu ult. supr. de locat. fundorum*, etsi Vrsacio Comiti R. P. inscribatur. *Dicitur lex 7. inscribitur Vrsacio Com. R. P.* nempe quia caput illud prolixioris constitutionis ad Com. R. P. officium pertinet, vtopote agens de locatione fundorum iuris emphyt. & reuocatione eorum. *Primi ordinis*, hoc additum *d. l. 14. 15. 16. infr. de censitorib.* *Hæresis, aipovis*, naualis hæc *leg. bis*, & *l. prox. ult.* est conditio naualis. Inde & fortè hæresitæ, *l. 14. de Nauicul.* *& per omnia.* *Ita & d. l. 16. illa quæ ante viginti retrò annos*: & ræsum mox. *71. Subhastaria forte.* *Ita quoque d. l. 13. & d. l. 7. At d. l. 14. 15. 16. Maij.*

COMMENTARIUS.



NAVICULARIÆ functionis fauorem enixum respicit hæc Honorij constitutio, quâ præcisè REVOCARI iubet eas possessiones omnes quæ nauali hæresi, seu functioni, olim obnoxij erant: intra viginti annos distractas, vsque ante viginti annos, id est, intra 20. annos: Quomodo pariter & *l. ult. infr. de censitorib.* (quæ huic inter alias mox ut ostendam coniungenda est) inspectioni seu peræquationi, de qua, *ea leg. & d. leg. 13. supr. de Senatorib. seu d. leg. 15. Cod. de omni agro deserto*: idem terminus ponitur, iisdem verbis ante viginti retrò annos. Ante viginti annos, id est, intra viginti retrò annos: Quomodo in comparatione dierum, *Ante diem pridie Kal. Non. vel Id.* Ergo vicennalis præscriptio hæc l. admittitur: cum tamen simpliciter temporis præscriptio submoueat in hæc re, *l. 3. & 5. supr.* & quinquagenaria tantum admittatur in *sp. l. ultim. infr.* verum speciale istud est in specie huius *leg.* ubi agitur de prædiis Nauiculariorum sub hasta, vel ut loquitur *lex*, subhastariâ forte distractis: Nempe & cæteroque qui à fisco quid emit, citius securus est, de quo monent vel *Institutiones nostræ*: propter contractum publicum, ait *hæc lex*: scilicet maior fides contractus publici seu subhastationis esse debet quam priuati contractus.

faciendam sterilium cum optimis, denique ad æquandas publicas functiones: ut docent quinque aliæ *leges*, ex iisdem Mandatis desumptæ, huic proinde omnes coniungendæ: putà *lex 13. supr. de Senatoribus & Globali collat. l. 4. 15. 16. infr. de Censitorib.* Imò & *l. 7. seu ult. supr. de locat. fundorum*. Quarum quidem publicarum functionum numero fuit naualis hæresis seu functio, & verò omnium maximè Reipubl. annonæ, inquam, vrbicæ vtilis. Quare Honorius inter cætera mandata quibus missum à se generalem illum inspectorem & peræquatorem instruendum credidit, etiam de prædiis Nauiculariorum mouendum, cum maximè duxit hæc *leg. & l. 13. de Senatorib. & glob. collat. & d. l. 15. Cod. de omni agro deserto*: quid videlicet hæc parte agendum haberet: nempe generaliter primùm, ut naualem hæresim in omnibus custodiret, id est, ut eius potissimum & semper rationem haberet. Quare si nauiculariæ functioni obnoxium prædium desertum, optimo iungeret per *imponit*, ut eam emendat faceret semper, salua functione nauali: à cæteris tamen functionibus immunem: quæ sententia est posterioris partis *d. legis 13. supr. de Senatoribus & Globali collat.* quæ inelius huic relata fuisset, & huic *leg.* coherisset; relata verò est in *dist. l. 15. Cod. de omni agro deserto*. Item; ut prædiâ nauicularia distracta, ad nauiculariam functionem retraheret, si intra xx. annos sub hasta distracta fuissent: quæ huius *leg.* sententia est.

¶ Et hæc quidem ita hæc *leg.* Honorius; quæ pars est Formulæ seu Mandatorum datorum Sebastio Com. ordinis primi Peræquatori missi in Prouinciam (Africam scilicet) ad inspicienda, peræquanda prædiâ, ad adiectionem seu emendat

X. * Idem AA. Proculo PP. P."




I quod Prædium, in quolibet Africani cespitis loco, per quinquaginta annorum curricula ad naualem functionem nulla sollicitudo reuocabit, nec pulsatum aliquando intra designatam annorum seriem super hæc parte constiterit, ac prædictæ annofratis cursum sine vlla naualis hæresis connectione transcenderit, nullis patimur sollicitudinibus agitari. Illud quoque penitus abolendum esse censemus, ut quem non Persona alicuius super nauiculariâ functione probamenta confutarant, nulla chartarum post quinquaginta annorum seriem molestia re diuini conueniat. Dat. xv. Kalend. Iun. Rau. Asclepiodoro & Mariniano c o s s. [423.]

* Absit hac lex à Cod. Iust.
 "Proculus, PP. Sub Honorio Italiae scilicet, in qua Praefectura, Africa.
 "Ceipes. "pro reuocant.
 "Pulsatum, id est conuentum: vid. Gloss.
 "Anonias, hac leg. & l. 113. sup. de Decurionib. v. Gloss. ita & annofa militia, l. 16. sup. de Agentibus in reb.
 "Haresis, id est, functio hoc tit. & l. super. prox. 9.
 "Tolerari forte possit: sed malim ego conuentione, id est reuocatione, pulsatione.
 "probamentum, pro probatione.
 "ye. confutarunt, conuicere: Ita & l. unic. sup. de quadrim. breuib. & l. 1. sup. de Superexact.
 "ye. redimunt: vid. Gloss. Theod.

COMMENTARIVS.

PRÆSCRIPTIONE quinquagenaria, seu quinquaginta annorum, à nauicularia functione, & prædia & personas defendi deinceps definit hac elegantissima leg. Honorius, Abolito antiquo iure, quo ne præscriptioni quidem huic locus erat. De prædiis sanè testis lex 3. & 5. sup. (excepto casu l. 9. sup.) De personis, non est alia lex expressa: hæc hanc ad rem singularis est, cuius pars hæc posterior melius relata fuisset in titulum de Nauiculariis. ¶ Potrò quinquagenaria isti præscriptioni locus est, si videlicet nulla fuerit mota controuersia prædio aut personæ super nauicularia functione intra quinquaginta annos. ¶ Interim hinc quoque apparet de processu & vsu præscriptionum in Imperio Romano, quibus sanè vt lancinari id cepit, atque in præceps ruere, magis magisque locus factus est.

Vnde etiam à Theodosio Iun. huius Honorij nostri collega, Anno proxim. 324, triennalis præscriptio peremptoria inuenta l. unic. sup. de actionib. certo temp. finendis: eaque mox in maius à Valentiniano III. aucta Nouella Valent. de præscript. 30. annorum. Et sanè quò pacatiora sunt tempora, eò præscriptionibus minor locus esse debet: quò Mors, quò Mars magis coniuuratus, eò maior etiam: Quò etiam pertinet decennalis præscriptio ab hoc eodem Honorio nostro inducta ante quinquennium in sp. l. 6. sup. de testamentis: vbi ratio quæ additur, notanda est. Neque tantum in causis priuatis, verum etiam in publicis, quò pertinet hac lex. ¶ Hanc interim quinquaginta annorum præscriptionem addi deinceps velim iis, quæ cumulât Eultharius, Cujacius, alij lib. & l. 1. de tempor. præscript.



DE NAVIBVS NON EXCVSANDIS.
 TITVLVS VII.
 XI. COD. IVST. IV.

"Priuatorum. "ab Angariis, seu ab onere transuentionis publicæ: & quidem, non Potentiorum patrociniò, legibus huius tit. non priuilegio vllò: quò pertinet Nouella Theodosij 15. de nauib. vltra duorum mill. capacitatem non excusandis: vnde desumpta est lex 2. Cod. eodem tit. & Valentiniani inter Theodos. 38. vers. Priuatorum naues.

I. * Imp. ARCAD. & HONOR. AA. EUTYCHIANO PP. P."



VNCTIS per Ægyptum intinetur, viginti librarum auri multæ esse subdendos eos, qui naues, suo nomine vel defensione, à transuentionibus publicis excusare temptauerint: Publicâ iacturâ nauium quoque dominis ferendis, qui neglectis necessitatibus publicis, potiorum voluerunt patrociniis excusare. Dat. Prid. Id. Mart. Constp. Theodoro v. c. c o s s. [399.]

NOTÆ.

* Iungenda huic lex 4. sup. de patrociniis vicor. emendato alterutroque dic.
 "Eutyechianus PP. sub Arcadio, Orientis scilicet, vid. Profopogr.
 "cuiuscunque dignitatis. "significetur. v. Gloss.
 "potiores inf. fin. l. seu potentiores: de quibus mox.
 "Subuentionibus, l. 2. inf. annonæ scilicet ex Ægypto, Constantinopolim.
 "id est, confiscatione. "subuentione annonæ.
 "an excusari? Nil mutandum: sic etiam supra: excusare, naues scilicet.
 "Pl. Id. d. l. 1. facili transitu vnius ad alterum Prid. & Pl. Id.

ARCADII & HONORII duæ tantum Constitutiones hoc titulo occurrunt in argumento, de Nauibus, priuatorum scilicet, non excusandis à transuentione annonæ. Quibus addendæ sunt præterea duæ Nouellæ: vna Theodosij 15. de Nauibus, vltra duorum millium capacitatem non excusan. & Valentiniani II. inter Theodos. 38. de Nauiculariis amictis [vrbicis] vers. priuat. naues. Nempe et si Nauiculariorum corpora certa statatque essent, qui species publicas, veluti annonam, transueherent, subueherent, more solenni: de quo tit. de nauicul. sup. & tit. de præd. nauicul. Attamen extra ordinem, vel urgente necessitate aliquâ publicâ, vel non sufficiente Nauiculariorum numero, etiam priuati naues suas huic rei commodare tenebantur, ac proinde naues eorum angariari in id poterant, ad felicem videlicet embolam seu ad transuehendam fortè annonam publicam. Vt necessarium, inquit Valentin. d. Nou. 38. corpus saluberrimo provisionis auxilio subleuauim, denotionem solitam redintegratis vrbibus possit agnoscere. Quomodo etiam si collegiati numero impares essent à priuatis nonnullis ad prosecutionem rerum fiscalium operæ exigebatur: vt docet titulus sup. lib. 11. ne opera à collatoribus exig.) ¶ Angariari inquam, qua voce vtriusque differit Vlpianus lib. 4. de offic. Procons. (quo egerat de muneribus publicis) de nauibus pariter non excusandis agens, lege penult. §. 1. de Veteranis, vbi ex rescripto quodam refert, etiam Veteranorum naues angariari posse. Ita Gregorius PP. 8. Epistol. 64. Nauem ab omni angaria vel onere exuere excusareque festines, ac si specialiter nostra sit. Quod ita mox explicat: Ita se in iunione supradictæ nauis impendat, vt se illic posito, nullam moram vel impedimentum ab aliquo valeat sustinere. Ergo Angariare, est moram & impedimentum iniicere: Neque tamen nudam moram & impedimentum, verum simul ad onus aliquod eas adstringendo. Quo sensu etiam accipienda Libanij oratio ad Ægyptos, aduersus Angarias, id est, aduersus eum prauum morem, quo Agricola in vrbem comteantes, mox in agrum redituri à Magistratibus detinebantur, ruderis egerendi causâ, asinque eorum & muli in id vsurpabantur. Quæ quidem de Angariandi voce hanc ad rem nauiculariam, seu Nauium Angarias sufficiant: cætera enim plenè suo titulo sup. de cursu publico, Angariis: &c. ¶ Igitur Angariari poterant priuatorum naues ad publicarum specierum transuentionem. Sic vt nemo ab his Angariis excusaretur. Quod satis ostendit vel huius tituli Rubrica de nauibus non excusandis: &

verò id nominatim dicitur l. prox. omnes videlicet in commune vtilitatibus publicis obedire, & subuectionem sine dignitatis priuilegio celebrare oportere: eodemque pertinet Nouella Theodosij, de nauibus non excus. 15. sic quidem etiam vt ne Veteranorum quidem naues excusarentur, quod Vlpianus d. l. penult. refert. ¶ Et tamen potentiorum, seu potentiorum patrociniò naues suas ab his Angariis excusare nonnulli conati, in fraudem functionum publicarum: Quomodo & ad alia similia patrociniis fraudandorum tributorum causâ alij confugiebant, ac nominatim Rusticant de quo tit. de patrociniis vicorum: supra; & Libanij oratio ad Ægyptos. ¶ Igitur naues suas diuersorum nominibus & titulis tuebantur, vt docet l. 2. prox. Vt de his titulis & nominibus nil dicam, patrociniis nominatim hæc per Ægyptum inualuerant, vt non tantum de patrociniis rusticorum docet d. tit. de patrociniis vicor. verum etiam de his Nauium patrociniis docet hæc lex 1. Nempe in fraudem annonæ Vrbis Constantinopolitanae, ex Ægypto transuehendæ. Cui quidem vtrique patrociniis generi Arcadius cõstitutione suâ occurrere voluit: cuius partes duæ superant: nempe hæc lex, & lex 4. eo tit. de patrociniis vicor. quæ proinde huic coniungenda venit, velut vnius & eiusdem constitutionis pars: & quidem etiam argumento conueniens: sicut hæc patrociniis nauium occurrat, illa verò patrociniis rusticorum, quæ in fraudem illationis rei tributaria vsurpabantur: sicut hæc in fraudem translationis seu transuentionis.

¶ Interim ex eâ quoque leg. dici potest, quoniam per Potiores patrociniis præbentes hæc leg. intelligendi sint, nempe ij penes quos imperium fuit, quique variis honoribus fulciebantur, veluti Magistri militum, Comites, Proconsules, Vicarij, Præfecti Augustalis, Tribuni, &c. Quibus addendi & Duces, quod docet lex 1. eod. tit. de patrociniis vicor. & Libanij oratio ad Ægyptos. ¶ Patrociniis igitur istis variis pœnis propositis, & constitutionibus emissis subinde occursum iudè Imperatores, vt hæc leg. Arcadius, propositâ multâ 20. librarum auri Patronis: dominis verò nauium, nauium confiscatione, quam confiscationis pœnam pariter imponit Honorius l. 2. inf. At d. l. 4. propositâ multâ 40. librarum auri, patronis: rusticis verò susceptis 80. librarum. Scilicet et si vtrumque patrociniij genus dammandum, velut vtilitati publicæ aduersum, attamen grauius est patrociniij genus illud, quo ipsa illatio tributorum & specierum fiscalium impeditur, quam quo translatio tantum.

II. * Idem AA. Longiniano PP. P."



VLTI naues suas diuersorum nominibus & titulis tuentur: Cui fraudi obuiantes præcipimus, vt si quis, ad euitationem publicæ necessitatis, titulum crediderit adponendum, sciat, nauem esse fisco sociandam: Nam, vt priuatos quoque non prohibemus habere nauigia, ita fraudi locum esse non sinimus: Cum omnes in commune, si necessitas exegerit, conueniat, vtilitatibus publicis obedire, & subuectionem, sine dignitatis priuilegio, celebrare. Nisi igitur intra triginta dies hæc fraus fuerit remota, vniuersa nauigia, quæ ad exceptiones confugiunt, dominis auferantur. Data 11. Id. Ian. Rau. Arcad. A. v. n. & Probo c o s s. [406.]

* Lex 1. Cod. Inf. eod. tit.
'Italia: Eidem Longiniano PP. inscribitur hoc ipso Anno paulò pòst, lex 10. infr. de Conſtorib. & lex 15. ſupr. de deſer-
rorib. Hic idem eſt ille qui Anno 399. Comes, S. L. fuerat: cuique inſcribitur lex 17. ſupr. de Palat. S. L. & ad quem
plures extant Symmachi epiſtolæ lib. 7. vbi malè editum Longiniano. Ceterè ex epiſt. 93. & 95. quoque colligitur ſatis,
eum Comitrem S. L. fuiſſe.
'potentum,
'tranſlationis, vt l. 1. ſupr. ſubuectionis, hâc leg. infr.
'alienum potentis.
'In commune, vid Gloſſ. & Sauar. in Sidoniuſ lib. 7. epiſt. 14.
'tranſlationem, l. 1. ſupr.
'Reliqua abſcidit T. M. G.
'ſeu deſenſiones huiuſmodi, & patrocina.
'79. P. L. Vt iam quoque rectè notauit Iuretus in Symm. lib. 3. epiſt. 53.


COMMENTARIVS.

HONORII hæc conſtitutio eſt, aduerſus
patrocina Nauium; ſicut ſuperior Arca-
dij: eadè conſiſcationis nauis pœnâ
propoſitâ nauis domino, qui ad patrociniũ
Potentis ad euitandum onus tranſlationis conſu-
giſſet; laxamento tamen 30. dierum dato, ad pa-
trocinia hæc relinquenda, ſi qui ad ea conſugiſ-
ſent. ¶ Nulla verò ab Honorio hâc leg. ipſis Po-
tentioribus, patrociniũ præbentibus, imponi-
tur, quod Arcadius fecit, l. 1. ſupr. Satis ſcilicet id
& abundè viſum: Niſi fortè impoſitam eam quo-
que ab Honorio fuiſſe putemus integrâ conſtitu-
tione Honorianâ, cuius pars tantũ hâc lex
exter.

¶ Quod de titulis hâc leg. dicitur, id ſatis ex-
plicatum l. vnic. ſupr. de his qui potentiorum nomina
in lite præſentant, aut titulos prædiũ adſigunt. Hinc
interim diſcimus, etiam Nauibus, titulos & no-
mina dominorum inſcribi ſolita, hæc aliter ac
prædiis: de quo fuit illa lex vnic. & ſunt in ſuper-
uarij Auguſtini loci. Sanè nomen nauis olim
prorâ nauis inſcriptum, ἐν πύργῳ τῆς ἀποστολῆς, docet
Pollux & Dydimus apud Euthadium, & Apol-
lonij Scholiaſtes, de quo Salmaſius in Plinianiſ

p. 572. Aliud ab hoc fuit paraſemon & tutela
nauis.

¶ Illud etiam obiter obſeruandum, naues vt
patrociniis potentum, ita neque priuilegiis digni-
tatum excuſari poſſe: quòd pertinet lex vnic. infr.
de nauis Tiberinis; & Nouellâ Theodoſij 15. de
nauibus, vltra duorum millium capacitatem non ex-
cuſandis (vnde deſumpta eſt lex 2. Cod. eod. tit. &
lex, iubemus nullam: 10. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.)
Quo loco (vt id obiter moneam) felix embola,
non eſt tantũ ſpecierum publicarum tranſue-
ctio, ſeu ἐμβολῆ quæ à priuatorum nauibus exi-
gebatur (de quâ hoc titulo) verũ omnis-omnis
tranſuectio, etiam ea quæ à Nauiculariis, vel præ-
dia Nauicularia poſſidentibus fiebat: ſcilicet
quod eâ lege dicitur, non poſſe vllam nauem (de
quâ ibi igitur) ſubtrahi vel excuſari ante felicem
embolam, vel ſpecierum publicarum tranſuectio-
nem, hunc ſenſum haber: vſque quòd vniuerſus
canon Vrbiſ Constantinopolitanæ ſubuectus fue-
rit, tandiu non poſſe excuſari vllam nauem
priuatam: Itaque quamdiu quid tranſferen-
dum ſuperèſt, poſſe Angariari naues priua-
torum.



NE QUID ONERI PUBLICO
INPONATUR.

TITVLVS VIII.

XI. COD. IVST. V.

Oneris vox hâc in re propria: hâc & l. vnic. hoc tit. & l. 2. 1. ſupr.
de Nauicul.

I. * Imp. ARCAD. & Honor. AA. Rufino PP. P."




NERI" publico ſarcinam priuatam ne quis inponat: nec audeat portitores
frumenti ad ſuſcipiendum onus aliquâ neceſſitate compellere: Hoc enim
facto adque commiſſo, non in diſpendium ſolũ, adque naufragij damnum
tenebitur obligatus, verũ etiam publicæ cohercitionis experietur vigorem.
Dat. v. Id. Ian. Constantinop Olybrio & Probino cō s s. [395.]

* Lex vnic. Cod. eod. tit.
'Rufinus PP. Orientis ſcilicet ſub Arcadio: qui hoc ipſo Anno occiſus: v. Chronol. & Proſopogr.
'id eſt, nauis onerata ſpeciebus publicis ſeu ſiscalibus, φαρτίον δημόσιον. Onus propriè de onere nauiculario: v. Gloſſ.

VSUPERIMPONI à priuatis aliquid nauis
ſpeciebus ſiscalibus onerata vetat hâc con-
ſtit. Arcadius Anno D. 395. Nempe propter nauſra-
gij periculum: vt ſine leg. indicatur, quòd comper-
tum fuiſſet, naues publicas idè nauſragium paſ-
ſas dum videlicet plus iuſto nauis oneratur, mo-
diatone eius non ſeruata: & nauicularij, portito-
resque frumenti neceſſitate compelluntur, id eſt,
ANGARIANTVR priuatum onus ſeu priuatas res
aliquas in nauem recipere: nam & hoc iniquum
priuatorum Angariatum genus tum inoleuerat: vt
& alterum priuatorum angariatum genus, quòd
& ipſum damnatur l. 4. 5. 8. 9. ſupr. de Nauicular. &
tertium, de quo Libanius orat. περί ἀγγαριῶν quam
edidi: ſcilicet Non vt publicè priuatorum nau-
es, ob publicam tranſuectionem angariari poſ-

sunt (de quo, titulo ſuperiore de nauibus non excuſ.)
ita & publicæ naues à priuatis ob priuatas ſar-
cinas. ¶ Pœnam igitur huiuſmodi onus priuatum
ſuperimponenti publicis nauibus, atque ad id
nauicularios angarianti, minatur Arcadius, non
tantũ, quòd nauſragio admiſſo (ob onus vide-
licet immodicum) indemnitate ſiſco præſtare
debeat, verũ etiam publicè cohercendus veniat.
¶ Eadèque ratio eſt vehicularum, quibus au-
rum cæteræque ſpecies largitionales deſeruntur:
ſuſceptoribus enim & proſecutoribus capitalem
pœnam minatus eſt Theodoſius M. ante decen-
nium Anno D. 385. l. 47. ſupr. de curſu publ. ſi quic-
quam oneris priuati impoſuiſſent. Pariter neque
in horreis ſiscalibus niſi ſiscalia frumenta conſti-
tui potuere: l. 16. ſupr. de Suſceptorib.



DE NAVFRAGIIS.

TITVLVS IX.

XI. COD. IVST. VI. Huc etiam pertinet pars poſterior l. 32. ſupr.
de Nauicular. quæ conſtituit l. penult. Cod. eod. tit. de nauſragiis.

"Nauium ſcilicet ſpecies publicas tranſferentium: nam nihil hoc ti-
tulo agitur de nauibus priuatis, ſeu de nauſragio nauium priua-
tarum. De quo tamen ſuæ quædam leges fuere: Et quidem iam
olim Rhodiæ, quas Imperatores Romani fermè probauere, vt do-
cet famoſa lex ἀξιωματικῶν, vbi Imp. Antoninus ad quem perlata fuerat
querela nauſragorum quorundam, quorum res à publicanis ca-
ptæ fuerant; reſcribit, ius maris lege Rhodia iudicari oportere:
ἐγὼ μὲν τὰ νόμισμα κύρω, ὃ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τὰ ναυτικῶν;
vbi perperam nonnemo reſingebat nuper ὃ δὲ ἀνεμῶν τῆς θαλάσσης;
quaſi diceret Imp. ſe quidem maris dominum eſſe: at, ventum
maris. Cũ Imperatoris ſententia hæc fit, ſe quidem mundi to-
tius, etiam maris, & quidem Ægæi, in quo Cyclades, dominum
eſſe: Atque ita leges mari ponere poſſe: Sed tamen vltro ſe id
concedere, vt ius maris atque adè nauſragiorum lege Rhodia
diudicaretur.

PARATITLON.



NAUFRAGIO factò, Rubr. l. 1. 3. 4. 5. ſuſceptorum, l. 5. oneris, l. 6. ſiue
nauis penitus obruta vel ſubmersâ fluctibus, l. 3. 6. vel violentiâ tempe-
ſtatis, l. 3. impetu procellarum, l. 2. ſic vt vis aduerſa nauſragij prohibe-
rit ſuſcepta deferre, l. 5. ſiue ad periculum euitandum iacturâ factâ, l. 4.
Primò nihil de talibus negotiis quiſquam accipere poteſt, l. 6. Deinde
Nauſragij detrimentum ſiſcus agnoſcere tenetur, l. 4. non verò quæ ita perierunt cum
poſſeſſoribus vel Senatoribus vel priuatis communia eſſe: id eſt, non ad eos redire
qui ſemel deuoti fuerant, l. 4. Non etiam Nauicularij aut Proſecutores hęc periculum
agnoſcunt, ſi modò teſtis ſit periculi, l. 4. aliàs ad Proſecutorum incuriam retorque-
tur qui minus idoneos nominarunt, l. 4. ¶ Igitur vt de rei veritate liqueret, vt Na-
uicularius qui de impetu procellarum cauſabatur, l. 2. remedium ex indulgentia confe-
queretur,

queretur, l. 1. cum oportuit querimoniam deferre, l. 2. quidque acciderit iudiciis publicare, probare testibus euentum, *dist. leg. 1.* idque intra anni spatium, l. 1. & 2. si nauis in Occidente ad urbem Romam, vel in Oriente Constantinopolim directa fuisset, l. 1. & 2. si verò ex Occidente longius ad Portus expeditionales vel Constantinopolim intra biennium, d. l. 2. Et simpliciter, intra biennium, ex l. 6. *seu ult. hoc tit.* Intra unius verò lustrum spatium terminari, l. 3. *infr.* alioquin superuacua teræque actiones non admittentur, l. 1. seu omnis posthac deplorationum aditus obstruebatur, l. 2. *infr.* Idque vel Prouinciæ Iudice, in quâ res agitur adito, l. 1. vel Præfecto annonæ & Vicario Urbis Romæ, l. 3. & 5. qui examen suum adhibere debebant, l. 3. & leuato velo de istis causis cognoscere, l. 6. Ut autem veritas inquiri posset, l. 2. ut euentus probari posset, l. 1. nautas, quos in naui habuerat Nauicularius, l. 2. quæstioni exhibere oportebat, l. 2. non quidem omnes, verum ex Valentiniani Sen. constitutione medium nautarum numerum, l. 2. *hoc tit.* ex Gratiani *constit.* duos tantum vel tres, l. 3. *hoc tit.* quò eorum tormentis, l. 2. seu quæstione districta, l. 3. plenior veritas inquiri posset, d. l. 2. Si autem vaiuersos violentia tempestatis obruisset, ne veritas lateret, adfectionibus Nauiculariorum intra iudicia constitutis, super eorum interitu quærebat, quos Nauicularius naufragio periisse contendebat, d. l. 3.

I. * Imppp. Valentinianus, VALENS & Gratianus AAA. ad Modestum PP. P."

SI quis Nauicularius naufragium sustinuisse" adfirmat, Prouinciæ" Iudicem (cuius videlicet, in qua res" agitur, ac probet apud eum testibus euentum, "Relatióque" ad Sublimissimam" referatur Præfecturam, ita ut intra anni spatium veritate relata, remedium" ex indulgentia consequatur. Quòd si per huiusmodi" negligentiam præfinitum anni spatium fortassè claudatur, superuacuas ferâsque actiones" emenso anno placuit non admitti. Dat." PP. Bersti," Non. Iun. Modesto & Arinth. c o s s. [372.]

NOTÆ.

* Lex 2. Cod. Iust. eod. tit.

"Domitius Modestus vocabatur, vt ex Marcellini *Chronico* liquet Anno D. 369. Fuit hic multis annis PP. Orientis sub Valente, vt docent multæ constitutiones *Ann. 365. 366. 370. 371. 372. 373. 377.* Eius meminit quoque Gregorius Nazianzenus in *monodiâ Basilij*: Ad eundem exant Basilij *epistola* plures, puta 274. 275. 276. 277. 278. 279. Meminit & Zosimus *lib. 4. p. 742. 743.* & Ammianus Marcellinus *lib. 29. p. 412. & lib. 30. p. 448. v. plura, in Proposogr.*

"Sustinuisse, id est, sustinuisse se, quanquam & illud sustineri potest.

"veluti, Phœnicæ: in cuius Metropoli Beryto *hæc lex* proposita fuit, vt docet subscriptio.

"vide *Interpret.*

"Euentum, id est, naufragium.

"Relationis genus ad PP. obserua.

"id est, ad Præfectum Prætorio.

"etiam, add. *Cod. Iust.*

"relata, *Cod. Iust.*

"competens dispositio procedat: ita immutata hæc *Cod. Iust.*

"Abest hæc vox à *Cod. Iust.* & malim *cuiusmodi*, id est, quancunque.

"Interpellationes, *Cod. Iust.* *Actiões* dicuntur etiam querelæ, causationes.

"vz. Beryti.

COMMENTARIUS.

VALENTIS Imp. hæc constitutio est, prima omnium *hæc titulo de Naufragiis*: quâ CONTESTANDI, PROBANDIQUE naufragij forma Tempusque Nauicularis species publicas transuehentibus statuitur: vt ita securitati suæ consulant, neque naufragij periculum in eos recidat, imò vt remedium ex indulgentiâ consequantur, vt *hæc leg.* dicitur, id est, vt eis remittatur quod naufragio perit. Quæ verba Tribonianus cum *hanc leg.* in *Codicem suum* transferret, cepisse non videretur; & idem cum aliis mutauit: *Indulgentia* scilicet proprio vocabulo est remissio reliquationis eius quod fisco debetur, *ὅσα τὸ λαρεῖος*, vt in hac re ipsa loquitur Ildorus Pelusiota, *lib. 1. epist. 199.* ad Ildorum PP. Quò pertinet *titulus supr. de Indulgentiis debitorum*: pluræque alia quæ Index habet. Tribonianus generaliter hîc loco lorum, subiecit, vt *competens dispositio procedat*:

Certè hîc præsupponitur, naufragij casus propositus, veritâsque eius probata: & exinde indulgentia eius quod ita citra culpam naufragio perit: Quod alioquin in Nauicularios recasurum erat, iis non obseruatis: cuiusmodi species continetur l. 32. *in fin. supr. de Nauicul.* & verò *hæc leg.* Imperator comminatur. Hæc, inquam, est *huius leg.* sententia, hîc scopus: Non ea quam putabat olim vulgus Interpretum, quasi hîc agatur de naufragorum rebus, intra quod tempus eas prosequi possent? Indèque iam ad *hanc leg.* alia omnia & absurdissima tractantur, quàm quæ oportuit, quæ commemorare longum foret. Ad rem.

Primum igitur super eo adiri iubet Valens Imp. *Iudicem Prouinciæ eius videlicet in quâ res agitur.* Quod vulgo etiam à Cujacio accipitur de eo solo Prouinciæ Rectore, vbi Nauicularius naufragium passus est: & sic hæc verba, *in quâ res agitur*, ita inter

interpretantur, vbi naufragium factum est. Verum malè. Quidni enim nauicularius Syriæ-Phœnicæ (vt in *sp. huius leg.*) naufragium passus, vique ventorum in aliam Prouinciâ Syriam-Cœlem delatus, vel etiam proximus iam Antiochiæ, imò Antiochiam perlarus, quò species perferendæ erant, naufragij casum allegare, remque aded ibi agi potuerit? Etsi alioquin certum est, si intra eam Prouinciâ vbi naufragium factum est, consistere liceat, de naufragio fidem facilius fieri posse, probationemque eius impleri. Ergo maneat, etiam in alia Prouinciâ, & coram alterius Prouinciæ Iudice, quàm vbi naufragium factum est, id allegari, probarique posse, denique & alibi REM AGI: & sic ibi nominatim quò comæatus vel species fificales subuehi oportuit. Sic sanè & apud Præfectum annonæ & Vicarium vrbis hæc probatio impleri iubetur: l. 5. *infr.* Sic & apud Præfectum annonæ Africæ à Nauiculariis Afris hæc contestatio naufragij casusque probatio facta: l. 3. *infr.*

Secundò, iubet Valens Imp. *hæc leg.* naufragij casum probari *Testibus*: credo, vel aliis hominibus de naufragio testimonium perhibentibus, vel nautis quæstioni exhibitis: vt l. 2. & 3. *infr.* vbi plura.

Tertid, eâ de re *Referrî* iubet ad Præfectum Prætorio: vt pote ad quem rei tributariæ ratio spectabat: quò etiam pertinet, quò cauetur, d. l. 32. *in f. supr. de Nauicul.* Sanè, quod Cujacius quoque iam rectè notauit, idem Ildorus Pelusiota, d. *epist. 199.* ad Ildorum PP. & *epist. 300.* ad Sozomenum Domesticum Præfecti Prætorio, scribit, super indulgentia Nauiculario cuidam tribuenda, ob violentiam tempestatis, & ventos qui *ὄρον θυρόνων ἐκspirauero*, id est, qui *imminuerant* frumentum publicum: ita enim ibi vertendum erat, non obcurius *uendicauerunt*, vt Billius: multò minus, vt Rittershusius, *disperferunt*: Pars enim tantum vi procellarum imminuta fuerat, seu perierat, non verò naufragium integrum factum fuerat. Ergo ad PP. relationem fieri voluit Valens, & quidem in specie *huius leg.* ad Modestum PP. Orientis, qui tum Antiochiæ vnâ cum Imp. Valente erat: de quo mox.

Postremò, præfigitur *hæc leg. Tempus*, intra quod res hæc agi debet, agitarique. Intra anni igitur metas seu tempus id omne fieri iubet *hæc leg.* Valens Imp. neque vltra hoc negotium differri vult, ne alioquin publica vtilitas diutius eludatur. Quâ causâ etiam, & translatio ipsa intra annum faciendâ, & translationis factæ Aponcha referenda erat: quod sanè Honorius expressè constituit, l. 6. *supr. de Nauicular.* explicatâ ita Constantinensi *lege*, quæ ad *ἀποκλιῶν ἡ ἀποκλιῶν* biennium tribuerat, quod etiam securus est Theodosius M. l. 21. *eod. tit. de Nauicular.* vbi additur pariter, hoc non factò, Nauicularium periculis fortunam, id est, naufragij damnnum *approbare*, id est,

agnoscere oportere. Quomodo & l. 2. *prox. infr.* si intra præfinitum tempus nulla fuerit delata querimonia, omnem posthac deplorationem aditus obstrui cauetur: vbi pariter annus præfinitur Nauiculariis Africæ si ad Urbem Romam ex Africâ nanis directa fuit: biennium verò si longius ad Portus expeditionales, vel Constantinopolim. Pro distantia videlicet ratione, breuius, vel longius tempus indultum: In *sp.* certè *huius leg.* breuius: quia è *Syriâ-Phœnicæ*, in Syriam Cœlem proximam nautis denauigabat: de quo mox: quomodo in *sp. d. l. 2.* ex Africâ, in oppositam Urbem Romam. Superuacuas igitur ferâsque *actiões* emenso anno admitti vetat Valens *hæc leg.* vbi *actiõnum* vox de querelâ, causatione, deploratione, atque exinde cognitione, effertur: Quod cum Triboniano insolens videretur, *Interpellationes* loco *Actiõnum* subiecit. Sic igitur huic rei præfinitur *hæc leg.* annus: vt & initio l. 2. biennium verò iam in alterâ d. l. 2. parte: & *l. ult. infr.* Cum quibus nil commune habet, quod de furti, &c. actione statuitur, intra annum in Quadruplum danda, post annum in Simplum. Neque enim hîc agitur de actione aduersus fures priuatis competente; verum de naufragij querela & contestatione à Nauiculariis species publicas & comæatus transuehentibus.

Tandem notari cupio, quod ad *huius leg.* illustrationem maximè facit, *Propositam* hanc *leg. Beryti*: Syriæ scilicet Phœnicæ vrbe: vbi hoc ipso anno & mense pariter proposita *lex 9. supr. de Iustit. collat.* & anni proximi initio, *lex 63. supr. de Decurionib.* Et in commune variæ admodum *leges* ibi propositæ, quas in *Topographia* cumularas habes: & quidem aliæ etiam nonnullæ pariter vt hæc, quæ datæ sunt ad PP. Orientis: vt *lex 63. de Decurionibus*: l. 2. *de Agentibus*: l. 1. *de Gladiatoriis*, nisi ibi *Proposito* legendum. Certè ad Consulatam Phœnicæ, & Comitum Orientis datæ *leges*, ibi quoque propositæ. *Berytus* scilicet vt splendidissima iam ab antiquo vrbs fuit: ita & inde transuectæ iam olim aliâ mercès, de quo fidem facit quoque *lex qui Romæ 122. §. Callimachus 1. π. de V. O.* deliciosâque aded fuit teste Auctore *veteris descriptionis*, & specierum delicatarum plena: Indèque aded variæ species delicatæ ad Comitatum Principis perlata, veluti vestes, purpura, vnde & Conchylioleguli ibi & Mutileguli exitère, l. 9. *de Iustit. collat.* denique inde varia orbis tributa exportata: quò pertinet etiam *lex 2. de publ. compar. l. 4. tributa in ips. speciebus*. l. 19. *de annonâ & trib.* quæ & ibi pariter PP. Ergo pertinet *hæc lex* ad Nauicularios Berytenses: cum hoc tempore Valens Imp. Antiochiæ, vel etiam Seleuciæ in Syriâ-Cœle, proximâ ferè Antiochiæ positus esset, & quidem hoc Anno, vt docet *lex 19. supr. de Prætorib.* & Libanius *de Vita sua*, p. 151. *in fin.* Ammianus Marcellinus *lib. 29. p. 422.* & Socrates *lib. 4. c. 20.*

II. * Idem AAA. ad Demetrianum PP. Ann. Afric.

SI quando causatio" est de impetu procellarum, medium ex his nautis numerum Nauicularius exhibeat quæstioni, quos eum in naui, pro modo capacitaris, constat habuisse, quò eorum tormentis plenior veritas possit inquiri. ¶ De casu" autem nauis, quæ ad Urbem Romam directa fuerit, intra annum quidquid acciderit Iudiciis publicetur: De his verò quæ ad portus expeditionales" longius, vel Constantinopolim, sint profectæ, intra biennium oblato prædicto numero nautarum, super fide casus examen

men agitur. Addimus etiam, ut intra præfinitum tempus nulla fuerit delata querimonia, omnis posthac deplorationum aditus obstruatur. Acc. Aquil. Lecta actis."

NOTÆ.

- * Iungenda huic proculdubio lex 12. *supr. de Nauiculariis*: quæ eidem Demetrisano PF. ann. Africa inscribitur, & ad idem argumentum pertinet.
- "*Causatio*, querela, querimonia, ut mox vocatur, & deploratio.
- "de *Capacitate* nauium fuit & l. 28. *supr. de Nauiculariis*: vbi dixi.
- "*Causa*, hic & mox *infra*, impetus procellarum *initio leg.*
- "*Publicetur*, id est, publicè apud Iudices seu Rectores Prouinciarum allegetur.
- "Expeditionales Portus, *hæc leg. & l. 35. supr. de Nauicular.* vbi dixi.
- "*pp. ut si.*
- "*Deploratio hæc leg.* comploratio, l. 6. *supr. de Nauicular.* subclamatio, l. 6. *supr. de Exactionib.*
- "*Fontè Aquis*, haud procul à Karthagine.
- "*Lecta actis* constitutio.

COMMENTARIVS.

VALENTINIANI Sen. hæc constitutio est, de naufragiis: quæ **CONTESTANDI, PROBANDI QVE** naufragij modus & **TEMPVS** à Nauiculariis Afris sancitur: quemadmodum & **LOCVS** subeundæ nauiculariæ functionis, l. 12. *supr. de Nauiculariis*, quæ huic proculdubio iungenda est, utpote cum eandem inscriptionem præferat, & ad idem argumentum pertineat. ¶ Igitur (quod primum *huius leg.* caput est,) **QUESTIONI** seu tormentis exhiberi iubet, medium nautarum numerum, ut ita veritas possit inquiri: Et tamen Grarianus postea l. 3. *prox. infr.* satis putauit, si duo vel tres quæstioni exhiberentur: de quo ad *eam leg.* Unde apparet, quàm vilis nautarum annona & conditio fuerit, quia & viles personæ erant; & in his Iudæi, gregarij, agricolæ, & γαρζαί, γαρζαί, ut exemplo eius quod narrat Synesius *epist. 4.* colligere licet. Cæterum de hoc Nautarum quæstioni exhibendorum, ad veritatem inquirendam super naufragio, more, est quoque Augustini locus *Sermone 52. ad fratres in exemo: Homines*, inquit, *ad tormenta daturi erant, quis de subuersione nauium secundum consuetudinem quereretur.*

¶ Secundum *huius leg.* caput est de **TEMPORE**, intra quod Nauicularius de naufragio conqueri debeat, ultra non admittendus. Valentis constitutione, putà l. 1. *supr.* annus ad id præscriptus: *Hæc* verò, annus, vel biennium sub distinctione præscribitur Nauiculariis Africanis. Nempe si nauis ex Africa ad Urbem Romam directa fuerit, intra annum de naufragio Nauicularius queri debet: quæ quidem ordinaria Nauiculariorum Afri-

canorum functio erat; nempe ut Romam commearent. At enim extra ordinem quandoque longius commicare naues Africanæ, cogebantur; veluti ad Portus expeditionales, ut docet quoque *lex 35. supr. de Nauiculariis*: id est, ad Portus, quò miles ad expeditionem iturus appelletur, indeque mouebat, vel quò commeatu militaris seu *aromatia* deferretur: de quo videndus & Zosimus *lib. 4. p. 741.* vbi de apparatu belli Gothici à Valente suscepti. Quomodo & *annona expeditionalis* dicebatur, l. 4. 5. *supr. de erogat. mil. ann.* annona militum in expeditione degentium, & quidem ordinaria: de quo ad *d. l. 35.* Item naues Africanæ aliquando extra ordinem Constantinopolim commeare cogebantur (sicut e contra Alexandrinæ aliquando extra ordinem Romam, ut ex *Symmacho* liquet.) Et verò utrumque id hæc tempestate factum videtur à Valentiniano, Valenti fratri, bello Gothico triennali illigato suppeticas ferente: quod sine huius anni 369. post *hanc leg.* finitum, ut docet Anianus, *lib. 27. p. 366.* (Etsi Zosimus scribat *lib. 4. p. 738.* Valentinianum Valenti fratri aduersus Procopium suppeticas non tulisse:) Igitur nauiculariis ex Africa ad Portus expeditionales, vel Constantinopolim missis, ad allegandum naufragij casum biennium datur, *hæc leg.* cum aliàs & olim simpliciter annus, l. 1. *supr.* & nauiculariis ex Africa Romam commeantibus non nisi annus detur; ut viceuersa *Veteri lege* indistinctè biennium talibus causis præscriptum erat: quod restatur simul & confirmat Honorius l. *ultim. hoc tit.*

III. * Imppp. GRATIANVS, Valentinianus & Theod. AA. Nauiculariis Afris Sal.



VOTIES, obruta vel submersa fluctibus naui, examen adhibetur **Præfecti** Annonæ duorum vel trium quæstione restrictum purgandi in alios nautas licentia offeratur: Quid est enim quod non abundè intra præfinitum numerum solers **Quæstor** inueniat? Circa Magistros nauium, quibus est scientia plenior, inmoretur: Qui si fatali sorte defuerint, in alios inquisitio transferetur. ¶ Sanè si vniuersos violentia tempestatis obruerit, ne veritas lateat, sequimur Constantinianæ legis prouidam sanctionem, ut adfectionibus nauiculariorum intra iudicia constitutis, super eorum quæzatur interitu, quos nauicularius naufragio perisse contendit. Cuius rei examen placuit vnus lustris spatio terminari. ¶ Ut omnis in posterum (ut à duarum semicentiesimarum, quæ ex hibernis oneribus postulantur,) à vobis petitio conquiescat. ¶ Placuit sanè, ut Nouembri mense nauigatione subtracta, Aprilis qui æstati est proximus, susceptionibus adplicetur

adplicetur. Cuius susceptionis necessitas ex Kal. Aprilib. in die Kal. Octobr. mensura seruabitur: In diem verò Iduum earundem nauigatio porrigeretur. ¶ Et, quia Ordinem vestrum ampliari etiam hominum adfectione gaudemus, quocumque vacuos publico inuenerit officio, in complexum vestri Ordinis adplicate; dummodò, is qui in municipalibus manet causis, nominatione Ordinis non teneatur. Dat. v 1 1 1. Id. Feb. Triu. Gratiano vel Theod. r. AA. c o s s. [380.]

NOTÆ.

- * L. 3. *Cod. Iust. eod. tit.* hinc interpolata, & decurtata: & iungenda huic *leg.* est *lex 16. supr. de Nauicular.*
- "*Corpori Nauiculariorum*, ita d. l. 16.
- "*Competentis Iudicij* Hæc verba sustinuit Tpl@ loco, PF. Ann.
- "*de restricta*: id est, præcisè præscripta, temperatâ. Sic etiam l. 40. *infr. de Episcopis: Placet, rationabilis consilij tenore perpenso, DESTRICTA* moderationis præscribere, à quibus specialiter necessitatibus Ecclesia vrbium singularium habeantur immunes: Pro quâ voce Tpl@ hic posuit, habitâ: vel restrictum, examen scilicet.
- "Locus valde corruptus: *pp. Pergendi in alios licentia auferatur*: ut *infra, in alios inquisitio transferretur, vel perurgendi alios, &c.* Pro quibus habet Tpl@, ceteri huiusmodi *uoxu* liberentur: quæ illa explicant.
- "*Quæstor, hæc leg. & l. 2. supr. de postulando*, id est, Index.
- "de his Magistris agitur etiam l. 37. *supr. de Nauicular.*
- "*transferatur*: Cod. Iust.
- "*Sequentia omnia Cod. Iust.*
- † Constantini M. *legem* obserua, quæ huic constituitur: pariter ut altera eiusdem, d. l. 16. *supr. de Nauicular.* quam huic iungendam dixi.
- "à liberis nautarum sive Magistrorum intra iudicia constitutis. Ita *Cod. Iust.*
- "*vid. l. 11. infr. de Episcopis.*
- "Cætera refecata à Tpl@: nisi quòd *versum susceptionis necessitas, &c.* seruauit.
- "*pp. Et omnia. SECUNDVM* porrò istud *huius leg.* caput est ab hoc titulo alienum, pariter ut *Quartum.*
- "*pp. p. u. a.*
- "*vid. de hæc voce Gloss.*
- "*TERTIVM* caput *huius legis.*
- "*pp. nauigationi.* atque adeò transuersionibus.
- "*pp. diem.*
- "*pp. mansura*, ut etiam *Cod. Iust.*
- "*QVARTVM* *huius leg.* caput ab hoc titulo alienum.
- "*vid. Gloss. & l. 1. supr. de Mancipib.* vbi dixi.
- "*pp. inueneritis*: nam & mox adplicate.
- "defendi potest: *causa* sunt onera.
- "*pp. Gratiano V. & Theod. l.* Quomodo etiam d. l. 16. rectè editum: cum tamen idem error resideat in *C. Iust. d. l. 3.*

COMMENTARIVS.

GRATIANI hæc constitutio est: quæ in **FAVOREM** Nauiculariorum, quatuor sancitur; & quidem aduersus nimia quadam onera quibus hæctenus prægrauabantur, idque partim aduersus apertas Imperatorum Constitutiones & priuilegia: de quo Nauicularij Africani apud Gratianum conquesti fuerant, antelatis seu iunctis iis constitutionibus orationi suæ seu precibus: quod docet *lex 16. supr. de Nauiculariis*: quæ huic nostræ iungenda est; veluti eiusdem constitutionis Gratianæ pars: quæ pariter quatuor priuilegia & immunitates nauicularis tribuit, rursum à Gratiano sancuntur, cum eas labefactatum nonnulli irent. Igitur & *hæc leg.* quatuor fauore nauiculariorum sancuntur: quorum primum tantum, & tertium quadamtenus, ad *hunc titulum* faciunt; reliqua enim fugitiua sunt, & ab hoc titulo aliena; quod inter Conditorum *huius Codicis* errores ponendum est.

¶ Primum itaque caput est circa **PROBATIONEM**, sive de **QUESTIONE** habenda super Naufragio de Nautis. Et primum quidem de **PERSONIS**: Nempe cum effræni numero Nautæ eius nauis quæ naufragium passa fuerat, ad quæstionem poscerentur: & verò Dimidia pars Nautarum ex Valentiniani Sen. constitutione quæstioni exhibenda esset; l. 2. *supr.* quod id & graue & crudele videbatur: Itaque ad orationem seu querelam Nauiculariorum Gratianus (antiquatâ illa proinde partis sui l. 2. *supr.*) modum huic rei *hæc leg.* adhibuit: videlicet ut duo vel tres tantum Nautæ quæstioni subiicerentur; interque hunc numerum quæstio restricta haberetur, *perurgendi alios*, vel *pergendi in alios* (sic enim hic repono) licentia ablata (ita enim rursum hæc *Tom. V.*

gendum *auferatur*, non offeratur.) Ratione additâ, quod hic numerus apud Solertem *Questorem* seu Iudicem quidam veritatem indagandum sufficere possit: Ad mentem omninò Oraculi diuini, *In ore DVORVM* vel *TRIVM* stabit omne verum. Cæterum, ad veritatem facilius indagandam, delectum Nautarum haberi vult, nempe ut Index circa Magistros nauium immoreretur, id est, hos quæstioni subiiciat, utpote quibus scientia eius quod euenit plenior est, utrum videlicet reuera fluctibus nauis obruta fuerit, an verò aliqua Nauicularij culpa subsit. *Magister scilicet nauis* est *ωκερνήσις*, gubernator, qui nauis præest, & cui tota nauis cura mandata est, qui nauis à nauiculario seu nauis domino & Exercitore præpositus est, cuique adeò (ut *hæc leg.* dicitur) *scientia plenior est*: de quo sunt varæ *leges in Digestis*, & in *Codice*: Lini quoque locus *lib. 29. vi ex omnibus nauibus Gubernatorisque & Magistri nauium in forum conuenirent.* Ergo 1. ante omnia *Magister nauis* si sit, & super sit, ex eo primum veritas inquirenda est: 2. Eo deficiente, in alios *Nautas* inquisitio transferenda est. 3. His deficientibus, (id est, si vniuersos violentia tempestatis obruerit, tam Magistram nauis inquam, quàm Nautas,) tum tertio gradu, ne veritas lateat, *ex adfectionibus nauiculariorum* quæri iubet Gratianus super eorum interitu qui naufragio perierunt: *ex adfectionibus*, inquam, *Nauiculariorum*: quod Tpl@ in liberos Nautarum sive Magistrorum mutauit: cum tamen *hæc leg.* & æquus quidem, de liberis (nam id *adfectionum* vocabulo intelligendum) *Nauiculariorum* id disponatur: Cæterum, à Constantino M. id ita de adfectibus Nauiculariorum constitutum ait Gratianus *hæc leg.* cuius prouidentiam hæc in

re sequitur, patiter vt Constantini eiusdem constitutiones sunt l. 16. *supr. de Nauicul.* quæ huic vt dixi iungenda est. Et hæc de personis. De tempore vero, intra quod huius rei examen terminari oportet, statuitur, vt intra vnus *Lustris* spatium id terminetur: id est, intra quinquennium: Quod quidem laxum admodum tempus est: Sanè cognitioni suscipiendæ annus vel biennium statutum fuit l. 1. 2. *supr. l. 6. seu vlt. inf.* Et hæc quidem de primo *huius leg.* capite quod propriè ad *hunc titulum* pertinet.

¶ *Secundo* capite *Concessioni* Nauiculariorum obuiam it Gratiānus: Nempe cum epimeri loco, pro intertimento frumenti seu specierum diametris nauiculariis concessimæ concederentur: (de quo præter *hanc leg.* & l. 5. *infr. hoc tit.* sunt præterea quatuor *leges hoc Codice*, putà *lex 7. 36. 38. supr. de Nauiculariis: lex 1. infr. de frum. Aleximdrino*;) ij qui frumenti curam dirigendi sustinebant Iudices, inquam, & eorum Officia, (vt docet *lex 36. & 37. supr. de Nauicular.*) aliquid ex his degustassent, delibassent stillaturæ nomine, & quidem putà duas semicentessimas ex hibernis oneribus: Nempe hibernum onus non tanto diametro seu intertimento obnoxium est, quod in diem hiberno tempore transferendum est: idè ij ad quos frumenti transmittendi sollicitudo spectabat, cum viderent Nauicularios eandem centesimam ex hibernis oneribus consequi, arque ex æstiuis, aliquid demotendum de his hibernis centesimis putauerunt. Quod *hæc leg.* prohibetur.

¶ Tertium caput est de *Tempore* Navigationis: à quo videlicet tempore ad quod vsque navigationi mare pateat: Definitum scilicet tempus semper aliquid fuit, à quo & ad quod vsque navigationi mare pateret: quorum illud Natalem navigationis vocare tentat Vegetius 5. *tit. de re milit. c. 9.* Eoque mare aperiri dicebatur, vt ex Plinio *lib. 2. cap. 27.* liquet, seu ὄρηξ δάλαρα, vt in *Epi-grammate Græco*. Ita quidem, vt solemnī spectaculo & festiuitate mare aperiretur: quod idem Vegetius testatur *d. c. 9.* Quomodo viceuersâ mare claudi dicebatur: Quem quidem diem pariter nauibus omnibus in terram subductis videntur Græci publicâ festiuitate insignisse: quas *πρωσιμης νεωνίας* vocat *Aeneas Tacticis lib. 17.*

¶ Tempus porro aperiendi maris, seu Natalis navigationis Nauiculariis ad fiscales species transuehendas statuitur hîc Kalendarum Aprilium; quia hîc mensis æstati proximus esset: Cum tamen aliàs citiùs mare pateret, nempe Ver aperi- ret nauigantibus maria, Plinio teste *lib. 11. c. 47.* à vi. Id. Mart. vt disertè Vegetius *lib. 5. cap. 9.* vbi & rationem reddit: Sic tamen vt addat, plurimorum syderum, ipsiusque temporis ratione, vsque in Idus Maias periculose maria tentari: non quod, inquit, negotiatorum cesset industria, sed quia maior adhibenda est cautela, quando exercitus nauigat cum Liburnis, quàm cum priuatarum mercium festinat audacia. Idemque ait à die sexto Kalendarum Iuniorum securam navigationem credi, Ex hoc interim Vegetij loco liquere potest, cur seriùs quàm aliàs priuatarum mercium audaciæ fiscalibus speciebus transmittendis mare & nauigatio *hæc leg.* aperiatur; nempe quia ante periculosissimæ maria tentantur, & quam vsque ad Idus Maias adhuc periculose ten-

tentur, ætamen mediam quodammodo viam hîc sequitur Gratiānus, vt neque Martio, neque Maio nauigationem aperiat speciebus fiscalibus transmittendis, verùm Aprili, qui æstati propior iam est quàm Martius: *Aprilis*, inquit, *qui æstati est proximus, susceptionibus adplicetur: & mox, susceptionis necessitas ex Kal. Aprilibus.* Et hæc de Natali nauigationis.

Sequitur Tempus ad quod vsque nauigatio porrigi debet, post quod iam mare claudatur nauigationi specierum fiscalium. Igitur Gratiānus Nouembrem mensē nauigationi subtrahit: Sanè aliàs vsque in diem 3. Idus Nouembr. seu in vndecimum eius mensis diem nauigatio porrigebatur, marèque eo die claudatur. Vegetius *lib. 5. cap. 9.* Ex die vii. Id. Nouembr. vsque in diem vi. Id. Mart. maria clauduntur. Hyemis scilicet initium 4. Id. Nouembr. ponitur in veteri Kalendario Astronomico. Sed & hîc pertinet quod Actorum 27. v. 9. de periculosa nauigatione quod iam icinium præterisset, id est, festum expiationis instante iam mensē Nouembri. At enim Gratiānus *hæc leg.* mensē Nouembrem totum nauigationi subtrahit, imò & partem mensis Octobris: nempe susceptione specierum fiscalium in diem Kal. Octobr. porrectâ, nauigatione verò quindecim diebus vltra porrectâ, putà in diem Idum Octobris. A postremâ scilicet susceptione specierum, ad vltimam transuersionis & redditionis tempus quindecim computato (tot enim sunt à Kal. Octob. ad Idus Octobris:) Vnde apparet, quindecim potuisse facillè naues ex Africâ ad Portum V. R. nauigare: A quo Portu, (vt docet verus Itinerarium matitimum) *traiectus in Africam Carthaginem erat stadiorum quinguis mille*, &c. Ergo istud, quod dixi tempus nauiculariis tribuit Gratiānus *hæc leg.* ad transmittendas species fiscales, cum aliàs in hyemem ferè nauigare tenerentur, & ante æstatis appulsus: Quod vtiq; & Nauiculariis ipsis prægrauæ erat, & ipsi canoni vrbico periculolum. Et tamen Honorio postea placuit Ann. 410. nauicularios nauigare cum posterior status inuiteret, neque prætextu hyemis in portibus immorari: l. 34. *supr. de Nauicular.* nempe extra ordinem in specie *illius leg.* vt ad eam demonstratum est. Sed & Symmachi locus extat *lib. 4. epist. 54.* quâ de hæc Nauiculariorum & Canonis vrbici nauigatione & transuersione agens, ait: *Nec spem dies obstruit, nam mare adhuc iustis cursibus patet, & nondum in hyemem præcipitat autumnus.*

¶ Quartum seu postremum *huius leg.* caput pertinet ad *Reparationem* corporis destituti, seu exhausti Nauiculariorum: Nempe idè, quia hunc ordinem ampliari hominum adiectione intererat, cui similis locutio occurrit l. vltim. §. *si plures, n. de bonis damn.* putà vt tanto citiùs & faciliùs canon vrbicus subueheretur, qui in tantâ Nauiculariorum paucitate seriùs subuehi poterat. Igitur ad Nauiculariam functionem vocari iubet, *omnes vacuos publico officio*: id est, vacantes, vt nominantur in hoc eodem argumento, l. 13. *supr. de Nauicular.* Otiosi, in eodem reparandi Corporis alterius argumento, l. vnic. *supr. de Mancipibus*: de quo ad *eam leges* iam plenè, etiam ex Symmachi *epistolis.*

IV. * Imppp. Valentinianus, THEOD. & Arcad. AAA. Tatiano PP. P."



VÆ in naufragiis" pereunt, nolumus nobis cum Possessoribus (vel Senatoribus, vel priuatis") esse communia, siquidem naufragij detrimentum fiscus agnoscat, quod interdum non grandis dispendij esse monstratur, si vexatam fluctibus nauem leuis iactura defendat, quàm si pondere suo grauata pelagi vnda submergat. § Vbi verò non est testis periculi, restituantur damna naufragij, & dispendia Prosecutoris fraudibus inferantur: vt ad eorum iniuriam retorquantur, qui minus idoneos nominarunt, non ad eos redeant, quos semel confiteri fuisse deuotos. Dat. xv. Kalend. Aug. Constp. Tratiano & Symmacho COS S. [391.]

NOTÆ.

- * *Lex 4. Cod. Inst.* Hinc interpolata est.
- "Orientis.
- "*pro his qua semel à collationibus illata, naufragij perierint nolumus, &c.* ita *Cod. Inst.*
- "Non agitur *hæc leg.* de naufragio totius nauis: quod etiam ostendit *versic. quod interdum.*
- "Qui glebalem conditionem semel intulerunt.
- "Priuati, Senatoribus oppositi: vid. *Gloss. Theod.*
- "quandoquidem.
- "agnoscat, & agnoscere debet.
- "Non tam grandis.
- "Vexata fluctibus nauis: Vexandi vox hîc propria (etsi eam olim carperent Grammatici nonnulli:) Virgilius: Dulichius vexasse rates, videndus & Lucretius *lib. 2. c. 6.* Macrob. *lib. 6. c. 2.*
- "iacturaque.
- "feruet.
- "feceram, *lege prox. infr.* de oneribus *prauitate* submersis. Quod quidam mutant in *grauitate*: non ego.
- "de hoc mox.
- "qui periculum naufragij mentitur.
- "accepto-ferantur.
- "iniuriam, id est, damnum.
- "retorquantur (damna & dispendia scilicet) vt mox; non ad eos redeant, quanquam & hoc sustineri potest.
- "nauicularios.
- "Deuotos in tributis soluendis: vide *Glossar.*

COMMENTARIVS.

THEODOSII M. hæc Constitutio est: Quæ definit AD QVEM seu CVIVS PERICVLO damnatum imminuti oneris quod nauiculario commendatum fuit, seu Nauis minoris facta (vt loquitur Poëta) pertineat, vel non: Cuius pars tantùm relata est in l. 4. *Cod. Instin. eod. tit.* Scilicet 1. Si quid naufragio de quo fides facta, perit, iacturâque aliqua facta fuerit, eius quod semel à collatoribus illatum fuit (vt hîc rectè additum à Triboniano) ad solum siccum hoc detrimentum pertinere vult. 2. Si verò de periculo fides facta non fuerit, tum imminuti oneris periculum ad Prosecutorem redire iubet. 3. Neutro verò casu in Prouinciales, qui tributa iam semel soluerunt, damnum istud, damniue partem contributione factâ, referri. De singulis videndum paulò specialius.

1. Priore scilicet casu fisco perit quod perit: neque eius iactura, vel etiam iactus facti (ad defendendam nauem ex *leg. Rhodia*) partem sufferre Prouinciales, seu hanc lacunam ex parte sarcire tenentur: vt cæteroque res sua cuique Domino perit: satis quippe est Prouinciales semel fisco deuotos fuisse, id est tributa intulisse, neque ad iteratam collationem obtentu naufragij vel iacturæ alicuius adigendi sunt: qui alioquin vel primâ illatione satis prægrauantur. Ad cuius rei æquitate commendandam hanc rationem subnectit Theodosius M. quod videlicet fisco sibi gratulandum habeat tali casu, quod non in totum nauis pondere suo grauata perit, sed leuem tantùm iacturam, & non grande dispendium passa, à totali submersione defensa fuerit. Igitur non vult Theodosius hunc casum communem possessoribus secum esse, id est, eam lacunam eos ex parte sustinere, siue ij Senatores sint, siue priuati: ex

Prouincialibus scilicet collationibus aliâ sustinebantur à Senatoribus (putà glebalis auri collatio) aliâ à priuatis. Et hæc quidem de priore casu.

2. Posteriore casu verò vbi de periculo fides non fit, Prosecutores teneri vult, qui scilicet ad onus fiscale transferendum minus idoneos nauicularios scilicet nominarunt. (Qui casus interea addendus est aliis nonnullis, quibus nominatores tenentur siue tutorum, siue eorum qui ad munera publica vocantur:) At non etiam rursum exigi deuotos possessores, qui tributa semel intulerunt. De his verò Prosecutoribus frumenti siue annonæ est quoque Theodoricus R. epistola ad Comitem R. P. apud Cassiodorum *lib. 4. var. 7.* vbi de naufragij casu patiter agitur, deque persecutoribus his in eius epistolæ specie liberandis. *Atque idè Sublimitas tua Prosecutores frumentorum, qui de Sicilia fuerant ad Gallias destinati, Lacrymabili nos aditione pulsasse cognoscat, dum susceptum onus promouissent, in pelagus aduersis fluctibus fuisse susceptum: vbi fatisciente compage trabium, omnia vis vndarum absorbit: nec quicquam miseris de aquarum nimietate nisi solas lacrymas restitisse. Vnde illustris Sublimitas tua, presenti auctoritate communita modulationem eritici, quam sub hac sorte perisse probauerint, supradictis Prosecutoribus sine aliqua facias cunctatione reputari. Cradelitatis enim genus est, vltra naufragium velle desuare: & illos ad stipendiâ cogere, quibus inopem vitam probantur immensa pericula cessisse.*

v. * Imp. Arcad. & Honor. AA. ad Senatum & Populum. Post alia.

AVICULARIOS, quos vis aduersa naufragij prohibuerit suscepta de-ferre, vel de oneribus prauitate submersis, vel de diametris, aliisque iacturis (quia excludere casus, & inclementem non possumus cohibere fortunam) Praefectus Annonae & Vicarius Urbis fidem probare gestorum congrua iudicatione compellant: moram & negligentiam puniuntur, Dat. xv i. Kalend. Maij, Mediol. Caesario & Attico c o s s. [197.]

NOTA.

* Iungenda huic lex 27. supr. de Nauicular. lex 3. infr. de Canone frument. V. R. lex 24. supr. de Susceptoribus: lex 3. Cod. Iust. qua res venire. Item lex 6. 7. de Senator. & Glebal collat. lex 31. supr. de Pratorib.
** de grauitate. Ita supr. prox. leg. nauem. quam si pondere suo grauatam pelagi unda submergat. Verum & hoc sustineri possit.
Diametron, hac leg. & l. ult. supr. de Nauicular.
Ita l. super. prox. leg. si vexatam fluctibus nauem leuis iactura defendat.
Altera similis cognitio circa canonem Vrbicarium, Praefecto annonae & Vicario Urbis imponitur, dist. l. 24. supr. de Susceptoribus.
Ita pariter d. l. 3. infr. de canon. frum. V. R. Urbani etiam vsus frumenta si quando vel fortuna vel ratio in Africa coegerit residere littoribus.

COMMENTARIVS.

COGNITIO super naufragiis vel imminuto onere, Praefecto Annonae & Vicario Urbis ab Honorio hac leg. imponitur. Quae quidem pars est proluxae Orationis Honoriana ad Senatum & populum: qua tum voluptatibus populi Romani consultum iuit, quod ex ea oratione pertinet d. lex 6. 7. supr. de Senatorib. & gleb. collat. lex 31. supr. de Pratorib. Tum ac maxime Annonae Vrbicae populi Romani quod ex ea oratione pertinet lex 3. infr. de Canon. frum. V. R. lex 3. Cod. qua res venire: d. lex 27. supr. de Nauicular. lex 24. supr. de Susceptorib. Quae septem leges huic nostrae coniungendae veniunt velut vnus & eiusdem Orationis partes. In tribus igitur Annonae Vrbicae ea oratione consultum iuit Honorius: Primum quidem circa illationem seu solutionem eius: Scilicet Immunitates annonarum seu remissionem canonis Vrbicarij priuatis concessas reuocat dist. l. 3. infr. de Canon. frum. V. R. Secundò circa translationem seu deportationem eius, atque aded circa Nauicularios varia constituit, variisque fraudibus occurrit. Auerti scilicet, contrectari, vendi, aliove quam oportet transmitti quid vetat eadem l. 3. infr. de canon. frum. V. R. & l. 3. Cod. qua res venire. Celeritati quoque eius transehendae consulit l. 27. supr. de Nauiculariis. Item imminutioni eius & iacturae per fraudes Nauiculariorum vel per moram aut negligentiam eorum occurrit hac l. nostrae. 3. Tertid tandem circa Expenfionem, quae fiebat a Susceptoribus d. l. 24. supr. de Susceptorib. Et ita quidem haec leges omnes inter se vincendae sunt.

Hac igitur lege Honorius imminutioni annonae vrbicae, quae vatio obtentu per Nauicularios perperam accidebat, occurrit: saepe scilicet nauicularij & prauitatem specierum & diametron, denique iacturam, seu casum & inclementem fortunam per mendacium obtendebant, auersa interim oneris parte: saepe etiam per moram suam & negligentiam in naufragium incidebant. Quare inquisitionem, cognitionem & quidem accuratam super eo indicit Praefecto annonae & Vicario vrbis: pariter vt cognitionem expensionis iisdem demandat, d. l. 24. supr. de Susceptorib. De Praefecto annonae res clara: de quo dixi ad l. ult. supr. de Nauicular. Sed Vicarium Urbis hic iungi in hoc negotio obseruandum est: Sanè postea idem Honorius Praefecto Urbis & Praefecto annonae hanc cognitionem detulit, d. l. ult. supr. de Nauiculariis. ¶ Tres interim praetextus Nauiculariorum obseruandi: vel enim onera submersa dicebant prauitate, id est, cum corruptae species essent, eas a se in mare iactari oportuisse & iactatas: Item obtendebant, Diametron specierum: nempe species per se plurimum immunitas & concidisse: & quidem ultra modum centesimarum quae ipsis pro diametro huiusmodi concedebantur, vt docet d. lex ult. supr. de Nauic. vbi de his diametris proluxè. Tertid obtendebant iacturas, id est, casu & inclementi fortuna delibatas species, veluti vi maiore vel hominum vel fluctuum. Tandem & naufragium passos se: In quae tamen omnia saepe per moram suam & negligentiam incidebant: Quare morà semel contracta, & de prauitate onerum, & de diametro, & de iacturis, & de naufragio ipsi tenentur: vt ceteroquin, vbi culpa casum anteuertit, casus praestandus venit.

vi. * Imp. Honor. & Theod. AA. Nauiculariis per Africam. Post alia.

DE submersis nauibus decernimus, vt leuato velo iustae causae cognoscantur: & si quisquam de talibus negotiis aliquid accepisse detegitur, Iudex, apud quem constitit, his conquerentibus qui nudantur, pro qualitatibus personarum, multandi, remouendi, proscribendi habeat potestatem. ¶ Si verò causarum talium Cognitores, libelli aditione, vel plenaria interpellatione commoniti, intra metas temporis constituti (hoc est, intra biennium causis talibus veteri

veteri lege praescriptum,) has causas audire neglexerint, & legitimum tempus fuerit elapsum, praedudicium noceat eatenus Cognitoris, vt, nauiculario propter vitium Iudicis absoluto, mediam oneris eius partem, propter cuius probandam amissionem legitimo dumtaxat tempore cognitio periebatur, Iudex cogatur inferre: Residuam verò, Officium eius exfoluat. Dat. xv i. Kalend. April. Rau. Honorio 1 x. & Theod. v. AA. c o s s. [412.]

NOTA.

* Lex 5. Cod. Iust. eod. tit. Iungendaeque huic lex 36. 37. supr. de Nauicular.
** id est, casus: de quo mox.
Nudandi vox hic propria, pro spoliandi: vid. Gloss.
Remouendi voce hic destitutio Officialis indicatur.
datione Cod. Iust. Quo nil opus erat: forte editione.
Malleo Cujacius, planariis: vt l. 7. Cod. de dilat. id est, de plano: quomodo & planarij constitus Ammiano lib. 19. verum nil mutandum.
Intra biennium, ita compendiosè T. & C. vtque ad has causas.
Et hoc tempus, ita Cod. Iust.
forte Cognitori.
id est, negligentiam Iudicis, qui in negotiis inquirere noluit.

COMMENTARIVS.

HONORII haec constitutio est, de COGNITIONE super naufragio tum acceleranda, tum integre praestanda, in fauorem Nauiculariorum. Quae pars est proluxioris Honoriana Constitutionis, quae in vniuersum vtilitati, indemnitati inquam, & securitati Nauiculariorum consultum iuit: vt patet quoque ex l. 36. 37. supr. de Nauicular. quae huic coniungendae veniunt, velut vnus & eiusdem constitutionis partes: & quidem aduersus Iudicem, & Apparitorum, aliorumque, quibus quid negotij cum his intercedit, tum negligentiam, tum concussionem: Ad quem vtrumque finem spectat quoque haec lex, pariter vt dist. l. 24. Leges.

Duo igitur haec leg. de cognitione super naufragio, in fauorem Nauiculariorum, constituuntur. Primum, vt Leuato velo ista causa cognoscantur, id est, patentibus Iudicij seu Secretarij foribus, nullo obice, aut impedimento interiecto, & ilicò citraque fastidium Apparitorum qui ingredientes in Secretarium admittebant: vt de velis cubicularijs Templorum aliisque de quibus nunc sermo non est, omittat. Obseruatio iam nota est, vela Secretarij Iudicum foribus appensa seu praetensa fuisse, quibus turba excluderetur: quibusque leuatis litigatores admittebantur: vt apparet ex sanctissimà Constantini M. constitutione, l. 1. supr. de offic. Rector. Prouinc. vbi de his velis plenius. Ergo leuato velo, id est, patentibus foribus, patente velo, remoto admissionalium fastidio. Quomodo Lampridius in Alex. Seuero. Cum amicis, inquit, tam familiariter vixit, vt saluaretur quasi vnus de Senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis, aut solis iis qui ministri ad fores fuerant. Seneca quoque alludit epist. 80. cum de secessu suo literario sibi gratulans; non crepuit subinde ostium, non alleuabatur velum. Sanè publica & criminalia iudicia agitari velo leuato, testis est Chrysofomus hom. 56. in Matib. ed. Saut. p. 360. καὶ δὲ πρὸ τῶν δικαστῶν ὅτι αἰνεῖται πρὸς τὴν ἀποκαταστάσιν τῶν ἀδικησάντων οἱ ἀποστῶτες, καὶ οὐκ αἰτῶν δεικνύσαν. Basiliius epist. ad Eusebium, ὅτι κἀκεῖνος τῶν ἀρχόντων, ὅτι αἰ πρὸ τῶν δικαστῶν δὲ ἀνατὸν καταδικάζειν μέλλον, ἐπέλεον) τὰ ἀποκαταστάσιν, &c. Ergo Honorij hac leg. mens est, vt ilicò admittantur Nauicularij super naufragiis conquerentes: & quidem gratis aitra concussionem vllam: sic vt propter haec negotia, de talibus negotiis, id est, causis naufragiorum nemo quid accipere possit, seu exigere vel ob introitum, aliaque similia, quae Principes officio-

rum, Adiutores Centuriones, alique Officiales, Exceptores ab actis a litigatoribus exigere solebant, vel ab iis quibus quid negotij esset apud Iudicem, vt docet d. lex 1. supr. de offic. Rector. Prouinc. Eò scilicet spectat vers. huius legis, & si quisquam de talibus. Quem Interpretes haecenus, Cujacius ipse de directo ex naufragio accipiebant, & alij nonnulli, ad eum morem qui alicubi obtinuit, vt naufragio amissa fisco vel publicanis cederent, (ad quem morem alludunt l. 1. C. hoc tit. l. 12. π. de incend. Sopater & Syriacus in Hermog. Curius Fortunatianus 1. artis Rhetor. lex ἀξιῶν π. ad L. Rhodiam de iact. Paulinus epist. 36. Macarium in fin.) Imò enim est hic locus, de concussionibus & exactiōibus ob negotium super naufragio, quod apud Iudicem peragebatur. Quod patet primum ex sine constitutionis, vnde haec desumpta est: quae Honorius concussionibus, quibus miseri nauicularij subiacebant, siue Iudicum siue Apparitorum, aliorumque, occurrere voluit, vt ostendit d. lex 36. 37. supr. de Nauicular. Patet item ex connexitate huius versiculi, cum primo illo, quo leuato velo causae de submersis nauibus cognosci iubentur, cui statim hoc alterum velut ἐξυμνησὶς subiicitur. Tertid verba ipsa satis id demonstrant, Si quisquam, inquit, de talibus negotiis aliquid accepisse detegitur: non ait, de rebus aut speciebus submersis, diripiisse, verum de talibus negotiis, id est, talium negotiorum nomine, seu pro talibus causis, vt primo versiculo nominantur: & mox, si verò causarum talium cognitores. Quartò non est haec lex de naufragio priuatarum specierum, ad priuatos pertinentium, verum de Nauiculariis species publicas transferentibus: vbi sanè si ex naufragio quid rapiatur non ipsi Nauicularij nudantur, cum ipsorum periculo species haec non sint, verum fisco pereant. Quintò, non agitur hic de Nauiculariis, qui suas res ex naufragio antea raptas, verum qui se hodie scilicet nudari conqueruntur, his conquerentibus qui nudantur. Postremò id manifestissimè ostendit id quod postea de remouendis iis, qui de talibus negotiis aliquid acceperunt, subiicitur. ¶ Ergo huiusmodi concussionibus occurri vult hac leg. Honorius pro more iudicis, & pro qualitatibus personarum: pro vt scilicet fuerit persona conculientis, Princeps forte officij, Adiutor, Centurio, ab Actis Exceptor, alius Officialis (nam hi in officio Iudicum & concussionibus his infames fuere, vt ostendit d. l. 1. supr. de offic. Rector. Prouinc.) Hic interim casus addendus est aliis nonnullis, quibus

quibus Iudicum potestas & arbitrio poenae modus relinquitur: cum regulariter poenae constitutae sint certae aliquae, seu poenae iuris auctoritati referantur: l. 1. §. quorum, et ad SC. Turpil. l. ordine, et ad Municipalem. Quamquam neque omnino arbitrio Iudicis poenae modus relinquitur hac leg. verum poenae triplicis suo subiecto adaptandae: quomodo & l. qui iniuriarum, & l. ultim. et de iniuriis. Potestas igitur hac leg. fit Iudici seu Rectori Prouinciae, concussores huiusmodi multandi, proferendi, remouendi, ab officio suo scilicet: Quod omnino arguit, non agi hic de direptis ex naufragio à quocunque, verum de concussionibus Officialium, qui idem remouendi ab officio suo veniunt: Vicinensia, Iudici eiusque Officialibus, et non concussoribus, poena hac leg. imponitur, si interpellati à nauiculario naufragio, intra tempus legitimum has causas audire neglexerint: nempe, vt mediam partem naufragij, Index, alteram Officium exoluat, nauiculario absoluto, id est, dimisso. Quà parte duo obseruanda occurrunt, Iudicem adiri vel per libellum tantum, Libelli, id est, per libellam aditione (quod nil necesse erat à Tribuna in libelli datione, vel plenaria interpellatione) quod mutant Cujacius & Brissonius in plenaria, id est, de plano procedente Iudice, pariter vt l. 4. Cod. de dilat. ibi, non interpellatione plenaria, sed


considerante magis Iudice: Quod hic non admitto: opponitur scilicet hic nuda simplexque per libellum aditio, & plenaria interpellatio, quae scilicet fit solemniter, plenaria, interpellatione, in Iudicio pro tribunali. Deinde, quia nisi plenariam hic interpellationem tueremur, iam desideraretur hic Iudicis interpellandi ratio, & quidem maximè solempnis. Tertio, quia & iuris ratio aduerfatur: neque enim haec causa de genere earum esse potest quae ad plenariam interpellationem fieri possint, cum summa causa cognitio requiratur, arg. d. l. 4. Cod. de dilat. Quarto, quia & ipsa per libellum aditio fiebat in Iudicio, scilicet libellos Iudicibus offerri oportebat in officij conspectu, & sub oculis publicis: l. 3. supr. de officio Receptoris Prouinciae. Requeste doit estre presentee au Iuge en pleine Cour. Tandem igitur per Libellum aditio hic opponitur plenaria interpellationi, sicut in simili argumento Libanius orat. et si quis aduersus eos non aduersus, opponit praemissis, id est, Libellos in praesenti coram habitu. Secundo notanda temporis praescriptio, intra quod causa Naufragij audiri, discingi debet: nempe Biennium, ex hac leg. & veteri Lege. Cum tamen antea annus praescriptus fuerit, l. 1. et 2. supr. hoc tit. vel etiam biennium certo tantum casu: d. l. 2. vbi dixi plenius.

ciuitates & earum territoria, l. 1. ne conlat. transl. Apud hos possessores profitebantur modum possessionum suarum, iugorum seu capitum: hinc professio, l. 1. hoc tit. & l. 2. ne conlat. transl. capitacionis professio, l. ult. de patrocinijs Vicor. Professio publicae functionis, l. 3. ne conlat. transl. iugorum capitaciones & professiones, l. 1. de immunit. conc. glebae professio, l. 12 de Annon. & trib. professionis modus, l. 10. cod. tit. de annon. & trib. censuales professiones, l. 3. sine censu: l. 1. de protofafia: l. 3. de priuil. cor. q. in S. P. Iuga & professio eorum quae ad quemque pertinebant: l. 15. de Episcopis.

Professionem sequebatur Descriptio; pro capitacione aut iugatione, l. 1. ne quid publ. let. seu Adscriptio, de qua iam supra. Ipsique descripti & adscripti dicti censui, l. 3. de Numerar. censibus inserti, l. 6. de Tyronibus: censibus iudici, l. 4. de Veteranis: Terraeque, censibus insertae, l. 28. de annon. & trib. pro modo iugorum & Capitum: quae haec in re propriae appellationis, l. 6. 7. de Tyronibus l. 3. de milit. veste: l. 4. 5. de Veteranis: l. 5. de itin. mun. l. 4. 6. de extraordin. l. 1. ne conlat. transl. l. 6. seu ult. de conlat. donatar. l. 1. de protofafia: l. 1. de immunit. concessa: l. vnic. de impens. lucrat. descript. l. 15. 33. de Episcopis: Συγγων Theodoreto, epist. 42. Indèque Capitatio, l. 2. & l. ult. hoc tit. l. 1. de exactione: l. 2. de excoitione: l. 1. de fugit. colon. l. 6. 7. de Tyronibus: l. 3. de Numerar. l. 1. 2. de immunit. conc. l. ultim. de patrocinijs Vicor. l. 15. 33. de annona & trib. l. 11. de exactionibus. l. 6. de extraordin. l. 33. de Episcopis: l. 1. ne quid publ. let. l. ult. sine censu: l. 9. Cod. de act. emp. l. 16. Cod. de Episcopis: Plebeia capitatio, l. 4. hoc tit. l. 2. de protofafia. l. 36. de Decurionibus. exactio plebis, l. 6. hoc tit. (quae & duplex, Humana atque animalium: l. ultim. de conlat. donat.) Indèque modus capitacionis, l. 15. 33. de annona & trib. & fortium, d. l. 15. de annon. & trib. Alia verò ab hac est capitatio: de qua, l. 8. 11. supr. de erog. mil. ann. Inde pariter iugatio & iugationis modus, l. 2. 3. ne conlat. transl. l. 23. de Susceptoribus: l. 1. de milit. veste: l. 5. de conlat. donat. l. vnic. si per obrept. l. vnic. ne conlat. per logogr. l. ultim. de equorum collat. l. 4. de indulg. debitor. l. 40. de Episcopis: l. 7. de Tyronibus. l. 49. de operibus publ. Quam vocem usurpat etiam Theodoretus epist. 42. iugatio vel capitatio l. ultim. hoc tit. l. 1. ne quid publ. let. l. 1. de exactionibus: quia pro modo capitum & iugorum fiebat: de quibus iugis & capitibus paulò ante iam dixi: quae capita seu iuga aliis quoque nominibus vocabantur d. l. ult. de conlat. donat. vbi vid. quae dixi. Neque possessiones tamen ipsae tantum (vnde iugatio terrena l. vnic. Cod. de colon. Thrac.) sed & mancipia seu serui in iisdem locis adscribebantur l. 2. sine censu. l. 3. de re militari: l. 12. de annona & trib. Coloni item, l. 14. 26. de annon. & trib. (vid. dicta ad l. 3. hoc tit.) quae capitatio humana dicebatur, terrena iugationi opposita l. 6. de conlat. donat. vel capitacionis humanae census, d. l. vnic. Cod. de colon. Thrac. descriptio animarum, d. l. 6. Denique & animalia d. l. 6.

Et haec omnia scribebantur, seu scripto comprehendebantur. (Vnde scriptum l. 7. hoc tit. indèque Adscriptio pro censu: hinc scripti, adscripti, descripti, subscripti, conscripti) referebanturque in libros censuales, l. 14. de annon. & trib. qui & publici libri: l. ult. hoc tit. Codices l. 4. infr. de Censitoribus. casuales paginae, l. 5. ult. sine censu: volumina censualia, l. 3. de priuil. cor. q. in S. Palat. quae & polypricha dicebantur: l. 2. de discussoribus. l. 13. de indulg. deb. item, Encautaria ciuitatum & Prouinciarum, l. 2. hoc tit. denique & Vafaria publica l. 12. de Censitoribus. In Gallia aliquibus in locis à capitibus vel capitacione, Capdashra, vel Catastre vocatur, Capitacionis scilicet registrum. In quibus singulorum nomina adnotata erant l. 14. de annon. & trib. l. ult. sine censu: sic vt si praedium alienaretur, professio quoque censualis transferebatur, l. 3. sine censu, id est, nouus possessor censualibus paginis nomen suum postulabat adnotari, & spondebat se soluturum, l. ultim. eod. tit. Et haec fides censuum dicebatur, l. 5. ne conlat. transl. Vbi notandum neminem ab hac capitatione immunem fuisse, l. 4. 6. hoc tit. de quo supr. tit. de immunit. conc. & tit. de annona & trib. Contra, plebs vrbanæ ab ea immunis erat, l. 2. hoc tit. vbi census clausus renunciatusque erat, seu census inquisitio completa certum tempus dabatur his qui se grauatos crederent, apud Rectorem Prouinciae conquerendi, l. 5. hoc tit. vt census seu adscriptio repararetur: de qua census reparatione, & Adscriptiis in locum deficientium substituendis videnda lex ult. hoc tit.

Et haec quidem de primo Censu: Exaquetio enim censuum saepe extra ordinem facta, Peraequatoribus & Inspectoribus in id missis, ad emendandum censum, tit. prox. Ad hunc denique titulum pertinentia alia plura vide in Paratilo de Annona & trib.



DE CENSU, SIVE
ADSCRIPTIONE.

TITVLVS X.

Ex hoc titulo & seq. conflatus est Titulus Cod. Inst. lib. XI. Tit. LVIII. de Censibus & Censitoribus & Peraquatoribus & Inspectoribus: Sed & Tit. LIX. peculiaris factus ex d. tit. seq. de omni agro deserto: & quando steriles fertilibus imponuntur. Iunge huic titulum 3. lib. 11. Sine censu vel reliquis fundum comparari non posse.

PARATILON.

CENSUS hoc titulo, & complurimis alijs legibus: dicitur & censio in l. ultim. de excusat. artificio census publicus l. 6. de conlat. donat. Adscriptio, Rubr. & d. l. 6. l. ultim. de conlat. donat. l. 12. de indulg. deb. l. 117. de Decurion. l. 1. ne quid publ. let. de quo plura in parat. de annona & trib. vel publica adscriptio: l. ult. ne conlat. transl. vnde & ἀπογραφισμός in Rubrica de Censu sine Adscriptione: indèque censibus adscripta mancipia: l. 2. supr. sine censu: iugatio adscripta, l. 2. ne conlat. transl. Serui adscripti censibus, l. 3. de re milit. Dicitur & Descriptio, l. vnic. supr. de impon. lucrat. descript. l. 1. ne quid publ. let. l. 2. 15. de indulg. deb. l. 173. de Decurion. Item distributio, l. 17. de lustrali conlat. l. 3. ne quid publ. let. Tandem & Capitatio: de qua mox. Et est Censu, censio, aestimatio, taxatio, quae modus continetur tributi, seu tributariae functionis, functionum publicarum, munium, pensionum, obsequiorum, quae fisco à singulis inferri debent (vnde & Censuales functiones, l. 12. de indulg. debitor. fors censualis l. 1. de Protofafia:) Pro modo scilicet possessionis, capitum seu iugorum: fortiumque, vt vocantur l. 15. infr. de annona & trib. & centuriarum, vt l. 10. d. tit. de annona & trib. l. 13. de indulg. deb. Quae & idem Capitatio terrena dicta, l. 6. de conlat. donat. Huic rei vacabant Censiores, de quibus tit. proximo: qui & Censores, l. 10. de annona & trib. (à quibus diuersi Censuales, de quibus l. 4. de Tabular. l. Omnis, de iis quae administr.) Hi scilicet modum cuiusque possessionum inquirebant (vnde Censu inquisitio, l. 6. hoc tit.) agitabant, vnde agitari census dicitur, l. 5. hoc tit. per singulas ciuitates

J **Adversus TABULARIORVM fraudes censu alios pragrauantes.**

I. * Imp. CONSTANTINVS A. ad Populum."



ONIAM Tabularij ciuitatum , per conclusionem , potentiorum farcinam" ad inferiores" transferunt , iubemus , Vt quisquis se grauatum probauerit , suam tantum pristinam professionem" agnoscat : &c. PP." xv. Kalend. Feb. Rom. Constantino A. i v." & Licinio III. COSS.

INTERPRETATIO. Si Tabularij , aut hij quibus exactionis libri traduntur , potentiores voluerint releuare , & quod releuauerint inferioribus addiderint , is qui grauatum se probauerit , non amplius dissoluat , quam secundum censum se ostenderit suscepisse.

NOTÆ.

* Lex 1. Cod. Inst. cod. cit. Iungenda huic lex 1. sup. de petitionibus & delatoribus. "Vbis Romæ. Quæ à summis ad infimos vsque decurrere debet l. i. Cod. de quib. munerib. "Infirmiores, Saluianus. "id est, suum tantum modum census : Ita professio censualis, l. 3. sup. de priuileg. corum qui in S. Pal. l. 3. sup. suo censu vel reliquis : vid. plura in Gloss. "Datum: C. Iust. quanzquam Cujaciana trium librorum Codicis editio habet quoque PP. Et sanè hoc tempore Constantinus M. Romæ amplius non fuit, quod tamen putauit Baronius Ann. 313. n. 1. "Constantino A. III. & Licinio Coss. ita partim d. l. i. & C. Iust. Sanè cum Licinio III. Consule, in Fastis Consularibus, & hoc Codice semper componitur Constantinus A. III. Cof. Et tamen hic componitur Consulatus Constantini A. IV. & Licinij III. Quod etiam facit Auctor Chronici Alexandrini : vt & idem postea componit Constantinum A. v. & Licinium IV. Quomodo etiam Augustinus post collat. c. 33. ex Libellis consularibus, quos citat tertio Constantini consulari, secundum Licinij iungit.

COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. hæc lex est: Quâ infertores, infirmiores & tenuiores à TABULARIORVM fraudibus & census iniquitate, vindicat. Quæ quidem lex edicti Romæ propositi, pauld post Maxentium denictum, pars est, quo etiam Delatoribus occurrit: est enim eiusdem Edicti pars altera lex 1. sup. de petitionibus & delatoribus: quæ proinde huic leg. coniungenda venit: Nempe Tenuiorum facultates vt hæc duplici tempestate cæteroque maximè percelluntur, Delationibus, inquam & Census iniquitate, ita & sub Maxentio Tyranno in Italiâ percussæ fuisse videntur. Vtrique igitur malo eodem Edicto δευροφ δεικνοσ uons occursum voluit Constantinus M. Et quidem hæc parte, Censui iniquitati: Quæ quidem vt alios subinde auctores habebat, ita Tabularios quoque ciuitatum, Tabularij ciuitatum (de quibus plenè actum suo titulo, libro octauo tit. 2. de Tabulariis :) de quibus agitur rursum l. 8. seu ult. hoc tit. computationibus vacabant, l. 1. Cod. de iure fisci; circa tributa versabantur. Sidonius lib. 4. epist. 10. Habes procuratorem in negotiis, villicum in prædiis, Tabularium in tributis: chartas publicas seu ratiocinia tractabant, vt ostendit clarè lex ult. d. tit. de tabulariis; chartulas administrabant, l. 2. d. tit. chartas quibus nomina debitorum & debita continebantur, l. 3. sup. de indulgent. debit. Chartas igitur censuales, Quare rectè Interpretatio huic leg. subdita eos quibus Exactionis libri traduntur, explicat: Scilicet hi breues debitorum (id est, tributorum) conscribant & Exactoribus tradebant, vt docet lex 1. sup. de Exactionib. nomina debitorum prodebant, l. 16. d. tit. de Exactionib. Atque ideò cuiusquam immunitatem admittere veriti, l. ult. infr. hoc tit. Gressiers des Tailles qui expedioient les Roolles des Tailles. Eisdem manebat & translationis annonæ seu tributorum tempestiua cura, l. 9. i. sup. de annonâ & tribut. viceuersâ cautioes siue Epochæ debitorum solutorum ad hos deferebantur, vt docet l. 2. sup. de annonâ & tri-

buitis : & l. 27. sup. de Susceptoribus. Et hæc quidem panca de Tabulariis, plura enim de iis ad l. 1. sup. de Tabulariis. § Horum Tabulariorum fraudes variæ fuerunt : quibus subinde occursum, vt docet hæc lex. Potissima eorum fraus, quod potentiorum farcinas ad inferiores transferrent, id est, infimos pragrauarent, aliis liberatis vel releuatis : quod hæc lex ostendit : & Symmachus lib. 9. epist. 10. Principatibus, inquit, & Tabulariis liberum est alios à dispendio vindicare, aliis indebitum munus imponere. Huc facit in genere querela Saluiani lib. 5. verbis huic leg. respondentibus. Illud indignius ac pœnalis, quod omnium onus non omnes sustinerent, imò quod pauperculus homines tributa diuitum premant, & INFIRMIORE SE FERUNT SARCINAS FORTIORVM, &c. vid. & l. 3. 4. sup. de extraordin. mun. § Igitur hæc leg. quique suam tantum professionem, id est, suum census modum agnoscere iubetur τὸ πάλαι ἀπογεγραμῶν, vt in simili loquitur Basiliius epist. 229. ἡ μὲν ἐν τῆς ἐξιστάσας ἐμπροσθέντων, atque aded Constantinus hæc leg. prouidet, vt tributa æquabili proportione imperentur & æqualiter tolerentur. De pœnâ Tabulariorum, qui per conclusionem inferiores pragrauassent, nihil hæc adicitur : Quod tamen adiectum à Constantino fuisse non dubito in ipsomet Edictò, cuius particula tantum hæc proponitur : sicut idem l. 1. sup. de Delatorib. (quæ huic iungenda est,) pœnam delatoribus munitur, à se iam antea statutam : § Porro huic legi omninò conuenit, quod Auctor vitæ Constantini lib. 4. c. 3. scribit, Constantinum, cum quidam quererent superiores Imperatores sequas census adscriptiones fecisse, Censitores sui Exæquatores misisse qui censum reformarent : ἐπεὶ δ' ἐτέροι τὰς ἀπ' αὐτῶν κερταίνων τῆς γῆς καταμετρήσας κατὰ μέγεθος βεβαίησεν ἅπλων, τὸν χῶρον κατὰ πῶλον τὰ λιν κἀνταύτα δεσμῶ δικαιοσύνης ἀδ' αὐτῶν ἐξιστάσας καταπέμπε.

§ VRBANA

§ VRBANA plebs à censu immunis.

II. * Idem AA." ad Eusebium v. p." Præsidem Lyciæ & Pamfylliæ.



LEBS Vrba, sicut in Orientalibus quoque Prouinciis obseruatur, minimè in censibus pro capitazione suâ conueniatur : Sed iuxta hanc iusionem nostram immunis habeatur : Sicut" etiam sub Domino & Parente nostro Diocletiano, Seniore A. eadem plebs Vrba immunis fuerat. Dat. Kal. Iun. Constantino A. III. & Licinio III. COSS. [313.]

NOTÆ.

* Lex vnic. Cod. Iust. de Capitacione ciuim censibus eximenda. "Imp. Constantinus A. Cod. Iust. d. l. vnic. Verum retinendum istud : de quo mox. "Eusebius Præles Lyciæ & Pamphyliæ sub Constantino Ann. D. 113. "P. v. id est, Virum Perfectissimum : de quo plenè tit. de perfectiss. sign. Error enim est Accursij manifestatius, qui Vrbi Præfectum interpretatur : & Ioannis Baptistæ Vicecomitis, qui Virum Prætorium accipit. "Sequentia recita à Cod. Iust. velut Historica tantum.

COMMENTARIVS.

VRBANAM plebem immunem à capitacione seu Censu esse iubet hæc leg. Imperator Ann. D. 313. per Lyciam & Pamphyliam nominatim in sp. huius leg. § Duobus in id exemplis propositis : priore Prouinciarum orientis, intra quas huius constit. tempore plebs vrba à censu immunis erat : item præiudicio Diocletiani Imp. sub quo eadem plebs per Lyciam & Pamphyliam immunis fuerat. Scilicet sola rusticana plebs extra muros posita capitacioni seu censui obnoxia erat, vt colligi potest ex Maximiani (non Diocletiani, mox vt ostendam) leg. vnic. Cod. vt Rusticani ad nullum obsequium deuocentur : contra (vt habet titulus Cod. Iustin. sub quo hæc lex nostra pro parte posita est) capitatio ciuim censibus eximebatur : Quod etiam metocomis, id est, vicinis metocomiæ seu primariis vicis inter vicos eiusdem ciuitatis. tributum : l. 8. Cod. Iustin. de exactorib. tributor.

Est autem hæc lex velut singularis admodum obseruanda. Primum in eo, quod cum Cod. Iustin. vnus tantum Constantinus A. inscribatur, hoc Codice duo Augusti huic leg. inscribuntur : Idem AA. vbi reponi nolo, Idem A. vt maximè etiam solius Constantini nomen superiori legi 1. inscribatur : Rectè enim duo Augusti huic leg. inscribuntur, quod de Constantino & Licinio accipiendum est : Quomodo & Codice Iustiniano nonnullæ aliæ leges vtriusque Constantini, inquam & Licinij, nomina disertè præferunt : puta Ann. D. 314. lex placuit 8. Cod. de Iudiciis : & lex vnic. Cod. de longi temporis prescripti, quæ datæ sunt ad Dionysium vice Præfectorum agentem : & Ann. D. 319. lex 2. Cod. si ex pluribus tutoribus : quæ ad Achaïam pertinet : (cùm tamen soli Constantino ea lex hoc Codice Theodosiano inscribatur, vnde illa desumpta est : puta lex 1. sup. de denunciat.) Item, non adscripto Consulatu, lex 41. Cod. de liberali causâ : quæ inscribitur Eutychio Præsidi Cappadociæ. Atque ita quatuor constitutiones occurunt Codice Iustiniano, quæ Constantini A. & Licinij nomina præferant : Quibus hæc nostra Quinta adiungenda est : Ita quidem, vt quemadmodum illæ omnes, aut saltem tres (nam de l. 2. Cod. si ex pluribus tutorib. ambigo :) ita & hæc propriè Licinio tribuenda sit : quandoquidem ad Prouincias Orientalis Imperij, quod Licinio cesserat, & quidem ad Prouincias Asiaticas pertinent : Cappado-

Tom. V.

ciam inquam, Lyciam, Pamphyliam, adde & Achaïam, quæ hæc tempestate nondum Constantino parebant : Sic sanè & apud Eusebium lib. 10. cap. 5. extat horum Imperatorum edictum pro Christianis, quod & ipsum Licinio magis tribuendum est.

Secundò obseruandum, quod Diocletiani Imp. (qui hæc tempestate abdicato Imperio priuatus agebat,) hæc leg. à Licinio mentio fiat, & ita quidem, vt & de superstitite agi appareat : Sub domino, inquit, & Parente nostro Diocletiano Seniore A. postea enim demum Anno 316. mortuus atque inter Diuos relatus est, vt ex Eutropio liquet : Rursum ita de Diocletiano agi, vt appareat cum summâ veneratione Licinium eius meminisse sub Domino & parente nostro : scilicet Licinius ante septennium fermè à Galerio Maximiano equidem Cæsar ad munimentum Illyrici & Thraciæ creatus fuerat, verum ascito in consilium Iouio, id est Diocletiano, vt disertè Sex. Aurel. Victor Schotti testatur. Quare Dominum & Parentem suum vocat : Parentes scilicet suos vocare soliti Imperatores, per quos imperium accipissent, vt ostendi prolixè ad l. vnic. sup. de action. certo temp. fin. & in commune Victor Schotti testatur Diocletianum alios Collegas, vt parentem, seu Dei magni modo suspexisse. Sanè hoc ipso Anno 313. Diocletianum, à Constantino atque Licinio vocatum ad festa nuptiarum, per senectam, quominus interesse valeret, se excusasse ait alter Victor in eius Vita. At quod idem subiicit, eum rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio fauisse, ac Maximino fauere, suspicantem necem dedecorosam, venenum hausisse dici, alibi nuspam legitur, neque verum est, quandoquidem quadriennio fermè post tantum, Diocletianus obiit.

Tertid obseruandum hæc leg. indicari, post Diocletianum seu post abdicatum ab eo imperium Anno D. 304. per Lyciam & Pamphyliam mutationem aliquam factam : Sicut, inquit, etiam sub Diocletiano eadem plebs vrba immunis fuerat. Nempe à Galerio Maximiano post Diocletianum per Lyciam & Pamphyliam (Dioceseos Asiaticas Prouincias) vrba plebs capitacioni subiecta fuisse videtur ; nam hic Galerius Maximianus in Imperij partitione Anno 304. posteaquam Diocletianus Imperium abdicasset, Illyricum, Asiam, & Orientem

p. 2

tem obtinuit: mox Galerium Maximinum Orienti præfecit, qui Cæsar quadriennio, dein per Orientem tricennio Augustus fuit, vt docet Eutropius lib. 10. Qui paulo ante *hanc legem* à Licinio victus primùm in Illyriis, mox in Asiam profugus fufus in Cilicia fuit, teste *Eusebio, Eutropio, Zofimo, Chronico Alexand.* sic imperium penes solos Constantinum & Licinium remansit. Igitur post Diocletianum ab alterutro vel Galerio, inquam, Maximiano, vel Galerio Maximino, *Vrbana* plebs per Lyciam & Pamphyliam ad capitationem vocata fuerat. Quod nunc Licinius *hoc tit.* abolet, reuocato iure quod obtinebat sub Diocletiano Imp. & aduocato exemplo Orientalium Prouinciarum.

Quâ parte *Quarid* obseruandum, Lyciam & Pamphyliam ab Orientalibus Prouinciis separari: nempe Orientales Prouinciæ erant Syria, Iudæa, Cilicia, Cyprus, Mesopotamia, Euphratenfis Oſtroëna, vt ex Ammiano Marcellino, lib. 14. discere licet, & *Veteri Prouinciarym notitia*, quam primus Sconhouius edidit, & ex *Imperij Notitia*: Lycia verò & Pamphylia Asiæ Diocæceos Prouinciæ erant, vt ex duabus illis *Notitiis* liquet.

Quintò notandum, iunctam hoc tempore *Lyciæ & Pamphylie* administrationem fuisse atque vni Præsidi paruisse, cum tamen postea sub Theodosio Juniore & Iustiano administrationes diuisæ fuerint, sic quidem vt Consularis Pamphylie, Præsès Lyciæ præesset, vt testatur *Notitia Imperij*.

¶ Sextò notandus titulus Præsidis Lyciæ & Pamphylie: nempe *Perfèctissimi*, quod his notis indicatur *V. P.* quo eodem titulo ante 12. fermè annos sub Constantio Choro, Constantini M. patre, Eumenius *orat. pro scholis instaurandis*, affatur Præsidem Lugdunensis primæ. Quare iocularis lapsus est Accursij, qui *Vrbis Præsèctum* interpretatur: cum apertè Præsès Lyciæ & Pamphylie vocetur: vt & Ioannis Baptistæ Vicecomitis *ad hanc leg. p. 7.* qui *Virum Prætorium* interpretatur: simili errore quo hanc notam *V. C.* Virum Consulare significare ait: cum tamen *Virum clarissimum* denotet.

Nunc de sententia *huius legis*: vbi primò erroneè circa *hanc leg.* sententiæ profligandæ sunt. Prima esto Cujacij: putabat is postrema *huius leg.* parte, quæ de Diocletiano agit, indicari *legem secundam, Cod. Inst. vt Rusticani ad nullum obsequium deuocentur*: eò quod illa *leg.* quæ Diocletianum & Maximianum inscriptos habet, caueatur, ne quis ex rusticana plebe, quæ extra muros posita capitationem suam detulerit, & annonam præstat, ad vllum aliud obsequium deuocetur: quibus verbis indicat Diocletianus, nolle se Vrbanos capitationem præstare, Perperam; neque vna de causa. Primùm enim, nullam *Diocletiani* legem Licinius *hac leg.* indicat, sed tantùm praxim & obseruantiam sub Diocletiano, quam Licinius opponit mutationi postea factæ. Secundò, si *lex* aliqua Diocletiani indicaretur hîc, vtique expressam super eo *legem* præcessisse oporteret; non verò satis esset id à contrario tantùm colligi, ex eo quod obiter in aliqua lege indicaretur. Tertid, quod vel potissimam, etsi *lex* illa Diocletiani & Maximiani nomina præferat, attamen *Maximianum* solum auctorem habet, neque ad Lyciam & Pamphyliam pertinet, verùm ad Gallias: Data scilicet *lex* illa ad *Carissum*, id est ad *Carasum*, quo Maximianus in Gallis vsus ad compescendum Rusticanorum Bagaudarum in Gallia tumultum, qui post Carini è Gallia discessum, Heliuro & Amando ducibus

exortus fuerat: de quo Mamertinus in *panegyrico*, dicto *Maximiano, cap. 4.* Eumenius *pro scholis instaurandis, cap. 4.* Victor, Eutropius, Hieronymus *Chronico. Quo* tanè bello, ait Victor Schotti, *Carasus Menapie cinis factis promptioribus eniuit.* Itaque profligato eo iam Rusticanorum Bagaudarum in Gallis, tumultu, qui exortus fuerat proculdubio propter Exactorum & tributorum acerbiteriam, (quod de sua quoque tempestate Saluianus testatur) *ca leg. vnic. Cod. Inst. vt Rusticani, &c.* opera data, ne quid in posterum tale oriretur, prohibitis rusticorum angariis. Quâ obseruatione historicâ deinceps *legem illam vnic.* illustrari cupio, & ab *hac leg.* sciungi. Ad rem, Ergo Licinius *hac leg.* Vrbanam plebem, quæ sub Galerio Maximiano, vel Galerio Maximino, ad capitationem vocata fuerat per Lyciam & Pamphyliam, pristinæ veterique immunitati restituit, ad quam proculdubio Christianæ potissimùm Religionis odio atque occasione deuocata fuerat. Sanè Eusebius lib. 8. cap. 27. Galerium Maximinum omnes Prouincias imperio suo subiectas, auri argenti & ingenium pecuniarum exactionibus attriuisse scribit: neque contra Christianos hæc tantùm acta, sed & contra alios omnes. Quem locum refert Baronius *Anno 307. n. 28.* de Martyribus in Lycia & Pamphylia nominatim, & quidem Bergæ, Sidæ, hoc tempore videnda Martyrologia. Quomodo & Iulianus Apostata Christianæ Religionis odio postea Cæsareâ Cappadociæ ciuitatum numero expuncta (de quo videndus Libanius *orat. nondum edita*: Sozomenus lib. 5. cap. 4. & 10. Gregorius Nazianzenus *orat. 3. adu. Iulian. p. ...*) plebem Christianam Cæsariensem vnâ cum vxoribus & liberis censerit voluit: & quemadmodum in pagis tributa solueret, & *το πλιθον χειριστῶν οὐδ' ὑμῶν, ἢ πῶν ἀπορησάμεθα, ἢ ἑσθάρων ἐν ταῖς κάμαϊς φόβος πλεον ἑσθάρων*: vt refert Sozomenus *d. cap. 4.*

Videamus igitur quid per *Capitationem* hîc intelligendum sit? Vulgaris sanè sententia est *hanc legem* esse de *capitis censu*, seu tributo capitis, seu personæ: cuiusmodi census, tributi capitis, à quo immunis esse iubeatur plebs vrbana, *φόρος ἡ ἀπομάρτων* frequens mentio in Iure apud Appianum, Tertullianum, alios: Quæ facillè incidet vbi intellexerimus, quid per *Capitationem* intelligendum sit: quanquam id iam ex *Paratilo*, vt & ex dictis ad *leg. 15. & 33. supr. de Ann. & tribut.* satis liquere potest. *Capitatio* igitur (quæ eadem & *Iugatio*) erat modus seu canon qui in censu publico à singulis præstandus erat, pro modo Capiti seu Iugorum quæ quis possidebat. Mentio eius vt apud Ammianum Marcellinum, ita quoque apud Saluianum lib. 5. Cum possessio ab his recesserit, *Capitatio* non recedit: proprietatibus carent, & vectigalibus obruantur. Dicta *Capita, & Capitatio*, non quæ pro capite humano vel colonorum dabantur, verùm quæ pro possessione quam quis possidebat, solueri tenebatur: id enim *Capita* dicuntur, nempe prædia ex quibus vt fructus colliguntur seu emolumenta prædij quis consequitur, vt dicitur *l. 25. supr. de annon. & tribut.* ita & functiones tributariæ, annonæ, & tributa præstantur, tanquam capitis & sortis stricturæ. Hinc & *modus Capitatiois & sortium, & ἄλλοις* dicitur: & *annona species pro modo Capitatiois & sortium præbere*: *d. l. vnusquisque 15. supr. de annon. & tribut.* Sic sanè vt in re pecuniaria & scænebrî *caput* est id cuius nomine scenus præstat, & sic fors; Ergo & in re tributaria, *ἢ τῆ λογαρητῆ τῶν ἀμωδῶν, capita* sunt possessiones & quasi sortes, quarum nomine tributa penduntur seu canon inferitur: atque exinde

de *Capitatio*, quæ capiti nomine seu pro modo sortium præstari debebat: pro modo iugorum vel capiti: Et vt *Capita & Iuga* hîc sociantur, ita & *Capitatio & Iugatio*: nempe functio pro capiti & iugorum modo tributa, seu functiones; non verò tributum capitis seu pro capite *καπάλω*, vt Plutarchus. Et verò hoc ipso sensu, exterî quoque Scriptores. B. Hilarius ad Constantium A. *Censum CAPITVM remittis, quem Christus, ne scandalo esset, exoluit.* Eodem sensu Eumenius in *Panegy.* Flauianum nomine ad Constantium: *Septem millia capiti remissisti, quartam amplius partem nostrorum censuum.* Eodem sensu Ammianus Marcellinus lib. 16. p. 69. vocem *Capitum* usurpauit. Imò idem lib. 17. p. 97. *Capitationis* bis meminit: verba eius iam consignauit ad *leg. 15. de annon. & tribut. supr.* Error enim est Interpretis, Viti alioquin doctissimi, qui priorem Marcellini locum, de pecunia quæ pro hominum capiti soluebatur, accepit: eoque referebat *Tertulliani* locum, *hominum capita stipendio censa, ignobiliora.* Quò etiam trahit locum *Eumenij, & legem 10. Cod. de Agricol.* imò & *legem 4. 6. hoc tit. & leg. 4. supr. de excus. artific.* Quod tamen omne inane est: Nam vt Eumenij locus, ita & leges illæ sunt de capitatione possessionum. Eodem pertinet vulgatum iam illud Sidonij Apollinaris *carm. 13. ad Maiorianum*:

Lastrigonas nos esse puta: monstrumque TRIBVTVM,

Hic CAPITA, vt vinum, tu mihi tolle tria.

Græci vna voce vtrumque & iuga & capita exprimunt, *ζυγκέφαλον*, Iulianianus *Novell. 8.* vt & Zonaras in *Leone Isaur.* Cedrenus vocem *καπάλω* habent, *πεσοθῶς* inquit Iulianianus, *ἀνόνων* *τῆ καππατοσίων ἡπι καρατησίων, ἢ σωπαλειῶν*: Theodoretus etiam *epist. 42.* vocem *ζυγῶν & iugation* usurpauit: vt & Iulianianus *dict. Nouell. 8.* vocem *καππατοσίων, & Nouella 17. ἡζων ἢ iugation.* Ergo *Capitatio* est modus collationis pro iugorum seu capiti numero, non pro capite hominis, vt vulgò creditum, etiam Cujacio. Neque nupera Heraldî interpretatio melior est, lib. 1. quotidianarum: *cap. 9.* qui *Capitationem* interpretatur eam quæ imponebatur pro mancipiorum & colonorum adscriptitiorum censitorum numero, & secundum mancipiorum capita. Ex tot enim legibus liquidò constat, *Capitationem* pro numero modòque iugorum seu capiti positam; denique terrena hæc *capitatio* seu *iugatio* fuit, & verò dicitur *l. vltim. de Collat. donat.* sic tamen terrena fuit, vt ratio haberetur quoque hominum & animalium, velut quæ parî *capiti* seu substantiæ & facultatum essent: vnde & *Capitatio humana, d. l. vltim.* seu *Capitationis humana Censum, l. vnic. Cod. de colon. Thrac.* *Capitatio animalium, d. l. vltim.* vbi malè Heraldus *animali*, de quo ad eam *leg.* descriptio denique animalium, *d. l. vltim.* qua comprehenduntur & *capitatio humana & animalium terrena* opposita, *d. l. vltim.* non quasi pro capiti eorum separatim *capitatio* vel *iugatio* fieret aut præstaretur, verùm quia in censum veniebant referbanturque omnia, quæ possessionum, capiti, sortiumque & iugorum æstimationi accederent. Vtraque ergo tributariæ sortis & nexus pars: *d. l. vnic. Cod. de colon. Thrac.* Quandoque tamen ex indulgentia, concessio sublatòque humanæ capitationis censu, seu colonis tributariæ sortis nexibus absolutis, *iugatio* tantùm terrena soluebatur, *d. l. vnic. & l. vlt. supr. de collat. don.* Et hæc quidem est illius *l. vnic.* sententia; non quasi in locum capitationis pro

colonis adscriptitiis *iugatio* ibi *subrogata* fuerit: non enim ibi vlla *subrogatio* fit, sed duplex *capitatio*, vnâ sublata, ad vnâ redigitur. Quæ cum ita sint, apparet quid iudicandum sit de nupera Heraldî interpretatione ad *hanc leg.* Sententia eius hæc est, plebi Vrbanae id *hac leg.* non tribui, vt à capitatione immunis habeatur, sed eâ molestiâ liberetur, quæ possessoribus alioquin incumberet, vt exactam & collectam capitationem à Colonis adscriptitiis ipsi fisco soluerent: quod his graue erat. Additque non idem rusticanæ plebi remissum: eam quippe capitationem suam deferre debuisset: allegatâ in id *l. 1. Cod. vt rusticani*: subiectque idèd in *l. in Ecclesiis 11. Cod. de Episcopis*: Clericos iuberi, in eâ possessione vel vico ordinari, vbi res suas possident, vt propriæ capitationis onus & sarcinam agnoscant, ait *lex*, id est, vt tributum terris suis impositum pro colonorum censitorum numero à colonis suis exigant & fisco inferant: vnde se excusare potuissent, si in Vrbe, vel etiam fortassè in alia possessione fuissent ad Clerum promoti. Quæ omnia planè inania sunt. Nam quod ait, de capitatione quam possesores exigebant, mox ipsi fisco inferebant, merum est commentum. Et quod ad *d. l. 1. Cod. vt rusticani*: attinet, est ea omninò de capitatione seu iugatione quam rustici possessionum suarum nomine deferrebant, præstabant: non de imaginariâ illâ pro capiti colonorum tantùm. Et *d. l. 11.* disertè agitur de *propria* capitationis onere & sarcina: eaque modus iniicitur promiscuæ Clericorum ordinationi, per quam alioquin tributa concidebant, videlicet vt in eo vico seu eâ possessione ordinentur, vbi res suas possident: vt ita *propria* capitationis onus & sarcinam agnoscant, ait *lex*. Ergo *huius leg.* hæc perspicua sententia est, *plebem vrbanam*, ù modicum fortè quid possideret iugorum seu capiti ruri à capitatione immunem esse: *Plebem*, inquam, *urbanam*, non & Senatores inque dignitatibus constitutos, qui plerasque possessiones velut agrarij mergi ad se traxerant & quotidie traherant.

Ad capita & ad capitationem redeamus. De eadem, vt eam interpretatus sum, est quoque *lex 10. Cod. de agricolis*: & quidem de capitatione humana: Nempe Theodosius M. *ca leg.* Seruorum & ancillarum censualem æstimationem imminuit, hæc peræquatione, vt ipse ait: idque desinit, vt deinceps per binos ac ternos viros, id est, colonos adscriptitios, per quaternas mulieres, vnus capitis pendendi forma seruetur, cum antè per singulos viros, per binas mulieres capitis forma esset censa. Ergo agricolarum, colonorum adscriptitorum, censum qui pro his pendebatur, seu capitationem humanam, quæ possessoribus pro his iminebat, hoc *temperata peræquationis modo*, vt ipsemet loquitur, imminuit Theodosius Imp. Quomodo & aliàs Principes qui sese commendare volebant à moderatione, censum, & capitationem imminuere soliti. Ita narrat Ammianus Marcellinus lib. 16. de Iuliano Cæsar. *Ad vltimum, &c. quod profuerit anhelantibus extremâ penuriâ Gallis, hinc maximè claret, quod primitus eas partes ingressus, pro CAPITIBVS singulis tributi nomine, vicenos quinos aureos reperit flagitari; discedens verò septenos tantum, munerâ vniuersa complentes, &c.* Ex quo etiam Ammiani loco, eaque singulorum capiti capitatione, colligimus *Capita* maioris alicuius modi possessiones fuisse, quando pro illis tot aurei annui tributi nomine flagitarentur. Pariter vt iuga, quæ eadem erant: vt non tantùm ex eo liquet

quod passim hæc & ἀλλίως ponuntur: verum etiam quod idem modus capitacionis & tributi in utroque erat: vt docet lex 3. de militari veste: l. 1. de impon. iucrat. de scripti. Caue autem iuga, à quibus ingatio: & iugum iugeris, vnde ingeratio, confun-

das: si quid in re obscura iudicij mei est, ego iuga putem dicta, terræ modum, cui colendo per annum iugo bouum opus est: sicut iugum iugeris, quantum in die iugo bouum exerceri potest.

¶ COLONOS à prædiis auelli nulla pactione posse.

III. * Imp. CONSTANTIVS A. ad Dulcitium Conf. Æmiliæ."

SI quis prædium vendere voluerit, vel donare, retinere sibi, transferendos ad alia loca" Colonos, priuatà pactione non possit: Qui enim Colonos vtiles credunt, aut cum prædiis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi sibi prædia" prodesse desperant. Dat. 11. Kal. Maij, Med. Constantio A. IX. & Iuliano Cæs. II. C O S S. [357.]

NOTÆ.

* Lex 2. Cod. Inst. de Agriculis, Censitis, & colonis. Æmilia Confularis hæc tempestate sub Constantio Imp. peculiaris fuisse hinc videri possit: verum non ita est: de quo ad L. unia. supr. de vestigialib. Locorum appellatio hæc propria: vid. Gloss. prædium. Cod. Inst. vt in initio Legi.

COMMENTARIVS.

COLONI originales (de quibus vid. Paratit. de colonis fugitiuis:) qui cum prædiis vtique censebantur à prædiis diuelli, putà venditis donatis prædiis, atque à veditore vel donatore retineri, à Constantio Imp. hæc leg. prohibentur, per Italiam Prouinciam Æmiliam: pariter vt à Valente per Orientem, l. 14. supr. de annonâ & trib. Honorio per Gallias, l. 26. supr. de annonâ & tributis; cum tamen antea sub Constantino M. potuissent, vt docet lex 2. supr. sine censu: etsi & tum cum suo onere. Vtilius sc. visum adhuc eos ne quidem à prædiis diuelli. ¶ Coloni scilicet quidam in orbe Romano certis locis seu prædiis adstricti erant, qui Coloni Originalis dicuntur, d. l. 14. supr. de annonâ & tribut. mancipia adscripta censibus, l. 2. supr. sine censu vel reliquis: homologi coloni l. vltim. supr. de patroc. vicorum: seu certus plebis numerus prædiis singulis adscriptus, vt ait d. lex 26. supr. de annonâ & tribut. id est, vna cum prædiis censebantur: non tam hominibus quam prædiis adscripti, d. l. 26. ac proinde & eorum nomine census à dominis prædiorum illorum inferebatur: denique in fundis illis seu locis

censi erant: d. l. 14. Ergo cum fundis eos ambulare iam necesse erat, sic vt venditor, aut donator prædij, sibi eos eorumque onera seu censum reseruare non posset. Sempèrque possessor prædij eorum nomine tenebatur, ex hæc leg. & dist. l. 14. 26. Denique priuatà pactione in contrarium non valebat, quomodo & quo tempore sub Constantino M. mancipia hæc adscripta censibus, separatim vendi potuerunt, eorum censum emptor agnosceere tenebatur, l. 2. supr. sine censu. Sic & aliàs sine censu, fundus comparari non potest: de quo fuit supr. peculiaris titulus, sine censu vel reliquis fund. comp. non posse: lib. 11. Onera denique possessionum à possessionibus diuelli non possunt. Sic neque venditor nauicularij prædij, nauiculariam functionem in se recipere potuit, l. 8. supr. de prædiis nauicular. vt neque viceuersâ, commoda ædium venditarum sibi venditor retinere potuit, putà annonas ciuicas seu panem gradilem, l. 1. infr. de annonis ciuicis. Plura qui volent de colonis, eorumque conditione, consulat Paratit. de fugitiuis colonis.

¶ De PERSONIS immunibus à censu.

IV. * Impp. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Viuentium PF. P. Galliarum.

IN Virginitate perpetua" viuentes, & eam Viduam, de qua ipsa maturitas pollicetur ætatis nulli iam eam esse nupturam, à Plebeis" capitacionis iniuriã vindicandas esse decernimus: Item Pupillos in virili sexu vsque ad viginti annos ab istiusmodi functione immunes esse debere: mulieres autem, donec virum vnaquæque fortitur. Dat. x. Kalend. Decemb. Valentiniano & Valente AA." C O S S.

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Instin. Concordat huic lex 6. infr. quæ eiusdem Valentiniani est ad eundem Viuentium PF. P. Interuit hæc leg. Annalib. suis Batonius Ann. 365. n. 44. Viuentius PP. Galliarum sub Valentiniano: vid. Protopogr.

"Qua se sacra Legi obsequio PERPETVO dicarunt: d. l. 6.

"ex actio plebis vocatur d. l. 6.

"Credo suppleendum 11. vt sic ad Annum 368. referatur hæc lex: Viuentius enim cui hæc lex inscribitur adhuc An. 367. Præfectus Vrbi erat, vt docet lex 11. supr. de panis, & lex 3. supr. de indulg. crim. & Ammianus Marcellinus lib. 27. p. 361. 362. Vnde demum PP. Galliarum factus est, eamque Præfecturam administrauit Ann. 368. 369. 370. 371.

COMMENTARIVS.

DE IMMUNIBVS tribus personarum generibus à censu seu à plebeis capitacione, est hæc Valentiniani Sen. constitutio, & quidem per Gallias quod notandum: pariter vt altera l. 6. infr. quæ eundem Valentinianum auctorem habet, & ad eundem Viuentium PP. data est: sic tamen vt illa ab hac in nonnullis recedat: mox vt ostendetur. Et sic pertinet hæc lex ad Censum Gallicanum, pariter vt dua Leges proxime, 5. 6. & lex 1. supr. sine censu: & lex 1. supr. de fide & iure hæstæ. Plebeis" capitatio, quæ hæc leg. dicitur, vocatur pariter d. l. 6. plebis exactio. Plerique verò Interpretum id de tributo capitis, seu capitis censu, quod per capite dabatur, accipiunt. De quo est sanè lex 3. π. de censibus: vbi limilis quoque immunitas continetur. "Ætatem in censendo significare necesse est, quia quibusdam ætas tribuit, ne tributo onerentur: veluti in Syriis à quatuordecim annis masculi, à duodecim femina vsque ad sexagesimum quintum annum tributo capitis obligantur: Ætas autem spectabatur censendi tempore. Verum cum nullam iam amplius hoc æuo capitis seu pro capite libero tributum vsurparetur: est omnino hæc lex, vt & d. l. 6. accipienda de Capitacione & Ingatione pro capitibus & iugis seu possessionibus. ¶ Ergo Valentinianus hæc leg. vt & l. 6. infr. quæ huic concordat, Capitacionem tribus hominum generibus remittit. Primum in Virginitate perpetua degentibus, seu quæ se sacra legis obsequio perpetuo dedicarunt: quod & ipsum rursum constituit, l. 6. infr. hoc iur. ad eundem Viuentium PP. sic tamen vt indistinctè id de iis quæ se sacra legis obsequio perpetuo dedicarunt, sanciat. De huiusmodi virginibus sanctimonialibus præter hanc leg. & d. l. 6. sunt insuper quinque hoc Codice Constitutiones: putà Constantij lex 1. supr. de raptu vel matrim. sanctim. Ioniani l. 2. d. tit. Valentiniani Senioris hæc lex, & l. 6. infr. & l. 22. de Episcopis: Theodosij M. l. 12. infr. de Scenicis. Honorij lex 9. d. tit. de raptu vel matrim. Sanctim. Quæ leg. Valentinianus fœdis earum capitacionibus occurrit: nam & ipsæ ex vidualium liberalitate aliquid consequi vetantur: vt viceuersâ hæc leg. priuilegio immunitatis à censu decorantur: quod deuotionis Valentiniani Sen. fuit: quod ipsemet indicat d. l. 6. infr. Simili deuotione habeantur immunes, & si qua se sacra

Legis obsequio perpetuo dedicarunt. Alia enim immunitas his non data: Quod etiam indicat satis Ambrosius, libello 2. contra relationem Symmachi, ad Valentinianum Iun. vbi agens de immunitate Virginum Vestalium, in genere; non esse virginitatem quæ pretio emitur: non esse integritatem, quæ tanquam in auctione, nummario ad tempus elicitur compendio: primam denique castitatis victoriam esse, facultatum cupiditates vincere, quia lucrum studium tenementum pudoris est. Quibus haud ab similia & alibi scribit. Interim ex hæc leg. & l. 6. infr. obseruandum, Denotas virgines hæc tempestate per Gallias peruatilte: vid. & Hieronymum tom. 1. fol. 101. lit. d. de vitando suspecto contubernio: Quæ sanè ante 30. fermè primùm annos exemplo Ægypti Romæ inualuerant, teste Hieronymo epist. 16. ad Principiam de Marcellâ viduâ, de quo dixi ad l. 1. supr. de raptu vel matrim. sanctim. A quâ exemplum in Gallias iam hoc æuo propagatum. Et hæc quidem de sacris Virginibus.

¶ Secundo, eadem immunitas capitis census hæc leg. & d. l. 6. tribuitur & Viduis. Et hæc quidem lege iis quas ipsa ætatis maturitas pollicetur, nulli iam eas esse nupturas. At lege 6. Viduis in genere: de quo ad eam legem: Ita quoque iam olim in Syriis fœminæ vsque ad 65. ætatis annum censu obligabantur, post hæc non item: vt testatur d. l. 3. π. de censibus.

Postremo, eadem Immunitas tribuitur hæc leg. à Valentiniano Sen. Pupillis, virilis scilicet sexus vsque ad annos 20. fœminæ, vsquequod virum sortitæ sint. At enim idem Valentinianus biennio post, leg. 6. infr. Pupillis hanc immunitatem tribuendam credidit, donec eos ingrederentur annos qui iam Tutoribus Curatoribusve publicis non egerent, id est, vsque ad annum ætatis 25. De quo plura ad eam leg. 6. infr. Certè Basilium quoque hanc ob ætatem à censu immunitatem obiter memorat epist. 279. ad Modestum PP. vbi queritur Presbyteris & Diaconis censum indidendum, πάλω εἰ μὴ πρὸς τὸς ἄλλοις ἔχοντες τὴν ἡλικίαν τὴν ἀγαθὴν, nisi qui alioquin fortè per ætatem immunitatem haberent. In Gallia sanè minores à tributis immunes sunt: de quo vid. Brettij Orat. 41. vbi hanc ipsam leg. allegat, p. 240. b.

v. * Idem AA. ad Florentium PF. P. Galliarum."

SI quis, census Inquisitione completâ, grauatum se esse credat, apud Prouincie Iudicem pulset" quem mauult. ex die clausi" renuntiatque" census spatia præstituta dinumerans: vt si, necessitatibus publicis occupatus domesticis commodis defuit cum census agitur" est, intra anniuersarij temporis curriculum" fiducia competitionis" adsistat: Si verò præsentem sciat se esse censitum, intra quinque menses, quibuscumque viribus fultus immineat, vltra non habeat huius vocis" arbitrium. Dat. 11. Non. Iun. Remis, Lupicino & Iouino C O S S. [367.]

INTERPRETATIO. Si aliquis in causa publica occupatus, cum descriptio ageretur, per absentiam suam se esse grauatum queratur, intra anni spatium apud Iudicem loci querelas suas allegare debet: nam si præsentem fuisse constat, non plusquam quinque menses ad exequendas querelas suas nouerit sibi fuisse concessum, quibus transactis agendi copia denegatur.

NOTÆ.

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iust. Huic concordat Theodosij M. lex 4. infr. de censitoribus.
- "Florentij huius PP. & quidem in gestis huius ipsius Anni, meminit Ammianus lib. 27. p. 370. Hic idem antea quo tempore Iulianus Cæsar in Galliis fuit, PP. fuit: de quo idem Ammianus lib. 16. p. 83. lib. 17. p. 97. lib. 18. p. 124. 125.
- "Pulser, id est, conueniat, vid. Gloss. accuset: vt d. l. 4.
- "ex iis penes quos census distributio est: Tabularium l. 1. supr. Peræquatores, vel eam qui per gratiam redentur est: vid. l. 4. infr. tit. prox.
- "Clausus census dicitur, cum perficitur: cum peræquatio completur, vt loquitur lex 4. infr. tit. prox. cum finis est operis consummari: l. 4. §. 9. π. de censibus.
- "Renunciari census dicitur, cum completus, clausus in libros Censuales referatur: cum Codices traditi, vt loquitur dicit. lex 4.
- "Agitari census dicitur.
- "Circulum in Edit....
- "Competitio est (vt Interpres rectè quoque vidit) querela, hæc leg. & l. 4. infr. tit. prox. de Censitoribus. (quæ in eodem argumento versatur, & Gratianum Valentiniani huius leg. Auctoris, filium auctorem habet:) & l. 1. §. seu pen. eod. tit.
- "Emineat tenter quis: verum illud non temerè muto.
- "id est, querela.
- "Remis hoc Anno constitutus Valentinianus: vid. Chron. Theod.

COMMENTARIVS.

QVERELÆ aduersus iniquum censum siue adscriptionem, vt libertatem hæc leg. relaxat aduersus Censitores, siue Peræquatores, ita certi temporis metas huic rei ponit Valentinianus Sen. Anno D. 367. in Galliâ ipse constitutus, hæc constitutione ad Florentium PP. Galliarum: quæ proinde ad Censum Gallicanum pertinet: pariter vt superior. 4. & proximè sequens 6. Quod etiam spectat lex 1. supr. sine censu vel reliquis. Pariter vt Theodosius M. l. 4. infr. de censitoribus. Scilicet ei qui Absentem se grauatum dicit, annum ad querelam suam proponendam tribuit: absentem inquam, qui necessitatibus publicis occupatus domesticis commodis defuit: qui Reipubl. causâ absuit, vt lex 4. infr. de censitoribus. aperte loquitur, præsentem verò & scienti, quinque tantum menses tribuit ad querelam suam proponendam. Hæc ita nunc Valentinianus. At enim Theodosius M. postea d. l. 4. prolixius tempus tribuit: nempe præsentibus & maioribus annum integrum continuum, minoribus verò & absentibus Reipubl. causâ, annum vtilem, ex eo videlicet tempore

computandum, ex quo agere potuerunt, id est minores, maiores effecti, absentes domum reuersi. ¶ Porro discretè Absentibus Reipubl. causâ tantum tempus tribuitur: sui negotij causâ absentibus non item: horum non tanta vt superiorum ratio, quibus imputari potest tanti temporis taciturnitas, rerumque suarum negligentia: illis verò non item. ¶ Notanda interim ex hæc leg. & d. l. 4. Præscriptionis legitimæ species, pro censu siue adscriptione: nam vt ab vnâ parte census iniquitatem sæpè emendari æquum est, ita viceuersâ non quouis tempore conuelli oportet. De praxi huius leg. vid. quæ ad l. 4. infr. de Censitoribus. ¶ Porro à quo tempore præscriptio huius leg. currat, definitur hic, ex die clausi renuntiatique census: pariter vt d. l. 4. cum fuerint traditi Codices, & completa peræquatio. De quo vid. quæ Claperius cansarum fiscalium c. 42. q. 2. n. 1. Similis verò est dispositio legis 1. 73. supr. de Decurionibus. vnde desumpta est lex 1. Cod. de Apochis publicis.

v i. * Idem A.A. & Gratianus A. ad Viuentium PP. P."

NVLLA Vidua, nemo Pupillus ex vtroque sexu, donec eos ingrediatur annos qui iam Tutoribus, Curatoribusve publicis non egeant, exactiorem plebis agnoscat. Simili autem deuotione habeantur immunes, & si quæ se Sacræ Legis obsequio perpetuò dedicarunt. Dat. 111. Kalend. April. Triu. Valentiniano & Valente 111. AA. C O S S. [370.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iustin. Retulit eam Batonius Ann. 370. n. 131. Concordat ei lex 4. supr.
- "Galliarum: vt d. l. 4. supr.
- "Curatoribus vel publicis: apud Baronium malè editum.
- "Capitationes plebeie, l. 4. supr.

COMMENTARIVS.

DE IMMUNIBVS tribus personarum generibus à plebeio censu, est hæc altera Valentiniani Sen. ad eundem Viuentium PP. Galliarum constitutio, pariter vt lex 4. supr. putà de viduis pupillis, & Sanctimonialibus: Magno tamen inter hanc & illam discrimine I. Vidua à censu immunis præstatur illa lege, cum hac taxatione, Eam viduam, inquit, de qua ipsa maturitas pollicetur avaris nulli iam eam esse nupturam. At enim hæc leg. indistinctè, Nulla vidua exactiorem plebis agnoscat.

Est proinde hæc lex iam generalior & plenior hæc parte. ¶ II. Plenior quoque est circa Pupillos: Nempe illà l. 4. Pupillis immunitas datur masculis vsque ad 20. annos, foeminis vsque quò virum fortiantur: At enim hæc leg. pupillis ex vtroque sexu eâ immunitas præstatur, donec eos annos ingrediuntur, qui iam non tantum Tutoribus vt in l. 3. π. de censib. curatoribusve publicis non egeant, id est, foeminis vsque quò virum fortiant (tamdiu

(tamdiu enim tutela in foeminis perdurabat, de quo l. 2. supr. de tutorib. & cur. creandis:) masculis ad annum vsque 25.

3. Laxius tandem accipiendum est hæc leg. id quod de Sanctimonialibus dicitur, si quæ se Sacræ Legis obsequio perpetuo dedicarunt: quàm quod illà l. 4. in Virginitate perpetuò viuentes. Nempe Diaconissæ quoque hæc parte comprehenduntur; cum superiore l. 4. comprehendantur Viduarum

appellatione: sed fatius nunc visum Valentiniano à Viduarum appellatione eas secerne, cum eâ viduarum appellatione hæc lex promiscuè comprehendat quascunque viduas. Vt his omnibus inspectis ita censum, exortis post leg. 4. supr. dubitationibus nonnullis ad relationem Viuentij PP. Galliarum, hanc legem tantquam superiore accuratiorem à Valentiniano emissam.

v i. i. * Idem AAA. ad Modestum PP. P."



SIC VBI subscriptorum modo sorte fatali morientibus describitur aliquid fuerit imminutum, contraque in vicinâ, vel conterminâ eius, vel in eodem, vel vbilibet, similis substantia ratione nascendi ultra conscriptorum numeris adcreuerit, modus censuum intraque seruetur, vt ex eo qui superest, ille qui defuerit suppleatur. ¶ Hoc autem veritè celebretur Auctoritas Tua Iudicibus tantum, id est, Rectoribus Prouinciarum, permittat potestatem: ita vt idem, cum querimonia Defensorum, vel Plebeiorum ad eos fuerit nuntiata, exhibitis partibus, secundum fidem rerum, coram cognoscant, ac stabilitatem census finita altercatione componant: Eos tantum qui mortui videbuntur, ex adrecescentibus repleturis: Cæterum illos, qui relictis censibus aufugerunt, ad excusationem pertinere non est æquum; quandoquidem eum qui videbitur aufugisse, constat esse reuocandum. Dat. xv. i. Kalend. Feb. Constp. Gratiano A. 111. & Probo C O S S. [371.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iustiniano.
- "Modestus PP. Orientis sub Valente: vid. Prosopogr.
- "Sicubi de subscriptorum modo, vel si quibus de, &c. id est, si morientibus nonnullis & numero eorum qui censibus adscripti erant, aliquid fuerit imminutum de modo census.
- "Subscripti, postò infra Conscripti dicuntur: adscripti scilicet censibus.
- "aliquibus.
- "ita 2e de scripto: diuisim Scriptum vocat modum & numerum libris censualibus adscriptum.
- "& vicissim.
- "absolute, vel reponendum vicina: cō τῆ γέροντι ἢ ἀποφύων ἀπὸ τῆς.
- "De hæc voce vide Iuretum in Symmach. lib. 10. epist. 13. p. 265.
- "loco, scilicet qui generaliter designatur initio legis, voce sicubi.
- "an substantia? Substantia hic pro fecunditate, copia, modo, existentia, præsentia, extrantia, vt sic locus hic ita interpretatur, similitudo substantia, ratione nascendi: vide Gloss. in v. Substantia. Et sic in effectu hic pro homine substantie, seu substantie: τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας, τὸ ὄνομα denique pro persona: quo sensu in Sacratissimæ Trinitatis mysterio accipitur: vide Gregor. in Epiphani. & Basilium: ἡὸς τὸ ἀνομοῦτον & τὸ ἀνεκδιαιρέτου.
- "Conscripti hic & l. 1. 4. de annona: adscripti aliâs, & subscripti supr.
- "2e numerum.
- "2e. integrè.
- "ex adrecescentibus infr. circa fin.
- "& defecerit.
- "pro idem, Iudices scilicet.
- "De imminuto numero eorum qui censibus adscripti erant.
- "id est, mortui erant.
- "2e. repleturi.

COMMENTARIVS.

DE SUPPLENDO, INTEGRANDO, REPARANDO censu, est hæc Valentis Imp. constitutio, ad Modestum PP. Orientis Ann. D. 371. emissa: pariter vt duæ aliæ strictim eiusdem Valentis, ad eundem Modestum PP. putà lex 6. 7. supr. de Tyronibus, & Constantini M. lex 9. supr. de priuil. eor. qui in Pal. Subinde scilicet censum reparari oportuit ac nominatim propter capite censos quæ deficientes, quæ fugitiuos. Igitur cum hæc tempestate census imminutus fuisset, Valens eius reparandi curam suscepit hæc leg. vt erat Princeps Prouinciarum, & plebis æquissimus tutor, vt docet Ammianus lib. 31. fidemque facit lex 2. supr. de iure fisci: l. 3. Cod. de de defens. ciuit. Themistius orat. 10. p. 224. 243.

¶ Obseruandum interim ex hæc leg. in singulis Legionibus, fuisse certam matriculam, quæ Scriptum hæc leg. vocatur: profectio Censualis, l. 3. supr. de priuil. eor. qui in S. Pal. volumina censua-

lia ibid. fasces publicæ, d. l. 6. supr. de Tyronibus, quibus continebantur nomina & numerus eorum, quos censum inferre oportebat: qui inserta capitationis numerus vocatur eiusdem Valentis constitutione ad eundem Modestum, d. l. 7. supr. de Tyronibus matriculis comprehensi dicuntur hæc leg. vt & subscripti, conscripti, vt ita sciretur, quinam immunes essent & incensiti: Immunes inquam priuilegio aliquo, vel status personæ, vel conditionis, cuiusmodi plures fuere. Eò sanè numero fuere inter alios filij Palatinorum & serui castrensis peculio ab his conquisiti: d. l. 3. supr. de pecul. eorum qui in S. Pal. ¶ Præter hos censitos, & immunes, fuit & tertium genus eorum qui nondum censiti erant, verum suo tempore censendi veniebant, subrogandi vid. in locum deficientium & mortuorum ex matriculâ: Hi Adrecescentes dicebantur hæc leg. & d. l. 6. 7. supr. de Tyronibus. & d. l. 3. supr. de priuil. eor. qui in S. Pal. quomodo & in militia Adrecescentes

crecentes quidam fuere, l. vnic. supr. de Classic. &c. & in officiis. Ex superfluo venire, d. l. 6. in fin. superesse hac leg. Ergo cum certus numerus esset censitorum, reparari eum subinde oportuit censitis morientibus. Ea vero reparatio seu integratio fiebat ex his Adcrefcentibus: qui, inquit, Valens hac leg. erant vel in vicinâ, vel in conterminâ regione, vel in eodem (loco,) vel ubilibet. Igitur si nulli, aut non sufficiente numero Adcrefcentes essent in eâ ipsâ regione, in eodem loco, ad reparandum numerum conscriptorum, alij Adcrefcentes alibi constituti ad id denocantur: ubi-
cunque essent, fortè in vicinâ regione, vel in conterminâ, imò etiam remotiore: vt ita semper integer seuaretur numerus subscriptorum, seu conscriptorum, & sic census σωτήρια fieret.

¶ Formam porò huius subrogationis faciendâ Valens hac leg. hanc præscribit: nempe, vt soli Rectores Prouinciarum hanc subrogationem seu reparationem faciant. Eamque in finem vt i. Quærela Defensorum & plebeiorum ad eos referatur; id est, vt apud eos Defensores plebis, vel plebs ipsa censum soluens numerum demortuorum seu deficientium profiteantur, quorum vti-

que intererat numerum integrari, ne in eos alioquin census deficientium recideret. Defensorum horum meminit idem Valens Imp. l. 3. Cod. de Defens. ciuitatum: vbi quod eorum munus fuerit, disertè explicat: 2. ¶ Post hanc querimoniam Rectorem Prouinciarum coram cognoscere iubet, exhibitis partibus, vt scilicet decernat, quinam proximè ex Adcrefcentibus ad censum vocandi iure sint, atque ita altercationem suat, siue inter Defensores duarum Regionum siue inter Adcrefcentes, sui subrogationem defugientes. Ergo Reçtori Prouinciæ hæc integratio seu reparatio incumbebat; vt ita gratia via præcluderetur, si ea Defensorum vel Plebeiorum arbitrio procederet.

¶ Et hætenus quidem de Reparatione census & censitorum, imminutorum per mortem. At enim, quæ secunda huius leg. pars est in fin. Valens Imp. hac leg. hanc Integrandi census rationem non admittit, seu subrogandorum aliorum ex Adcrefcentibus in locum fugitiuorum: eos enim reuocari à fugâ iubet ad agnoscendum censum. ¶ Tandem obseruari cupio, hanc Valentis legem, vt alias eiusdè plures, totâ de vero Hellenismo sapere.

¶ Contra IMMUNITATES à censu.

VIII. * Imppp. Gratianus, VALENTINIANVS & Theod. AAA. ad Populum."



EMO aliquid immune possideat, sit irritum, si quid Domui Nostræ tale concessimus: Exæquationes Censuum, quas consensus Prouinciarum, quas nostra Responfa, quas Censorum & Peræquatorum officia, quas auctoritates denique Ordinariorum & Amplissimorum Iudicum, necessaria emendatione vel constitutione probauerant, inconcussa æternitate permaneant. Immunitates * verò specialiter datæ, iugatio vel capitatio, libris publicis, & ciuitatum ac Prouinciarum encautariis, sine aliqua probatione, factæ, penes frucentes erepta, in functionem pristinam redeat. His * nostræ Serenitatis Edictis ciuitatum Tabulariis erit flamma supplicium, si cuiusquam fraude, ambitu, potestate iniusta cuiuspiam profiteretur immunitas: ac non, secundum præcedentem definitionem, omnes omninò, abolitâ specialium immunitatum gratiâ, necessitas tributariæ functionis, firmatâ Censitorum, Peræquatorum, Prouincialium, Iudicum, peræquatione, constrixerit. Dat. 11. Non. Mart. Med. Merobaudè II. & Saturnino Coss. [383.]

NOTÆ.

* Abest prima pars huius legis à Cod. Iust. Relata enim duæ posteriores tantum sententiæ, & adhuc diuisæ, scilicet l. 1. Cod. de Immunit. nem. conced. Concordat ei eiusdem Valentiniiani Iun. lex hoc ipso Anno data, extremo mense Ianuario, putâ lex vnic. supr. si per obrept. & lex 20. supr. de annonâ & tribus. seu lex 7. supr. de diu. rescriptis.
* Edictum hoc est ad populum: quod etiam expressè dicitur, vers. his nostris.
* Censitorum, vt infr. sine leg. & tit. prox. & l. 2. 3. supr. de præd. Senator. de his titulo prox. probauerunt.
* Lex 9. Cod. de Agriculis, hinc desumpta est.
* Iugatio: Cod. Iust. 29. iugationis vel captationis.
* aut: Cod. Iustin.
* Encautaria: de his dixi ad l. 4. supr. de extraordin. & l. 1. supr. de Veteranis.
* vt suprâ expressum.
* irrita: & mox, redeant, Cod. Iust. Quicquid sit, in vitio cubat hæc tota sententiâ.
* Lex 1. Cod. de Immunitate nemini conced. hinc desumpta est.
* Iniustam cuiuspiam profiteatur immunitatem, ita Cod. Iust. rationem istius mutationis sequens nota edocet.
* Passiue hæc vox insolenter effertur, quæ causa fuit immutandorum horum verborum Cod. Iust. Porò profiteretur immunitas, id est, publicè admittetur, atque in libros publicos & censuales referretur.
* Hæc quoque habentur Cod. Iust. d. l. 1. quæ Triboniani incogitantia est, omisisse quippe ea debuit, vt pote reiecta, vel reiecta prima huius leg. parte, quò hæc verba referuntur.
* peræquatorumque, Cod. Iustin.
* constrinxerint, Cod. Iust. malè: constrinxerint, necessitas scilicet tributariæ functionis.

IMMUNITATES omnes à censu (de quibus, & aduersus quas vide peculiariter Titulos supr. de immunitate concess. & tit. si per obrept. fuer. impetr.) irritas esse iubet hac leg. Valentinianus Iun. pariter vt hoc ipso Anno ante mensẽ, quòdque excurrit, l. vnic. d. tit. si per obrept. imò & l. 20. supr. de annonâ & tribus. seu l. 7. supr. de diuers. rescript. In tantum (quæ Ampliatio hîc notanda est) vt Domui suæ, seu rebus priuatis Principis concessam immunitatem in irritum deducat: quod & ipsum facit d. l. vnic. ratione ibi elegantissimâ additâ. Propositâ pœnâ (quæ sanctio obseruanda) & quidem sanctissimâ, ignis, Tabulariis Ciuitatum, si cuiusquam immunitatem admiserint: Nempe Tabularij Ciuitatum vt censuales tabulas seu Chartas tractabant & exactoribus tradebant, ita per fraudem sæpè alios in dispendio vindicabant, aliis indebitum munus imponebant: de quo plura ad l. 1. supr. hoc tit. ¶ Quid igitur? Abolitis specialibus immunitatibus, Exæquationes seu Peræquationes censuum publicè factas à Censitoribus & Peræquatoribus obseruari iubet Valentinianus: de quibus Censitoribus, Peræquatoribus, prox. tit. Nempe subinde (quod hæc quoque lex satis indicat) necessariò emendando vel constituendo censui Peræquatores & Censitores per Prouincias missi. Et hæc quidem de huius leg. sententiâ. Nunc de singularibus aliis in eâ, de quæ eius Emendatione.

¶ Primò, illud in hac leg. obseruatu dignum, indicari & quidem duobus locis in Exæquationibus his hæc quatuor concurrisse, seu hanc probationem, vt vocatur hîc: 1. Consensum Prouinciarum, id est, Prouincialium; id est, factas probatas exæquationes de consensu publico & communi Prouinciarum, 2. Principis responfa, id est, à Principibus probatas cum factæ fuissent, eisque robur datum à Principe. 3. Factas à Censitoribus & Peræquatoribus; de quo tit. prox. 4. Factas denique auctoritate Iudicum Prouincialium Ordinarium & Amplissimorum, id est, Rectorum Prouinciarum & Præfectorum Prætorio: Ordinarij scilicet Iudices, vel Iudices simpliciter, l. 7. prox. supr. sunt Rectores Prouinciarum Amplissimi verò, Præfecti Prætorio.

¶ Secundò notandam, secundam huius leg. sententiâ in manifestâ mendâ cubare, quam neque Tribonianus tollere potuit, Quid enim est, Iugationem & Capitationem penes frucentes eripi: quod neque Latinæ Linguæ ratio patitur; neque loci huius sensus; neque enim id vult Valentinianus, Iugationes eripi Dominis, sed (quod statim subiicitur) eas in functionem pristinam redeat, id est, censui obnoxias reddi: Ego itaque locum hunc ita constituam, Immunitates verò specialiter datæ Iugationis vel Capitationis, libris publicis & Ciuitatum ac Prouinciarum encautariis, sine aliqua probatione factæ, penes frucentes irrita, in functionem pristinam redeant. Penes frucentes irrita, id est, frucentibus inutilis, inanes, cassæ.

¶ Tertio, de Encautariis etsi iam dictum ad leg. 1. supr. de Veteranis: & leg. 4. supr. de extraordin. breuiter tamen adhuc de his tenendum, ab Encauto, de quo d. l. 1. & d. l. 4. Encautaria, seu Encautarios libros censuales dictos, & Encautos breues, l. vnic. Cod. de Collegiatis: Encantum scilicet fuit scripturæ genus quoddam, vt docent d. l. 1. & d. l. 4. seu literarum expressio per adulationem & cæstrum ἐγκραυασίον. Id scripturæ genus vsurpatum in pu-


blicis monumentis, putâ libris censualibus, vt docet hæc lex in Collegiatis matriculis, d. l. vnic. Cod. de Collegiatis: in Priuilegiis certo Corpori concessis, veluti Veteranis, vt docet d. lex 1. supr. de Veteranis, in extraordinariorum munerum distributionibus, d. l. 4. supr. de extraord. mun. Ergo Encautaria sunt, quæ alicubi Catastra, à Græca voce καταστροφή, vel καταστροφέντιω seu καταστροφέντιω, id est sterno, καταστρώω, καταστρώνω: vnde & καταστροφος: non verò à κατασθέναι, quod est lustrare. Sanè & apud Latinos, sternendi vox, de descriptione & scriptura vsurpata: de quo alibi.

Quartò obseruandum, simul & explicandum, quod ait Valentinianus Iun. si cuiusquam fraude, ambitu, potentiâ, iniustâ cuiuspiam profiteretur immunitas. Quæ verba ad quem referenda sint, ad Tributarium seu Prouincialem; an verò ad Tabularium? ambigunt Interpretes. Ego cum Accuratio non ambigo ad Tabularium ea pertinere: nempe supplicium his minatur Imperator, quacunque tandem ratione cuiusque immunitatem admiserint, etsi fraude, etsi ambitu, etsi potestate eius qui immunitatem ostenderet. Nempe his tribus machinis Tabulariorum constantia & integritas frangebatur, fraude, ambitu, & potestate: aliis videlicet occultè obrepentibus, aliis id ab eis per ambitum & exoratis impertrantibus: potestatis aliis viâ obrepentibus, vi denique dolo vel clam. Hæ enim tres sunt machinæ, quibus quid ab aliis extorqueri solet. Sed, iniquis, quod aiunt illi, tantæ tamque atrox pœna Tabulariis iudicta fuerit, si ipsi fraudem non admiserint? Imò peremptorio hoc Edicto omnem aditam immunitatemque obtinuit Imperator: tantæque res hæc visa, ne aduersus eam latebræ vel rima quærentur, si scirent Tabularij, nullo penitus sese obtentu excusandos, verum nolent, omnem omnem immunitatem insuper haberi oportere.

Quintò, Tribonianum reprehendi non patior, quod hanc leg. in Titulum, de immunitate nemini conced. retulerit: Imò enim quàm aptissimè: Nam etsi Tabularij non ipsi immunitatem concederent, attamen non concedendum, vt in Encautaria seu libros Censuales referret: atque aded ipsi immunitatis propè auctores essent.

At enim illud (quod sexto loco notari cupio) in Triboniano iure reprehendendum, quod mutilatâ hac leg. quædam verba retinuerit, quæ relationem habent ad hanc legem integram, ibi secundum præcedentem definitionem: quæ sanè ibi non habent quòd referantur, neque intelligi possunt, nisi ex hac leg. Verùm & Triboniano hæc parte incuriâ seu oscitantia plura alia exëpla occurrunt, exempli gratiâ, in l. 1. C. de Canone largit. tit. Et huius ipsius Codicis Theodosiani Conditores non vno loco in eandem errorem impegerunt: de quo in Prolegomenis.

Septimò, quod atrocitatem pœna attingit, etsi Tabulariis non tam grauis pœna imponatur in sp. l. 9. supr. de Numerariis, hîc imponi mirum non est, eò quod Tabulariorum fraudibus factique potiores fermè elaberentur, eorumque sarcina ad infimos delaberetur, si que prægrauarentur miseri, vnde res Tributaria concidebat. De quo cateròque voraci & fraudulento Tabulariorum instituto, dixi plenè ad l. 6. supr. de Tabulariis. Falsi enim sunt, qui idè tam atrocem pœnam impostam scribunt, quod falsum Immunitatis instrumentum conscripserint: Malè: idè enim puniuntur, quod immunia, priuilegium admiserint.




DE CENSITORIBVS, PERÆQVATORIBVS,
ET INSPECTORIBVS.

TITVLVS XI.

Ex hoc Titulo & superiore conflatus Cod. Inst. Tit. LVIII. Lib. X.
de Censibus & Censitoribus, & Peræquatoribus & Inspectoribus.

PARATITLON.

I.  **ENSITORES** : de his *hoc tit.* nihil occurrit præter *Rubricam* : Eorumdem mentio & *l. ult. supr. de censu* : & *l. 2. 3. supr. de prædiis Senator.* qui & Censores (si recta lectio est) *d. l. ultim.* Sed & aliquot Basilij *Epistola* *Κλωϊροει* inscriptæ , ex quibus facillè colligitur quid muneris fuerit : Eam vocem retinet quoque, *Κλωϊροει* scilicet , Iustinianus *Novella* 17. Erant qui terras & possessiones censabant , æstimabant , taxabant : quo sensu Helychius *πλω μετόχους* interpretatur : & Isidorus *in Gloss.* Censores , *Agrimensores* : agros scilicet metiebantur , ad modum Capitationis ineundum. Hinc & *Κλωϊροει* Ildoro Pelusiota *l. epist. 275.* quam *ibi* interpres malè *Quæstoriam* interpretatur.

II. **PERÆQVATORES** : *Rubr. hoc tit. & l. 2. 4. 7. 10. 15. l. ultim. supr. de censu* : *l. 2. 3. supr. de prædiis Senator. l. ultim. supr. de locat. fund. iur. emphyt.* (à quibus ipsum munus, seu actus , *l. 5. & 10.* Peræquatio dicitur , *l. 4. 5. 6. 13. hoc tit. & l. 13. supr. de Senatorib. l. 1. supr. de Primicer. & Notariis* , & Peræquationis fors , *d. l. 13. de Senatorib.*) Exæquatores , *l. 5.* (vnde Exæquatio *l. ultim. supr. de censu* :) Inquisitores , *d. l. ultim. supr. de locat. fund. iur. emphyt.* sæpè necessitate cogente , *l. 6. vel etiam à Curiis postulati* , *l. 2. 3. supr. de prædiis Senatorib.* mittebantur , *l. 2.* dirigebantur , *l. 5. 6.* electi ad id à Præfectis Prætorio , *l. 6. hoc tit.* Cuiusmodi aliqui nominantur , veluti strator , *l. 5. hoc tit.* Agapitus *l. 13.* viri cogniti ac probati , *d. l. 6.* Ita quidem vt munus hoc electi ex necessitate subire tenerentur , *d. l. 6.* Nempe , vt , censuum modum adponerent , *l. 2. hoc tit.* vt loca quæ præstationem suam implere non possent , adæquarent , vt quid præstare possent , merâ fide & integritate scriberent , & id quod impossibile est , è vasariis publicis auferrent , *l. 12. hoc tit.* vt censum retractarent , vnde *Retractatio* , de quâ *l. 2. hoc tit.* & quidem generali retractatione ; vnde generalis Peræquator , Inspectori speciali opponitur , *l. ultim. supr. de locat. fund. iur. emphyt.* vt dominis pristinis possessiones restituerent , *l. 5. & 12. 15. hoc tit.* vel his deficientibus nouis dominis vicinis & peregrinis idoneis , *d. l. 12. & 15.* Hinc adeò Peræquatores iunguntur Censitoribus , *l. 2. & 3. supr. de prædiis Senatorum* , *l. ultim. supr. de censu* : Itémque Discussoribus , *l. 7. 10. hoc tit. l. 5. supr. de his qua administr.* Et tamen sæpè idem & Peræquator & Inspector fuit , vt *Sebastius l. 14. 15. 16. hoc tit.* *Querelæ* autem de his sæpè exortæ , vt docet *l. 4. 7. 10.* nempe quod alios grauarent iniuncto oneri impares , *d. l. 4.* quod quædam remitterent gratiâ , fraude quædam interciperent , quod per deformia & criminosa commercia aliis demerent , aliis imponerent , *d. l. 4.* quod culpam negligentia incurrerent , vel gratiæ ; *l. 7. hoc tit.* in damnum Prouincialium quædam acciperent , *d. l. 7.* quod negligentes iniuncta curassent , quod rapacitate à Prouincialibus aliquid abstulissent , *l. 10. hoc tit.* Quare eorum actus diligenti examinatione perpenſi PP. *d. l. 10.* pœnæque his impostæ , de quibus *d. l. 7. & 10.*

III. **INSPECTORES** : *Rubr. & l. 3. 9. 12. hoc tit. & l. vnic. in fin. supr. de Saurianis* , & *l. 3. 1. 33. supr. de annonâ & tributis* : *l. 2. supr. de indulg. debitorum* : *l. ultim. supr. de locat. fund. iur. emphyt.* (vnde munus seu actus ipse , *Inspectio* , *l. 1. 1. 14. hoc tit.*) sæpè in Prouincias mittebantur , si quando à Republ. ab Administratoribus videretur , *d. l. 1. 1.* vel diuersis petitionibus , *l. ultim. priuatis etiam id petentibus* , *l. 3. in pr. vel Ciuitatibus & Curiis missis in id Legationibus ad Principem* , *l. 3. & 8. hoc tit.* vel etiam integra Prouincia , vt docet *lex 2. 1. 2. supr. de indulg. debitorum.* veluti si qui fundos velut aſaticorum mole depressos cuperet aliquatenus releuari , *l. 3. hoc tit.* si defectorum leuamen exposceretur , *d. l. 3.* si succissi se nonnulli conquererentur , infœcundis fundis tantum sibi reliquis vel relictis , *l. 8.* si desertum prædium suum inspicere possessionum domini vellent , de desertis possessionibus conquerentes , *l. 14. hoc tit.* ne proinde remedia postularent , & recisionis beneficium , *l. ultim. hoc tit.* In eum igitur finem *Inspectores* mittebantur :

Qui

Qui partim conquerentium siue omne priuatorum patrimonium , siue ciuitatum omne territorium censabant , *d. l. 3. & l. 14.* vt ita squalidiora & ieiuna, culta atque opima compensantur , *d. l. 3. & l. 14.* Partim cogebant eos qui per impotentiam fundos opimos ac fertiles occuparant , cum quæstuosis vberibusque pro ratâ portione , infœcundos suscipere : *l. 8. hoc tit.* Partim vicinis & peregrinis idoneis defectas possessiones adscribebant ; *l. 12. hoc tit.* Mittebantur & *Inspectores* aliquando , vt terras Læticas inter Gentiles iustâ ratione distribuerent , & reuocarent , si maiorem aliqui quàm ratio posceret , occupassent : *l. 9. hoc tit.* Mittebantur & *Inspectores* ad loca ab hostibus vel latronibus occupata & infœcunda reddita , veteribus Dominis restituenda si vellent : si verò recusantibus , ad ea ad idoneos possessores transferenda , salua tributorum præstatione , *l. vnic. supr. de Saurianis.* Paucis igitur : *Censitor* erat , qui primus census modum definiebat : post quem , & ad eum emendandum , *Peræquatores* & *Inspectores* mittebantur. *Peræquator* erat , qui *Quantitatem* seu modum census æquaret , vt æqualitas inter Tributarios seruaretur. *Inspector* verò ferme , qui Agrorum *Qualitatem* inspiceret , sterilitæque vel releuaret , vel opimos possidentibus adiceret.

"De CENSITORIBVS. Basilij ad Censitores sex *Epistolas* scripsit : putà *epist. 304. 305. 352. 353. 426. & 427.* *Epistola* 304. rogat Censitorem vt iuxta *leges* Monachos ab omni censu & corporali ministerio immunes præster. *Epistola* 305. hortatur Censitores & sub his positos , ne iuramentum exigant à colonis super modo facultatum , *οὐδὲ τῶ μὴ ὀρκῶν* , vt *Inscriptio* eius præfert *Epistola* 352. Censitorem instituit , ad censum æqualiter gerendum. *Epistola* 353. inter alia , domum in Galatia sitam à Censitore subleuari petit. *Epistola* 426. Commendat aliquem ne iniquo censu prægrauetur : vt & *Epistola* 427. vt possessionis , circa Chananenem , rationem ita habeat , ne propter census grauitatem destituatur. De Censitoribus agit quoque *Calsiodorus 9. var. 11.*


"PERÆQVATORES , *ἐξισωταί* Græcis. Basilij *epist. 263.* meminit *Leontij ἐξισωτῆ τῆς Νισοίας.* Idem *epist. 278.* ad Modestum PP. (Orientis scilicet) eum rogat vt *Helladium πραιτένοντα* Principalem *τῆς ὀπῆ τῆ ἐξισώσει Φροντίδῳ αὐτὸν ἀπαθέντα* , liberatum iam ad intercessionem suam , magis magisque liberet. Exstat quoque *Gregorij Nazianzeni oratio 9. in Iulianum* , *ἐξισώτω* Iulianum in Cappadociam missum : & ad eundem *Carmen 49.* Eiusdem *Carmen 47. ad Hellenium Peræquatorem* , vbi inter alia *sub fin.* eum ad æqualitatem exhortans subiicit :

*Εὐχῶ δ' Ἀρμενίης, Ἑλλῆσι, ὅς λάχης αἷ
Στήσαι ἡμετέρῃ μέτρα δίκαια Φαρῶν.*

Ad Iulianum idem *epist. 166. & 168.* scribit : vbi τὸ κατὰ τὴν ἐπανίστασιν σέμμα vocat Peræquationem , *Interpres* minus rectè *considerationem de componendis tributis* , cuius & hic error , cum *initio epist. μονῶ* *Monasterium* vertit , cum *mansionem* debuerit , vbi tum Iulianus erat : denique *illâ epist.* memorat , quantæ curæ meriti que fuerit hoc munus , sed & quid horum muneris fuerit , scilicet malè adscripta emendare , *ἢ εἴ τι ποτ' ἔτασεν διετέτη κακῶς, ἢ τῆτο ἐπαρνοθησάμεθ'.*

"INSPECTORES , *ἐπόπται τῆς χώρας* : ipsa res *ἐποψία.* Ad hos pertinet *Theodoretii epistola 42. 43. 44. 45. 46. 47.*

I. * Imppp. Gratianus, Valentinianus & THEOD. AAA. Eutropio PP. P."

 "I" quis sacrilega vitem falce succiderit , aut feracium ramorum fetus hebetauerit , quò declinet fidem censuum , & mentiatur callidè paupertatis ingenium , mox detectus capitale subibit exitium , & bonacius in fisci iura migrabunt : Illo videlicet vitante calumniam , qui fortè detegitur laborasse , pro copia ac reparandis agrorum fetibus , non sterilitatem , aut inopiam procurasse. Dat. Prid. Non. Iun. Constantinop. Eucherio , & Syagrio COSS. [381.]

NOTÆ.

* *L. 2. Cod. de Censib. & Censitorib.* vbi tamen plurimum interpolata ea exstat. Non minus rectè , imò melius hæc *lex* sub *tit. super. de Censu* , locata fuisset : Et verò rectè locata *Cod. Inst. sub tit. de censu & censitorib.*
"Eutropius sub Theodosio M. PP. Orientis : vid. *Prosopogr.*
"In *Cod. Inst.* hæc ita immutata, *Quisquis vitem succiderit.*
"Ita, *feracia culta*, *Ammiano lib. 14. p. 13.*
"Verauerit, *Cod. Inst.* Cuius tentabat, *amputauerit*, quomodo Græci *ἔω τῆς ἀμπίλους ὀκτώτην ἢ ἐνφίλους ὀκτώτην κλάδων* verum eleganter hic dictum *hebetauerit*, pro *succiderit*, hebetes fecerit.
"fidem censuum, id est, verum modum : vel simpliciter pro *Censu* : quomodo etiam rursus *fidem censuum* vocatur *l. ult. supr. ne conlat. transf. postuletur.* Sic *fidem hæstæ*, & similia.
"ita rectè : malè *Cod. Inst. callida paupertatis.*

"Ingenium paupertatis. Ita doloris ingenium 6. Metamorph.
grande doloris
 Ingenium est, miserisque venit solertia rebus.
 Sic & gula ingeniosa.
 "Competenti indignationi subiiciuntur: ita hoc immutatum Cod. Iust. vsque ad, Illo: refecatis cæteris.
 "euitante, Cod. Iust.
 "Calumniam euitare, id est, accusationem: eaque re crimina, & exinde poenam.
 "quem, Cod. Iust. Hoc nostrum melius.
 "Gregorius Nazianz. *Tetraſticho 39. ὁ ἄριστος ἠσθητικὸν φρονεῖ ἰσχυροῦς.*
 "pro reparandis, Cod. Iust. Hoc nostrum melius.

COMMENTARIUS.

THEODOSII M. quatuor ordine constitutiones sequuntur: partim ne fraus census seu rei tributariae fiat; quod pertinent tres priores leges: partim ne censu lædantur Tributarij, de quo est *lex 4.* Hæc prima FRAVDI seu CALLIDITATI cuidam ἀπάτης ἢ ἀνομιῆς ἀφορμῆ (vt loquitur de alia specie calliditatis Basilij *epist. 303.* de qua ad *leg. prox.*) in fraudem census, occurrit Theodosius M. Imp. quæ elegantissimo stylo conscripta cothurno fermè Gallicano assurgit: verùm à Triboniano in *Codicem suum* relata omni decore ceu veste spoliata, & vt huius ipsius legis verbis vtat, *sacriligâ fulce succisa & hebetata* legitur.

¶ *Fraus* porro seu Calliditas isthæc est: quod nonnulli, quò declinatent fidem censuum, & mentirentur callidè paupertatis ingenium, id est, vt pauperiores sese fingentes euitarent censum, & vt loquuntur, minus soluerent in Collectis, vites & arbores in possessionibus suis excidebant; quia ex forma censuali sic agri in censum referebantur, vt diceretur, quot vinea vites, quot arbores ager haberet; vt disertè docet Vlpianus *lib. 3. de censibus: l. 4. in pr. de censibus.* Imò idem hanc ipsam fraudem quâ de hæc *leg.* agitur, memorat §. 1. in *fin.* cuius verba mox subiiciam. Ergo fraudem hanc seu calliditatem atrocissimâ poenâ,

putâ capitali & bonorū proſcriptionis persequitur hæc *l.* Theodosius M. quam tamen seueritatem displicuisse Iustiniano ostendit *huius legis* interpolatio à Triboniano facta, vbi *competenti poenâ,* & sic arbitrio Iudicis, id puniri iubet. ¶ Aliam autem rationem esse addit Theodosius M. quæ differentia notanda est, eius qui probabili de causâ, vites vel arbores succidit luxuriæque earum compeſcuit, non vt procuraret sterilitatem aut inopiam, verùm vt ne nimîa fertilitate hebetentur & euandæ fiant. Quibus omninò conuenit Vlpiani sententia, quam dixi, *d. l. 4. §. 1. in fin. Quod si,* inquit, *exciderit arbores, vel vites, nihilominus eum numerum profiteri iubetur, qui fuit census tempore: nisi C A V S A M excidendi Censuari probabit:* Scilicet, pro copiâ ac reparandis agrorum fœtibus sæpè vites & arbores succidi, hæc *leg.* ostendit Theodosius M. *de inuapriar. Quod Plinius lib. 18. cap. 22. de Tacapensi in Africâ solo scribit. Nisi,* inquit, *multiplaci partu exinaniantur vberitas, perenne luxuriâ singulari fructus: nunc verò toto anno metitur aliquod, constatque fertilitati non occurrere homines.* Vide & Philonem *dei φιλαρθρωτις, p. 551.* Interim & hæc *lex* vtiliter in vltim seu proxim deduci potest: vbi videlicet ad functiones & præstationes debitas euitandas, quid callidè sit & paupertas simulatur.

II. * Idem AAA. Cynegio PP. P."



SI, Peræquatore" misso, aliquis, aut Procuratorem" suum retraxerit, aut Colonum ad" contumaciam retractationis" armauerit, ad eum censuum modum quem vel eo, vel Procuratore illius, absente, Peræquator adposuerit, ad" nostræ sanctionis auctoritatem, tenebitur. Dat. v. r. Kalend. April. Constantinop. Honor. NB. P. & Enodio C O S S. [386.]

COMMENTARIUS.

* *Lex 3. Cod. Iust. de censu & censitoribus.* Iungenda videtur huic *leg. lex 10. Cod. Iust. de Agricultis:* quæ & ipsa est de modo Censu.
 "Cynegius sub Theodosio M. PP. Orientis. De quo etiam Libanius non vno loco: inter alia *orat. Ἐ τῶν ἐπιόρων p. 97. & 100. Zosimus lib. 4. p. 762. 769. Idacius Chron. A. Theod. 10. id est, Ann. D. 388.* Fuit PP. ab Anno 384. ad A. 388. vt docent constitutiones *huius Codicis:* vid. plura, in *Proſopogr.*
 "de Peræquatore, semel dictum in *Parasilo, & ad Rubr.*
 "fundi scilicet.
 "per contumaciam retractationis, ita *Cod. Iust.* malè; de coloni quippe contumacia hîc agitur, ad quam Dominus cum armauit. Verùm de hoc mox.
 "retractationis, *Cod. Iust.* malè. *Retractatio est inuapriar,* quod Peræquatoris munus fuit: vid. *Gregor. Nazianz. ep. 168.* Quid si legamus, *Retractationis.*
 "fugauerit, *Cod. Iust.* quod hic ineptum: de quo mox.
 "nostræ Sanctionis auctoritate, *Cod. Iust.* Verùm nostrum istud sustineri debet: nisi malis reponere, hæc nostræ sanctionis auctoritate.

COMMENTARIUS.

Altera hæc *hoc tit.* Theodosij M. constitutio est: ita & alteri fraudi, quâ census inhihebatur eâ occurrit, de CONTUMACIA scilicet dominorum seu possessorum, retractationem ἐπαρῆσθαι census à peræquatore faciendam,

impedientium. Scilicet, cum Peræquator in Prouinciam missus aliquam esset, ad retractandum censum (Peræquator enim nihil aliud est quàm *Retractor census,* quod etiam *Gregor. Nazianz. epist. 168.* indicat, vbi ἐπαρῆσθαι pariter vocat:) potentio

potentiores, quorum sarcina seu census augendus veniebat, ne Peræquator modum patrimoniij noscere posset, quod vtique vel ex Procuratoribus fundorum, vel ex Colonis discere poterat, vt qui modum patrimoniij dominici nosset, vel Procuratores suos retrahebant, & à fundis ad se vel aliò euocabant, vel Colonos armabant ad contumaciam retractationis, id est, id agebant vt sese contumaces præberent Peræquatori, & retractationi, & quibuscumque tandem artibus id agerent, ne Peræquator modum patrimoniij noscere posset, imò sese ei opponerent, vbi etiam quis, loco *retractationis,* legat *retractationis.* Igitur Theodosius M. hæc *leg.* contumaciam hanc dominorum ita plectit: vt velit constitutionem à Peræquatore *μνομετῶς* fieri *absente* licet domino, vel procuratore eius, eamque peræquationem omninò valere, & sic dominum fundi ad eum modum census teneri, quem Peræquator adposuerit.

¶ Hæc est huius constitutionis sententia, quam Tribonianus non vno loco deformauit: ac maximè eâ parte quâ de colono agitur: sic enim in-

terpolauit, *aut colonum per contumaciam retractationis fugauerit:* quasi id indicetur, colonum à domino contumace à fundo retractum & fugatum: nam imò hoc vult Theodosius, colonos non quidem retractos aut fugatos à fundo, verùm à domino armatos, incitados, vt Peræquatori venienti censumque retractanti & patrimoniij modum executenti sese contumaces præberent: & sic contumacia retractationis est contumacia ad impediendam retractationem census. ¶ Notandus igitur hic casus quo census *μνομετῶς* factus valet: cum aliàs vt census rectè celebretur, modum discuti oporteat præſente domino vel procuratore eius.

¶ Illud omittere non possum, quod *huic legi* vicinum est, Censitores, vt modum patrimoniij nosse possent, eo nomine à Colonis iusturandum exigere hac tempeſtate solitos: aduersus quem morem, quia perituri & calliditatibus viam aperiret, est expressa in id epistola dehortatoria Basilij, ad Censitorem quendam *ἑστὶ ἡ μὴ ὀρῶν, epist. 305.*

III. * Imppp. THEOD. Arcad. & Honor. AAA. Rufino PP. P."



QVI fundum aliquem, velut aſanticorum" mole depressum, cupit aliquatenus releuari, omne nihilominus patrimonium suum admissò patiatu Inspectore" censerit. ¶ Quod quidem etiam ad singularum Ciuitatum Legationes" conuenit custodiri, vt scilicet Omne * territorium censeatur, quotiens defectorum leuamen exposcitur, vt squalidiora" adque ieiuna, inculta" adque opima compensent. ¶ Nemini" autem, citra nostram conscientiam, in quantolibet modo tributariam suspendere" liceat functionem: Quod enim ad tempus differri iubebit, aut perpetuò amittitur, aut sub acerbiorè reliquorum mole repetendum est. Dat. 111. Non. April. Constantinop. Theod. A. 1111. & Abundantio C O S S. [393.]

NOTÆ.

* Vnica tantum huius *leg.* sententiâ relata in *l. 4. Cod. eod. tit.* nempe illa, *omne territorium, &c.* cæteris refecatis. Concordat huic *lex 14. inf.*
 "Rufinus PP. Orientis: de eo vid. *Proſopogr.* Eidem inscribitur *lex prox. 4.*
 "ἀφανισκῶν, *Aſantica,* mox dicuntur defecta, squalida, ieiuna. Verùm de hoc mox.
 "de Inspectore censerit. De hoc Inspectore est quoque *lex 9. 12. inf. hoc tit. l. 31. 33. sup. de annonâ & trib.* vnde minus ipsum *Inspectio l. 11. 14. hoc tit.*
 "de Hierapolitana ciuitatis Legatis *v. l. 8. inf.* De Legationibus ciuitatum supra suo titulo.
 * *Lex omne 4. Cod. eod. tit.* hinc desumpta est.
 "sterilia *Cod. Iust.*
 "de *culta,* quomodo etiam *Codex Iust.* rectè habet: vbi etiam clariss, *vt ieiuna, hîc que culta vel opima sunt, compensentur.*
 "Hæc huius legis sententiâ, ab hoc titulo fugitiua est.
 "id est, *differre ad tempus,* vt infra.
 "Reliqua sunt les restes & arrearages. De quo *tit. de indulg. deb. sup.*

COMMENTARIUS.

RIBVTARIÆ rei, ne ei fraus fiat per Releuationes aut dilationes ad QVERELAM priuatorum, vel Ciuitatum, duobus capitibus hæc tertia huius tituli lege occurrit Theodosius M. Primum igitur caput est de RELEVANDO censu eiusque formâ, denique de ALLEVATIONE censuum, vt loquuntur. Quod quidem Theodosiana huius constitutionis vt primum, ita potissimum caput est: Quid inquam *Inspector,* (de quo est insuper *lex 9. 11. 12. 14. inf. h. tit. & l. 31. 33. sup. de annonâ: l. 2. sup. de indulg. deb. l. vltim. sup. de locat. fund. iuris emphyteut.)* faciendum habeat: quid contra releuari cupiens pati debeat; cui omninò concordat *lex 14. inf. hoc tit.* siue priuatus sit is, qui releuari atque imminui censum sibi adscriptum velut nimis grauem postulat, siue

rota ciuitas id postulet: De vtroque enim disertè hîc agitur quod à Triboniano interpolatum anticipites reddidit Interpretes, num in priuato an verò in ciuitate casus hic ponendus esset. Eò quod defectos, squalidos, ieiunos fundos sibi esse dicant; vt hæc *lex* loquitur: vel vt *d. lex 14.* desertos, destitutos; Imò, vt hæc *lex* initio legis vocat, *Aſanticorum mole depressos.* Qua *Aſanicorum* voce liquet iam vel ex hæc *leg.* designari fundos squalidos, ieiunos, defectos; sed vox ipsa negotium facessit: Itaque Mainardus in exceptis tentabat *Anſariarum* vel *Anſariorum,* quod vectigalis genus fuit *l. 1. Cod. Hermogen. de iure fisci.* Verùm quid cum hoc vectigali nunc, quod etiam non fundorum tributum, verùm mercium vectigal fuit? Tentabat alius *emphyteuticorum,* Tentabat quis aliquando

aliquando Aphoricorum, quasi ἀφαιρέσις fundi sunt, steriles qui fructus nullos edunt, nullius redditus aut proventus, vel etiam qui φέρει seu tributo & censui impares sunt. Verum vox Afanticorum omnino retinenda est ut ἀφαιρέσις fundi sint euaniidi, id est steriles, inanes, caduci, fœnei, ut quoque vocatur l. 3. supr. de exactione, defecti mox infr. Nempe à voce ἀφαιρέσις quod euaniidum significat: quæ etiam euaniidi vox propria hæc in re rustica, & vbi de fructibus agitur. Columella lib. de Arbor. c. 17. Nam quæ in præcitate extenduntur, euaniide sunt, parum fructus ferunt: vel ab ἀφαιρέσις, quæ sunt apinæ, asanium res nihili: (de quibus Salmastius, in Pollionem, p. 283. Theodoretus epist. 42. vocat & τῆς χάρας ἀφαιρέσις: & ἀφαιρέσις ζυγῶν: item ἀφαιρέσις ἰσχυράνα. Ergo si quis priuatus, vel si qua Ciuitas, reuocationem petat defectorum & euaniidorum fundorum nomine, totius patrimonij ad priuatum illum pertinentis, & totius territorij χάραξ ad ciuitatem spectantis census agitari debet, & fertiles cum sterilibus compensari: Iis enim demum absoluta leuamenta præstanda sunt, qui nonnulli deferta & sterilia euaniidæque prædia habent. Quod discretè rursus cauetur d. l. 14. infr. hoc tit. Atque id est, quod tot aliis legibus cautum, ut qui opulentas simul & defertas centurias possidet, ad integrum possessionis modum seu censum teneatur: putà à Valentiniano Sen. l. 10. 17. supr. de annonâ & tributis. Theodosio M. hæc leg. Honorio, l. 14. infr. hoc tit. &

l. 31. supr. de annonâ & trib. l. 12. supr. de indulg. debitorum: Quod tamen aliquando improbauit Honorius l. 12. infr. Hinc interim apparet, non priuatos tantum, verum etiam integras ciuitates de desertis agris subinde conquestas: quod etiam docet lex 8. infr. Imò & integræ sæpè Prouinciæ, quod de Campania docet lex 2. & 12. in fin. supr. de indulg. debitorum: eaque de causa Inspectores missi inspiciendæ χάραξ quod ex Theodoretici epistolis etiam discimus. 2. Secunda huius leg. parte vetat Theodosius Suspendi seu Differri ad tempus solutionem census: id est, ex singulari aliquo privilegio moram aliquam & dilationem concedi tributatio ad tributum soluendum: De quo ipso est quoque lex 5. infr. Ratione subdita ut elegantissima ita & verissima; nempe quod Dilatum ad tempus, aut perpetuò amittatur, aut sub acerbior reliquorum mole repetatur. Hoc sensu, Dilaciones huiusmodi vel in præiudicium fisci cedere, quandoquidem, quod ita differatur, fermè in perpetuum auferatur: vel in ipsiusmet tributarij cui dilatio tribuitur, quandoquidem reliquis ita cumulatis, acerbior exactio redditur: cuius contra interest cumulum debiti non nutrir, suâque potius die debitum exigi. Tandem, non inani coniecturâ ducor huius leg. coniungendam alteram Theodosij l. vnic. Cod. de colonis Thracensibus: quæ & ipsa ad Rufinum PP. data est sine die & Consule: nam & eâ leg. agitur de reuocatis possessionibus à capitatione humana: de qua dixi ad l. 6. de collat. don.

IV. * Idem AAA. Rufino P. P.

VI grauatos se à Peræquatoribus conquesti sunt, & iniusto oneri impares esse proclamant, competitionis habeant facultatem, ut quid remissum gratia, quid interceptum fuerit fraude, conuincant: & ex eo leuamen accipiant, quod per deformia & criminosa commercia sibi inpositum esse deplorant, ut aliis demeretur. Sed in eo tempus placuit definiri, Ne plures frustra libris premerentur, si nullis intercepta metis actio tolleretur. Quare cum fuerint traditi codices, & completa peræquatio, intra annum, cui videbitur, de iniusto onere conqueratur, iniquitatem Peræquatoris accuset, ac præstitam gratiam habitâ competitione conuincat: ut quod ei fuerat superfluum, ille cognoscat, quem debitæ functioni fraus clandestina subtraxerat. Emenso autem eo tempore, actio denegabitur: Sequestratis Minoribus qui fuerint indefensi, his etiam qui aberunt causa Reipublicæ: Qui tamen ex eo tempore quæ sunt statuta custodient, ex quo ad agendum habere poterint facultatem. Dat. III. Kalend. Decembr. Constantinop. DN. Theod. A. III. & Abundantio Coss. [393.]

NOTÆ.

* Lex 5. Cod. eod. tit. Concordat lex 5. supr. de censu. Rufinus PP. Orientis sub Theodosio M. vid. Prosopogr. Eidem inscribitur lex 3. supr. se esse, Cod. Iust. Quo nil opus erat. Conqueruntur, Cod. Iust. ut ita perpetui iuris hæc lex sit. Fortè sese. Proclamant, deplorant, conqueruntur, ut infr. Competitio, hæc leg. duobus locis; l. 15. infr. hoc tit. & l. 4. supr. de censu: est querela, deploratio, de iniquo censu. Hæc sententia recita à Cod. Iust. his eorum loco subditis: quod intra annum post codicum oblationem quo videbitur, de iniusto conqueratur onere, &c. Codices sunt Censuales libri. grauatum scilicet se existimanti: in Cod. Iust. quo videbitur. Malè; quod ipsum tamen de Tribunali Iudicis cuiuscunque Cuiacius perperam accepit. Malè qui substituunt compensationem. superfluum: id est, supra quam æquum erat, inpositum. Cognoscat, pro agnoscat: vid. Gloss. Theod. Excepta vocem, loco sequestratis substituit Tribonianus in Cod. Iust. Sequestrare est peculiariter seruare. & sic annum. habuerint. Cod. Iustin.

COMMENTARIVS.

DE QUERELIS, seu ACTIONE, imò Acculatione & Competitione, ut hæc leg. bis vocatur (dicamus ut hodie loquuntur APPELLATIONE) aduersus iniquitatem PERÆQUATORVM, & sic aduersus iniquum censum siue adscriptionem, iniustum onus ab his inpositum, est hæc constitutio Theodosij M. Scilicet his querelis hæc leg. ut Prouincialibus grauatibus libertatem relaxat, ita & certas temporis metas huic querelæ ponit: pariter ut Valentinianus Sen. l. 5. supr. de censu. Nempe ut Censitores Inspectores (de quo sunt epistolæ Theodorici;) ita & Peræquatores sæpè quid per gratiam remittebant, vel per fraudem intercipientes, alios iniusto onere grauant, eisque aliquid super fundebant, fraude clandestina, per gratiam, perque deformia & criminosa commercia, ut loquitur hæc leg. de quo sunt præter hanc leg. & d. leg. 5. duæ insuper leges hoc tit. putà lex 7. & 10. infr. Itaque subinde de his, ut & Inspectoribus Querelæ Prouincialium exortæ, accusationibusque eorum voces relaxatæ: Actus eorum aboliti, ut l. 5. infr. Pœnæque in hos sancita, l. 7. 10. infr. Et si non iustæ semper de his querelæ, ut patet exemplo Philippi Inspectoris apud Theodoretum in Epistolis. Quibus contra opponenda sunt monita Gregorij Nazianzeni orat. 9. ad Iulianum ἐξισωτῶ: & Basilij epist. ad Censitorem quem-

dam 352. de officio Censitoris: μηδὲ ὄπισθε ἐν ἀδυσπρόδιον ἀγορῆ ἔλαι τῶν ἀποτήσεων, ἀλλ' αἰ ἐπὶ δίκαιον, ἔλατον ἀποχράσας: & μηδὲ διασείων ἐπισηΐνης, μηδὲ πένιες καταφρονήσης, ἀλλὰ τὸ πρὶ λογισμῶν ἀρρεστέησιν ἡσυχῆσιν ἀρρεστέσθων ἐλάχον τοῖς δοικεμένοις. Ergo querelis Prouincialium & accusationi, ut hæc leg. vocatur, καταπόρτα, ut Theodoretus, locum dat Theodosius M. sic tamen ut certas temporis metas, certam temporis præscriptionem hisce querelis ponat, prolixiores etiam, quàm Valentinianus suâ constitutione, d. l. 5. supr. de censu. Nempe præsentibus & maioribus ætate, annum tribuit à die completi census seu peræquationis; Minoribus verò & Absentibus Reip. causâ, itidem annum: verum ex eo tempore, ex quo agendi facultatem habere potuerint, seu habuerint, id est, ex quo minor ætate maior esse cœperit, absens reuersus fuerit. Quæ duæ Exceptiones hinc notandæ sunt, pariter ut ratio præscriptionis huius annalis, quæ alioquin omnium præscriptionum est: Ne frustra plures libris premerantur, se nullis intercepta metis actio tolleretur: Quam elegantem rationem Tribonianus sustulit l. 5. Cod. eod. tit. quæ hinc alioquin desumpta est. Ceterum ad practicam huius leg. adde & l. 5. supr. de censu: vide Claperium, causarum fiscalium causa 42. quæst. 2.

v. * Imp. Arcad. & Honor. AA. Herodi.....

ACTVS Stratoris, qui possessores iuris Emphyteutici sub Peræquationis colore, turbauit, iubemus aboleri, alio ad id negotium dirigendo: Quem obseruari conueniet, ut pristinis dominis, si quidem idonei comprobantur, cuncta restituat: Nobis verò ad rethibenda omnia quæ per eum vel suspensa, vel minuta, vel dilata sunt, strenuus excator incumbat. Si quid etiam latioribus ac fecundioribus fundis addi in præstatione potest, tenax Inquisitor incumbat. In omnibus verò, subsignationem facultarium, quæ in huiusmodi Locationibus prima est querenda, suscipiat. Dat. xv. Kalend. Mart. Arcad. v. & Honorio III. Coss. [396.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iustin. de hoc vide mox Commentarium. se obseruare. facultatibus: argum. etiam vers. vltim. hæc leg. pro Nouis, dominis scilicet, quibus pristini domini opponuntur supr. restituenda, præstanda. Hactenus reponunt nonnulli, Excator, putà Iurerus, in Symmachum lib. 1. epist. 27. p. 59. Alius ad marginem huius leg. Excipior. Excerpta Mainardi, Excutor. Primum illud malim: nisi forte magis placeat excator, pro exaguator: nati de Peræquatione hæc leg. agitur. Quod tamen mihi non placet. latioribus. Tenax: pro accurato. fundorum emphyteuticorum: de qua locutione fundorum iuris Emphyteutici est supr. lib. 10. Tit. 3. peculiaris.

COMMENTARIVS.

HONORII Imp. decem constitutiones sequuntur circa censum & peræquationem. Hæc est de EMPHYTEUTICORVM priuata rei Principis fundorum locatione, (de qua alioquin est Titulus peculiaris lib. 10. supr.) Quæ Stratoris cuiusdam Peræquatoris per Africam iniquis actibus circa id abolitis, qui possessores iuris emphyteutici, sub peræquationis colore turbauerat, alium ad id negotium dirigi iubet ab Herode (Africæ Proconsule, de quo mox;) Formâ seu formulâ nouo Peræquatori præscriptâ, eaque quadruplici. I. Primò iubet, pristinis Tom. V.

dominis seu conductoribus eas possessiones restitui, dummodò facultatibus idonei sint: Scilicet semel locatæ hæc possessiones, penes eos iugiter manere debent, qui priore conductionis iure eas meruerunt, quod à Valentiniano Sen. & Theodosio M. constitutum l. 3. supr. d. tit. de locat. fund. iuris emphyt. si modò idonei sint facultatibus, de quo mox. II. Secundo iubet, à nouis dominis seu conductoribus quibus Strator emphyteuticas possessiones pristinis ereptas locauerat, exigi, quicquid de Canone seu pensione debita dilatum vel minutum ab eo per gratiam fuerat. III. Tertiò iubet, R. inbet.

inbet, vt nonus Peræquator, lætiorum & fecundiorum fundorum si fieri possit Canonem seu præstationem auget. IV. Quædò iubet, eorum quibus locandæ sunt hæc possessiones Emphyteuticæ, facultates potissimum discuti, sub signationem facultatum in omnibus primùm quæri, & suscipi: utrum videlicet idonei sint conductores, per quos rei priuatæ Principis consultum esse possit. Eo sanè sine etiam fideiussores à nonnullis exactos docet lex vnic. supr. qui conductores rei priuatæ fideiussores exigere non possunt. Quod idem obtinuit in conductionibus possessionum, vt ex publico, ita ex Templorum iure descendenti, l. 4. supr. de locat. fund. iuris emphyt. & Reipubl. & templorum: vid. & l. 3. Cod. de omni agro deserto. ¶ Notandum verò, hanc legem inscribi Herodi, qui Herodes Proconsul Africae fuit, vt docet Augustinus contra Crescendum lib. 3. cap. 56. qui eius meminit in Donatistarum negotio: & quidem initio iam anni superioris 395. post Consulatum Arcadij ter, & Honorij iterum, 6. Nonas Martias: In memorato concilio Bagaiensis dies & Consul adscriptus est, non solum quo decretum Concilij conditum est, verum etiam ipsius dilationis. Ergo die octavo Calendarum Martiarum Post Consulatum Theodosij A. ter Consulatu Augustorum Arcadij ter & Honorij iterum [ter delendum]

qui dies est Concilij Bagaiensis, vsque ad octauam Calendarum Ianuariarum, qui dies est dilationis, octo menses ferme numerantur. Inuenitur autem postulatio apud Herodem Proconsulem, Inde aliquando post dicta, aduersus Felicianum & Prætextatum de Aduersicanis & Assuritanis locis excludendos: cuius pauca subiunxi. Post Consulatum Dominorum Arcadij ter & Honorij iterum [ter hoc del.] Augustorum sexto Nonas Martias, Carthagine in Secretario Prætorij Tuianus dixit, &c. Idem Augustinus ostendit Theodorum in Proconsulatu Herodi huic successisse, anno sequente 397. De quo Theodori Proconsulatu Claudianus quoque in Theodori Consulatum: si modò is Theodorus est. Verùm huic temporum rationi obstare videtur & Inscriptio huius leg. & Subscriptio. Nam & Arcadio & Honorio ea tribuitur: & consulatus Anno 396. subscribitur. Herodi quoque inscripta Synesij epistola 19. quâ is ei commendat aliquem qui ad auri prosecutionem missus fuerat à Curia. ¶ Illud ad vltimum monendum errare Loiffellum lib. du desuerpiss. t. 1. cap. 4. num. 22. cum ex hac leg. colligit emphyteuticas possessiones peræquationi obnoxias non fuisse. Quod hæc leg. non dicitur. Verùm peræquatio tantùm Stratoris improbat, imò aliàs ad id mitti iubetur.

VI * Idem AA. Hilariano....."

RERÆQUATIONEM omnibus necessariam esse non ignoramus: Ideoque præcipimus, vt nullus electus, contra iudicium Culminis Tui, Rescribit se priuilegio alicuius auctoritate defendat: quoniam per cognitos, ac probatos viros, compendia Prouincialium Iudicum volumus ordinari. Dat. xiv. Kalend. April. Med. Arcad. iv. & Honor. iiii. AA. c o s s. [396.]

NOTÆ.

* Absit hæc lex à Cod. Justin. Ex ipsa lege satis patet in Illustri dignitate hunc Hilarianum possum fuisse: ait enim lex, contra iudicium Culminis Tui. Fortè an hic idem Hilarius PP. est, cui hoc ipso Anno 396. inscribitur lex 22. & 23. supr. de evocat. mil. ann. quinimò & lex 2. supr. de conlat. aris. id est, necessariò subeundam. Rescribit se aut priuilegij alicuius auctoritate defendat. Intercepta vox, de quo mox. Ordinari, propria voce.

COMMENTARIUS.

DE ELECTIONE, seu ORDINATIONE PERÆQUATORIS est hæc Honorij lex, quâ ab hoc Munere quenquam electum à PP. excusari Rescripto, aut priuilegio aliquo vetat. Rationibus duabus additis tum initio tum sine legis. In qua quatuor de Peræquatorum munere & electione obiter obseruanda. 1. Peræquationis munus necessariò obeundum fuisse ab omnibus qui electi fuissent: quod his verbis significari existimo, Peræquationem omnibus necessariam esse non ignoramus. Id quod ipsum etiam colligere licet ex epist. Basilij 178. ad Modestum PP. vt & de censitoris officio ex eiusdem Basilij epist. 352. de Discussoris & Inspectoris ex l. 11. infr. 2. Electos Peræquatores iudicio Præfecti Prætorio: vt docent illa, contra iudicium Culminis Tui. Quod etiam disertè docet Theodoretus ep. 47. nempe quia & totius census reique Tributariæ ratio ad curam Præfecti Prætorio spectabat, quod etiam ex Zosimo liquet. Quare & si quis ab hoc munere electus excusari vellet, excusari eum à PP. oportuit: quomodo sanè Basilij dicta epist. 278. Helladium quendam oportet liberari

petit ab hoc munere esse rursus omni in electione oportet rursus autem ad idem, &c. còque nomine literas à PP. ad Rectorem Prouinciæ (nam ita locis ille verti debuit,) dari postulat: καταπιπυθίμαι περί αργυράτω ἀρχόντι τῆς επαρχίας συγγραφῆσαι αὐτῷ τὸ ἐπιδικασθῆναι. 3. Cognitos ac probatos maximè Viros electos ad peræquationis munus; Et verò meminit quoque Basilij dicta epist. 278. ad Modestum PP. Helladij istius rursus oportet esse constituti omni electione, vt dixi, id est principalis Curie. Quod & ipsum de Censitoris munere colligere est ex eiusdem Basilij epist. 352. & 353. Tandem 4. Peræquatores idè electi, & per Prouincias destinati, vt compendia Prouincialium ordinant, id est, vt prægrauatos leuent, alios non satis grauatos grauent: Quare vox Iudicum hinc profus intercepta est: neque enim Peræquatores mittuntur, vt ordinent compendia Iudicum, verùm, vt miserorum Prouincialium.

vii. * Idem

vii. * Idem AA. Eusebio PP. F."

RERÆQUATORIS, ac Discussores, quorum nobis data sunt nomina, si incurrerint culpam negligentiam, vel gratiam, non solum honorum iacturam, verùm etiam annonarum in quadruplum multæ subire debent: Ea verò quæ in damnum Prouincialium fuerint accepisse conuicti, in quadruplum cogentur exsoluere. Dat. v. Kalend. April. Med. Arcad. & Honorio iiii. AA. c o s s. [396.]

NOTÆ.

* Lex 6. Cod. Iust. eod. tit. Concordat huic leg. omninò altera Honorij lex 10. infr. Eusebius PP. sub Honorio: vid. Prosopogr. de Discussoribus fait supr. titulus lib. 11. r. 26. est & lex 10. infr. hæc absunt à Cod. Iust. quia ad historiam horum temporum pertinent. an perpetuam exactarum, impositarum? Non: nam de iis mox: Verùm annonarum, quas ipsi de publico acceperant: de quo mox plura etiam ex l. 10. infr. Multam, Cod. Iust. Quanquam istud ex huius æui Latinitate videatur sustineri posse.

COMMENTARIUS.

DE PœNA negligentis vel gratiosi PERÆQUATORIS & discussoris, qui scilicet peræquationem aut discussionem non ex fide gesserunt, est hæc Honorij constitutio, vt & altera similis lex 10. infr. Nempe triplici pœnâ eos persequitur: 1. Honorum iacturâ, seu Codicillorum ablatione: Nempe Comitiam fermè, & quidem primi ordinis Peræquatores & Discussores decorari soliti, de quo fidem faciunt tres postrema huius tit. leges, vbi plenius dicitur, & lex vltim. supr. ad leg. Iul. de ambitu. 2. Annonas in quadruplum soluere iubet: id est vt explicatiùs habet d. lex 10. refundere qua perceperunt emolumenta, nempe quæ è publico acceperunt: Vnde apparet, et si Peræquatoris munus necessarium esset, attamen emolumenta seu annonas & salaria quædam eos è publico accepisse. Porro

d. l. 10. Honorius non iam quadruplas has annonas restitui iubet vt hæc leg. verùm duplas tantùm, 3. Tandem accepta in damnum Prouincialium, in quadruplum exsoluere iubet hæc leg. & l. 10. si videlicet rapacitate plectendâ à Prouincialibus aliquid abstulerint; vt loquitur d. lex 10. si Prouinciales concusserint, dum videlicet à miseris illis pecunias exigunt & accipiunt, aliàs eos prægrauantur. De quo ipso concussione genere est & Valentiniani Sen. lex 5. supr. de iis que administrantib. De discussorum nominatim concussione, cuiusque pœnâ, dixi semel plenè ad l. 1. supr. de discussorib. Notanda interim hæc duplex Quadrupli pœna, & quidem in eodem facto: Quadrupli inquam annonarum acceptarum, in filci commodum; & Quadrupli emptorum, in priuatorum vtilitatem.

viii. * Idem AA. Eutyichiano PP. P."

QUI per inpotentiam fundos opimos ac fertiles occuparunt, cum quæstuosos vberibusque pro rata portione suscipiant infæcundos. Quoniam itaque Legati Hieropolitane ciuitatis succisos esse profecti sunt, huiusmodi possessionum retentatores cum opimis fundis & minus idoneos suscipiant: quo eiusmodi æqualitate seruata, & antedictæ Curie vires possint in posterum respirare, & filci indemnitas custodiri. Dat. Non. Mart. Constantino. Honorio. A. i v. & Eutyichiano c o s s. [398.]

NOTÆ.

* Lex 10 Cod. de omni agro deserto: & quando steriles fertilibus imponantur ad hunc Titulum non malè refertur: patet vt lex 4. 31. supr. de annon. & trib. quæ in eodem titulo argumento versantur: quia scilicet Inspectoris misso id fiebat, & ob tributorum præstationem. Eutyichianus PP. sub Arcadio; Orientis scilicet vid. Prosopogr. inpotentia est, impressio, violentia quam adhibent & intentant Potentiores infirmioribus. ex eadem substantia: hoc additum Cod. Iust. cæteris omnibus resecatis. & nominatim Curie, vt docent extrema Legis. debilitatos, attritos. id est, allegarunt. id est, etiam. id est, tributorum præstatio, l. vnic. in fin. supr. de Saturnianis.

COMMENTARIUS.

DE ΕΠΙΣΟΛῆ est hæc Arcadij Imp. constitutio: de quâ plenè dixi ad l. 4. supr. de annonâ & tributis: id est, de Addicentis adiciendis scæneis, defectis, sterilibus, infæcundis fundis, Tom. V.

illis qui opimos & fertiles ad se traxerunt per inpotentiam; vt ita illorum quoque nomine filco censum seu tributum præstent: Nempe Potentes quidam, captatis aliorum necessitatibus opimos & Tom. V. opimos

optimos fundos ad se pertrahebant, relicti sterilibus penes veteres dominos, vnde fiebat, vt defectos tantum fundos habentes, censum præstare non possent. Igitur collapsa exinde quoque re tributaria sæpè ad hanc *enclavæ* deuentum, seu *Equalitatem*, vt *hæc leg.* vocatur, quâ steriles quoque fundos, eorumque aded onera & tributa in se suscipere opimorum domini cogebantur. Id quod *hæc* quoque *leg.* fit ab Arcadio: Idque ad Legationem & querelam ciuitatis (de cuiusmodi Legatione fuit quoque *lex 3. sup.*) *Hieropolitane*, (Quod de Hieropoli in Syriâ accipio, quæ & *Hierapolis*, & *Hieropolis* teste Stephano: de ea-

dem est & *lex 2. in fr. de venat. ferarum: & lex 1. sup. de Numerariis* :) ad Legationem inquam Hieropolitanae ciuitatis & *Curie*, vt docent *extrema Legis*: non tantum, quia Legati de Curia missi, de quo *tit. de Legatis*, *sup.* verum quia Curia & Curialium fundi optimi proculdubio per impotentiam in potentiores transierant, atque ita Curiae vitæ succisæ & attrita fuerant: simul & in fraudem rei tributariae. Ob quam causam hæc *enclavæ* nunc fieri iubetur, pariter vt Anno proximo 399. ab Honorio, *subiâ tributorum præstatione*, *l. vnic. in fin. sup. de Saturianis*.

IX. * Idem AA. Messala PP. P."



VONIAM ex multis Gentibus" sequentes Romanam felicitatem se ad nostrum Imperium contulerunt, quibus terræ Laticæ administrandæ" sunt, nullus ex his agris aliquid, nisi ex nostra Adnstratione mereatur. Et quoniam aliquanti" aut amplius quam meruerant occuparunt, aut concludio Principalium, vel Defensorum, vel subrepticis Rescriptis, maiorem quam ratio poscebat terrarum modum sunt consecuti, Inspector idoneus dirigatur, qui ea reuocet quæ aut malè sunt tradita, aut improbè ab aliquibus occupata. Dat. Non. April. Med. Theodoro v. c. c o s s. [399.]

NOTÆ.

* Absit hæc lex à Cod. Instin.

"Messala PP. sub Honorio Italiae scilicet, Illyrici, & Africae: vid. *Protopop.*

"Alamannis, Sueuis, Francis, Gothis: de quo *mox*.

"Distribuentæ & distributæ colendæ: vel legendum, à quibus.

"Aliquanti, pro aliquot, aliqui: vid. *Gloss. Theod.*

COMMENTARIVS.

DE æquabili terrarum LATICARVM DIVISIONE, est hæc Honorij constitutio. In quem finem is Inspector nunc mitti iubet, qui videlicet maiorem terræ modum nonnullis traditum, vel ab iis occupatum reuocaret. ¶ Terra Laticæ, sunt agri qui administrandi seu colendi dabantur iis qui ex Gentibus, seu Gentilibus (de quibus vid. *l. vnic. sup. de nupt. Genil.*) Romanam felicitatem sequentes, se ad Imperium Romanum, ac nominatim Occidentis contulerant, vt vel *hæc lex* ostendit: Qui & ipsi Lati dicebantur: à quibus & Laticæ terra dictæ, quas quidam malè Laticas, dictas aiunt, desertas, incultas, *Ledich*. Honorum Latorum mentio fit in Valentini Senioris constitutione Anno 399. putà *l. 10. sup. de Veteranis*: vbi de his Latis dixi plenè: & in altera Honorij constitutione, putà *l. 12. d. tit. de Veteranis*: quæ quidem proximo anno 400. data est ad Stiliconem Magistrum vtriusque militiae. Igitur Gentiles hi coloni Lati dicti: Quorum meminit quoque Eumenius, *Tuo Maximiane Auguste nutu, Nerviorum & Treuitorum arua iacentia Latus postliminio restitutus, & receptus in leges Francus excoluit*. Sub hæc verò conditione hi Lati fuere, hæcque terræ Laticæ administrandæ dabantur, vt delectibus obnoxij essent, & Legionibus inferebantur: seu sub lege seruitij militatis vt docent *d. lex 10. & 12.* & Ammianus Marcellinus *lib. 11.* & variis locis *Notitia Imperij*: ita quidem vt vel de Gentis suæ nomine hi Lati inter noscentur, & denotentur: hinc *Lati-Alamanni* Sarmatæ, *d. l. 12. sup. de Veteranis*: Lati Teutoniciani, Sueui, Franci: de quibus *Notitia Imperij*. Vel de regionis nomine, in quam Lati translati, hinc Lati Bataui, Lingonenses, Neruij, in eadem *Notitia Imperij*.

Porrò huiusmodi Lati potissimum fuere in Gallia, vt ex Eumenio, *Ammiano Marcellino*, *Notitia Imperij* liquet: Quæ causa est, cur Zosimus dixerit *Λατῆς ἔθνη Γαλατικῶν lib. 2. p. 696.* de quo Zosimi loco plura dixi ad *d. l. 12.* Et aliqui tamen etiam in Italia fuere, de quo *mox*.

Cæterum obseruandum valdè, quod Honorius *hæc leg.* quæ data est Anno D. 399. ait, ex multis gentibus secutos tum nonnullos Romanam felicitatem, se ad Occidentis Imperium contulisse: Nempe hoc illud est quod hoc ipso Anno 399. Claudianus *lib. 1. in Europ.* scribebat,

— ium fortè decorus

Cum Stilichone gener [Honorius] pacem implorantibus vltro

GERMANIS responsa dabat, legè/que CHAYCIS

Ardum, & flauis signabat iura SVEVIS:

His tribuit leges, his obside fœdera sancit

Indictio, bellorum alios transcribit in vsus,

Militet vt nostris decens SICAMRIA signis.

Et mox:

Ante pedes humili FRANCO, tristisque SVEVO

Perfruor, & nostrum video Germanice Rhenum.

Exinde scilicet vbi Stilico in Galliam missus fuit, Barbaræ tum Gentes, Rheni accolæ, aliique interiores, veluti, Franci, Alamanni, Sueui; ad Romanum Imperium sese certatim contulere; inde iam Stiliconi inscripta Anno prox. *lex 12. sup. de erog. mil. ann.* vbi Latorum-Alamannorum disertè mentio fit. Porrò Alemanni non tantum Gallia, verum etiam Italia vicini erant. Itaque & huiusmodi Latis terræ Laticæ in Italiâ administrandæ datæ, quò pertinet *hæc lex*: vt & Ammiani

miani locus *lib. 28. p. 404.* in Gestis Anni 370. *Alemannos*, inquit, *gentis antedictæ [Burgundiorum] metu dispersos aggressus per Rhetias, Theodosius eâ tempestate Magister Equitum, pluribus castris, quoscunque cepit ad Italiam iussu Principis misit, vbi fertilibus [28. infertilibus: similis error apud Vopiscum in vit. Aureliani, p. 225.] agris acceptis iam tributary circumcolunt Padum.* ¶ Nunc ad rem, Huiusmodi igitur Gentilibus agros quosdam certâ conditione, certis limitibus assignatos Principis adnotatione iam liquet: aliter atque militibus nonnullis occupatoria conditione relicti, in *sp. l. vnic. sup. de rei vindicat.* vbi vid. quæ notauimus. Verum cum hoc tempore quidam ex his maiorem agri

modum accepissent, vel occupassent, vel subrepticis rescriptis, vel conlusione Principalium, vel Defensorum, Honorius *hæc leg.* id reuocari iubet misso Inspectore: proculdubio quia in dies plures huiusmodi Gentiles sequentes Romanam felicitatem, se ad Imperium Romanum conferrent. ¶ Quam autem Romanam felicitatem prædicat Honorius, eam euentus desituit; neque enim aliunde magis certa pernicies Reipub. Romanæ incubuit & in Occidente, & in Oriente, quàm ex Barbarorum colluione: Quod Synesius *de re-gno* ad Arcadium scribens hæc ipsâ tempestate re-ctè variatus est de Orientali Imperio: idque etiam sensit Socrates, *lib. 4. c. 34.*

X. * Idem AA. Longiniano PP. P."



ER hoc quinquennium" multos Comites" ac Peræquatores, necnon etiam Discussores per diuersas Prouincias constat esse directos, quos nihil profuisse vtilitatibus publicis cognouimus: Ideoque Sublimitas Tua eorum actus diligenti examinatione perpendat, & si quos neglegentes inuenit iniuncta curasse, ablatis Codicillis" primitus & refusus, faciet in duplum quæ perceperunt emolumenta rehibere." Si quos verò rapacitate plectendâ à Prouincialibus aliquid abstulisse constiterit, direpta in quadruplum rehibere compellas. Dat. v. Id. Febr. Rauen. Aread. A. v. i. & Probo c o s s. [406.]

NOTÆ.

* Absit hæc lex à Cod. Inst. Concordat huic *lex 6. sup.*

"Italia: cui hoc ipso Anno inscribuntur duæ præterea Leges, putà *lex 2. sup. de nauib. non excus. lex 5. sup. de desertoribus*. Memini Zosimus *lib. 6. p. 809.*

"ab Anno Domini 401.

"cum Comitibus dignitate Peræquatores: de quo ad *l. 11. prox. & tres postremas leges.*

"honorum, veluti Comitum.

"pro rehibere, hic & mox iustum.

COMMENTARIVS.

DE Pœna iniqui Peræquatoris & Discussoris est hæc Honorij constitutio, similis alteri eiusdem Honorij constitutioni ante decennium lata, Anno 396. putà *legi 5. sup.* vbi dicta ad *hanc leg.* sufficiant. ¶ Notabilis inter alia *hæc lex* est, eò quod bene vel secus gesta à Peræquatoribus, pariter vt ab Inspectoribus, à Præfectis Prætorio vel firmata, vel in disquisitionem vocata, expressè docent, etiam id appareat quoque argumen-

to Inscriptionis, *l. 4. & 7. sup.* Quod & ipsum discimus ex Theodoretis *epist. 42.* ad Constantium PP. quâ postulat, vt contra calumniam, cuiusdam Philippi Inspectoris inspectionem: vt & *44. & 47.* Nam & à Præfectis Prætorio hi delegati, vt idem testatur *epist. 47.* quò pertinet etiam *lex 6. sup.* Et si ab administratoribus quoque Prouinciarum electi: vt docet *lex prox. 11.*

XI. * Imp. Honor. & THEOD. AA. Anthemio PP. P."



VNCTIS per Prouincias Administratoribus" nostra insinuetur præceptio, vt si quando è Republica visum fuerit, Discussiones Inspectionisque, aut aliquid simile agitari, ei iniungant qui Vicarianæ potestati, Comitum Orientis, aut Augustalitati" parendo statuta peregit stipendia: Ita vt si quis ex his quos palam expressissimè super hoc officij munere excusando nostrum impetrauit Oraculum, aut post elicuerit, nequaquam id admittatur. His enim ita ritè digestis, & ab hominibus ignaris" administrantur publica munia, & altiores" adque inhabiles fortunæ homines incompetentiâ obsequia declinabunt. Dat. x. Kal. Febr. Constantinop. Honorio v. i. i. & Theod. i. i. AA. c o s s. [409.]

NOTÆ.

* Absit hæc lex à Cod. Inst. Fortè iungenda huic *lex 16. Cod. Inst. de Episcopis Ecol. & Cler.* quæ & ipsa est de Censu.

"Anthemius PP. Orientis, vt sub Arcadio antea, ita & nunc sub Theodosio Iun. Ann. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. vid. *Protopop.*

"Rectoribus Prouinciarum.

"Inspectio *hæc leg.* & *l. 14. in vlt.* non vno loco Theodoretis.

"intelligit Vicarios Afix, Ponticæ, Thraciarum.

"Præfecti Augustalis dignitati. *29. gnauis.*

"veluti illustres.

COMMENTARIUS.

DE ELECTIONE Discussores, Inspectoris, & similia, est hæc Theodosij Iun. constitutio, pariter vt de electione Peræquatoris, Honorij lex 6. *supr.* Et hæc quidem definitur, ex quonam hominum genere hi eligi possint: Nempe ex iis qui vel Vicarij fuerint, fortè Asiæ, Ponticæ, Thraciarum; vel Comites Orientis, vel Præfecti Augustales: Nempe quia à *gnaris* publica hæc munia administrari publicè interest, seu vt loquitur lex 6. *per cognitos & probatos viros*: & sic ab illis qui Diæceses rexere: Non verò ab alijs qui designantur *sine leg.* siue altioris fortunæ.

Ergo spectabilibus hoc Inspectoris & similia munia imposta hoc tempore: quod etiam firmatur *l. 15. infr.* & exemplo Philippi Inspectoris

Spectabilis viri sub eodem Theodosio apud Theodoretum *epist.* 42. 44. 47. Vnde & Comitum hi ornati, *l. 10. supr.* & quidem primi ordinis, *tribus potissimis legibus huius tit.* ¶ Porro in tantum illis hæc munia deferri iubet Imperator, vt ne Principis quidem Rescripto ab iis eos excusari velit: Igitur, vt Peræquationis munus necessarium fuit, non obstante Principis rescripto, *d. l. 6. ita & Discussionis & Inscriptionis quoque hæc leg.*

¶ Illud interim ex *hæc leg.* obseruandum, Discussores, Inspectores, hisque similes electos à Rectoribus Prouinciarum, qui quandoque tamen vel à Principe destinati, vel à Præfectis Prætorio electi: de quo *superioribus legibus.*

XII. * Idem AA. Ioanni PP. P."

LOCA, quæ præstationem suam implere non possunt, præcipimus Adæquari, vt quid præstare possint, merâ fide, & integrâ veritate, scribatur, id verò quod impossibile est, è vasis publicis auferatur. Et primò quidem veteribus dominis adscribi prædia ipsa conueniet: quorum si personæ eorumve hæredes non potuerint repperiri, vicinis vel peregrinis volentes, modò vt sint idonei, dominos statuendos esse censemus. ¶ In tantum autem omnium animos beneficijs prouocamus, vt id quod defectæ possessioni Inspectoris arbitrio adscribitur, biennij immunitate releuetur, vt nec idonea prædia alterius glebæ sarcinâ in posterum prægrauentur. Dat. v. Id. Iun. Rau. Honor. IX. & Theod. v. AA. C. O. S. S. [413.]

NOTÆ.

* Abest à *Cod. Iustin.*

Ioannes PP. Italiæ sub Honorio: vid. *Protopogr.*

id est, quæ defecta sunt, vt *fin. leg.*

Mera fides: similiter *l. omnium 19. Cod. de testamentis*: quæ eodem Anno data, & ad eundem Ioannem PP. Similia alia apud Symmachum, & ibi Iuretum *lib. 2. epist. 2.* vide quæ noto ad *leg. 6. supr. de testam.*

de *Vasariis* his mox dicam.

Eadem taxatiua, *l. 5. supr.*

hæc vox melius induceretur.

COMMENTARIUS.

IRCA DEFECTAS possessiones nouam Adæquationis & census formam inducit *hæc leg.* Honorius Imp. improbatâ *emendatâ*, de qua *l. 8. item improbatâ Compensatione*, de qua *l. 3. supr. hoc tit.* 1. Scilicet discuti, inspicere vult exactè, & vt loquitur *lex*, merâ fide & integra veritate, quid & quantum loca illa defecta afferre possint, atque eum præstationis modum libris Censualibus inscribi, qualis qualis ille sit. 2. Exinde ita æquabiliter censitos fundos defectos adscribi vult dominis vel hæredibus eorum: his demum non repertis, vicinis, vel etiam peregrinis, id est, extra territorium positus volentibus. Quod vtique adsignationis genus nulli graue esse poterat, quandoquidem non nisi is census modus iam adscriptus esset, quem ingenium reditusque loci ferre poterat. 3. Quinimò etiam ab æquabili quamlibet isto censu biennij, adhuc immunitatem dominis quibus illi adscriberentur, tribuit: vt ita scilicet spatium haberent, defectam possessionem excolendi, & ad frugem reducendi. Tandemque concludit, non probari sibi *emendatâ*, aut Compensationem: Quo utroque genere idonea prædia alterius glebæ (sterilis videlicet) sarcinâ prægrauabantur. Breuiter, suum censum quem-

que fundum sufferre deinceps vult Honorius, sed moderatum, & Adæquatione factâ: in quantum præstare possunt.

¶ Superest videamus, quid sint *hæc leg. Vasaria publica*, è quibus auferri iubet Honorius præstationis modum impossibilem: econtrâ in iis scribi iubet quid reuerâ præstare possint. Sunt igitur *Vasaria publica*, vt ex *hæc leg.* apertissimè liquet, libri Censuales. Quod etiam ex Plinio *lib. 7. c. 49.* clarissimum est; vbi de Longæuis agens è *Vasariis* exempla adfert, in quæ ij qui in censum nomina sua profitebantur ætatem quoque suam edebant, seu deferebant. *Accedunt experimenta, & exempla recentissimi CENSVS, quem intra quadriennium Imperatores Cæsares Vespasiani Pater Filijque Censores egerunt: Nec sunt omnia VASARIA excutienda: media tantum partis inter Apenninum Padumque ponemus exempla: Centum viginti annos, Parme tres videre: Brixelli, vnus CXXV. &c.* Cassiodorus quoque vbi de Defectæ possessionis releuatione pariter agit, *lib. 7. var. 45. Determinamus, vt tot solidos Tributario supradictæ possessionis, datis præceptionibus ad eos quorum interest, ita faciatis de Vasariis publicis diligenter abradî, vt huius rei duplarum vestigium non debeat inueniri.* Alioquin

Alioquin *Vasarium* quoque olim, pro pecuniâ, quæ publicè ex arario data Magistratibus in Prouincijs euntibus, ad comparandum equos, mulos, vasa, suppellectilem, cæteraque quæ Magistratus instrumentum implerent: de quo Cicero in *Pisonem*: Cur autem *Vasarium* dictum? Istud est quod nescio: vid. Forner. 4. *Quotid.* 25. &c. *Vasa* pro re familiari & suppellectile, Seneca 1. *de beneficijs. Nomina facturi diligenter in patrimonium & vasa debitoris inquirimus.* Apud Gratium *v. 219.* *Vasa* pro suppellectile venatoria;

nec sibi curbari
Contraxit comitem nec vasa venentia longè.
Frontinus *Stratagem. lib. 4. cap. 1.* cultum inter vasa pariter retulit. Interpretes & *coll. Leg. Modica.* Si immiserit super eum aliquod vas ex infidus: Sed & cætera in re militari inter contubernia vsurparunt: vnde & *vasa conelamare*, & *conuasare*, apud eos legitur. Hinc iamque paulatim, vt significationes verborum arguentur, vasa pro facultatibus quibuslibet: & *vasaria, Breues* vasorum, quibus vasa cuiusque describuntur.

XIII. * Idem AA. Vrsacio Com. R. P."

PERÆQUATIONEM Agapij in perpetuum manere censemus. Dat. iv. Non. Iul. Rau. Theod. A. VII. & Palladio C. O. S. S. [416.]

NOTÆ.

* Abest hæc *lex*, ceteri Historiæ huius temporis adscripta, à *Cod. Iust.*

Vrsacius Comes R. P. sub Honorio. Eidem inscribitur Anno 414. *lex 2. Cod. de off. Com. s. Palat.* seu *lex ultim. Cod. de off. Com. ver. prius.* & Anno proximo 417. *lex ultim. supr. de locat. fund. iuris emphyt.* quæ & ipsa agit de Peræquatore.

COMMENTARIUS.

PERÆQUATIONEM ab Agapio quodam Peræquatore factam *hæc leg.* ita confirmat Honorius, vt eam in perpetuum manere iubeat: Pariter vt *l. ultim. supr. de locat. fund. iuris emphyt.* quæ eidem Vrsacio Comiti R. P. inscribitur; per-

æquatoris generalis factum valere iubet, non verò impetrari alicuius Inspectoris specialis. De simili alioquin *emendatâ* Inspectionis totius Regionis alicuius vbi respondentis confirmatione, vt Theodoretum ab *epist.* 42.

XIV. * Idem AA. Sebastio Com. primi ordinis. Post alia.

SI qui aliarum possessionum dominus desertum prædium suum *inspici* fortè voluerit, vniuersa loca quæ possidet, etiam si idonea sunt, peragrari patietur, vt sarcina destitutæ possessionis, in quantum inspectio deprehenderit, possit melioribus sociari, peræquatorque omni patrimonio, nihil de desertis postea conqueratur. Tantum enim his prædijs aperta & absoluta leuamenta præstamus, quorum aut domini omninò non extant, aut paupertate mediocres ipsa tantum prædia habere monstrantur. Dat. Prid. Id. Mart. Rau. Honorio A. XI. & Constantio II. C. O. S. S. [417.]

NOTÆ.

* Abest hæc *lex* à *Cod. Iust.* Iungendæ porro sunt inter se hæc tres *Leges* sequentes iisque coassanda *lex 13. supr. de Senatoribus*, & *lex 9. supr. de præd. nauicular.* Imò & *lex ult. supr. de locat. fund. iuris emphyt.* ceteri Vrsacio Comiti R. P. inscribatur. Huic concordat *lex 3. supr.*

opimarum, secundarum, idonearum.

Inspectio hæc *leg. & l. 11. supr. in vlt. cap. apud Theodoretum.*

Ita quoque duab. *legib. sequentibus*: at enim *d. l. 13. supr. de Senatorib.* & *l. 4. supr. de præd. nauicul.* & *l. ult. supr. de locat. fund. iuris emphyt.* Maij.

XV. * Idem AA. Sebastio Com. primi ord.

COMPETITIONIS obreptione seclusa, apud eum possessio firma permaneat, qui à Peræquatore semel eam traditam fuisse constiterit. Reliqua verò temporis antea acti à nouo domino fiscum postulare non patimur: ne alterius culpâ alter incipiat subiaccere dispendio. Si quis verò priuatus, aut obligatam sibi possessionem, quæ deserta hucusque permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi iure confirmat, allegationes suas sine mora, vel per se, vel per aliam personam legibus ordinatam apud Spectabilitatem Tuam publicare debet: ita vt si æquitatis ratione suadente ad petiorem fuerit translata possessio, is qui eam à Peræquatore susceperat, rei melioratæ receptis subleuetur expensis. Verum ne sub specie litis dominationis semel constitutæ turbentur, duorum mensium spatium censemus debere seruari, intra quod is qui putat sibi rem probabili

babili ratione competere, debitas exerationes. Quòd si tempus adscriptum silentio fuerit interueniente transactum, nullum penitus repetendi volumus esse principium. Quòd si quis eo tempore, quo Peræquator prædium alicui addidit de suo iure vel per se, vel per homines suos non crediderit actitandum, duorum mensum curriculum euolutis in perpetuum conquiescat, &c. Dat. Prid. Id. Mart. Rau. Honorio XI. & Constantio I. I. C. O. S. S. [417.]

NOTÆ.

* Lex 7. Cod. Iust. de censibus & censitoribus.

"vid. leg. ... sup.

"Apud Spectabilitatem tuam, hæc induxit Tribon. vid. quæ notauit ad l. 11. sup.

"manifestare, Cod. Iust.

"suscepit, Cod. Iust.

"suscepit, Cod. Iust.

"pro dominacione, ut est in Cod. Iust.

"Sex, Cod. Iust.

"Sex, Cod. Iust.

XVI. * Idem AA. Sebastio Com. primi ordinis. Post alia,



LLA quæ ante viginti retrò annos speciali inperatione diuersis petitionibus inspecta claruerit, ab Spectabilitate Tua conuenit iterare, quatenus aliorum cessante iudicio intra Prouinciam sibi commissam tuo omnino finiantur arbitrio. Eas quoque possessiones quæ ante viginti similiter annos speciale beneficium de recisione meruerunt, studiosè peragrare debebis, ut utrum veræ sint postulata remedia, vel his aliquid deceat functionis adiungi, æstimatio fida demonstret; &c. Dat. Prid. Id. Mart. Rau. Honor. A. XI. & Constantio C. O. S. S. [417.]

NOTÆ.

Abest à Cod. Iustin.

"ab Anno Domini 398.

"2g. iterari. "2g. vera.

COMMENTARIVS.

FORMVLA, seu MANDATA Honorij Imp. continentur his tribus legibus, ut & tribus aliis, quæ his lociandæ veniunt: putà l. 13. sup. de Senatoribus & glebali coll. & l. 9. sup. de prædiis nauicular. (Imò & l. 7. seu ultim. sup. de locat. fundorum iuris emphyteutici:) quæ viro Spectabili Sebastio Com. primi Ordinis Peræquatori & simul Inspectori in Prouinciam quandam missò, ad inspicienda prædia & peræquanda ab Honorio Imp. data sunt Anno D. 417. Quem Peræquatorem generalem diserte vocat d. l. 7. seu ult. de locat. fund. iuris emphyt. Et ad peræquationem faciendam studiosè peragrare vniuersa loca iubet l. 14. & l. ultim. hoc tit. & inspiciere: d. l. 14. & d. l. ultim. & discutere, d. l. ult. de locat. ¶ Prouincia autem in quam hic Peræquator missus quam indicat l. ult. hoc tit. videri possit Prouincia Africa, argumento eius quod de Nauicularia functione & prædiis nauiculariorum hæc ipsa constitutione agitur, dict. l. 13. de Senatorib. & d. l. 9. de præd. nauicular. ¶ Igitur missus ab Honorio hic in Prouinciam Inspector & Peræquator, Sebastius Comes primi ordinis, id est, cum Comitibus primi ordinis dignitate, quod & aliàs factum docet lex 10. sup. de qua dignitate fuit sup. lib. 6. titulus peculiari: ad peræquationem faciendam. Hisce Mandatis instructus, quæ varia capita in se continent: ad eum videlicet finem ut inspectis peræquatisque fundis, peræquato modo censuum, partim fisci utilitati consultum esse posset, partim verò possessoribus, per iusta remedia, recisiones, releuationes censuum, pensionumque. Nos ea hic omnia atque

ordine sub vnum conspectum nunc dabimus: quæ quatuor summis Capitibus constant.

¶ Primum horum Mandatorum caput respicit DESERTOS, seu DESTITVTOS, defectos, fœneos, steriles, afanticos fundos, quorum nomine querelæ potissimum exortæ: quò spectant ex eâ formulâ quatuor leges, putà lex 14. 15. hoc tit. lex 13. sup. de Senatoribus: lex 9. de nauicular. Quid igitur Sebastio Peræquatori circa hæc factò opus esset, quid iuris deinceps in his obseruandum, quatuor illis Legibus continetur: sub hæc distinctione: 1. Vel desertos illos fundos domini possident cum aliis opimis, & idoneis, & tum Compensatio quædam instituenda, exæquato patrimonio, ut sic in vnum collato omni patrimonio Peræquator videat quid factò opus sit, an tales sint vites aliorum fundorum, ut sterilium pensioni nihil detrahendum sit, an verò detrahendum adhuc aliquid: de quo Compensationis, Sociationis, & Compensationis, Peræquationis totius patrimonij genere est quoque Valentiniani Sen. lex 10. 17. sup. de annonâ & tributis: Theodosij M. lex 3. sup. hoc tit. Honorij non tantum hæc leg. 14. hoc tit. verum & l. 31. sup. de annonâ & tribut. l. 12. sup. de indulg. debitor. quod tamen ipse aliquando improbauerat, l. 12. sup. hoc tit. Ut proinde septem hæc de re Constitutiones hoc Codice occurrant. Et hæc de desertis prædiis quæ domini cum aliis opimis possident. 2. At si paupertate mediocres ipsa tantum seu sola prædia deserta possideant, tum his aperta & absoluta leuamenta præstari iubet Honorius, seu à censu releuari, l. 14. 6. l.

Et

Et hæc quidem de desertis agris, qui penes dominos sunt.

Si verò eorum domini non extent, tum nouis dominis desertos hos agros Addici seu à Peræquatore tradi iubet: Sub his Legibus: 1. Ut penes eos firmiter maneat, omni aliorum petitione, omni subreptione submota: l. 15. hoc tit. 2. Ut Reliqua præteriti temporis noui domini non soluant: d. l. 15. de quo dixi ad l. 1. sup. de fisci deb. 3. Ut tamen Ius aliquod in iis fundis præteritis intra bimestre audiatur, d. l. 15. atque aded si priuatus quis obligatam fortè sibi seu hypothecæ nexam possessionem illam desertam, aut ex aliquo titulo deberi sibi probauerit, à nouo domino cui Peræquator eum tradidit, eam recuperet, meliorationibus tamen nouo domino restitutus: post bimestre tempus neminem audiri vult: Quod præscriptionis bimestris genus obseruandum, quod tamen Tribonianus in sex menses mutauit. 4. Ita sterilem fundum nouo domino peræquationis forte addici vult Honorius, ut si olim fundus ille Senatoriæ glebæ præstationi obnoxius fuerit, à glebæ præstatione immunis deinceps sit: quæ sententia est d. l. 13. in pr. sup. de Senatorib. & glebali collat. 5. Contrà, si nauali functioni obnoxius fuerit hic fundus, & hunc naualem functionem sustinere deinceps vult, aliis oneribus liberatum: quæ sententia est d. l. 13. in fin. Nauali scilicet functioni, cum primis necessitatæ, nihil detractum vult Honorius: Imò in omnibus custodiri vult: in tantum etiam, ut intra 20. hos annos, ab Anno videlicet D. 397. fundos sub hasta publicè distractos, & à nauali functione liberatos, ad eam rursum deuocari tenentque velit: quæ sententia est d. l. 9. sup. de prædiis nauicular. Et hæc de fundis desertis, defectis.

Secundum huius formulæ seu Mandatorum caput respicit RELEVATOS olim speciali in-

dulto & inspectione fundos. Nampe non vique- quaque huic releuationi, seu recisioni statim vult Honorius Imp. verum intra hos patet 20. annos (ut supra in sp. l. 9. de prædiis nauicular.) releuaros recisos fundos Sebastium Peræquatorem inspiciere vult, ut æstimet num postulata remedia vera sint, an verò horum census augeri debeat: quæ sententia est legis ult. hoc tit.

¶ Tertium caput respicit fundos EMPHYTEUTICOS rei priuatae, eorumque locationem: Igitur hos tantà pensione seu canone releuari posse definit Honorius à Peræquatore, quantà functione alios fundos subleuauerit: quæ sententia est l. ultim. in princ. sup. de locat. fund. iuris emphyteut. Quæ & ipsa huic nostræ locianda venit, etli alij inscribatur; putà Præfacio Com. R. P. nempe quia caput illud res priuatas respicit. ¶ Et hæc quidem ita in specie, Eam potèrò generali clausulâ auctoritatem huic Sebastio Comiti primi ordinis Inspectori & Peræquatori à se missò tribuit, ut neque Comitibus R. P. iustitiae quicquam opus hæc parte esse, imò nullas eius partes esse definiat d. l. ultim. in princ. in huiusmodi circa emphyteuticos fundos peræquatione, cum tamen aliàs Emphyteutici fundi sub eius dispositione fuerint: de quo in tit. de locat. fund. iuris emphyt. Tandem eam huius Generalis Peræquatoris (sic eum vocat) auctoritatem esse vult, (cui etiam probatissimi elogium tribuit;) ut aduersus eius definitionem, specialem Inspectorem à se ab aliquo impetrari veter, qui fortè definita ab eo retractet: quæ sententia est d. l. ult. in fin. sup. de locat. fundor. iuris emphyteut. ¶ Cæterum, quemadmodum his Legibus Sebastij Com. ordinis primi generalis Inspectoris & Peræquatoris mentio fit: ita & Stratoris Peræquatoris, l. 6. sup. Agapitri, l. 13. Philippi etiam Spectabilis Viri Inspectoris mentio apud Theodoretum, epist. 42. 44. 47.



CODICIS
THEODOSIANI
LIBER DECIMVSQVARTVS.


QVI TOTVS EST

De iis quæ ad præcipuarum VRBIVM in orbe Romano (puta Romæ, Constantinopoleos, Alexandriæ, aliarumque) corporatos, Politiam, vt vocant & Præuilegia pertinent.

H V I V S L I B R I T I T V L I.

- | | |
|---|---|
| I. De Decuriis Vrbis Romæ. | XIII. De iure Italico vrbis Constantinop. |
| II. De præuilegijs corporatorum Vrbis Romæ. | XIV. De campo Martio Vrbis Romæ. |
| III. De pistoribus & catabolensibus. | XV. De Canone frumentario Vrbis Romæ. |
| IV. De suariis, pecuariis & susceptoribus vini caterisque corporatis. | XVI. De frumento Vrbis Constantinopolitana. |
| V. De mancipibus rhermarum vrbis & subuectione lignorum. | XVII. De annonis ciuicis & pane gradili. |
| VI. De calcis coctoribus Vrbis Romæ & Constantinopoleos. | XVIII. De Mendicantibus non inualidis. |
| VII. De collegiatis. | XIX. De pretio panis ostiensis. |
| VIII. De centonariis & dendroforis. | XX. De pretio piscis. |
| IX. De studiis liberalibus Vrbis Romæ. | XXI. De nautis Tiberinis. |
| X. De habitu quo vti oportet intra urbem. | XXII. De saccariis portus Romæ. |
| XI. Quibus militantibus ad urbem liceat accedere. | XXIII. De patronis horreorum Portuensium. |
| XII. De honoratorum vehiculis. | XXIV. De mensis oleariis. |
| | XXV. De frumento Carthaginiensi. |
| | XXVI. De frumento Alexandrino. |
| | XXVII. De Alexandrina plebis primatibus. |

DE



DE DECURIIS VRBIS ROMÆ.

TITVLVS I.

XI. COD. IUST. XIV. De Decurialibus Vrbis Romæ.

De Decurialibus per Prouincias est lex 1. *supr. de lucris officiorum.*

PARATITLON.



DECURIAE Rubr. & l. 1. 3. in fin. l. 5. 6. hoc tit. l. 18. *infr. de pistoribus* vt variæ per municipia fuere, de quibus est lex 1. *supr. de lucris officiorum*, ita & in Orbe Romæ Rubr. hoc tit. Hinc Decuriæ Vrbis Romæ Rubr. vrbis æternæ, l. 1. vrbis sacratissimæ, l. 5. vnde & Decuriales dicti, l. 2. 3. 4. hoc tit. & d. l. 18. *de Pistoribus*. Variæ hæc inquam Decuriæ in vrbe erant, seu varij Decuriarum ordines, l. 1. hoc tit. collegia, l. 4. hoc tit. veluti, Librariorum l. 1. hoc tit. Fiscalium, *dict. l. 1. hoc tit.* Censualium, d. l. 1. (quomodo & in municipiis erant varij Decuriarum ordines, Librariorum, Scribarum, &c. qui in ciuilibus causis & editionibus libellorum officiorum solemnitate fungebantur, d. l. 1. *supr. de lucris officiorum*;) In hisce Decuriis, seu Decuriarum Romæ ordinibus certus Ordo erat, l. 1. hoc tit. Erat quippe in iis locus primus d. l. 1. seu Iudex Decuriæ, l. 3. hoc tit. quem adipiscebantur Principis ipsius prouisione non nisi Literati, seu liberalibus studiis instituti: d. l. 1. hoc tit. exceptis Librariis, Fiscalibus, & Censualibus: d. l. 1. hoc tit. In singulis etiam Decuriis Vrbis Romæ, ex singulis Prouinciis bini Decuriales erant, l. 3. hoc tit. PRIVILEGIA, Decurialium horum Vrbis Romæ varia erant: l. 2. 3. 4. 5. 6. *seu ultim. hoc tit. & d. l. 18. de Pistoribus* veluti, vt ne corporalibus iniuriis adficerentur l. 1. hoc tit. Actusque speciales gerebant, quibus obrepere nulli licebat, d. l. ultim. quomodo & in Prouinciis, d. l. 1. *supr. de lucris officiorum*. Vnde commoda etiam quædam rationibus approbata habebant, d. l. 4. seti emolumenta, l. 6. *seu ultim. hoc tit.* IVDICEM denique suum singulæ Decuriæ in Vrbe Romæ habebant, qui Decuriæ Iudex vocabatur: l. 3. in fin. Omnes vero sub dispositione Præfecti Vrbis erant: l. 1. 2. 6. *seu ult. hoc tit.*

I. * Imp. CONSTANTIVS A. & Iulianus Cæs. ad Iulianum."



IN Decuriarum ordine, (nisi cui Librariorum, vel Fiscalium, siue Censualium nomen est) nequaquam aliquis locum primi ordinis adipiscatur, nisi is quem contulerit studiorum liberalium vsu adque exercitatione poltere, & ita esse litteris expolitus, vt citra offensam vitij ex eodem verba procedant. Quod cunctis volumus intimari. Ne autem Litteratura (que omnium virtutum maxima est) præmia denegentur, eum qui studijs & eloquio dignus primo loco videbitur, honestiorem faciet nostra prouiso: Sublimitate Tua, vel eius nomina iudicante, vt deliberemus, quæ in eum dignitas defendenda sit. Dat. v. Kalend. Mart. Constantinop. Acc. Id. Mal. Rom. Constantio IX. & Iuliano Cæs. I. I. C O S S.

NOTÆ.

* Absent hac lex à Cod. Iustin.

"Iulianus hic proculdubio Præfectus Vrbis Romæ erat: quod & argumentum huius leg. suadet, & Sublimitatis titulus & subscriptio legis Acc. Romæ.

"Salmat. de primatu Papæ lib. 1. c. 1. p. 22. reponit primum sic infra, dignus primo loco. Ego nil mutò.

"Fortè Magistra: de quo mox.

"Sublimitatis titulus Præfecto Vrbis tributus.

"id est, saltem: nisi hæc vox superflua videatur.

"deferenda, vel dependenda, vel decernenda.

"Si hæc vox rectè habet, tum error hic fuerit in Consulari: cuius loco reponendi fuerint, Constantius X. & Iulianus C. III.

C O S S. & sic annus Domini 360. Eo quippe Consulari qui huius leg. subscriptus est, & sequentibus Constantius Imp.

versatus est non Constantinopoli, verum in Italiâ & in Pannonia: finisque anni 359. demum Constantinopolim profectus est, ibique sequentis anni 360. principio subsistit: vt docet lex 1. *supr. de patrocinij virorum*. Quare falsè est

Petauij in addendis ad rom. 2. Theolog. dogm. p. 88. sententia dicentis huius leg. argumento, Constantium hoc anno Constantinopoli fuisse: Quam refutat Chronolog. nostra.

"Accepta Romæ lex data ad Præfectum Vrbis.

Tom. V.

S 2

COMMENT.

COMMENTARIUS.

RIMVM in Decuriâ aliquâ Urbis Romæ locum & ordinem, quam ratione quis indispici possit, quæque in eo requirantur, hæc constitutione definit Constantius Imp. Nempe duo concurrere oportere debent. Primum, ut *Studiorum* liberalium vñu atque exercitatione polleat, & ita literis sit expolitus, ut citra offensam virij ex eodem verba procedant: denique studij & eloquio dignum esse oportet. Cui planè concordat Theodoricus, apud Cassiodorum *5. variar. 21. 22.* ubi *Rectorem Decuriarum* creans, aperit eum exercitatum militiâ literarum, & eloquentiam, faciendūque describit, aliâque quam plurima iis epistolis exhibet, ex quibus discimus, in quo occupatæ fuerint Decuriæ Urbis Romæ, eandemque Rectores. Scilicet Literarum præmium hoc esse voluit Constantius: quam & omnium virtutum *maximam* vocat: Quod notandum est; ubi putet quis Constantium potius Literaturam Virtutum omnium *magistram* dixisse, quam *virtutem omnium maximam*: neque enim Literatura de Virtutum numero est propriè, sed Virtutum Magistra ipsa. Verùm Literaturam omnium Virtutum maximam dixit Constantius, vòxque adeò *maxima* hîc sustineri debet, non quomodo Cujacius eam sustinet *2. obseru. 10.* verùm, quia Virtutis appellatione hîc non virtus *id est* intelligenda est, verùm ingenij dos quælibet, animique felicitas. Sic & Cassiodorus *5. variar. 21.* in hæc ipsâ re de Rectore Decuriarum, *Omnium crederis intelligentiam habere VIRTUTVM, qui exerceri meruisti militiâ LITERARVM.* Constantinus ceterè Romam *Marem & Magistram Virtutis* vocare solebat, *antiquè & dicitur de oratore*, teste Iuliano *Oratione 1. p. 14. & 16. in 8. p. 10. in 4.* Eaque imitatione Ammianus Marcellinus, in *Constantij* rebus, deque eius Romam aduentu, *lib. 16. p. 77.* Romam Imperij, virtutumque omnium *Larem* vocat. Ad rem, Igitur Primum, seu primo ordine locoque Rectorem Decuriæ Literis excultum esse vult Constantius, quod quidem primi loci hîc non tantum inter Decuriales Index erat, ut docet *lex 3. hoc tit.* verùm etiam, quomodo Rectorem Decuriarum describit Cassiodorus, vox Senatus erat, inter tot eloquentes Viros dicendi primarius, aliâque his similia.

¶ Quod ut intelligatur semel, hîc prolixius de his *Decuriis & Decurialibus* agendum nobis est, præter ea quæ iam Paratitlon exhibet. Decuriæ quidem in genere *ægrægiæ* sunt, ut habetur in *Vis. Gloss.* verùm specialiore significato Decuriæ V. R. hîc dicuntur. Igitur tenendum, Decurias has fuisse varios hominum Ordines, qui Actis *Senatus & Populi* in Vrbe Româ vacabant; quod etiam Cassiodorus optimè docet, non vno ministerij genere, siue actis Senatus excipiendis, siue transcribendis, complendis, scribendisque Senatus adseruandis (quomodo & in Prouinciis erant, de quibus *v. l. 1. de lucris officiorum.*) De hisce Decuriis (quod rectè Cujacius *21. obseru. 10.* obseruauit) tres in Digestis textus occurrunt, puta *l. 3. § 4. de bonor. possess. l. 22. de fideiusso. l. 25. §. 1. de acquir. heredit.* De iisdem est, quod & idem rectè obseruat, locus apud Dositheum inter Adriani Imp. sententias. Quod Tertulliani locum in *Apollog.* ut & Taciti *15. Annal.* attinet, non rectè ij ad has Decurias referuntur, verùm de Decuriis Librariarum, id genus aliis accipiendum est, quarum

frequens mentio in Inscriptionibus. Harum verò Decuriarum numero inter alias fuere, tres istæ, quæ hîc leg. memorantur, Librariarum, Fiscalium, Censualium. De singulis ordine.

¶ *Librariarum* Decuriæ in Prouinciis quoque fuere, ut docet *lex 1. sup. de lucris officiorum:* ij verò non alij erant quàm qui Acta transcribebant: nam in transcribendo Librarij operam fuisse docet vel decantata *lex si Librarius, n. de reg. iur.* ipsi sunt quos vulgò dicimus, *les Clercs du Greffe*, de qua transcribendi voce ad eam leg. *SCRIBÆ* verò (de his enim hîc malo agere, quia de Decuriis Urbis Romæ agitur) erant qui ipsimet Acta Senatus excipiebant, concipiebant: vnde Scribarum Regesta laudat Vopiscus in *Probo.* Huiusmodi quoque Scribæ olim Romæ erant, qui Magistratibus ibi apparebant, *Quæstoribus, Prætoribus, Aedilibus*, ut docet Tullius *variis locis*, & Liuius. Horum fidei Tabulæ publicæ periculòque Magistratum commisitæ erant, qui cum Magistratibus in rationibus, monumentisque publicis versabantur, ut ex Cicerone *5. in Verrem, & pro domo, & in Pisonem*, discimus. Idem Magistratibus Romæ ius suggerere legesque quodammodo in manibus habebant, ut idem docet *5. in Verrem: & 3. de legib. & Plutarchus in Catone:* Omniumque Magistratus consiliorum participes erant, Cornelius Nepos in *Eumene.* Cicero hunc Ordinem scribit, *Præpositum esse industria & diligentia.* Apud subscellia in Iudiciis confidebant, teste Tertulliano *2. aduersus Marcionem*, 131. Præter hos fuere & sui Pontificum Scribæ, de quibus Capitolinus in *Macrino.* Ad Magistratum Scribas redeamus. Quem Scholiastes Iuuenalis *Satyræ 5. Decuriam Quæstoriam* emisse ait, in quam Scribæ Quæstorij referebantur, eum Scribam Horatius *Satyræ 5. vocat.* Cicero *4. in Verrem, Scribas irridet qui Decuriam emerent nummali corrogatis.* Atque hæc quidem Decuriæ Scribæ, 1. sorte partim attribuebantur, ut docet Cicero *4. Catilina, 2.* partim Magistratum gratia, ut præter Ciceronem in *Cluentiana*, Liuius scribit *lib. 40. num. 29. Scribam eum* inquit, *Quæstor in Decuriam legerat.* 3. partim pretio eam comparabant, ut præter Ciceronem *5. Ferrina*, & Scholiastem Iuuenalis docet Suetonius in *V. Horatij: Vitiisque*, inquit, *partibus veniâ impetratâ Scriptum Quæstorium comparauit.* Scriptum Quæstorium, ait, quomodo eodem Scribâ Scriptum faciente, dixit Pilo de Flacco quodam apud Gellium *lib. 6. c. 9.* & Liuius *lib. 6.*

Hunc Ordinem Cicero *5. in Verrem*, Ordinem honestum vocauit. Non tamen admodum grauis & honestus fuit Romæ; ut ex *Probo in Eumene* colligitur; & Pisonem apud Gellium, ubi de Cn. Flauio Scriba. Neque tamen aditus ad maiores honores his præclusus, ut discimus ex *Valerio Max.* ubi de Cicero qui Scipionis Africani maioris Scriba fuerat: & ex Cicerone *lib. de officiis*, ubi quemdam memorat qui cum in Syllæ dictatura Scriba fuisset, pòst in Cæsaris, Prætor Urbanius fuit. De his Scribis vid. & Sigonius *2. de Iure Ciuium Rom. cap. in id expresso 19.* & quæ nos *supra iam ad leg. 1. de lucris offic.* vulgò, *c'estoient les Greffiers, ou Secretaires des Magistrats.* Vnde & Decuriæ Scribarum & Librariarum sic iunguntur, ut tamen separantur *d. l. 1. sup. de lucris offic.* & quidem Scribarum Decuria velut dignior præponitur. Et verò Librariarum non tantam fuisse dignitatem, siue rationem, *huius legis* exceptio mox ostendet.

ostendet. Scribarum ceterè Decuriæ in Municipiis & Colonis meminit quoque Suetonius in *Vita Claudij, in princ.* Quare minùs propriè *Festus Scribas* definit per *Librarios qui Rationes publicas scribunt in actis.* Et hæc de Librariis.

¶ *FISCALIS* quinam fuerint, nullo alio loco docemur. Putet quis fuisse eos qui commoda popularia tractabant, seu fiscus populi: Sanè enim populi Urbis Romæ fiscus quidam fuit, quæ populi commoda vocantur, *l. 8. sup. de Medicis & Professorib.* Nisi fortè *seruus publicus* intelligas, quos Capitolinus loco quem mox laudabo, cum Censualibus coniungit, ut hîc *fiscuales* iungantur. Verùm priori interpretationi adhæreo.

¶ *CENSVALES* tandem fuerunt, qui censum agitabant, censuales libros tractabant: de quibus *l. 12. 27. sup. de Prætoribus: l. 4. sup. de testamentis: l. 5. sup. de Senatoribus: l. 8. sup. de donationibus: l. 1. de studiis liberalibus Urbis Romæ: l. 1. de habitu quo vii:* De his Symmachus quoque non vno loco: & Sidonius Apoll. *lib. 8. epist. 6.* In Notitia quoque Imperij Censuales in officio Præfecti Urbis Romæ de quibus ipsis est *hæc lex* memorantur. Locus de his quoque insignis Capitolini in *Gordiano*, p. 157. ubi tacitum Senatû consulum esse ait, *ubi non Scribæ, non serui publici, non Censuales actibus interessent, sed Seniores ipsi exciperent, Seniores omnium Censualium, Scribarumque officia compleverunt, ne quid fortè proderetur.* Denique actis Senatus populique, hi omnes similesque Decuriales vacabant: Quorum Urbis, seu Senatus populique actorum meminit quoque Lampridius in *Commodo*, p. 51. & *Alexandro Severo*, p. 115. 133. Notat quoque Spartianus, Adrianum post Quæsturam Acta Senatus curasse. *C'estoit donques en effet, le Greffe & la Basoche.* Et hæc quidem de tribus illis Decuriis. De aliis Decuriis dixi ad *l. 1. sup. de lucris officiorum*, & ad *l. 46. sup. de cursu publ.* De iisdem sensit & Suetonius *Othiano, cap. 57. Veterani*, inquit, *Decuria, Tribus, & Tacitus 13. Annal. Hinc plerumque Tribus, Decurias, Ministeria Magistratibus & Sacerdotibus:* Cæterum diuersi hi Decuriales seu Decuriae hæc V. R. fuere à collegiis & corporibus Urbis Romæ, ut apparet ex diuersitate titulorum: est enim hîc separatus titulus *de Decuriis Urbis Romæ*, separatus *de privilegiis Corporatorum Urbis Romæ*: distinctus *de Collegiatis.* Nam etsi negari non possit generali corporum appellatione, Decurias quoque venire potuisse, ut & Collegij appellatione donantur, *l. 4.* at tamen hîc aliæ sunt Decuriæ, alij propriè Corporati & Collegiati. *Decuria* scilicet dicebantur eorum qui A C T I S Senatus populique vacabant: vnde etiam primo loco de his agitur, veluti dignioribus. At Corporati erant obsequiis publicis deputati, seu ministeria necessitatibus vrbis consulentia, ac inter alia annonæ vrbis: de quo vide *Paratitlon tit. prox. 2. Collegiati* verò, erant fermè sacris deferuentia collegia, ut discimus ex *l. 2. tit. de Collegiatis.* Quare Clar. Salmasio non accedendum *lib. 1. cap. 2. p. 22. de Primatu:* qui Collegiorum partem facit Decurias has; & collegia aded, utpote numerosiora propter hominum multitudinem in plures Decurias distri-

bui solita; & si quando numerus hominum, quos idem artificium vel professio in vnam societatem ac sodalitiū cogebar, aded paucus erat, ut plus quàm vnam Decuriam explere non possent, tum Decuriæ tantum nomine veniebat, quod vnicam duntaxat efficerent Decuriam. Ergo *Decurie* erant, quæ actis Senatus in Vrbe Româ vacabant. Sic & cum Scribæ memorentur Magistratum, velut *Aedilicij, Quæstorij & Tribunitij*, & aliorum, in *Inscript. antiquâ*, p. 627. memoria extat, Scribæ Librarij trium Decuriarum, qui scilicet in pluribus Decuriis fuisset. Memorat & Schol. Iuuenalis, ad *Sat. 5. Decuriam Quæstoriam.* Mentio & in antiqua Inscriptione, *Decurie Scribarum Aedilium Curulium.* Vide & alia in *d. Inscript. antiqua pagina 23. 24. 25.*

Ad sententiam Legis nunc descendamus. Igitur Constantius Imp. in Principe, seu Iudice, ut vocatur *l. 3. in fin.* Decuriæ, Literarum studium & eloquentiam desiderat non frustra, exceptis tantum tribus Decuriis, quas dixi, Librariarum scilicet Fiscalium, & Censualium: quia scilicet hi omnem operam in scribendo tantum nauabant. At enim primores aliarum & superiorum Decuriarum, veluti Scribarum, maiorem intellectum desiderabant, & vocem quoque suam commodabant: quare Literarum peritia & facundia in his requisita: ut ita (quod Constantius hîc leg. disertè ait,) *citra offensam vnijs ex iisdem verba procederent.* Vnde &, quod antea dixi, Cassiodorus Rectorem Decuriarum, *Vocem Senatus* vocat: apud quem occurrunt & alia quamplurima eandem in sententiam, quæ hîc adscribi mererentur, *duabus epistolis 21. & 22. lib. 1.* Et hæcenus quidem de primo Requisito in promotione Decurialium.

¶ Alterum requirit *hæc leg.* Constantius Imp. nempe ut ad suggestionem Præfecti Urbis (huic enim *hanc leg.* inscribi iam ostendi in *Notis*) promotio ipsa ab Imperatore fiat: Ad suggestionem, inquam Præfecti Urbis, qui ut Senatus populique Romani caput erat, ita & Decuriarum omnium Princeps: quare ut duæ insuper *huius tituli* constitutiones Præfecti Urbis inscribantur, puta *lex 2. & lex ultim.* ita & *hæc lex* Iuliano Præfecto Urbis pariter reddenda est. Et norandum, quod Constantius suam in *Literas & Literaturam* studium, non modò, eo, quod dixi, Literaturæ elogio testatum facit, verùm & præmia illi à se non deneganda proficetur: & exinde eo sine eius nomina sibi indicari iubet, qui *ad locum primi Ordinis in Decuriâ* electus fuit: *Ut ita*, inquit, *honestiorem faciat proniso* Principis, *isque deliberet, quæ in eum dignitas dependenda*, deferenda, decernenda sit. Eadem ratione, etsi fortè alio fine, Iulianus Imp. decretum seu electionem Magistrorum, Doctorumque, ad se referri voluit, *Vi aliores*, inquit, *quodam honore ipsius iudicio ad studia accederem, l. Magistros, & hoc Codice, & Iustin. de Medicis & Professoribus:* ad quam leg. vide quæ dixi. Neque abludivit etiam quod Valentinianus Imp. statuit, *l. 8. d. tit. infr. de Medicis & Professorib.*

II. * Imppp. VALENTINIANVS, Theod. & Arcadius AAA.
ad Salustium P. v."

PRIVILEGIORVM antea † Decurialibus concessorum firmitatem mutare,
nec volumus, nec debemus: quinimò ea quæ primitus statuta perdocentur,
etiam Nostræ Manufactudinis sanctione permaneant. Dat. III. Id. Iun. Med. Hono-
rio NB. P. & Enodio COSS. [386.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Inst. Iungenda porro illi lex 18. *infr. de Pistorib.*
"Salustius P. V. Romæ sub Valentiniano Iun. De hoc vid. *Profopogr.*
† Non exstant hæc constitutiones.
"an mutare? nil muto.
"Perdoceri, pro simplici, doceri.

COMMENTARIVS.

DE PRIVILEGIIS Decurialium, & fermè
quidem Urbis Romæ, sunt sequentes quin-
que Leges omnes, & hæc quidem VALENTINIANI
Iunioris, vt docet eius subscriptio simul & in-
scriptio: *Data enim hæc lex Mediolani*, vbi certè
tum erat Valentinianus Iun. Theodosio M. tum
Constantinopoli locato, & ad *Salustium P. V. Ro-*
mæ, quæ Vrbs Valentiniano Iun. parebat: ad Salu-
stium, inquam, P. V. Romæ, de quo plura in
Profopogr. ad quem Eiusdem Valentiniani Iun.
rescriptum refert ex Codice Vaticano Baronius,
& rectè quidem hoc ipso anno 386. argumento
huius leg. simul, & *l. 18. infr. de Pistoribus*, quæ
huic coniungenda est; mox vt dicam: de Basilicâ
videlicet B. Pauli viâ Ostiensis amplificanda:
Quam tamen postea Theodosio M. adscribendam
perperam censuit. ¶ Huius verò legis eadem
sententia est; quæ quatuor reliquarum: Nempe
illis omnibus priuilegia in genere Decurialium

iam antea concessa, confirmantur: neque satis
ostendunt, quænam illa priuilegia fuerint: nam
quæ posteriore *legis 4. parte*, & *legè 6. sens ultim.*
indicantur, non tam priuilegia sunt, quàm emo-
lumenta eorum spectant. Vna *lex 4. priuilegium*
aliquod Decurialium *in eis* designat, nempe, vt
iniuriis corporalibus non subiaceant, de quo ad
eam leg. ¶ Illud obseruandum, *hanc leg.* esse par-
tem maioris constitutionis Valentiniani Iun. vnde
desumpta est quoque *d. lex 18. de Pistoribus*, quæ
proinde huic coassanda venit: quâ pariter Decu-
rialium priuilegia confirmantur: parte alterâ verò
Mancipibus Pistoriis consiluitur: constituto, vt
ne Pistorio Mancipatu quisquam liberetur, siue
Decuriali professione, siue Principis rescripto,
aliâve quâ militiâ. Et sic fuit ea constitutio de
Corporibus & collegiis Urbis Romæ, quibus eâ
constitutione Valentinianus Iunior consultum
iuit.

III. * Idem AAA. Tryfolio PP. P."

PERIRE nolumus, quod Æternæ Vrbi¹ constat fuisse concessum: Vsq̄
adeò priuilegia vetusta seruamus, vt noua (in quantum ratio permittit)
beneficia præstare velimus. Vnde, in defendendis Decurialibus (quos
binos esse, ex singulis quibusque Urbibus omnium Prouinciarum, vene-
randa deereuit † antiquitas) id obseruare debetis, quod vel priscorum Principum
constitutis, vel nostris † intellegis sanctionibus definitum. ¶ Si * quis verò Decu-
rialem de auferendis priuilegiis putauerit lite pulsandum, intelligat se Decu-
riæ interpellare debere Iudicem. Dat. xiv. Kalend. Febr. Med. Timasio & Promoto
COSS. [389.]

NOTÆ.

- * Abest à Cod. Inst. huius leg. pars potissima.
"Trifolium PP. Italix (vt vel hæc lex docet) sub Valentiniano Iun. vid. de eo *Profopogr.* & quæ dico ad *l. 15. de*
hereticis.
"Æterna Vrbs, Roma: vid. *Topogr.*
† Decreti huius veteris nulla alibi mentio.
† vt *Legè 2. supr.*
* *Lex 1. Cod. eod. tit.* hinc desumpta est.

COMMENTARIVS.

DE PRIVILEGIIS Decurialium Urbis Ro-
mæ secunda hæc eiusdem Valentiniani Iu-
nioris hoc titulo constitutio est, pauld post Maxi-
mum Tyrannum deuictum data: quâ vetera seu
anteriora Decurialium priuilegia seu beneficia,
partim ab anterioribus Principibus, partim suis
constitutionibus (quo numero est *lex 2. supr.*) de-

lata, seruari iubet: cuius postremus tantum versu-
culus in Codicem Iustinianum relatus est. In eâ
verò quatuor singularia occurrunt: Primò ex *hâc*
leg. discimus, quàm enixo studio Decurialibus
his atque adeò Vrbi Romæ consultum voluerit
Valentinianus Iun. quod *prefatione suâ* testatur:
inter alia cùm ait; *vsque adeò priuilegia vetusta*
seruamus,

seruamus, vt noua, in quantum ratio permittit, benefi-
cia præstare velimus. Quibus paria sunt, quæ Theo-
doticus R. apud Calliodorum 4. *var. 26. Libenti*
animo antiqua circa vos beneficia custodimus, cum
noua vilitatibus vestris præstare cupiamus. Congruit
& initium *legis vlt. in fin.* Idque ipsum præferunt
& sequentia.

Secundum *hâc leg.* singulare est, quod nusquam
alibi occurrit, quod bini Decuriales ex singulis
urbibus omnium Prouinciarum inter Decuriales
Urbis Romæ essent: idque ex venerandæ Anti-
quitate decreto, seu veteri instituto. Ex singu-
lis, inquam, Urbibus Metropolitanis videlicet &
maximis: hæ enim propriè *Vrbes* dictæ: vid. *l. 4.*
π. de damno infecto; *πόλις ἢ πόλιον* Septuaginta
Interpretibus *Ezechielis, cap. 16.* vbi Hieronymus
vertit, *Ciuitatum mures.* Nempe sicut *Vrbs* abso-
lutè de Româ, ita & aliæ præclaræ Vrbes: veluti
Alexandria, de quo *alibi* iam dixi. Eoque sensu
clare Vrbes Aulonio. Et hæc igitur communione
Urbis Romæ, Romanæ Prouinciæ decoratæ fuê-
re, quomodo & aliàs peregrinis Curia seu Sena-
tus aditus patebat: de quo cùm alij, tum Rutilius
Numatianus. Id verò duplici vt videtur sine fa-
ctum: siue vt Senatus populique gestorum om-
nes Prouinciæ hæc quoque ratione participes &
scientes forent: siue vt essent, quos Prouinciales
Romam commentantes specialius conuenire pos-
sent, vbi actis Senatus populique opus ha-
berent.

Tertium singulare *hâc leg.* est, quod ex eâ dis-
cimus, singulas Decurias Urbis Romæ, suam &
peculiarem Iudicem habuisse: quod aliunde non
discimus, nisi quod idem videtur cum eo qui
Primi ordinis, & primo loco inter Decuriales dicitur
l. 1. supr. vbi vid. quæ dixi: Is enim cuius apud
Calliodorum mentio fit, *lib. 5. variar. 21. & 22.*
non vnus Decuriæ Iudex, verum omnium Decu-
riarum Rector vocatur. Sed & Iudices, de qui-
bus *l. 4. in fin. hoc tit.* sunt Rectores Prouinciarum,
Iudicem igitur suam & peculiarem habuere sin-
gulæ Decuriæ Urbis Romæ, quemadmodum &

corpora singula eiusdem Urbis Romæ ex sese De-
fensores & Iudices habuere: de quo locus est
apud Lampridium in *Alexandro Seuro: Rome cor-*
pora omnium constituit, vinariorum, lupinariorum,
caligariarum & omnino omnium artium, hisque ex
sese Defensores dedit, & iussit quid ad quos Iudices
pertineret.

Hunc igitur Iudicem, quod postremum singu-
lare est *hâc leg.* quòdque vnus Tribonianus ex
hâc leg. retinuit, inque Codicem Iustinianum
reulit, interpellare debebat is qui Decurialium
alicui de priuilegiis controuersiam mouebat. *De*
auferendis scilicet priuilegiis Decurialium lite pulsa-
re, hîc est (quod Codicis Iustinianei Interpretes
non obseruant,) status & sic priuilegij controuer-
siam mouere ei qui stat in ordine Decurialium:
exempli gratia: si tres ex vnâ Vrbe Decuriales
essent, cùm bini nonnulli esse possent: quod exem-
plum hîc apponendam series *huius leg.* osten-
dere videtur: Vel etiam si aduersus Decurialem
contra priuilegia his indulta, aliquid prætende-
ret: Suum igitur verbi gratia, Librariorum Decu-
ria Iudicem; suam, Fiscalium; suam Censua-
lium, & sic deinceps habuere: qui eorum De-
fensores essent, cùm de priuilegiis eorum agere-
tur; non, vt Codicis Iustinianei Interpretes ac-
cipiunt, qui de quacunque lite inter Decurialem
& alium cognosceret: Iudices enim Decuriarum
hî instituti, vt inter Decuriales cognoscerent,
dêque his quæ ad Decuriam vel Decurialem sta-
tum pertinent. Quamquam etiam neque illud sa-
tis liquidum, vtrum cùm de priuilegiis Decuria-
lium ageretur, Iudices hî de controuersia cogno-
scere potuerint, an verò hoc casu tantum inter-
pellari debuerint, quasi in re ad totam Curiam
pertinente: vt ita ipsi apud Præfectum Urbis de-
fensionem Curia susciperent, vel apud Præfe-
ctum Prætorio, cui hæc *lex* inscribitur, Tandem,
nescio an non & hæc *lex* pertineat ad Maximi
Tyranni actus infirmandos: quomodo & ad eun-
dem Trifolium dææ aliæ Leges datæ super eo:
l. 6. 7. infra, de infirm. his quæ sub Tyrannis.

IV. * Imppp. Arcadius, HONORIVS & Theod. AAA. Exsuperantio,¹
Iulio, & cæteris Decurialibus."

EGRES, † tam à superioribus Principibus, quàm à Diuo † Patre² No-
stro conditas, nostrâ auctoritate firmamus. Singulos itaque Iudices³
scire volumus, ne quis huic⁴ Collegio⁵ iniuriis⁶ corporalibus temptet
notam adterere: neque ab his commodis⁷, quæ rationibus⁸ adproban-
tium, audeat separare: Huic etenim⁹ Collegio volumus antiquam priui-
legiorum prærogatiuam seruari. Dat. vi. Id. Iul. Rom. Honorio A. vi. & Ajuste-
neto COSS. [404.]

NOTÆ.

- * *Lex 2. Cod. hoc titulo.* Fortè hoc rescriptum suum intelligit Honorius *l. 5. prox.*
"videtur hî duo, Iudices fuisse quarundam Decuriarum; de quibus ad *l. 3. supr. prox.*
"Num alicuius certæ Decuriæ? an verò omnium? Illud puto.
† Harum Legum de priuilegiis Decurialium crebra fit mentio: *huius tituli Legib.*
Theodosij M. Leges notæ, de iisdem priuilegiis: de quibus mox.
"Iudices, id est, Rectores Prouinciarum.
"Decurialium, vt ex *intert. pr. leg. patet.*
"Collegium Decurialium hîc: & rursum *sine leg.*
"id est, per iniurias corporales: de quibus *intert. corporalibus*, mox.
"an aduere? Nil necesse: Codex Iustinianus quoque ita habet.
"Commoda hîc: Alia sunt ab his *emolumenta*: de quibus *l. vlt.*
"an Sanctionibus? vt *l. 2. 3. supr.* Nil tementè muto.
"enim *Cod. Inst.*
"Honorius, hoc anno Roma fuit: vid. *Chronolog. Theod.*

COMMENTARIUS.

DE PRIVILEGIIS & commodis Decurialium est hæc HONORII Imp. constitutio, ab ipso Romæ constituto data: ubi quinque notanda sunt. Primò inscriptio notanda est, quæ duobus Decurialium scilicet Iudicibus (de quibus ad l. supr. prov.) disertè inscribitur, & ad quorum querelam Rescriptum hoc emissum est. Secundò notandum memorari, confirmatque ab Honorio hæc leg. non modò alias superiorum Principum hæc de re constitutiones, verùm signatè etiam Patris sui Theodosij M. quæ nusquam alioquin occurrunt: Quas tamen à Theodosio M. latas existimo Romæ, ubi post Maximum Tyrannum denictum hæsit: pariter vt hæc lex ibidem ab Honorio data ibi consistente, quod Tertium hæc notandum est: de quo vid. Chronolog. Theod. Quarto notandum hic est, priuilegium Decurialium, quod hic exprimitur: nempe Immunitas ab iniuriis corporalibus: id est, vt interpretor, à quæstionibus & tormentis: quo ipso sensu iniuria corporalis accipitur, l. 10. supr. de fide testium: l. 47. 89. 190. supr. de Decurionib. l. 6. supr. de

quæstionibus: & iniuria corporis l. 19. & 75. d. tit. de Decurionibus: quod quidem priuilegium pro magno, aliis quoque datum, & quidem Decurionibus, saltem primoribus inter eos, de quo sunt leges illæ aliæque plures tit. de Decurionib. Quintò firmantur Decurialibus, hac constitutione, & Comoda, sed à quibus eos separare Iudices nitentur, actibus videlicet eorum intercedentes, & sic emolumentis eos fraudantes, vt l. ult. hoc tit. Addit verò limitationis vice, rationibus adprobatis, iuris scilicet & æquitatis: vel vt loquitur lex 3. supr. in quantum ratio permittit: & sic moderata iustaque comoda & emolumenta, & iuxta diuina statuta: d. l. ultim. Tandem, Iudices hæc priuilegia Decurialibus seruari iubet à Iudicibus, id est, à Receptoribus Prouinciarum, qui scilicet Collegio huic minus fauentes erant, suisque eos priuilegiis & commodis fraudabant: vt ferè Iudices huiusmodi priuilegiatorum priuilegiis & actibus intercedebant, in suorum gratiam ea auertentibus, & in actus eorum inuolantibus.

v. * Idem AAA. Curtio PP. P."



V M" tot & tam euidenti bus præceptionibus † sacris iam inde ab antiquis Principibus, nostris quoque Rescriptis, decuriæ sunt Sacratissimæ Urbis priuilegia confirmata, ad tamen quæ sæpius statuta sunt, hæc etiam lege firmamus: &c. Dat. VI I. Id. April. Rau." Honorio VI I. & Theod. III. A. COSS. [407.]

NOTÆ.

* Absit hæc lex à Cod. Iust. Curtius sub Honorio PP. Italix, vt vel ex hæc leg. discimus: vid. de eo Protopop. id est, Erit tot. † Præceptionibus, id est, sanctionibus, constitutionibus. veluti l. 4. supr. malim hæc: cti & illud sustineri potest. Malim Romæ: ubi hoc anno Honorius constitit: vid. Chronol.

COMMENTARIUS.

DE PRIVILEGIIS Decuriatum est hæc altera iam Honorij Imp. constitutio; quæ superiores non tantum Principum sanctiones super his memorat, simul & confirmat, verum

& sua quoque ipsius Rescripta: Quo numero sanè fuit lex 4. supr. Et hæc quidem lege emissa ad Præfectum Prætorio Italix, pariter vt inscribitur lex 3. supr.

VI. * Impp. HONORIVS & Theod. AA. Bonosiano P. V."



ELLEMVS priuilegia augere Decuriæ, nisi genus esset iniuriæ, antiquitati aliquid fociare. Quare cuncti cognoscant, quinque libras auri mularum nomine propositas, si quo in loco eorum actibus vilius persona obriberit decernimus. ¶ In eos sanè, qui contra Diuina statuta venisse dicuntur, Spectabilis Vicarius Africæ vindictam ferre curauit." Dat. VII. Kalend. Octob. Rau. Honorio VIII. & Theod. III. AA. COSS. [409.]

NOTÆ.

* Et hæc lex absit à Cod. Iust. Bonosianus sub Honorio Imp. P. V. Romæ: Eidem inscribitur Ann. 411. lex 48. infr. de operib. publicis: ad quem ipsum fortè annum hæc lex referenda est. cuiusdam, seu certæ, de quâ agebatur. Antiquitas hæc parte religiosius Honorius: pariter vt in sp. d. l. 48. Decurialium, de quibus tamen suprè non actum fuit. id est, in eorum actus.

obrepere;

obrepere. "Sportulas, lucella. "præcepta. "Redhiberi, id est, reddi, præstari. "p. Vicarius, deleta voce Afric. de quo mox. curabit.


COMMENTARIUS.

ACTIBVS ad Decuriales certæ cuiusdam Decuriæ, quæ hic non exprimitur, pertinentibus immiscere se, seu actus vindicare sibi, quemquam vetat hæc constitutione Honorius: & vt ipsemet loquitur, obrepere eorum actibus, quæcunque tandem persona sit, etiam alterius fortè Decuriæ finitimæ: veluti si Censualis Librarij actibus, aut Fiscalis sese immisceat; sua cuique Decuriæ munia, sui actus seruandi sunt. ¶ Et pœnam quinque librarum auri proponit Honorius, & emolumenta seu lucella & sportulas exinde quæsitæ restitui vult: Scilicet Decuriæ cuiusdam certæ actus, & priuilegia hoc tempore ab aliis interurbata fuerant, in hæc Urbis Romæ per hos annos colluic. Quæ omni ope enixòque studio huic reddi voluit Honorius: præfatione etiam additâ, quâ animum suum erga eam testatum cummaximè facit: cui simile est quod continetur l. 2. supr. ad quam dixi.

de Princip. agent. in reb. Toutes ces Loix sont Reglemens d'Estats & Offices. ¶ Caterum notandum, quod Antiquitati hæc in re stari vult Imp. quæ vtiq; regula est in huiusmodi controuersis & sanctionibus, vt præter hanc leg. eadem illæ leges docent.

¶ Et hæc quidem Honorius Imp. in fauorem Decuriæ cuiusdam. Atenim vicissim Decurialibus Decuriæ istius modum imponit sine leg. Nempe vt eorum actibus obrepi noluit, ita contra Decuriales ipsos, si quid deliquisse probentur, à Vicario puniri iubet. Eiusdem scilicet prouidentia est, priuilegia, actusque cuiusque tueri, & eiusdem actus culpabiles punire. Atque ita extrema huius leg. accipio, argumento vocis, SANE, quæ temperamenti index est, & cautionis in alteram partem. Ergo à Vicario eos puniri iubet: à Vicariis, inquam, vrbis. Error enim est Librarij sine leg. qui scripsit Vic. Afric. diductis Literis, cum debuerit continuis Literis scribere Vicarius: Quid enim hic faciat Vicarius Africæ? cum de Decurialibus Urbis Romæ hic agatur, & lex ipsa ided ad Præfectum Urbis data sit: denique hæc lex posita sit sub tit. de Decuriis Urbis Romæ? Sed error hic non vno loco admissus hoc Codice.

¶ Quod ipsam sanctionem atinet, haud ab similis est Constantini M. lex 1. supr. de lucris officiorum, quæ & ipsa Decurialium actibus per Prouincias obrepere, Officiales Receptorum Prouinciarum vetat: ad quam leg. dixi. Similis lex 4. supr. de Testamentis, seu l. 18. Cod. eod. vid. & l. 5. supr.



DE PRIVILEGIIS CORPORATORVM

VRBIS ROMÆ.

TITVLVS II.

XI. COD. IVST. XV.

"Non tantum de priuilegiis Corporatorum Urbis Romæ hoc titulo agitur, verum etiam de necessitate huius functionis; quò pertinet lex ultim. hoc tit.

PARATITLON.



CORPORATI Rubr. & l. 3. 4. hoc tit. l. 1. infr. de studiis liberalib. Urbis Romæ: l. 156. supr. de Decurionib. Rubr. tit. de Suariis, pecuariis, & Susceptoribus vini, ceterisque corporatis, l. vnic. de Equestri dign. & Nouellâ Valentiniani, inter Theodosianas 26. de corporatis V. R. & 43. de Pantapolis ad Urbem Romanam reuocandis: & Nouella Valent. de Episcopali iudicio 12. Nouella Mariani cap. Et quoniam: & Nouella Seueri 2. de Corporatis, erant Corpora varia, l. 1. hoc tit. corpora obsequiis publicis deputata, Nouella Seueri 2. corpora ad Urbis Romæ priuilegia pertinentia, l. 8. infr. de Suariis, in fin. (& generali appellatione incolæ Urbis, l. 2. hoc tit.) Urbis Romæ, Rubr. & l. 4. hoc tit. & d. Nouella Seueri 2. & d. Nouella Valentim. Urbis æternæ, l. 2. 3. hoc tit. Urbis Sacratissimæ; d. Nouella Valent. 26. ministeria necessitatibus Urbis consulentia, d. Nouella 26. ac nominatim annonæ vrbis, veluti Pistoris & Catabolenses: tit. prox. 3. de Pistorib. & Catabolensib. Suarij, Pecuarij, susceprores vini, tit. 4. Mancipes thermarum vrbis, & subuectioni lignorum obnoxij: tit. 5. Calcis coctores, tit. 6. Aliaque minusculæ corpora, l. vnic. supr. de Mancipibus. Quæ omnia sub dispositione Præfecti Urbis erant, quod docent omnes huius tituli leges: lex a. Cod. de off. P. V.

PRIVILEGIA porò Rubr. & l. 1. hoc tit. seu suffragia l. 3. hoc tit. pro reuerentia Urbis æternæ, d. l. 1. in honorem æternæ Urbis, l. 3. eò quòd peruigilem laborem populû Tom. V. T Romani

Romani commodis exhiberent, l.6. *infr. de Suariis*: quædam his concessa fuerant, quæ ad priuilegia Urbis Romæ pertinebant, l.8. *infr. de Suariis*: veluti, vt ne quid nouum, id est, ne extraordinariam collationem sustinerent, l.2. *hoc tit.* vt ne ad Militiam cogentur, nisi ad murorum & portarum custodiam, d. *Novella* 43. vt studiosi Romæ agentes, in patriam remittendi non sint legitimo studiorum tempore exacto, si corporatorum sint oneribus adiuncti, l.1. *infr. de studiis lib. V. R.* Vicissim ita huic ministerio seu oneri nexi erant Corporati, vt non expleto ordine officij ad nullam militiam vel Clericatum confugere possent, d. *Novella Valentiniana* 26. & d. *Novella* 12. cap. *Nullus originarius*: & *Novella Maioriani* 1. cap. & *quoniam*: & l.8. *infr. de Suariis*: vbi dicam: Vt testimoniales ex-Protektoribus & domesticis nihil eis prodesse, l.156. *supr. de Decurionib.* vt in peregrina transgressi curâ Præsidium vrbi restituendi essent: l. *ultim. hoc tit.* Et hæc de Corporatis Urbis Romæ. Fuerunt enim & Corporati huiusmodi in Prouinciis: de quibus l.2. *infr. de Collegiatis*, l.5. *supr. de locat. fundor.* l.24. *supr. de annonâ & tribut.* l.34. *supr. de Nauticariis*: l.2. de *Alexandr. pleb. primarib.* & d. *Novella Valentiniana* 12. & d. *Novella* 2. *Seueri*. ¶ Quamquam & hic illud addendum; Supplendis Corporibus & Corporatis Urbis Romæ, sæpè peregrinos ibi agentes Corporatis his adnexos: vt docet d. l.1. de *studiis lib. V. R.* & l. *unic. de Equestri dign.* vid. & quæ noto ad l. *unic. de Mancipibus*. ¶ Tandem de his Corporatis Urbis Romæ videndæ Symmachi *epistola* 27. & 58. lib.10. vt & *due epistole* filij eius in *negotio Eulalij*.

I. * Impp. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Symmachum P. v."

Quia priuilegia, quibus pro reuerentia Urbis æternæ, varia Corpora hominum, vel priscarum Legum † cautio, vel antecedentium Principum fuit humanitas, Magnifica Sinceritas Tua sciat, vel confirmata esse arbitrio Serenitatis Nostræ: vel, si in aliqua parte titubauerint, restituta. Dat. Kalend. Iun. Bonamansione, pp. in Foro Traiani, diuo Iouiano & Varroniano coss. [364.]

NOTÆ.

* Adest hæc lex à Cod. *Instit.*
 † Symmachus P. V. sub Valentiniano Sen. non Epistolographus, qui & ipse P. V. fuit sub Valentiniano Iun. Ann. D. 384. & 387. vetum eius pater: de quo mox, & in *Prosopogr.*
 ‡ in honorem æternæ Urbis, l. 3. *in fin.*
 § An priscæ leges hic sunt veteres populi Romani?
 ¶ 1. Kal. Iun. vt l. 12. *supr. de erogat. mil. ann.* Id enim Valentiniani Imp. itineris ratio deposuit: v. *Chronol.*
 † Bonamansio Inter Serdicam & Philippopolim fuit, vt ex Itinerario Burdegalensi discimus, & Auctore *vite S. Alexand. Martiri, in Thracia*, vbi tum erat Valentinianus. Hinc ad eod. à Valentiniano datæ hoc anno Philippopoli, mox Philippis IX. & VII. Kalend. Iun. lex 19. de *curia publico*: lex 11. de *operib. publicis*. 11. Kal. Iun. Serdicæ lex 3. de *Legatis*: v. 1. Kal. Iun. d. l. 12. de *erogat. mil. ann.* & hæc lex: vid. *Chronologiam*. Locus ex Itinerario Burdegalensi hic est. Ciuitas Naisso: Mansio Romaniana, Mansio Turribus, Mansio Melidia: Ciuitas Serdica, Mansio Buragara, Mansio Iliga, Mansio Bonamansio, Mansio Basapare, Ciuitas Filipopoli. Vide & quæ scribo ad l. 13. *infr. de operib. publ.*
 † pp. in foro Traiani: vid. *Prolegom.*

COMMENTARIVS.

PRIUILEGIA Corporatorum Urbis Romæ hæc constitutione à Valentiniano Sen. partim confirmantur, partim & restituntur, si forte alicubi titubassent. Et quidem constitutione emissa ad Symmachum P. V. non Epistolographum (in quo CL. Cujacius labi visus, ad l. 1. *Cod. eod. tit.*) verum eius Patrem: cuius etiam honesta mentio apud Ammianum lib. 27. p. 360. & cui vetus *Inscriptio* p. 370. num. 3. posita. Quare neque hæc lex ad illam Equorum collationis immunitatem pertinet, de qua Symmachus lib. 10. *epist.* 27. ad Valentinianum Iuniorem illius filium, quem Iuuenem difertè ibi vocat scribens. Verum ad illud fortè potius, quod de hoc Valentiniano Seniore *ibidem* scribit ad Valentinianum Iuniorem eius filium: Inter cætera scilicet, quibus Symmachus ead. *epistolâ* Valentinianum Iuniorem dehortatur ab imperatâ Equorum collatione, Corporatis Negotiatoribus hæc addit: *Cæli particeps Parens Clementia vestra* (id est, Valentinianus Sen. *huius leg. Auctor*) cum *MVNVS* exiguum huic hominum generi [corporatis negotiatoribus Urbis]

mandare remasset, motus libertate plebis abstinuit. Et certè paucorum C V R A M res illa posebat: magisque OFFICIUM desiderabat TRACTANDÆ P E C V N I Æ P V B L I C Æ quàm dispendium conferenda: Consuluit tamen gloria sue, ne quid imberes imitit: ac diligentissimus ac serius Imp. speratum emolumentum tanquam popularis ignouit: Nec puet Aeternitas vestra ab incæpio temerè desinisse Deo proximum virum: Nouerat horum Corporum ministerio tanta Urbis onera sustineri, &c. quæ mox subiiciam. Quare videri cui possit Symmachus hæcce verba de hæc leg. sensisse. Quod si ita est (quod non temerè adstruo,) tum hæc lex eod. pertinet, vt Immunitatem ab extraordinariis muneribus Corporatis iam olim concessam confirmet: quæ sanè sententia est *Legis* Valentiniani Iun. l. 2. *prox. infr.* Imò *Orationis* sua, cuius ipse meminit l. 2. *infr. de Calcis coctoribus*: ac nominatim ab extraordinario munere seu officio & curâ publicæ pecuniæ tractandæ. Illud sanè certissimum mihi, Symmachum patrem P. V. *huius leg.* Valentiniano Sen. Auctorem vel incentorem fuisse, vt multarum

tarum aliarum, quarum aliquammultæ occurrunt *infr. tit. prox. de Pistoribus*: & *tit. de Nauticariis*: & *tit. de pradiis Nauticulis*. pro bono scilicet seu vtilitate Urbis Romæ. Quod Valentinianum atinet, sanè hoc ipso tempore Valentinianus studium suum vtilitatis Urbis Romæ consulens restatit est expresse, l. 1. *Cod. Iust. de offic. P. V.* Inter cætera verò restituta Corporatis Urbis Romæ ab eo priuilegia, inter Imperij sui statim initia, quæ antea sub Constantio fortè imminuta & labefactata fuerant; quod pertinet hæc lex & l. 10. *supr. de Nauticariis*: Quod innuant illa *huius leg.* verba *vel si in aliqua parte titubauerint*, restituta. Quod Symmachum verò atinet, eiusque studium in erigendo statu Urbis Romæ, eod. pertinet quod Ammianus Marcellinus de eo scribit lib. 27. p. 360. *Symmachus Aproniano successit, inter præcipua nominandus exempla doctrinarum atque modestiæ: quo instante Urbis Sacratissima otio copiosius abundantijs solito fruebatur, & ambitioso ponte exultat atque fessissimo, quem condidit ipse, & magna ciuium lætitiâ dedicauit.* Et hæc quidem de *huius leg.* sententia.

¶ In huius interm tituli ingressu de Corporatis in genere præterea quæ *Paratilon* exhibet, extrinsecus adicienda puto quatuor. Primò ex *Lampridio*: Ait is, *Alex. Seuerum Roma corpora omnium constituisse, Vinariorum, Lupinariorum, Caligariorum, & omnino omnium Artium: hisque ex sese Defensores dedisse, & iussisse, quid ad quos Iudices pertineret: vbi Lupinariorum vocem non temerè mutem: id enim ostendere voluit Lampridius, minutissimarum quantumcumque Artium corpora ab Alex. Seuero instituta; Lupinariorum, inquit, Caligariorum, & omnino omnium Artium.* Et sanè minusculem corporum mentio quoque

l. 102. *supr. de Mancipibus*. Secundo obseruanda cum primis insignis de Corporatis & eorum priuilegiis ac immunitatibus Symmachi F. *epistola* illa lib. 10. *epist.* 27. vbi præter ea quæ iam superius exinde notata, vtilitatem eorum, tum & varia eorundem genera describit: *Nouerat [Valentinianus Sen.] horum corporum ministerio tanta Urbis onera sustineri. Hic lanari pecoris inuictor est: ille ad victum populi cogit armentum: hos suilla carnis tenet functio: pars vrenda lauacris ligna comportat: sum qui fabriles manus Augustis operibus accommodat: per alios fortuita arcentur incendia: iam campones & obsequia pistoria, frugis & olei banulos, multisque id genus parua seruientes, enumerare fastidium est: Ad summam liquet Priuilegium vetus magno impendio constare Romanis: Ingi obsequio nomen immunitatis emerunt: quod si adiciantur insolita forsitan consueta cessabunt.* Adeunda & altera *epistola* Symmachi libro eodem 10. *epist.* 58. de qua ad l. *unic. supr. de Mancipibus*. Tertio, est & apud *Ambrosium* de his Corporatis locus 3. *officiorum* 7. ex quibus peregrinos tempore famis vrbe pullos ait quem ad l. *prox. aff. ram.* Quarto obseruandum, variam & frequentem horum Corporatorum & similium mentionem occurrere, in *Veterib. Inscriptiõibus*, quarum syllabum collegit *Scaliger cap. de collegiis, corporib.* &c. Postremo obseruandum, semel Corporatos hos omnes sub dispositione Præfecti Urbis fuisse, quod ostendunt *huius tituli* leges omnes, quæ Præfectis Vrbi inscribuntur, & superior *Symmachi* *epistola*: Deque eo expressa extat *Cod. Iust. lex*, putà l. 4. *Cod. de offic. P. V.* in quorum nonnullos tamen Comes S. L. vel Comes R. P. quod malo (arg. l. *ultim. supr. ad l. Inl. repetund.*) Iurisdictionem sibi vindicare voluisse ex ead. *tem leg.* colligitur.

Ab EXTRAORDINARIIS collationibus immunes esse Corporatos Urbis Roma.

II. * Imppp. VALENTINIANVS, Theod. & Arcad. AAA. ad Alypium P. v."

NULLI sit liberum, nulli permissum, vt nouum aliquid Urbis Incolæ in Vrbe sustineant. Dat. Prid. Id. Iul. Aquil. Tatiano & Symmacho coss. [391.]

NOTÆ.

* Lex *unic. Cod. hoc titulo*, ex hæc leg. & duabus sequentibus conflata est. "Ad hunc Alypium extant *epistola* 6. Symmachi lib. 7. putà 66. 67. 68. 69. 70. 71. & 70. quidem Præfecturam eius Urbanam indubiè indicat. De hoc ipso *Inscriptio* vetus p. 286. n. 6. ex Paniniis.

DOMINÒ NOSTRÒ
 FL. THEODOSIO
 AVGVSTO
 FALCONIVS PROBUS
 ALYPIVS V. C. PRÆF. VRB.

Plura de eo in *Prosopogr.*
 † id est, extraordinarium, insolitum: patet vt l. 7. *supr. de extraordinar.* & *Ambros. orat. funebri in Valenti. Iul.*

COMMENTARIVS.

EXTRAORDINARIVM seu nouum & insolitum quid Incolis Urbis, id est, Corporatis Urbis Romæ mandari, imponi à quocumque vetat hæc leg. Valentinianus Iunior, Ann. D. 391. Quæ & ipsa sententia videri possit Valentiniani Senioris l. 1. *supr.* Sanè cum & ipse aliquando extra ordinem quid his mandasset, id eum mox reuocasse, ex Symmacho iam ad l. *super.* ostensum est. Sed & cum Valentinianus Iunior *huius leg.* Tom. V.

Auctor Anno D. 384. ad Equorum collationem Corporatos negotiatores vocasset, Symmachus P. V. ad id reuocandum eum hortatus est lib. 10. *epist.* 27. Vt vt sit, ex his ipsis exemplis liquet, sæpius Corporatos V. R. ad extraordinaria onera vocatos. Vt fortè hoc saltem videri possit Valentinianus Iun. Corporatis hæc leg. indulgere, vt nè à P. V. aut Senatu Romano, vel Præfecto annonæ his noui quid imponi possit: *Nulli sit*, inquit, liberum,

DE PISTORIBVS ET CATABOLENSIBVS.

TITVLVS III.

XI. COD. IVS T. XVI. Vbi *Titulus* tantum habet de *Pistoribus*, non & *Catabolensibus*. Eoque *titulo* omnes huius *tituli* *leges* abfunt: neque quidquam exinde in *Codicem Iustinianicum* relatum, præter partem *legis* 12. in *l. illud*, *Cod. de excusat. munerum*; & *legem ultim.* in *l. 2. Cod. de appar. Pref. Urbis*: Adde *Novellam inter Theodos. Valentiniani III. de prædiis Pistoriis Afris deputatis*, 40.

PARATITLON.

I. **P**ISTORVM (de quibus præter huius *tituli* *leges* agitur insuper *l. unic. supr. de perfectiss. dign.* & *l. 1. 4. infr. de Canone frum. V. R. l. 2. 3. infr. de frum. V. Const. l. 3. 4. infr. de annonis ciuicis*: *l. 2. supr. de Nauic. l. 3. 4. 6. 7. 8. 9. supr. de pænis*:) 1. Certum Corpus fuit, *l. 2. 5. 8. 10. 13. 14. 19. 21. hoc tit.* & *l. 9. supr. de pænis*: ordo pistorius *l. 10. consortium l. 11. hoc tit.* & *l. 2. supr. de Nauicular.* in Vrbe Româ *d. l. 3. supr. de pænis*: quod pertinent etiam omnes huius *tituli* *leges* (vnde & Pistores Urbis dicti *l. 2. supr. de Nauicular.*) item in Vrbe Constantinopolitana, *l. 3. infr. de frumento Urbis Constant.* ¶ 2. Horum officium, *l. 3. 21. munus, l. 6. hoc tit.* & *l. 2. supr. de Nauicular.* functio, *l. 12. annonæ publicæ fertiebat, l. 15. vnde & necessarium Corpus vocatur l. 2. pistrino, inquam, l. 1. 5. 7. 10. 11. 13. ult. hoc tit.* & *l. 3. 4. 7. supr. de pænis*: & panificio, *l. 3. 4. 21. 22. id est, tum frumento molendo, hinc molæ: de quibus l. 7. hoc tit.* & *l. 4. infr. de Canon. frum. V. R.* tum pani coquendo annonæ ciuicæ & alimentis popularibus, *l. 2. infr. de frum. V. Constant. l. 3. 4. infr. de annonis ciuicis*: quæ partim gratuita dabatur, de quo *tit. in fin. de annonis ciuicis & pane gradili*: partim etiam vendebatur, *l. 1. in fin. de Canone frum. V. R.* qui panis Ostiensis & fiscalis dictus *l. 1. in fin. de pretio panis Ostiens.* ¶ 3. Hi pistorum etiam *Mancipes* dicti, de quibus *l. 18. hoc tit. l. 2. 3. infr. de frum. V. Constantinop. l. 4. supr. de executorib. de iisdem est fortè quoque l. unic. supr. lib. 12. de Mancipib. vnde & ministerium istud Mancipatus, d. l. 18. & d. l. unic. de Mancipib. quibus idè frumentum consignabatur ex horreis, d. l. 2. infr. de frum. V. Constant.* ¶ 4. Hi omnes non tantum sub generali Præfecti Urbis dispositione fuerunt, quod alioquin docent *l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 16. 18. ultim. hoc tit. l. 4. 8. 9. supr. de pænis*: *l. 2. supr. de Nauicular.* sed etiam sub speciali Præfecti annonæ dispositione: vt docet *lex 1. 3. 12. 14. 15. 21. ultim. hoc tit. l. 3. 6. supr. de pænis*: *l. 4. infr. de Canone frum. V. R.* ¶ 5. Erant eam ad rem complures in Vrbe Roma Officinæ, *l. 7. 8. hoc tit. l. 3. infr. de annonis ciuicis*: (*ὄργανος* vocat *παμπευέδης* Socrates *lib. 5. cap. 18.*) seu pistrina, quæ in veteri Urbis Romæ descriptione CCLIV. notantur seu colliguntur. ¶ 6. Et singulis sua entheca erat, *d. l. 7. hoc tit.* putà animalia, serui, *d. l. 7. molæ, d. l. 7. & l. 4. infr. de Canon. frum. V. R.* prædia seu fundi, & possessiones, quæ Pistorum Corpori solatia certa præbebant: *d. l. 7. & l. 13. 19. vnde & fundi dorales dicuntur d. l. 7.* ¶ 7. Suos etiam habebant *Patronos* singulæ officinæ, *l. 2. 7. 12. quibus officina cum omni entheca credita erat, d. l. 7. quibus Pistores consignabantur, d. l. 12.* Ex his prior post quinquennium otio & quiete donabatur, traditâ sequenti officinâ cum omni enthecâ, *d. l. 7.* ¶ 8. Hoc Pistorum Corpus variis rationibus replebatur. Primum, Originis vinculo quidam tenebantur, *l. 1. 4. hoc tit.* putà successione iure *l. 3. hoc tit.* putà filij, nepotes, &c. *l. 3. 5.* Secundò, per sententiam Iudicis & pænæ loco in pistrinum Urbis Romæ, ex causis non grauib. seu leuiorum criminum rei damnari iussi à Constantino M. primum, in Sardinia, *l. 3. supr. de pænis*: à Valentiniano Sen. in Præfectura Urbana, *l. 5. & 9. supr. de pænis*: quod refero etiam *l. 8. hoc tit.* in Lucania & Bruttis *l. 6. 7. supr. de pænis*: & ita quidem, vt generali Indulgentiâ criminum reis postea facta hi non continerentur, *d. l. 7. supr. de pænis*: neque Rescripto liberari possent, *l. 20. hoc tit.* Terriò, constitutionibus nonnulli pro pœna in pistrinum dari iubentur: veluti

concutiens

concutiens pistorum, *l. ultim. hoc tit.* Patronus caudiciorum & menforum deprehensus in fraude, *l. 9. infr. de Suaris.* Quartò, substitutione in pupilli minoris 20. annis locum, *l. 5. Quintò, & Libertini nonnulli in sp. l. 10. Sextò, filiam pistoris coniugio sibi socians pistrino obnoxius fiebat, l. 2. 14. 21. Septimò, & Ementes ab his prædia, l. 3. vel qui donatione, vel testamento, successione prædia eorum possidebant, *l. 2. supr. de Nauicularis*: *l. 10. hoc tit.* Tandem fuit & Officium aliquod in Africa, vnde singulis Iustis Iudices Africani Pistores Romæ vsibus dirigere tenebantur, *l. 12. 17. hoc tit.* Idque ex Constantini M. instituto, vt docet *d. lex 12.* ¶ 9. Hi omnes semel Ordini seu Corpori Pistorio adscripti, neque transire ab vna officina ad aliam poterant, *l. 8. hoc tit.* neque eam conditionem & necessitatem euitare, nequidem Pistorum ipsorum consensu, *l. 8. non Principi supplicando, & Principis rescripto, l. 6. 18. in fin. l. 20. non priuilegio Christianitatis, seu ad Ecclesias videlicet transendo, l. 11. non Senatoria dignitate indeptâ, nisi facultatibus pistrino cederent, l. 4. non Perfectissimatus dignitate, l. unic. supr. de Perfectissimatus dignitate, non pretio, l. 12. Et sententia tamen Præfecti annonæ quandoque eiciebantur, putà decoctores, *l. 15.* ¶ 10. Familia quoque eorum pistrino obnoxia erat, *l. 2. 21. seu filij, nepotes, à 20. ætatis anno, l. 3. 5. & filia, sic vt his coniugio sociati ad pistrini consortium raperentur, l. 2. 14. 21.* ¶ 11. Possessiones tandem seu prædia sua (quæ *Dotis* nomine vocabantur, *l. 13.*) quæ priuato iure possidebant, quæ hæreditario pistorio iure *l. 13.* in alios transferre, vendere, donare, relinquere olim poterant: *l. 1. postea non potuerunt, l. 1. 3. 13. nisi qui acciperent, Pistoris officium subirent, d. l. 3. 13. hoc tit.* Imò in Senatorem vel Officiale transferre penitus non poterant, *d. l. 3.***

II. CATABOLENSIVM tribus tantum locis fit mentio, *Rubricâ, & l. 9. 10. Quinam fuerint? dicam ad dictas leges.*

I. * Imp. CONSTANTIVS A. ad Profuturum" PF. ANN.

VNCTIS Pistoribus intimari" oportet, quòd si quis fortè possessiones suas idè putauerit in alios transferendas," vt postea se, rebus in abdito conlocatis, minus idoneum adfereret, tanquam in locum eius alio subrogando, nihil ei hæc astutia, nec detestabilia commenta profutura sunt, sed in obsequio pistrini sine vlla excusatione durabit, nec ad eius iura reuocabuntur, si quas emptiones transcriberit." PP. Id. Aug. Constantino A." & Licinio Cæs. COSS. [319.]

NOTÆ.

- * Iungenda huic legi est *lex 1. supr. de contrab. empt.*
 "Profuturus Præf. annonæ sub Constantino M. Eidem hoc Anno præterea inscribitur *lex 2. supr. de relationib. In l. 3. Cod. Inst. de dilat. perpetam Præf. Pannonie* inscribitur.
 "sub Præfecti annonæ dispositione pistorum, hæc *leg. & l. 3. 12. 14. 15. 21. ult. hoc tit. & l. 3. 6. supr. de pænis*: Calliodorus in formula Præfecti annonæ *lib. 6. form. 18a Per officina Pistorum discurrat, pensum & mundiciam panis exigis.*
 "Intimari, id est, significari, notum fieri: vid. *Gloss. Theod.*
 "veluti venditione: vt docet *finis leg. & coniunctio dictæ l. 1. supr. de contrab. empt.*
 "est villore pretio, *d. l. 1.*
 "adde *V. ex d. l. 1. Et sic reddenda hæc lex Anno 319.*

COMMENTARIVS.

VT IDONEI facultatibus omissis facti à Pistorio consortio liberabantur, ita qui idè tantum facultates suas in alios transtulissent, liberati vetat hæc constitutione Constantinus M. pariter vt Valentinianus Sen. *l. 14. infr.* liberari idè vetuit filia pistoris coniunctum, si facultates dilapidasset. Possessiones equidem, suas Pistores, quas priuato iure possidebant, Constantini M. tempestate liberè in alios emptione transcribere seu transferre poterant, nullo exinde præiudicio domino generando, ita vetiti eas fraudulentè idè tantum in alios transferre, vt postea, rebus in abdito locatis, tanquam minus idonei pistoriæ functioni liberarentur, etque alij subrogarentur. Quare fraudi hæc constitutio (cui iungenda est & *lex 1. supr. de contrab. empt.*) Constantinus graui-

ter occurrit: nempe non idè fraudulentum huiusmodi pistorum ob inopiam ab obsequio pistrini excusandum, sed in eo perdurare oportere: In tantum vt neque venditionem hanc fraudulentam rescindi, verum penes emptorem possessionem manere iubeat. Hæc huius particulæ sententia est: Cui addamus ex *d. l. 1. supr. de contrab. empt.* & notam adhuc extensionem. In tantum venditionem hanc valere, quamlibet fraudulentam à parte venditoris, vt et si pretio villore possessiones venditæ fuerint, citra vllam tamen culpam aut circumscriptionem emptoris, venditio rescindi non debeat: de quo ad *eam leg. plenè.* Hæc Constantini disciplina fuit hac ratione Pistorum fraudibus occurrentis, citra vllam bona fide contrahentis cum pistore damnum: At enim postea, cum annonæ vtilitati minus consultum hæc ratio-

tione

tione effct, translatis videlicet ita in alios passim Pistorum possessionibus, iam Valentiniani constitutionibus, putà l. 3. 13. *infra*: ius istud seu libertas ista imminuta per gradus fuit. Et hæc ad huius leg. sententiam sufficient.

¶ Inter hæc verò huius tit. initia de Pistoribus extrinsecus hæc notari velim, Traianum huius Pistorum collegij auctorem ferri: sic enim Victor Schotti. *Annone*, inquit, *perpetue* [à Traiano] *mirè consultum*, *reperio firmatque PISTORVM COLLEGIO*. Inde mox hæc vetus Inscriptio Romæ, p. 255. n. 1. 2. 3.

IANI PARTHICI
DIVI NERVÆ PRONEP. T. ÆLIO
HADRIANO ANTONINO AVG. PIO
PONT. MAX. TRIB. POTEST. VII.
IMP. II. COS. III. PP.
CORPVS
PISTORVM.

In cuius basis dextro latere est canistrum cum spicis: cum hac subscriptione
PRÆF.
L. VALERI PROCVLI:

Sinistro, lapis molaris cum hac subscriptione
CVRANTIBVS
M. CÆRET..... ZMARAGDO
L. MÆVIO EPICTETO. QVINQ. II.
QVÆSTORIBVS
C. PVPIO..... FIRMINO II.
C. CALPVNIO MAXIMO.

Est & altera Inscriptio p. 361. n. 2. à Collegio Pistorum Proculo posita. Horum pistorum meminit quoque Amm. Marcellinus sic ut idem nos humili genere fuisse doceat, lib. 27. p. 360. *Torentius humili genere in Vrbe natus & Pistor, ad vicem præmij, quia peculatus reum detulerat Orfitum ex-Præfecto, hanc eandem Provinciam [Tusciam annonariam] Correctoris administraverat potestate. Symmachus lib. 10. epist. 36. Cum, &c. Præfectus verò annone Vir Clariss. Pistorum publica annone, verbo tantum repose-re diceretur, quem manibus officialium Celsus erue-rat. De his quoque est Socratis locus lib. 5. c. 18.*

¶ Illud etiam hic monendum; Pisto- res sub dispositione Præfecti annonæ fuisse, quod præ- ter huius leg. inscriptionem, docent præterea lex 3. 12. 14. 15. *ultim. hoc tit.* & superior Symma- chi locus. Hinc & vendentes Pisto- res suas apud eum testationem deponerant, d. l. 3.

II. * Imp. CONSTANTIVS A. ad Orfitum p. v."

SI quis Pistoris *Filiam* suo coniugio crediderit esse sociandam, pistrini con- sortio teneatur obnoxius, sed "familia" pistoris adnexus, oneribus etiam parere cogatur. ¶ Et quoniam necessarium "corpus fovendum" est, *Patro- nos* Pistoribus constitutos ad altera "functionis officia prohibeo devocari, Caudicariorum corpori minimè deceterò copulandos: ut aliis necessitatibus absoluti eam tantummodo functionem liberæ mentis nisibus exsequantur. Dat. Prid. Non. Iul. Med. Arbitione & Lolliano c o s s. [355.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Inst.
"Orfito huic P. V. hoc Anno inscribuntur duæ alix leges: putà lex 3. *supr. de reuoc. donation.* & l. 7. *de donationib.* qui idem & sine Anni 353. & Ann. 354. P. V. fuit: ut ex *Notitiâ Veteri Præfectorum Vrbi* discimus, & ex l. 7. *supr. de Præ- torib.* l. 1. *de rapto vel mar. sanctim.* & Ammiano Marcellino, lib. 14. p. 12. & *Fastis Cuspinianis*: Item Ann. 357. Secundam Vrbi Præfecturam gessit, eodem quoque Marcellino teste lib. 17. p. 98. de eius Præfectura plura in *Prosopogr.*
"et. "Familia Pistoris mentio & l. 21. *infra.*
"Necessarium Pistorum Corpus vid. *Paratitilon.*
"etque fovendum.
"Altera officia.

COMMENTARIVS.

CONSTANTIANÆ huius de Pistoribus constitutionis duo sunt capita. Prius est de *FILIABVS* Pistorum: ut qui eas vxores duxerit, tanquam de familia Pistoris *pistrini* oneribus teneatur. De quo ipso est & Valentiniani Sen. lex 14. *infra.* & Honorij lex 21. *infra.* Posterius est de *PATRONIS* Pistorum, de quibus sunt præterea duæ hoc titulo constitutiones, putà lex 7. & 12. *infra.* ad quarum priorem de his plenè dicam. De his id hæc Constantij leg. statuitur, ut ne ad aliam quam- cunque tandem necessitatem vel functionem de- uocentur: ac nominatim, ne ad *Caudicariorum*, quorum Corpori antea aliquando copulati fue- rant. *CAUDICARIIS*, quorum hæc leg. mentio fit, & l. 9. *infra. de Suariis*: l. 1. *infra. de Canone frum. V. R.* erant nautæ Tyberini, de quibus tit. *infra. de Nautis Tyberinis*: nautici amnici Tiberis, qui species fisca- les, & in his annonam ad Porrum Vrbi Romæ aduectam in horrea P. R. & ad Urbem Romam Tiberi subuehebant, caudicariis nauibus actua-

riis: de quibus Strabo lib. 5. & Procopius lib. 1. *Gothicor.* Hinc Codicarij Nauicularij, sub Procra- ratore Portus: hinc Menforibus Portuensibus Cau- dicarij iunguntur: & d. l. 9. *infra. de Suariis*: & l. 1. *infra. de Canone frum. V. R.* Sed & in tribus his In- scriptionibus horum Caudicariorum fit mentio. Prima p. 440. n. 3.

PROC. PORTVS VTRIVSQ. A.....
VIRO INNOCENTISSIMO CODICARII
NAVICVLARI, ET QVINQ.
CORP. NAVIGANTES.
Secunda p. 1086. n. 6. Romæ in basi marmorea.
D. N. IMP. FL. VAL. CONSTANTINO,
CODICARII NAVICVLARI
INFERNATES, DEVOTI N. M. Q. BIVS
CVRANTE AVR. VICTORIANO V. P.
PRÆF. AMN.

Tertia est decantata illa, quæ in Insula Tiberina de Ragonio Vincentio Celso, p. 461. n. 1.

R E X I T

R E X I T ANNONARIAM POTESTA- TEM VRBIS ÆTERNÆ, &c.
HINC ETIAM factum est, ut *Mensores nos Portuenses*, quibus vetus fuit cum *Caudicariis* *Diuturnumque luctamen voti compotes Abiremus, & utrumque corpus & beneficio Se & victoria gratuletur adfectum: nam Ut hoc esset indicio, iam posito magistratu Statuam Patrono præstantissimo, testimonium Gratulationis exsoluimus cum res non adulationes, Privato sed iudicio, posito in otio & quiete Reddatur.*

Cæteram iam notam unde *Caudicarij* dicti, à caudicibus videlicet & codicariis nauibus ex No- nio, Festo, Sallustio 4. *histor.* Varro apud Nonium: *Quod antiqui pluris tabulas coniunctas Codices dice- bant, à quo in TIBERI NAUES CODICARIAS appellamus.* Seneca 13. *de breu. vitæ*: *Et naues nunc quoque, quæ ex antiquâ consuetudine per Tiberim commectus subuehunt, Caudicaria vocantur.* Noluit igitur Constantius Pistorum patronos Caudica- riorum Corpori & functioni misceri; sed horum

munia distingui: ut ita Pistorum patroni aliis ne- cessitatibus absoluti pistoriam tantum functionem liberæ mentis nisibus exequerentur: Vnius deni- que functionis & corporis Patronos esse voluit, non Duorum, cum tamen id hæctenus aliter fa- ctum fuisset: sic ut itidem & Pistorum & Caudi- cariorum patroni essent: Ut cæteroque duo Cor- pora ita sæpè copulata fuerunt, ut duorum Cor- porum vnus idemque Patronus esset: ut *Pa- tronus Fabrorum & Centonariorum*, in veteri In- script. p. 441. num. 8. scilicet ut priuatim; ita vel maximè in publico actu, in plura animus bona fi- de sese explicare non potest: quam in rem notauit nonnulla in *vetere orbis descriptionem* c. 18 p. 23.

¶ Illud tandem obseruandum, hanc legem in- scribi *Orfito P. V.* (de quo alioquin ad Inscriptio- nem in *Notis*, & in *Prosopogr.* plenè) quæ est de Pistoribus: quorum Mancipes fuere, de quibus l. 18. *hoc tit.* A quibus Mancipibus inter alios statua illi sub ære constituta, ob prouidentiam & statum optimum Vrbi Romæ ab eo reddi- tum. Vide Corpus Inscriptionum p. 438. n. 1.

III. * Imp. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Symmachum p. v."

RÆDIA rustica, vel urbana, quæ possident priuato iurè pistoris, nec Senatorem, nec Officiale *Comparare* permittimus (contractu pari cum aliis non interdicto.) Quippe mercantes ad venditoris officium vocabun- tur, super hac emptione apud ff. Ann. testatione deposita. ¶ In *Dona- tionibus* verò filij excepti sunt & nepotes: Eodem loco positis omnibus qui qualibet proximitate iunguntur, quibus ideo non dempsimus beneficium largitatis, quia & panè- ficij necessitatem suscipere successione iure coguntur. ¶ Hæc forma seruabitur & in *Testamentis*, aut donatione, vel nouissima voluntate, ut in extraneos conlata non valeant, nisi pistoris officium sponte susceperint, qui pistorum sunt munificentiam consecuti. Dat. i v. Non. Iun. Naisso, diuo Iouiano & Varroniano c o s s. [364.]

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Inst.
"Symmacho huic P. V. Sex hoc titulo Ann. D. 364. & 365. inscribuntur constitutiones. In vniuersum hoc Codice ei inferi- buntur Ann. 364. *leges* 19. Ann. 365. *leges* 11. Et sic in totum 30. De quo iam dixi ad l. 1. *supr. de Corporatu V. R.* Sane & hæc leges fidem faciunt elogio Ammiano de hoc Symmacho, quod eo instante Vrbi Sacratissima Vrjo *COPILISQ. V. abundantijs solito fruita sit.* De eo plura in *Prosopogr.*
"ad differentiam dotalium fundorum: de quibus l. 7. *infra.* [& l. 13. *infra.*]
"Alioquin enim.
"Naisso Valentinianus: de quo v. quæ in *Chronol. Theod.* & Ammianum lib. 26. p. 339.

COMMENTARIVS.

VALENTINIANI Senioris duodecim ordi- ne constitutiones de Pistoribus Vrbi Roma le- quantur, quæ omnes fermè enixum Valentiniani studium arguunt, Annonæ Urbicæ consulendi; quod aliunde quoque colligere est, veluti ex his quæ de Nauiculariis pariter inter hæc Imperij sui initia idem constituit l. 18. 11. *supr. de Nauicular.* l. 2. *supr. de prædijs Nauicular.* Hæc verò prima eius constitutio est de *POSSSSIONIBVS* seu prædijs Pistorum, pariter vt de his ipsis sunt duæ præterea hoc titulo, putà lex 1. *supr.* & lex 13. *infra.* quæ & ipsa Valentiniani est: Quid inquam Pisto- res de his quouè iure facere possint: Et nomina- rim verò de possessionibus quas priuato iure pos- sident, id est, vt explicat lex 13. *infra.* vbi plenius, quæ priuatâ fortè liberalitate habent: nam de his quæ pistorio iure habent, id omninò præsup- ponitur, distractionem eorum penitus non valere, de quo ad d. l. 13.

De his igitur, quæ priuato iure possident Pi- stores, est hæc lex: quæ tres alienationis tituli, ita Tom. V.

distinguuntur: Nempe si de *venditione* quæritur, pistorum regulariter ea vendere posse, duobus tan- tum hominum generibus exceptis: putà Senato- ribus & Officialibus: Hi scilicet prædiâ pisto- rum non aliter emere possunt, quam sub necessi- tate subeundæ conditionis pistoriæ, in eumque fi- nem super hæc emptione, testatione apud Præfe- ctum annonæ depositâ, sub huius enim disposi- tione erant Pisto- res: de quo ad l. 1. His duobus igitur emptione possessionum ad Pisto- res: priuato iure pertinentium interdictum, nisi sub conditio- ne officij pistorij subeundi, Nempe hæc duo fer- mè hominum genera agrarij mergi erant, emptio- nisque potestatis suæ vi extorquebant. Quæ causâ etiam vtrique huic generi multa interdicta, quæ aliis licita fuere, & quidem in hoc emptionum argumento, & mutuo vsurisque, de quo ad *tit. supr. de vsuris.* Extra hos igitur, aliis indistinctè possessiones has comparate licuit, vrpote quas oneroso titulo haberent, refuso videlicet contrâ pretio. *Donationum*, qui iam secundus alienationis titulus

titulus est, alia ratio est: nempe regulariter donationis titulo acquirere huiusmodi possessiones interdictum: nam ut pistoribus in necessitate forte constitutis iniquum fuisset rerum suarum venditione interdicere: ita contra ea donare, & sic perdere licere non oportuit, nisi si in coniunctas personas donationes fierent: quia hæc re iam pistrino nil periret, utpote cum panificij seu pistorij officij necessitatem suscipere successionis iure cogantur. Idque non filij tantum, de quibus &

l. 5. infr. aut nepotes, verum etiam omnes quilibet proximitate iuncti. Et sic notanda hæc quoque parte venditionis & Donationis differentia. Tandem, qui tertius adquirendi modus est, *Testamento*, aliave qua vltima voluntate ea consequi extranei non possunt, nisi ut pistoris officium suscipiant. Et hæc quidem ita nunc Valentinianus Sen. At enim postea hoc ipsum ius ab eodem magis magisque arctatum, *l. 13. infr.* vbi dicam.

IV. * Idem AA. ad Symmachum P. Vrb.

PTRIO concessa est his, qui è pistoribus facti sunt Senatores, ut aut studio facultatum, aut Splendidissimo Ordine segregati sint. Quod si fuerint cupidi dignitatis, in tantam panificij substantiam idoneos de suis subrogare cogantur, quantam ipsi exhibuere pistorum. Dat. VI. Id. Iun. Naïss, diuo Iouiano & Varroniano C O S S. [364.]

NOTÆ.

* Non dubito quin hæc lex iungenda sit legi 5. 6. infr. & l. 2. infr. de calcis coctoribus. *l. vn. infr. de Saccariis Portu.* *l. 12. infr. de operib. publ. l. 1. infr. de Canon. frum. V. R.* quæ datæ dicuntur *V. I. Id. Iun.* id est, si Senatoriam dignitatem tueri velint, facultatibus suis cedant: ut mox *fin. legis* dicitur. Senatorio: vid. *Gloss.* id est, si facultates suas tueri velint, Senatoriæ dignitati renuncient. *V. I. Idus Iun. dictis legib. fermè omnibus.*

COMMENTARIVS.

SENATORIBVS factis ex Pistoribus, optio- nem dat hæc constitutione suâ Valentinianus Sen. (quæ secunda est, & i. 2. Valentinianis hoc tit.) vel retinendi facultates suas, & sic Senatoriâ dignitate repudiata ad pistrinum redeundi: vel Senatoriam dignitatem retinendi, & sic facultatum amittendarum: idoneis videlicet in tantam panificij substantiam subrogatis de suis. Quæ & ipsa cessionis & subrogationis lex & conditio circa Curiales & Nauicularios statuta: de quo tit. de *Decur.* & *l. 2. supr. de Nauicular.* Sanè Ammianus Marcellinus in gestis huius ipsius *Anni 364. lib. 27. p. 360.* exemplum suppeditat Te-

rentij ex pistore pro præmio Correcturâ Tusciæ annonariæ honorati. *Terentius, humili genere in urbe natus & Pistor, ad vicem præmij (quia peculatus reum detulerat, Officium [vel Ornitium vid. eodem lib. 369.] ex-Præfetto hanc eandem Provin- ciam. [Tusciam annonariam] Correctoris admini- strauerat potestate: Eaque confidentiâ deinceps in- quietus agens, multa in Nauiculariorum negotio falsè admisisse conuictus, ut ferebatur, perit carnisificis manu, regente Claudio Romam.* Ergo ex hæc leg. Senatoriâ dignitate non euitatur pistoria conditio: ut nec perfectissimatus dignitate ex *l. vn. supr. de Perfectiss. dign.*

¶ De Filiis pistorum minoribus 20. annis à pistrino excusandis.

v. * Idem AA. ad Symmachum P. v."

FILIOS pistorum, qui in paruulâ ætate relinquuntur, vsque ad viceffimum annum ætatis à pistrini sollicitudine defendi iubemus. Sanè, periculo totius corporis subrogari conuenit pistorum idoneos pro pupillis; sub hæc videlicet condicione, ut post emensum viceffimum annum ætatis paterni muneris necessitatem subire cogantur: nihilominus permanentibus pistoribus his, quos in locum eorum constat substitutos. Dat. VI. Id. Ian. Naïss, diuo Iouiano, & Varroniano C O S S.

NOTÆ.

* Iungenda huic leg. est *lex 4. supr.* & *lex 6. prox.* Et *lex 2. infr. de calcis coctoribus: lex vn. infr. de Saccariis Portu.* *l. 12. infr. de Canon. frum. V. R. l. 1. 2. de operib. publ.* Et proculdubio etiam *lex 5. supr. de panis.* Roma. Defendi, id est, excusari vid. *Gloss. Theod.* ita quoque *d. lex 6. prox.* Sed ex aliis legib. hic & illic reponendum *Iun.*

COMMENTARIVS.

FILII Pistorum, & ipsi post patris mortem pistoriâ condicione tenentur, hæc leg. & *l. 3. vers. in donationib. supr.* Filij, inquam, &

nepotes, & deinceps. *In donationibus, inquit ea lex 3. filij excepti sunt & nepotes: eodem loco positus omnibus, quibus ideò non dempsimus beneficium lar- gitatis.*

gitalis, quia & panificij necessitatem suscipere successionis iure coguntur. Et tamen, si in paruulâ ætate relinquuntur seu pupilli, noluit Valentinianus Sen. hæc constitutione, eos statim ad pistrini sollicitudinem vocari, sed ad viceffimum ætatis annum vsque excusari; & post viceffimum demum ætatis annum paterni muneris necessitatem subire cogi: Nempe hæc ætas firmata & robusta, cum videlicet viceffimi anni clausa ætas Adolescentiæ, patefacere sibi ianuam cœperit ad firmissimâ Iuuentutis ingressum: cui ætati, quoniam inter plenam perfectamque adolescentiam, & robustam Iuuentutem media est, firmata ætatis appellatio imposita: ut eleganter loquitur Constantinus *l. vn. supr. de his qui veniam ætatis.* Sic & in materiâ census pupilli vsque ad 20. annos à Censibus immunes erant, *l. 4. de censu:* Cuiusmodi sanè ætas requiritur ad pistrini onus, substituto interea in pupillorum locum aliis idoneis periculo rotius Corporis: ita quidem, ut substituti non ad tempus tantum substituti videantur, vsque

quod videlicet pupillus ad viceffimum ætatis annum peruenerit, sed in perpetuum pistorum maneat. Quod singulare est: nempe substitutum alteri ob temporale eius impedimentum, vel excusationem, impedimento cessante, non ideò cessare. ¶ Quod quidem singulare *Annona Urbicæ* fauore à Valentiniano Sen. constitutum inter alia, quibus enixâ & prolixâ constitutione suâ ei consulendum putauit: cuius constitutionis portiu- culas alias huic nostræ coassandas iam initio designauit: & inter alias *l. 6. prox. infr.* & quidem hæc omnia (quod sæpè dicere cogor) ad Symmachi P. V. suggestionem: quo instante, ait Ammianus *lib. 27. p. 360. Urbem sacratissimam otio Copijsque abundantius solito fruiam.* Ac inter cætera quamplurima circa Pistorum institutis, quod ex eâ constitutione præter hanc leg. & *l. 4. supr.* & *l. 6. prox.* pertinet & quarta portiuacula, putâ *lex 5. supr. de panis,* quam & ipsam huic iungendam cen- seo, & quinta, putâ *lex 1. infr. de Canone frum. V. R.*

VI. * Idem AA. ad Symmachum P. v.

VLLI liceat pistorum, supplicatione delata, subterfugendi muneris impetrare licentiam. Dat. VI. Id. Ian. Naïss, diuo Iouiano & Varroniano C O S S.

NOTÆ.

* Quæ leges huic nostræ coassandæ sint, iam ad superiores 4. & 5. dictum est, quæ & ipsa de earum numero est. ita hunc locum interponendum puto: non, nulli liceat, Pistorum supplicationem. *29. Iun. vt l. proxima 5. supr.*

COMMENTARIVS.

LIBERARI seu solui, etiam Principis Rescripto, pistorum quemquam munere, seu condicione suâ, vetat hæc leg. suâ Valentinianus Sen. quæ pars est, ut iam notauimus, prolixioris Valentinianæ constitutionis ad Symmachum P. V. (pariter vt Valentinianus *Iun. l. 18. infr.* & Honorius *l. 20.*) Pistorum, inquam originarium: nam in pistrina condemnatum Iudicis sententiâ speciali Principis rescripto liberari pos-

se idem statuit, *l. 7. supr. de panis:* (quæ legi 7. prox. infr. coniungenda est:) Imò, ne quidem Corporis pistorij totius consensu, quem Pistorum liberari posse idem mox statuit *l. 8. infr.* Nempe & hæc ratione Valentinianus Urbicæ annonæ consultum iuit, inter alia quæ prolixâ suâ constitutione ad Symmachi P. V. suggestionem constituit: de quo ad *l. supr. prox.*

¶ De Patronis Pistorum.

VII. * Idem AA. ad Viuentium P. v."

POST quinquennij tempus emensum vnus prior è Patronis pistorum otio & quiete donetur: ita vt ei qui sequitur, Officinam cum animilibus, seruis, molis, fundis dotalibus, pistrinorum postremo omnem enthecâ, tradat adque consignet. Dat. VIII. Id. Octobr. Altino, diuo Iouiano & Varroniano C O S S. [364.]

NOTÆ.

* Iungendæ huic sunt *lex 7. supr. de panis: lex 16. supr. quorum appellatio. non recip. lex vn. infr. de nauis Tyberinis* ita tamen vt Inscriptiones variant: *Lex enim 7. de panis,* inscribitur Archemio (Correctori scilicet Lucanæ & Brittorum) *lex 16. & lex vn. infr.* Symmacho P. V. quomodo sanè hic reponendum puto, de quo mox. *Viuentius* Anno demum 367. P. V. fuit: vt docet *lex 11. supr. de panis: lex 3. de indulg. criminum:* sic etiam vt inter Symmachum & hunc Viuentium Lampadius P. V. medius ab Ammiano Marcellino ponatur *lib. 27. p. 360. 361. Symmachus,* inquit, *Aproniano successit: Post hunc Urbis moderator Lampadius ex P. Adhuc successor eius ex- Quæstore palatii Viuentius.* Quare omnino substituendum hic Symmachi nomen, arg. *d. l. 16. supr. quorum appell. & l. vn. infr. de nauis Tyberinis:* quæ huic coniungendæ sunt. *Enthecâ* hic, & *l. 12. infr. de operibus publicis,* est *ἀφρογῆ,* de quo ad eam leg. plenius. *adde ex d. l. 16. Acc. XV. Kal. Nonemb.*

DE PATRONIS Pistorum est hæc Valentinianæ prolixioris constitutionis portunculæ, ut iam ostendi: de quibus Patronis sunt duæ præterea hoc ipso titulo constitutiones: puta lex 2. *supr.* & l. 12. *infr.* ¶ De his semel hic videndum est, quandoquidem hæc lex eam ad rem maximè singularis est. Igitur docet ea Patronos Pistorum fuisse eos, qui singulis Pistorum officinis præerant, quibus omnium cuiusque officinæ animalium, Seruorum, molatum, fundorum dotalium cura, postremo omnis officinæ & pistrini entheca commissâ erat: quibus etiam noui Pistofores consignabantur, ut docet d. lex 12. *infr.* Nempe per varias Pistoros officinas sparsi fuere, seu variæ distorum officinæ erant: quarum mentio quoque fit l. 8. *infr.* & l. 3. *infr. de annonis ciuicis.* Calliodorus quoque eorum meminit *var...* Per officinas Pistorum discurrens. De his & Socrates lib. 5. *hif. Eccl. cap. 18.* qui dixit *παμμεγέθους* vocat; *ἢσαν ἐν ἀρχαίῳ κτ̄ πλὴν μεγίστου πούλου δίκαι παμμεγέθους, ἐν οἷ δ̄ τῆς πάλαι χρονηγέθου ἀπ̄ τ̄ ἐπινοῦ.* Patroni igitur, singularum officinarum præpositi fuere. Et tamen plures eiusdem officinæ Patronos fuisse hæc ipsa lex ostendit, sic tamen ut Prior tantum ex his in summo actu positus esset, cæteri vero post eum, Patronorum quidem numero, sed nondum in summo actu, & eum actum expectantes suo quisque ordine. Quod & ipsum luculenter ostendit lex 9. *infr. de Suariis:* (quæ alioquin *legi ultim. hoc tit. iungenda est*) de Patronis Caudicariorum & mensorum: *Vnus*, inquit, *de Patronis totius corporis consensu eligatur, qui, &c.* Et sub *fin. legis:* *Illud etiam decevrimus, ne in singulis TRES PRIMOS PATRONOS corporum singulorum V. C. P. E. ann. ius habeat corporalis iniuria.* Ecce rursus *primos Patronos* Corporum singulorum. Nempe & hæcenus quoque sine ambitio sine gratia peruagata est: ut Corpus vnus, ut Officina vna plures Patronos haberet, sibi que adscisceret: sed quorum vnus in summo actu esset: & quidem iustitiam seu quinquennij spatio, ut præter *hanc leg.* docet rursus d. lex 9. *de Suariis: Ad excludendas Patronorum Caudicariorum fraudes, & Portuensium furtia mensorum, vnus de Patronis totius consensu Corporis eligatur, qui per quinquennium custodiam Portuensium suscipiat conditorum: clandestinum ad collegas digma missurus, ne quid ex specie fraudis occulta vectorum pessima qualitatatis immanet: Cui premia ista deferimus, ut si optimâ fide administrauerit munus iniunctum, post expletas iustitialis sollicitudinis metas, Comitibus verij ordinis honore cumuletur: idque non iam ex codicillis nostris, sed constituti istius consequatur indulto: deprehensus in fraudem, amisso patrimonio ad pistrini etiam munia prima reuocetur.* Inde *Quinquennales & Quinquennalicy,* quorum frequens mentio in *Veteribus Inscriptionibus,* veluti collegij Centonatorum p. 471. *num. 5. p. 1101. n. 1.* Collegij fabrorum Ostiensium, p. 358. *num. 1.* Collegij fabrorum Tignariorum, p. 435. *num. 8.* corporis Marmoratorum, p. 483. *num. 8.* corporis Negotiantium Malacitanorum, p. 647. *1.* Corporis Piscatorum & Vrinatorum p. 391. *num. 8.* Quinq. corp. Negotiantes, p. 440. *num. 3.* Tandem de *Quinquennalibus Pistorum* est ea inscriptio quam ad l. 1. protali, *suprà.*

De his *Quinquennalibus Collegiorum* seu Corporum nonnulla adhuc ex illis *Veteribus Inscriptionibus* colligere est; Primum hos *Quinquennales est non continuos, attamen perpetuos* fuisse: quomodo etiam disertè vocatur in insigni Ta-

bula marmorea Romæ p. 126. cuius *Coff.* incidunt in Annum D. 140. vbi notatus *ordo Corporatorum, qui pecuniam ad ampliandum quoddam Templum contulerant.* Perpetuos, inquam fuisse: sic ut *ἄσποδον* hoc *παιστῆρα* esset, & post aliquot lustra ad eundem recurreter. Hinc *Quinquennalis tertium* in *Veteri Inscrip. p. 391. n. 1.*

PATRONO
CORPORIS PISCATORVM ET
VRINATORVM. QQ. III. EIVSDEM
CORPORIS.

Secundò tamen obseruandam in *Veteribus Inscriptionibus* Patronos à *Quinquennalibus* separari: ita quidem ut hi secundo loco ponantur, illi primo: ut in *superiore Inscriptione:* ita & p. 477. *n. 8.* & in prædicta *Tabula collationis ad ampliandum Templum:* vbi cum ordo Corporatorum rexitur: PATRONI primo laterculo memorantur, secundo laterculo QVINQ. PERPET.

Tertiò, Ostiæ Collegij Fabrorum Ostiensium quendam *Quinquennalem LVSTRI XXV.* vocari reperio in *Veteri Inscrip. p. 358. n. 1.*

L. ANTONIVS PECVLIARIS SEV.
AVG. QQ. COL. FAB. OST. LVSTRI XXV.
FECIT SIBI, &c.

Præcudubio à Portu Ostiensi excitato hic lustra computantur, & sic anno circiter à Portu Ostiensi à Claudio Imp. excitati à 121. ad 125. quod in *Marci Imp.* tempora incidit. Item p. 360. *n. 1.*

L. AQUILIVS O. L. MODESTVS MAGISTER
QVINQVENNALIS COLLEGI FABRORVM.
TIGNARIORVM OSTIENSIVM LVSTRI II.
Item p. 252. *num. 6.*

SABINÆ AVGVST.
MAGISTRI QVINQVENNALIS
COLLEGI FABRVM TIGNAR. LVST. XIII.
Et p. 261. *num. 4.*

FAVSTINÆ AVGVSTÆ
MAGISTRI QVINQVENNALES COLLEGI
CORP. FABRVM FERRAR. TIGNAR.
DENDROPHOR. ET CENTON.
LVST. XXVII. &c.

C. MANLIO TORQVATO ET CORNELIO
MESSALLINO COS.

Tandem apponere hic inuæ secundum illud *Lateralculum* quod dixi, vbi singula quinquenniorum interna *Quinquennalium* notantur.

QVINQ. PERPET.
G. SOSSIVS BENEDICTVS
QVINQVENN.
A. EGRILIVS AVGVSTAL.
QVINQVENNALIC.
P. SVLPITIVS HERA.
L. NÆVIVS SÆCVLAR.
A. D. 151. QVINTILIVS COS.
QVINQVENN.
A. EGRILIVS FAVSTVS
A. D. 156. SILVANO ET AVGVN.
QQ. COS.
T. FISEVIVS NICEPHOR.
L. NÆVIVS PROCVLVS
A. D. 163. L. ÆLIANO ET PASTORE
QQ. COS.
T. FISEVIVS PRISCIVS
A. D. 170. CLARO ET CETHEGO. COS.
QQ.
M. MAGIVS MARSVS
A. D. 172. MAXIMO ET ORFITO COS.
QQ.
L. HELVIVS RESITIVS, &c.
¶ Vt

¶ Vt ad leg. nostram redeamus: è Patronis igitur prior quinquennalis fuit, qui officinam administraret curamque haberet animalium, seruorum, molarum, Molarum quarum rursus mentio fit l. 4. *infr. de Canone frum. V. R.* quæ in pistrini instrumento esse etiam Paulus lib. 3. *sent. tit. 6.* scribit, quandoquidem (quod & aliunde notum) pistorum erat, non tantum panificiam, sed & molendinum: Hieronymus *Chronico, Paulus ad molas mannavias pistorum se locauit.* Pomponius in Pistoro, *Decipit vicinis, quod molendum conduxit, comest:* & rursus Pistor ibidem, *Plus quæsti facerem quam quadrinas si haberem molas.* ¶ Item curam habebat fundorum dotalium, *Fundi dotales* erant prædia Pistorum corpori obnoxia, affectata; vnde Pistoribus solatia præbebantur, hæc leg.

& l. 19. *infr.* quæ ad nihilum redacta iure perpetuo seu emphyteutico idoneis postea locata, vnde pensionem præstarent, d. l. 19. Et fuere ea per diuersas Prouincias sub cura Præfecti annonæ: Calliodorus lib. 6. *form. 18. Dignitati quoque tua Pistorum I. V. R. A. famulata sunt, quæ per diuersas mundi partes possessione latissimâ vendebantur.* Dotales quoque fundi postea fuere, Pistorum proprij, nam & hæc dotis nomen & speciem retinebant, ut ait lex 13. *infr.* ¶ Tandem omnem pistorum Enthecæ curabat Patronus: id est, instrumentum quoque aliud, & paraturam pistoriam: Enthecæ est ἀποψη, quidquid sepositum conditumque alicuius vsus & præsidij causa, ut hæc leg. & l. 12. *infr. de operib. publ.* quæ hoc ipso Anno data ad Symmachum P. V. vbi dicam plenius.

LIBERARI aut TRANSFERRI Pistor non debet.

VIII. * Idem AA. ad Symmachum" p. v.



N Speculis erit Officium Sinceritatis Tuæ, Ne cui qui semel pistorum corpori fuerit deputatus, abscedendi quilibet ratione copia facultasque tribuatur: etiam si absolutionem eius Pistorum omnium labor, & adensus confessus conuenisse videatur. ¶ Ne illud quidem cuiquam concedi oportet, ut Officina ad aliam possit transire facere. Dat. xvii. Kalend. Febr. Mediol. Valentiniano & Valente AA. c o s s. [365.]

NOTÆ.

* Iungenda huic est lex 8. *supr. de panis.* Imò etiam, ut mihi quidem videtur, lex 1. *infr. de fide Catholica.*
"adiudicatus sententiâ etiam Iudicis: arg. d. l. 8. *supr. de panis.*
"22. ad absolutionem, vel ad solutionem.
"An fauor? an laborem adferat & consensus, &c.
"De officinis pistoris iam *suprà* ad l. 7. *pro. & ad l. 2. infr. de annonis ciuicis.* Interim et si hoc sustineri potest, clarius tamen ab vel de officina.

COMMENTARIUS.

LIBERARI pistrino, ne pistorum quidem omnium adensu quisquam potest, ex hæc Valentiniani Sen. constitutione, cui iungenda est & lex 8. *supr. de panis.* Cuius argumento inducatur quis ut duo credat: Primum proprie *hanc leg.* esse de his qui Pistorum Corpori per sententiam Iudicium ob leue aliquod crimen deputati seu adscripti sunt, de quibus sanè agitur l. 3. 5. 6. 7. 9. *eo tit. de panis: l. ultim. infr. hoc tit. l. 9. infr. de Suariis:* etsi non eo minus verum id quoque sit in quibuscumque aliis Pistoribus. Nempe enim eâ leg. agitur de damnatis ad ludum. Secundò, cum eâ leg. prohibetur quisquam Christianus ad ludum damnari; pariter, ut ad custodiam Templorum apponi, l. 1. *infr. de fide Catholica:* (quæ & ipsa huic iungenda videtur,) ita putet quis, per *adensum Confessum,* hic intelligendum nominatim sacerdotalis confessus adensum, pistorum aliquem ad Ecclesiam & clericatum deposcentem; quasi hoc velit Valentinianus, à Christianæ Religionis veneratione hoc officium & ministerium alienum non esse, ut est custodia Templorum, ut est rursus pœna ludi: Itaque frustra ex pistorio officio quem à *Sacerdotum Confessu* vel Synodo deposcit: Quæ sanè Valentiniani sententia est ad eundem Symmachum, l. 11. *infr.* eodem Anno 365. Sanè *Sedendi, Considerandi, Residendi,* vox propria de Sacerdotali Confessu: de Synodo Romana in causa Donatistarum Opratus lib. 1. *Cum confederet Meltiades Ep. Urbis Roma:* & mox, *His decem & nouem considerantibus Episcopis.* Sic & l. 35. *infr. de*

Episcop. *Quicumque Residentibus Sacerdotibus fuerit Episcopali loco decessus.* Sed & cæteroquin multos muneribus & ministeriis publicis nexos ab Episcopis ad Clericatum postularos liquet, Quæ coniectura, si stat, iam hæc lex ad historiam Ecclesiasticam referenda fuerit. Verum hoc ut quisque volet, ita & accipiet: nam & per *adensum Confessum,* consensus totius Corporis pistorij accipi potest. Sanè in huiusmodi Corporum decretis *sentendi & adsendendi* vox propria. Sic l. 21. *infr.* Etiam si huic factis omnium pistorum accedat adensus. Symmachus lib. 10. *epist. 58. in fin. quos sui Corporis adiudicauit adensus.* In veteri Inscriptione Decreti, quo à Collegio fabrorum & Centonatorum Patronus Collegij quis adscitus, VNIVERSI SENTIMVS. An nihil immutandum, ut per *confessum* intelligatur Pistorum confessus: ita Concilium Nauiculariorum dicitur l. 32. *supr. de Nauicular.*

¶ Altero huius leg. capite Valentinianus definit, neque OFFICIAM mutare, seu ab officina ad aliam transgredi, cuiquam pistorum concedendum esse: Nempe sanus cuique & sufficiens officinæ pistorum numerus relinquendus est. Hoc interim argumento mutationis experitæ colligo, grauiorem vnus officinæ quam alterius laborem visum, ut de ea mutanda quidam cogitarent, idque sibi concedi postularent. Ergo tantum abest, quicquam pistorio munere in totum liberati vlla ratione possit, ut ne officinâ quidem vnâ liberati & in aliam transferri debeat.

IX. * Idem AA. ad Olybrium p. v.

Libertinis, Carabolenſium corpori ſtatim ſociari eum, cuius tota ſubſtantia triginta librarum argenti æſtimatione colligitur. Idque pondus, ſiue ipſum per ſe haber, ſeu, in aliis quibuſcumque ſpeciebus, vel in ædificiis adque agris, dictæ adſcriptionis merita non tranſit, iubemus ab inquietudine iſtius moleſtiæ ſegregari. Dat. 11. Kalend. April. Triu. Valentiniano & Valente AA. c o s s.

NOTÆ.

* Iungenda huic leg. eſt vt puto lex 9. ſupr. de pœnis: Imò & lex vnic. inſr. de mancipib. iheronimus. Cæterum ſuperioribus hinc & l. prox. admiſſum ab huius Codicis Conditoribus: poſt legem enim 12. collocari hæc debuerunt, vt ex Olybrij P. V. nomine mox probabo: & ex Treuerica vrbe, vbi hæc lex à Valentiniano data eſt.
 "Inſcribendi hi Imp. Valentinianus Valens & Gratianus.
 "Hic poſt Viuentium, & Prætextatum qui Ann. D. 367. Præfecti Urbis fuerunt, Anno demum 368. P. V. factus eſt. Notitia hæc tenenda Præfectorum Urbis primis Valentiniani Imp. annis, poſt Apronianum, qui ſub Iouiano P. V. fuit.
 A. D. 364. & 365. Symmachus. Ammianus, lib. 27. p. 360. complures paſſim hoc Codice ad hunc conſtitutiones.
 A. D. 366. Lampadius. Ammianus, lib. 27. p. 360. 361.
 A. D. 367. Viuentius. Ammianus, lib. 27. p. 361. Huic inſcribitur hoc Anno l. 11. de pœnis: l. 3. de indulg. crim.
 A. D. 367. & 368. Prætextatus. Ammianus, lib. 27. p. 373. Huic inſcribitur hoc Anno lex vnic. de ingratia liberis: l. 4. de ſuar. l. 10. de pœnis: l. 7. de priuileg. cor. qui in S. Pal. l. 8. de Medicis.
 A. D. 368. Olybrius. Ammianus, lib. 28. p. 383.
 "non ſociari.
 "ſolum in argento, in ſpecie.
 "Trineris Valentinianus Ann. D. 368. Valentiniani Itinerarium per hæc tempora hoc habet.
 A. D. 364. Conſtantinopoli, Hadrianopoli, Philippopoli, Bonamanſione, Serdica, Naiſſo, Mediana, Sirmio, Emonæ, Aquileiæ, Alitini.
 A. D. 364. 365. Mediolani, Luceria, Aquileiæ, Veronæ, Pariſis.
 A. D. 366. 367. Remis, Ambianis, Remis.
 A. D. 367. 368. Treuitis.
 "11. id eſt, Ann. D. 368. vt ex ſuperioribus liquet: Olybrij, inquam P. V. nomine, qui eo demum Anno P. V. fuit: & ex vrbe Treuerica ſubſcriptione: vbi Valentinianus primum ſine Anni 367. & Ann. 368. conſtitit.

X. * Imp. Valentinianus & Valens AA. ad Olybrium p. v.

Libertini, qui à dominis, cuiuſcumque honoris aut meriti, aliquid teſtamento, vel donatione meruerunt, ſi aliquam piſtrinis obnoxiam conſecuti ſunt, piſtorum corpori copulentur. Si verò libera ob hoc nexu huiſdem ſunt corporibus derelicta, Carabolenſium neceſſitatibus obſequantur. Quinetiam ſi qui ex his aliis ſe corporibus crediderunt inferendos, ab his incunctanter abſtracti, ei cui hæc lege ſociati ſunt muneris deputentur: Si autem à Clariffimis Viris aliquos acceperint fundos, ſic prædicto corpori pareant, vt Glebæ, ex qua lucratiua ſunt corpora, nullum præiudicium comparetur. Dat. Non. Iul. Lecta in Pantheo, Non. Nou. Valentiniano & Valente AA. c o s s.

NOTÆ.

"Imp. Valentinianus, Valens & Gratianus.
 "vel reponendum, aliqua obnoxia: vel, aliquam rem obnoxiam.
 "ab hoc.
 "corpora, id eſt res, vt ſin. legis, ex qua lucratiua ſunt corpora.
 "Senatoribus.
 "Catabolenſium.
 "Senatoriæ, Glebalis collationis.
 "Lecta in Pantheo Romæ hæc lex dicitur. De Pantheo Romæ ab Agrippa condito, operum pulcherrimo, de quo eo conſagratum, mox inſtaurato, res nota: quod tandem in B. Virginis Mariæ & omnium Sanctorum templum mutatum, Phocæ Imp. permiſſu, curante Bonifacio Quarto: teſte Regione p. 20. Cur autem hæc lex lecta in Pantheo? mox diſquiram.
 "11. vt ad leg. ſuperiorem oſtenſum eſt.

COMMENTARIUS.

DE CATABOLENSIBUS, quos in Seneca Catabolenſes quidam non rectè mutant qui in Etruria Palladio in Lanſiaca de Seneciano, hæc dicitur hoc titulo imò hoc toto Codice leges ſunt: neque vllæ præterea hoc Codice occurrunt. Aded etiam, vt ne minimo quidem argumento colligi ex iis poſſit, quinam ij fuerint: nam id hætenus edocent, Corpus certum horum Catabolenſium Romæ ſub diſpoſitione P. V. fuiſſe: ſed & illud hætenus ex Rubrica huius tituli, & his legibus ſub hoc titulo poſitis conſicitur, vicinum

Piſtorum Corpori Corpus hoc fuiſſe. Tandem Libertinos huic Corpori ſociatos.
 Verum vltra adſurgendum eſt. Carabolenſes igitur in genere erant, qui veterinis onera vehabant. Caſſiodorus 3. variar. 10. Declaramus, vt marmora, qua de domo Pinciana conſtat eſſe depoſita, ad Rauennatem urbem per CATABOLENSES veſtrâ ordinatione DIRIGANTVR. Idem lib. 4. var. 47. in ſin. Quinetiam onera centum librarum nullus excedat. Et mox: Et ided quinquaginta ſolidorum multam iam non veredarim, ſed CATABOLENSIS

LENSIS incurrat quiſquis vltra centum libras parvipium crediderit onerandum. Apud quem Catabolenſes propriè ſunt qui in mutationibus curſuales equos ſeu veredos onerabant. Igitur Carabolenſes erant qui veterina animalia ſarcinis onerabant, iſſique onera vehabant à πὸ τῆ καταβάλλειν, quod eſt onerare: pro quo aliàs καταβάλλειν, (vnde Embola ſacra, onus nauium Alexandrinarum) ſeu καταβάλλειν (vnde anabolicæ ſpecies apud Vopiſcum in Aureliano, aduectitiæ, aliunde comportatæ.) Vnde & Caballum dictam autumant ab iniiciendis oneribus, καταβάλλειν, pro καταβάλλειν Doribus. Quinimò & Catabulum, καταβάλλειν, pro ſtabulo ipſo veterinorum animalium: quod Marcelli hiſtoria oſtendit apud Anaſtaſium, Scotum, Gloſſariorum Auctores, Papiam, Alios. Stet igitur Carabolenſes fuiſſe, qui ſicilia onera Romæ veterinis comportabant: ſiue frumentum Romam per nauas Tyberinos aduectum, horreis inferendum eſſet; ſiue rurſum ex horreis frumentum in piſtrina comportandum eſſet: ſiue panis è piſtrino ad gradus deportandus; & quod aliud onus ſiciale tranſuehendum. Vnde iam apparet, cur Catabolenſes piſtoribus hoc titulo ſocientur. De Catabolicis ſpiritibus non eſt hic dicendi locus.

De his igitur Catabolenſibus, his duabus Valentiniani Sen. conſtitutionibus ſtatuitur; ex LIBERTINIS Carabolenſes eſſe adſumendos ſeu ſociandos: idque duobus caſibus: quorum primus l. 9. conſtituitur; poſterior l. 10. Nempe ſociandos primum, ſi ſubſtantiam ipſi habeant 30. libris argenti maiorem, non ſi minorem: aut 30. tantum librarum: quæ ſententia eſt legis 9. Apertiſſimè enim poſtrema legis pars oſtendit, initio legendum eſſe ſtatim non ſociari. Item libertinos Catabolenſibus ſociandos, (quæ ſententia eſt legis 10.) ſi à dominis ſeu patronis aliquid teſtamento vel donatione meruerint ſeu acceperint, dummodò non rem aliquam piſtrinis obnoxiam, (tum enim piſtorum Corpori ſociandos): Ita quidem vt hæc diſtinctio immutari non poſſit, id eſt, Libertini rem piſtrino obnoxiam à dominis conſecuti, Catabolenſium Corpori ſociare ſe non poſſint: & viciffim immunitatem à piſtrini nexu conſecuti, piſtrino ſe ſociare non debeant. Diſtinctio hæc ſcilicet legis & prouidentia eſt, ſuo cuique corpori ita conſulenti, quam priuato ſtudio infringi non oportet. Addamus ex l. 9. ſupr. de pœnis: quæ huic noſtræ iungenda eſt: quemcunque ſociatum Catabolenſium forte corpori pro pœnâ Piſtorum corpori addendum non eſſe: de quo ad eam leg. plenius. Sed & illud adicitur l. 10. ſi Libertini fundum liberum à nexu piſtorio, acceperint à dominis ſeu patronis Senatoriis, ita eos Catabolenſibus ſociandos: vt tamen Senatoriam quoque glebam eius nomine præſtent. Ita ſcilicet Catabolenſibus conſulendum credidit, vt ne glebæ Senatoriæ ſeu collationi glebali præiudicium fieret: de quo fuit ſupr. peculiaris titulus lib. 6.

Et hæc quidem eſt ſententia harum duarum conſtitutionum; vbi quæri poteſt, quâ ratione Libertini nunc ad Catabolenſium munus vocati fuerint à Valentiniano Sen. Nempe cum hoc tempore Catabolenſium Corpus inſtractum fuiſſet, atque ita annonæ Urbicæ conſultum minus eſſet, Libertinos ad eam vocari placuit, vt cæteroquin libertinae conditionis hominibus multa impoſita: forte etiam quod & ipſi corpore validi eſſent, & Catabolenſis functionis ſpeciem aliquam patronis vel dominis redderent: Ingenuos verò ad id vocari graue viſum & indecens. Et duobus tamen adhuc tantum caſibus illis quos dixi, Libertini ad Catabolenſium corpus adſtricti, putà ſi facultates eorum 30. libras argenti excederent, & ſi quid à dominis vel patronis donatione vel teſtamento, ex cauſâ proinde lucratiuâ, accepiſſent. Quæ omnia ided inſtituta videntur libertorum odio, ad quos hoc quo magis diuitiæ conſuebant, etiam patronorum proſuſionibus. Quibus & hæc ratione occurſum, moduſque poſitus, metu Catabolenſis conditionis iniecto: imò & piſtorum ſuo caſu tandem & Senatoriæ adſcriptionis, Verum de peculiari odio Principum hoc quo in Libertinos, dixi plenè ad l. 3. ſupr. de inoff. teſtam. & ad tit. de Libertis & eorum liberis: & l. ſi vnquam, ſupr. de reuoc. donat. Quod autem modum patrimonij in Libertinis initum hic videmus, id & aliàs factum, ſed alio ſine, oſtendunt quæ de Centenario liberti lege Iulii & Papiæ cauebantur, vt ad eam leg. dixi.

Notanda hinc ſuperſt Subſcriptio legis 10. quæ dicitur lecta in Pantheo: de Pantheo res nota eſt. Sed dubium, cur ea lex ibi lecta fuerit? Aliter atque pronum eſt reſpondere, cur lex 20. inſr. de Episcopis, quæ euſdem Valentiniani eſt, in Eccleſiis lecta dicatur. Panthei ſanè meminit Ammianus Marcellinus lib. 16. Conſtantij Imp. in Urbem Romam ingreſſum Ann. D. 357. euſque decora & magnifica opera deſcribens, quæ Conſtantius ibi vidit & miratus eſt: Pantheon, inquit, velut Regionem teretem ſpecioſâ conſuetudine fornicatam: elatèſque vertices ſtansili ſuggeſtu Conſulium & priorum Principum imitamenta portantes. Fit quoque eius mentio in veteri vrbe deſcriptione, quæ præfixa Imperij Notitiæ, vbi collocatur Regione Nonæ. Mihi mens ea, ided hanc leg. quæ eſt de Piſtoribus & de Catabolenſibus, lectam in Pantheo, non tantum quod celebratiſſimum & frequentatum maximè Romæ Gentilium templum eſſet, cuiuſmodi Gentiles femè erant Piſtores & Catabolenſes, verum etiam, quod Pantheon vicinum eſſet Stabulis factio-num, & Minutio ſumentaria, in eadem Regione Nonâ: vbi Piſtorum & Catabolenſium vſus erat in annonâ conſicienda, comportanda, ad ea loca.

XI. * Idem AA. ad Symmachum p. v.

Ac ſanctione generaliter edicimus, nulli omninò ad Eccleſias, ob declinanda piſtrina, licentiam pandi: Quod ſi quis ingreſſus fuerit, amputato priuilegio Chriſtianitatis, ſciat ſe omni tempore ad conſortium piſtorum & poſſe & debere reuocari. Dat. v. Kalend. Oct. Aquil. Valentiniano & Valente AA. c o s s. [365.]

NOTÆ.

NOTÆ.

* Omisit Baronius *hanc leg.* in hunc Annum 365. referte.
"Ecclesias scilicet.
"Christianitatis voce, quid hic veniat? mox inquitam:

COMMENTARIVS.

CCLRSIARVM perfligio, CHRISTIANITATISQUE privilegio quinquam Pistorum consortio liberati vetat *hac constitutione* Valentinianus Sen. Inter tot scilicet rationes quibus per hoc biennium Pistorum Urbis Romæ collegio, frequentibus ad eundem Symmachum P. V. constitutionibus emiffis, consultum iuit, & hac quoque ratione consulendum paravit: cum iam Ecclesiæ obtentu Pistorum quoque collegium diminueretur. Hactenus scilicet ad Ecclesiæ licentiam pandi oportet, hactenus privilegio Christianitatis locum dari, ut ne eo obtentu tam necessaria Urbis Romæ, annonæque eius Corpora debilitentur: veluti Pistorum *hac leg.* Suatorum, aliorumque Corporatorum ex Honorij l. 8. *infr. de Suaris*: & in vniuersum quicumque tandem Corporati Urbis Romæ ex Valentiniani Tertij *Novellâ inter Theodosianus 26. de Corporatis Urbis Romæ qui ad militiam vel Clericatum transeunt, reuocandis*: & *Novella 12. de Episcopali iudicio.*

¶ Cæterum generalem *huius leg.* sanctionem adeo fecit & esse voluit Valentinianus Sen. ut sub tribus Ampliationibus eam accipi velit, & ratione personarum, & ratione temporis, & absolute. Ratione Personarum, *nullo* videlicet *omnino excepto*: Ratione Temporis, *omni* scilicet *tempore* huiusmodi personis ad consortium Pistorum reuocandis: Absolute denique, *omni privilegio amputato*, neque vlla conditione aut exceptione admiffa: et si Pistorum ipsorum consensu & adsensu accedente: quod idem cauit l. 8. *supr.* ad eundem Symmachum P. V. cum tamen in Decurionibus hac parte aliquando distinctiones quædam adhibere fuerint. Nam & Ordo Sacerdotij, ad quem Decurio transierat, distinctus fuit, l. 121. 163. *supr. de Decurionib.* Quod & ipsum circa Corporatos constitutum d. *Novella 26.* & Temporis diuturni-

tatis ratio habita, l. 19. 21. 123. 163. *supr. de Decur.* & excepti quandoque Decuriones si bonis suis Curie cederent: l. 59. 121. 123. *supr. de Decurionib.* ¶ Et istud quidem ita Valentinianus, in fatorem annonæ urbicæ, repudiato Ecclesiæ obtentu: qui alioquin hoc ipso Anno, Christianæ Religionis venerationi, *legibus* ad eundem Symmachum P. V. *dati* consultum voluit, Christianis videlicet in ludum damnari vetitis, l. 8. *supr. de pœnis*; quæ coassanda est cum l. 8. *supr. hoc tit.* & ad custodiam Templorum admoueri, l. 1. *infr. de fide Catholica.*

¶ Illud modò videndum, vtrum *hac leg.* accipienda sit de Pistoribus ad Clericatum transeuntibus, an verò de Christianæ Religionis professione? quòque adeò sensu, ad Ecclesiæ licentiam pandi veteret? quo sensu Christianitas dicatur, & privilegium Christianitatis amputari? Sanè *Christianitatis* appellatione, Clericatus nominatim designatur: l. 23. *supr. de Decurionib.* & Christiani pro Clericis & Ecclesiasticis, l. 2. *supr. de postliminio*: l. 50. & d. l. 123. *supr. de Decurionib.* Christianæ denique legis votum, pro Clericatu, l. 16. *infr. de Episcopis.* Et tamen *hac leg.* accipi possit de solâ etiam Christianæ Religionis professione, quâ, non modò Clericatu pistrini conditione nexique nonnulli liberari se posse sperabant: Quod *hac leg.* negatur. Alia equidem sunt munia & ministeria à Christianæ Religionis reuerentiâ aliena, à quibus proinde Christianæ Religionis obtentu quis liberari potest; veluti à Scænica conditione, l. 4. 8. 9. *infr. de Scenicis*: à lupanario, l. 1. *infr. de lenonibus*: à ludi pœna, d. l. 8. *supr. de pœnis*: à custodiâ Templorum, l. 1. *infr. de fide Catholica*: quæ, ut dixi, est eiusdem Valentiniani ad eundem Symmachum P. V.

XII. * Idem AA. ad Claudium Proc. Afric.

SECVNDVM Parentis nostri *Constantini* diuale præceptum, † omnibus Iustris pistores, ex Officio, quod ei corpori constat additum, ad Urbem Sacratissimam destinentur: In quo illud * conuenit præcaueri, ne quis hanc, quæ personalis est, functionem pretio putet esse taxandam: veniant suo tempore quos causa constringit: & ita veniant, ut eos Officium quod tibi parer, pistorum Patronis adque PF. Annonæ apud publica monumenta consignet. Quod si quis Iudicum statuto tempore personam quæ est destinanda, non miserit, ipse profecto remanebit obnoxius functioni, cui subtraxisse probatur obnoxius. In Officium quoque pœna competens exeretur, quod aut dissimulatione neglexerit, aut fraude subtraxerit Iudicem suum super vi legis & consuetudinis admonere. Dat. Kal. Decemb. Triu. Valentiniano & Valente AA. c o s s.

NOTÆ.

* Concordat huic *lex 17. infr.*
"Imppp Valentinianus, Val. us, Gratianus A. A. A.
"Eidem Claudio Proconf. Afr. inscribitur l. 6. *supr. de Legatis*: l. 8. *supr. de Iustali*: l. 18. *infr. de Episcopis*: vid. Prologog.
"de hac Parentis appellatione, mox in Commentario.
† Non extat id Constantini M. præceptum, seu *hac leg.*
"Quodnam illud? aut quænam illa officia? An Officium, id est officiales Iudicum? an Officium Proconfulis Africæ.
"id est, Urbem Romam.
* *Lex illud 9. Cod. de excus. munerum*: hunc *versiculum* vnicum habet, retenta voce *hanc*: quæ ibi posita iam non habet quò referatur.

"de Patronis Pistorum dictum ad l. 7. *supr.*
"in officiales.
"fabricauerit.
"Adde l. 1. & sic referenda *hac leg.* ad Ann. D. 368. quo sanè Valentinianus *Trenis* constitit (non Ann. D. 365.) & quo ex proclitu Alamannico ad hyberna reuerit, teste Ammiano *lib. 27. p. 377.* videndus & Aufonius in *Mosella*. Et sanè Claudium cui *hac leg.* inscribitur, ex *aliis legibus* Ann. 369 & 370. Proconfulem Africæ fuisse reperio: quare *hac leg.* reddenda certissimè Ann. 368. pariter vt *lex 18. infr. de Episcopis*: quanquam hæc postrema reddi potest & Anno Domini 370.

COMMENTARIVS.

XAFRICA singulis Iustris Pistores, ex officio quod ei Corpori additum erat, mitti à Iudicibus seu Rectoribus Africæ iubet Valentinianus Sen. idque secundum *Constantini M.* legem seu præceptum. Nempe Constantinus M. (quod ex *hac leg.* discimus) certum quoddam Officij genus, in Africâ Pistorum Corpori addixerat: vnde scilicet singulis Iustris seu quinquennis certi quidam Romam ad Pistorum Corpus mitterentur, quos causa hæc constringeret. Id quod *hac leg.* à Valentiniano Sen. confirmatur: itémque à Gratiano & Valentiniano. l. 17. *infr. hoc tit.* Sed in obscuro latet, quodnam illud Officium fuerit, Pistorum Corpori à Constantino M. additum: Sanè non officium fuit Proconfulis Africæ, quandoquidem hic officium quod ei *paret*, distinguitur ab officio, quod Pistorum Corpori additum erat. Igitur fuerit fortè Officium minorum Iudicum Africanorum non Spectabilium, sed Clarissimorum, qui sub Proconfule vel Vicario Africæ fuerunt: Atque in his Præfecti annonæ Africæ.

¶ Interim obseruandum, *Constantini M.* institutum hoc, Pistorum Urbicorum collegio hac ratione consulenti: cuius fuit & alteram illud institutum, vt leuiorum criminum rei, pro pœnâ, Iudicum sententiâ in pistrinum Urbis Romæ darentur: l. 3. *supr. de pœnis*: quod & ipsum probauit propagauitque hic idem Valentinianus Sen. l. 5. 6. 7. 9. *supr. de pœnis*: & de quo iam quoque aliquo dixi ad l. 8. *supr. hoc tit.* Item tertium, vt Nauicularij quoque pistorum consortio adstringerentur, si fortè hæreditatem seu successionem pistoris amplecterentur, vt idem Constantinus constituit l. 2. *supr. de Nauiculariis*, quæ emissa est ad Præfectum annonæ Africæ Anno D. 315. Aliàs Nauicularios ad Pistorum consortium vocatos, occasione fortè huius constitutionis suæ ab hoc munere absolui voluit.

¶ Secundo obseruandum, omnibus Iustris Pistores hos ad Urbem Romam transmissos, quod & ipsum *tempus solitum* vocari videtur l. 17. *infr.* Nempe, vt existimo, propter Patronorum Quinquennialium mutationem, de quo l. 6. *supr.* quibus sanè hi Pistores designati *hac leg.* iubentur.

¶ Nunc de sententia *huius leg.* Ea est, 1. Ne quis ordine suo mittendus possit hanc functionem redimere: quam vnicam sententiam seruauit Tribonianus l. 9. *Cod. de excusat. mun.* 2. Vt ab Officialibus P. C. Africæ Pistorum patronis atque P. F. annonæ apud publica monumenta consignentur. Sanè & ita Constantinus leuiorum criminum reos in pistrina Urbis Romæ à Iudicibus condemnatos ad Præfectû annonæ sub idoneâ prosecutione mitti iussit d. l. 3. *supr. de pœnis*: quod etiam Valentinianus probauit l. 6. *supr. de pœnis*. Imò Valentinianus hic noster, leuiorum criminum reos ab ipso P. V. pistrino damnatos, sub obtutibus Præfecti V. adsignati voluit, ne dum occultè per nequissimos Commentarienses traduntur, gratia venalis existat, d. l. 5. *supr. de pœnis*. Tandem sanctio subiicitur aduersus Iudices & Officiales, pistores illos non mittentes.

¶ Inter alia verò in transcurso notari cupio, quod Valentinianus Imp. Constantinum *Parentem suum* vocat: Scilicet *Parentis* ista appellatione Principes, alios quos singulari honore vel affectu prosequerentur, decorabant: & verò decorauit Constantinum M. Valentinianus Sen. vt *hac leg.* ita & l. 17. *supr. de Prætorib.* Marius quoque Victorinus 2. *de Trinitate*, Constantinum Valentiniani Imp. *patrem* vocauit: quod Baronius non intellexit. Ita quoque Constantinus Aurelianus *parentem* suum vocat l. 1. *Cod. de omni agro deserto*: & Diocletianum pariter, l. 2. *supr. de consuet.* Ita quoque Valentinianus Imp. l. 1. *infr. ne sanctum Baptisma*: *Parentes suos Constantinum, Constantinum*, vocat. Ita Valentinianum Sen. *huius leg.* Auctorem, *parentem* suum vocat Honorius; l. vnic. *supr. qui conducti rei priu.* l. 33. *infr. de operibus publ.* imò & *patrem*: l. 22. *supr. de erogat. mil. ann.* Valentinianum hunc ipsum & Valentem *parentes* suos Theodosius M. l. 90. 105. *supr. de Decurion.* Ita Valentinianus Tertius Theodosium Imp. *patrem* suum non semel vocat *Novellis suis*; *Novella de præscript. 30. ann.* *Novella 12. de Episcopali iudicio*: *Novella de reddito iure armorum*: vt vicissim ipse Theodosius Imp. Valentinianum hunc Tertium, *filium* suum vocat, l. vlt. *supr. de Decurion. & silentiar.* & *Novella 1. & 2.*

XIII. * Idem AA. ad Olybrium P. v.

NON ea sola pistrini sint, vel fuisse videantur, quæ in originem adscribita Corpori *dotis* nomen & speciem etiam nunc retentant, sed etiam ea quæ ex successionem pistorum, ad hæredes eorum, vel quos alios, deuoluta noscuntur, quò eorum quoque distractio inhibita euidentius cerneretur. In his verò solis liciti contractus eidem Corpori referuetur, quæ ad ipsos non hæreditario pistorum nomine, sed priuatorum institutione, liberalitate, vel dote, aut quolibet titulo probantur esse transfusa, & si qua ipsi ex priuata munificentia consecuti, in rebus humanis agentes, in aliquem ex focis, id est, in pistorum alterum, transfulerunt. Cæterum si hæc quoque in successionem propria reliquere, etiam eadem dotis nomine & titulo nuncupamus: quia pistrino proficere conuenit, quod apud pistorum eo viuente permansit. Seruauit igitur deceterò ordinem constitutum, vt si vel

Tom. V.

X donatione

donatione pistoris rem pistrino hæreditatis successioneve meritis obligatam quicumque ex priuatis à pistoribus fuerit consecutus, sciat corpori obnoxium vendere & alienare non posse, sed in sua causa & pistorum nomine ac iure residere. Dat. Kalend. Iun. Triu. Valentiniano NB. P. & Victore c o s s. [369.]

NOTÆ.

- "Idem AAA. Valentinianus scilicet, Valens & Gratianus.
 "Sex præterea constitutiones hoc Anno huic Olybrio P. V. inscribuntur: vid. de eo *Prosepegr.*
 "Pistorum.
 "ita fundi dotales, l. 7. *supr.* "cernatur.
 "p. referuntur. alio scilicet.
 "p. *Seruiis.* Scriptum fuerat *seruiis.*

COMMENTARIVS.

DE REBUS & POSSESSIONIBVS Pistorum fuit iam *supr.* Constantini M. *lex 1. supr.* Valentiniani Sen. *lex 3.* eiusdem est hæc altera: vbi distinctio bonorum hæc certa iam erat; inter dotes pistrini, id est, res pistrino seu pistorum Corpori nexas, & inter eas quas priuato iure possident: Quod videlicet Pistores illas distrahere non possint: has possint. Hæc inquam distinctio iam certa erat, etiam ante *hanc leg.* vt docet etiam sub Valentiniano *d. l. 3. supr.* At non & illud, quænam propriè dotes pistrini essent: & sic quænam *primato iure* possidere censerentur, atque ita distrahere possent: quænam contra pistrini essent, & dotis nomine censerentur, & sic inalienabilia. Id itaque *hæc constitutio* definit Valentinianus: Nempe dotes pistrini esse, non ea tantum bona, quæ vt *lex* ait, in originem adscripta Corpori pistorum, *dotis* nomen & speciem retinent, id est, quæ iam olim affectata huic Corpori, instar dotis; vnde & *dotis* nomine censebantur, & fundi dotales dicti, l. 7. *supr.* verum etiam propria eorum & aduentitia, quæ videlicet ex successione Pistorum ad hæredes eorum, vel quos alios deuoluta sunt: veluti si quod ipsi priuatorum institutione, dote, liberalitate, aut quo alio

titulo consecuti essent, in successione propriâ reliquerunt; hæc scilicet etiam *dotis* nomine & titulo censerentur, ac proinde distrahi vëtat: *Quia*, inquit, *pistrino proficere conuenit, quod apud pistorum eo uinente permansit.* Quod singulare est: Nempe vt ea *dotalia* sint seu Pistorum Corpori nexa censeantur, quæ et si non origine dotis essent, attamen in hæreditate Pistoris reperiuntur: In hæreditate pistoris quod relinquuntur aduentitium, iam proprium pistrini fit & nihilo magis quàm istud alienari potest. Atenim aduentitia illa inter viuos rectè alienari, distrahi à pistore posse in quemcumque, definit Valentinianus: & tamen si hæc ipsa in alium pistorum pistor transfulerit, & nouus pistor ea in successione reliquerit, etiam id dotis nomine & titulo censerentur, & sic alienari non posse. Denique dotale est, quodcumque aut originariè doti datum, aut in hæreditate relictum, et si aduentitium. ¶ Et ita quidem pistrino seu panificio vrbicæque annonæ fauit Valentinianus: in cuius fauorem hoc ipso Anno paulò ante ad eundem Olybrium P. V. cauit, vt *pistoria causæ* etiam feriatibus geminis mensibus ab eo discernerentur: l. 5. *Cod. Inst. de feritiis.*

XV. * Idem AA. ad Vrlicinum PF. Ann.

SI cui pistoris filia nubserit, ac postea is eandem dilapidatis facultatibus consortio putauerit eximendam, non aliâ lege adque ratione eundem pistoriæ necessitati & corpori præcipimus adstringi, quàm eodem munere originis vinculo teneretur. Dat. VI. Kalend. Mart. Triu. Modesto & Arintho c o s s. [371.]

NOTÆ.

- "Idem AAA. Valentinianus scilicet Valens & Gratianus.
 "Vrlicinus hic postea Vicarius V. R. fuit, Ammianus Marcellinus, lib. 28. p. 389.
 "iuis, an vxoris? Hoc verum.
 "an pistorio? an coniugali? Illud verum.
 "quàm si. "vid. *Paratilon.*

COMMENTARIVS.

NIDONEI facti facultatibus amissis regulariter pistorio munere liberabantur, quod colligere etiam est ex l. 1. *supr.* Non tamen si fraudis consilio possessiones suas, idè tantum vt tantquam minus idonei liberarentur, in alios transfuerunt, quæ sententia est *d. legis 1.* Rursum non etiam, si quis ducta fortè pistoris FILIA, facultates dilapidasset, per nepotatum & *imortiam* fortè; eò quippè propriè pertinet *dilapidandi* vox (de qua consule l. 1. *supr. qui bonis ex l. lul. cedere: l. 18.*

supr. de annonâ & trib.) Qui pistoris scilicet filiam in vxorem duxerat, pistorum consortio tenebatur, vt præter *hanc leg.* docet *lex 2. supr. & lex 21. infr.* in tantum, vt nequè dilapidatis facultatibus consortio pistorum eximere possent: Quæ huius Valentinianæ constitutionis sententia est. Nempe qui pistoris filiam semel duxit, in perpetuum pistrini conditioni tenetur, atque si originis vinculo teneretur.

xv.* Imppp.

XV. * Imppp. Valens, GRATIANVS & Valentinianus AAA. ad Gregorium' v. c. PF. Ann.

NE quis vnquam PF. Ann. contra suam alienamve sententiam, pistorum locum eiectionis permiserit reformari: cum præscriptum suum apud Iudices obtinere Lex † debeat, per quam simul, aduersus doctoꝝ vitia, & vilitati annonæ publicæ, & rerum iudicatarum constantiæ, prouideatur. Dat. XI. Kalend. Mart. Triu. Gratiano A. IV. & Merobaude c o s s.

NOTÆ.

- * Abest & hæc *lex* à *Cod. Inst.*
 "Gregorius PF. annonæ sub Gratiano An hicidem ad quem extant *sex epistola* Symmachi lib. 3. putà 17. 18. 19. 20. 21. 22.
 "Decet' vis sui fortè.
 "p. h. vel in pistorum locum.
 "id est, petmittat.
 "Reformari, id est restitui: vid. *Gloss.*
 "† Hæcne, an alia quædam præcedens? Hoc videri cui possit: Sed tamen illud malo.
 "Constantia rerum iudicatarum, id est, constans obseruantia, auctoritas.

COMMENTARIVS.

DE RECTOS semel pistorum corpore, seu decoctores, sententiâ Præfecti annonæ, loco suo & corpori postea restitui vetat *hæc consti.* Gratianus Anno D. 377. siue ab eodem Præfecto annonæ siue ab alio. Scilicet vt cæteris quibus ob culpam aliquam corpore aliquos abiecti, proici, eici per sententiam mos fuit: l. 18. *ultim. supr. de agens. in rebus? l. 15. supr. de Palat. S. L. l. 8. infr. de Iudicis:* quos *proiectos* vocat Ammianus Marcellinus lib. 12. ita & pistorum Corpore eici nonnulli soliti, putà *decoctores*, qui scilicet vel proprias facultates dilapidassent, de quibus *supr.* vel annonam publicam conturbassent: proculdubio Patroni pistorum (de quibus l. 2. 7. 12. *supr.*) hi enim officinis, fundis dotalibus præerant; eisque Entheca omnis credita erat: his Pistores consignabantur: his frumentum ex horreis, pani conficiendo: de quo ad *d. l. 7. supr.* Igitur si hi rationes

conturbassent, si decoxissent, sententia Præfecti annonæ, cuius hæc cura erat, (vt tot aliæ *leges* ostendunt) Pistorum loco eiciebantur. Qui tamen ipsi postea tamen sæpè restituebantur à Præfectis annonæ. Id quod *hæc leg.* fieri vetat Gratianus: duplici ratione; Primum, propter vilitatem annonæ publicæ: nam qui semel decoxit semper decocturus creditur: quare eum restitui non oportet. Dein & propter rerum iudicatarum auctoritatem seu *constantiam* vt *hæc leg.* dicitur. De qua rerum iudicatarum auctoritate, constantia, infinitæ sunt sententiæ & constitutiones. Cæterum, ita quoque Episcopi semel depositi ad Episcopatum denuò aspirare vetiti, l. 35. 39. *infr. de Episcopis.* Sic & Primatum inter Iudæos iudicio seu sententiâ proiecti Iudicum auctoritate in Sectam Iudæorum recipi vetiti, l. 8. *infr. de Iudæis.*

XVI. * Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theod. AAA. ad Arborium P. V.

VIDQVID ex Horreis plethibilis vsurpatione præsumptum fit, id per Pistores (in quos totius criminis confertur inuidia) maturâ exactione reddatur: Vt si quid in hæc specie minus potuerit exsolui, in quibuscunque speciebus, in ære, vel plumbo, seu quâlibet alia solutione, pensetur, dummodo redintegratio totius summæ curetur. Dat. Id. Iun. Gratiano A. V. & Theodosio A. I. c o s s. [380.]

NOTÆ.

- * Abest à *Cod. Inst.*
 "Arboreus P. V. Romæ sub Gratiano & Valentiniano Iun. Anno D. 380. Arborei fit mentio in *vita S. Martini.* Eidem inscribitur hoc ipso Anno *lex 9. supr. de priuil. cor. qui in S. Pal.* quæ dicitur data *Triburini:* pariter *Triuerini* in subscriptione *legis 1. supr. de Princip. Agentium in rebus.* Quanquam MS. vtrouique habet *Triburim, & Triuerim.*
 "publicis Vrbis Romæ.
 "Plethibilis vsurpatione, hic: seueritas, l. 161. *supr. de Decurion. Plethibilia* hinc etiam absolute crimina, l. 5. *infr. de hæreticis:* vid. *Glossar. Theod.*
 "Et quidem Patronos Pistorum.
 "frumenti. "frumenti.

COMMENTARIVS.

VSRPATVM indebitè ex horreis Vrbis Romæ frumentum hæc tempestate quoddam fuerat: idque per Pistores fermè, qui maiorem videlicet frumenti modum ex horreis diriperant, acceperant, vsurpauerant, quàm pane-

ficij modus exigebat: Quare, id omne nunc ab his restitui iubet Imp. Gratianus Anno D. 380. Ita quidem, vt si in frumento ipso id restituere non possint, in quacunque alia specie id restituere iubeat: etiam in ære, vel plumbo: *Ære*, inquam,

X 2 quam,

quam, vel plumbo; quorum usus multus erat, ut in pitrinis & officinis pistoriis (quod ex hac leg. quis colligat) ita & in aliis operibus publicis, & quidem Romae: Ammianus Marcellinus lib. 27. p. 361. agens de Lampadio P. V. Aedificia erigere exiens noua, vel vetusta quadam instaurans, non ex titulis solitis parari iubeat impensas: sed si FER-RVM quarebatur, aut PLVMBVM, aut AEs, aut quidquam simile, Apparitores immittebantur, qui velut ementes diuersas raperent S P E C I E S, nulla pretia persoluendo. De AEs usu in aedificiis res nota. Plumbum certe regulis positum testatur quoque lex, malum, 242. §. 2. de V. S. quod quidem etiam plumbum tegularium, legatis, vel venditis aedibus cedebat, aedificij denique erant. Positum & plumbum hyeme hypæthri tegendi causa, d. l. 242. §. 2. sicut æstate velis ea tegebantur,

l. 12. §. de velis 20. π. de instructo legato. Sic & ex eis regulis Pantheonæ rectum refert Paulus Diaconus: Aquæductuum etiam fistula: plumbeæ erant, teste præter l. 6. Cod. de aquæductu. Vitruuius lib. 8. cap. 7. Statio, sylvanarum lib. 1.

Tæque per obliquum penitus qua laboris ammæ Mariæ, & audaci transcurris summa PLVMBVM. De specierum alioquin in commune ad opera publica collatione, vide & l. 17. inf. de operibus publicis.

Interim ex his apparet, hanc constitutionem non minus rectè in titulum Canon. sum. V. R. referri potuisse, & historicam tantum eam esse, & huic tempori illigatam. Nota etiam casum, quo Canon annonarius in aliam speciem mutatuscùm alioquin ipsas species inferri & quidem annonas oporteret.

xvii. * Idem AAA. ad Titianum Vic. Afric.



V D I C E S Africanos laudabilis Sinceritas Tua huiusmodi interminatione contereat, ut nisi tempore solito debitos Pistores Venerabilis Romæ visibus dirigere curauerint, sciant seipso, quinquaginta argenti librarum, Officiûmque eorum pari condemnatione multandum. Dat. iv. Id. Iul. Triu. Gratiano v. & Theod. AA. c o s s. [380.]

N O T Æ.

* Absit & hac lex à Cod. Justin. de hoc Titiano mox. veluti Numidiæ Consularem. omnibus iustis, l. 12. sup.

C O M M E N T A R I V S.

AFRICA debito tempore (id est, singulis iustis) mitti à Iudicibus Africanis Pistores, ut oportuisse docuit iam l. 12. sup. vbi dixi plenius, ita & hac quoque constit. iubet Imp. Gratianus Ann. Domini 380. propositâ multâ 50. argenti librarum Iudici, & totidem eius Officio: curâ eius rei intimandæ & exequendæ datâ Titiano Vicario Africæ, sub cuius dispositione erant Iudices Africani: De quo Titiano Vicario Africæ, quando hac unica leg. mentio fit, agendum nobis est; ita quidem, ut quæ de eo notaturi sumus, ad huius leg. illustrationem faciant, quâ agitur de Iudicibus Africanis, sub eius dispositione consti-

tutis, deque Pistoribus annonæ Vrbicæ visibus seruientibus. Igitur hic ille Celsinus Titianus Vicarius Africæ est, ad quem 13. extant Symmachii epistolæ lib. 1. ex quibus satis colligi potest, eum in Africa potestatem iudicariam egisse, imò Vicarium Africæ fuisse; ac potissimum ex epistola 58. 59. 62. 63. 64. 67. 68. ac nominatim Numidiæ Consularem sub eo fuisse ostendit epist. 63. & Mauritanæ Cæsaream epist. 58. vbi etiam meminit Clementis Episcopi Cæsariensis. Idem epist. 59. significat curam annonæ Vrbicæ ei incubuisse. Quod etiam huic legi congruit. De eodem accipio & epist. 84. lib. 2. & lib. 8. epist. 67.

xviii. * Imppp. VALENTINIANVS, Theod. & Arcadius AAA. ad Salustium P. V.



T concessa Decurialibus priuilegia nolumus abrogari, ita lege super Mancipibus data nihil iubemus imminui: Nam si qui ob hoc ad Decurias illicitè transferunt, ut munus euaderent Mancipatus, necesse est erga eos priuilegia non posse seruari, qui obnoxios sibi met rectè vindicat functio memorata. Intantum etiam defensionibus diuersorum Principum largitate concessa erga Decurias manere decernimus, & Mancipatui obnoxios iubemus addici, ut si quispiam super absolute Mancipatus Nostræ Maiestati preces obtulerit, bonorum amissione plectetur. Quod quidem non solum in Decurialibus, sed etiam in cæteris decernimus perpetuâ lege seruari. Dat. 11. Id. Iun. Mediol. Honor. NB. P. & Euodio c o s s. [386.]

N O T Æ.

* Iungenda huic leg. est lex 2. sup. de Decurion. V. R. de hoc vid. quæ dixi ad d. l. 2.

De quibus supra, titulo 1. cuius lex 2. huic nostræ ut dixi iungenda est. Lex super Mancipibus. quia, vel quos. Defensiones pro priuilegiis, quibus se quis defendit. sustineri possit: sed malum, concessas. duriusculum hoc, ut plectatur.

C O M M E N T A R I V S.

LIBERARI Mancipatu Pistorio quemquam, siue Decurialis militiæ obtentu, siue Principis rescripto vetat hæc constitutio Valentiniæ Iun. Ac nominatim Decurialis militiæ obtentu: Nempe, ut sua Decurialibus priuilegia constare voluit, atque ad eam confirmat hæc leg. & l. 2. sup. de Decurialib. V. R. (quæ huic coniungenda est,) ita vicissim Mancipatum nutare vel labefactari Decurialis militiæ obtentu noluit. Ut sua cuique Corpori priuilegia, ita sui cuique homines seruari debent: neque vnius priuilegia ad alterius iniuriam porrigenda sunt. Non etiam Principis rescripto quemquam Mancipatu liberari vult Imp. imò & bonorum proscriptio nis pœnam ei minatur, qui preces in id obtulerit. Sanè & Valentianus Senior l. 6. sup. & Honorius l. 20. inf. quemquam Pistorum consortio liberati rescripto Principis veterunt, superque eâ re preces deferri. Sed & idem siue Valentianus Iun. siue Theodosius omnes qui rescripti aduersus veteres sanctiones subreptiâ defensione muniabantur, functioni Mancipatus addici voluerunt Anno D. 389. l. vnic. sup. de Mancipibus: quod de his ipsis Mancipibus Pistorum accipiendum ad eam legem ostendi. Imò & id ipsum de Mancipibus Salinarum constitutum docet Symmachus, lib. 10. epist. 58.

Sequitur videamus, quinam hi pistori Mancipes sint, de quibus hæc leg. agitur: quorum etiam fit mentio l. 2. §. 3. inf. de summo Vrbis Constantinop. & l. 4. sup. de executorib. & l. vnic. Cod. de Pistoribus: an quibus Pistores, an verò Officiis præpositi? Sanè hoc Socrates vult, lib. 5. cap. 18. & ex eo Tripartite Auctor lib. 9. cap. 24. hæc est ἀρχαία καὶ τὴν μεγίστην βάλυλον οἰκοὶ παραμυθίδου, ἐν οἷς ὁ τῆς πόλεως χερσὶν ἐπέχει ἀπὸ τῶν ἐπιτοῶν, οἷς τῶν ἀλλοτρίων ἐπιτοῶν ἐπιτοῶν ἐπιτοῶν ἐπιτοῶν. Et mox, γὰρ τὸ πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Μάρτυρα ἐπιτοῶν. Mancips igitur panificio & pistoribus præpositi-

rus ex Socratis sententiâ: ut sic fides fuerint cum iis quos Iustinianus Nouella 80. ἀγοραῖος ἀγοροπαικῶν ἐργασίαν vocat. Quin & Mancipis nomen ostendere videtur, non de quouis pistore id accipiendum, cuius ministerium in solo panificio, non in Mancipatu consistit. De Mancipibus certè hæc huius Codicis constitutiones produnt: nempe, Canonem his consignatum fuisse ad panem coquendum, l. 2. inf. de sum. Vrb. Constantinop. Item, datam his aliquando mutui nomine pecuniam, ex publicâ pecuniâ dedicatâ ad cœmptionem frumentariam, l. 3. d. tit. Item lex 4. sup. de executor. ostendit, Apparitores Præfecti Prætorio pro pœna quandoque Mancipum Corpori sociatos (de quo ad l. vnic. hoc tit.) Sed & d. lex vnic. sup. de Mancipibus, functioni Mancipatus aliquando addictos idoneos de minusculis Corporibus, vel certè de otiosis. Tandem l. vnic. Cod. de Pistorib. vetantur Mancipes, Comitibus horreorum dignitatem & officium consequi; & si consecuti fuerint, ad Mancipum denuò consortium collegiumque vocari iubentur. Quibus attentis, Mancipum nomen de omnibus Pistoribus hic exaudiendum puto, qui panem conficerent, coquerent. Sanè & apud Suidam ἀγοροπαικῶν, ἐν οἷς ἀγοροπαικῶν.

Tandem obseruandum, quod & ipsum in argumentum adsumi potest, hæc leg. esse partem constitutionis Valentiniæ Iun. vnde desumpta est quoque lex 2. sup. de Decuriis Vrbis Romæ, quæ proinde huic coassanda venit: quæ quidem constitutio fuit de Corporibus & Collegiis Vrbis Romæ, quæ ea integra illibata custodirentur: priuilegiis partim eorum confirmatis, partim verò prospecto, ne ea mutilarentur: Ac nominatim Decuriæ Vrbis Romæ, & Pistorum Collegium, quod præcipuè pertinet hæc lex & d. lex 2. imò generaliter cætera quoque, quod huius leg. sine additum.

xix. * Imp. Arcadius & Honor. AA. Eusebio PP. P.



I STORES Vrbis Æternæ, prætermisâ veteri consuetudine, fundis vel prædiis ad nihilum redactis, quæ eorum corporis solatia certa præbebant, nouos sibi quæstus excogitasse comperimus. Ideoque in futurum protutionis remedia proferentes, misso probatæ industriæ viro, singulorum fundorum siue prædiorum quæ pistorum corpori obnoxia sunt vires discutiturque præcipimus, ut idem iure perpetuo idoneis adfixa præstatione tradantur: adque conductores præstationis modum & solatia ministrent antiquitus constituta pisto-ribus. Dat. v. Id. Iul. Arcad. iv. & Honorio 111. AA. c o s s. [396.]

N O T Æ.

Eusebius PP. Italiæ sub Honorio Imp. eidem inscribitur hoc Anno lex 7. sup. de Constorib. & lex 26. sup. de Nautic. & superiore prox. Anno 395. lex 12. inf. de infirm. his quæ sub Tyranno. Hæc satis ostendit, eum PP. Italiæ fuisse: vid. plura in Protopogr. Eius meminit Paulinus in Vita Ambrosij p. 33. 36. Ad hunc quoque pertinere videtur Symmachii epist. 34. lib. 8. & epist. 52. lib. 9. malim, Corpori: ut l. 5. sup. idem, id est, eadem, fundi scilicet. id est, canone imposto.

COMMENTARIUS.

HONORII Imp. constitutiones quatuor sequuntur, Pistorum Corpori (annonæ Urbicæ fauore) consulenti: Et hæc quidem est de *Solatiis* pistorum: deque *locatione* fundorum, Pistorum Corpori obnoxiorum: FUNDOS scilicet seu prædia pistorum Corpori obnoxia, quæque pistorum Corpori solatia certa præbebant, (quos *fundos doctales* vocabant) fuisse iam supra ostensum est l. 7. *supr.* & quidem per diuersas Prouincias sparsa: vt ad eandem leg. docui. Ea, vt cenfeo per Actores olim administrabantur: quorum ratio pistorum Patronis reddebatur. Verùm paulatim factum est, vt ea prædia ad nihilum redacta fuerint, & vires eorum conciderint: sic eue-

nit, vt Pistoires cœperint sibi novos quæstus ad solatia sua excogitare: quod hæc lex testatur; neque tamen quales ij fuerint, adsignificat: videantur ij lucelli genus fuisse, quod ab his quibus panes præberent, exegerint. Quare Honorius hæc *constitutione* ei rei mederi constituit: ideòque cauet, vt fundi isti misso *Inspectore* probatæ industria viro, viribusque eorum discussis & exquisitis, *iure perpetuo* elocentur: id est, iure emphyteutico, (vt cæterotum prædia ad nihilum redacta elocari solita: de quo alibi iam sæpè:) sub certo canone, pensione, præstationis modo; vt ita Pistoribus inde solatia antiquitùs constituta præbeantur.

¶ De ADSCRIPTIS à Iudice, ordini pistorio, non liberandis
Rescripto Principis, Honorij lex.

XX. * Idem AA. Theod. PP. P."

ADSCRIPTIS" semel per sententiam Iudicis ordini pistorio subreptitia Rescripta non quærant, nec vlla eis supplicandi præstetur facultas. Et qui huiusmodi sperare voluerit beneficia, quinque libras auri fisco nostro inferre cogetur. Si quo enim casu, vel occultis, vel ambitiosis hoc precibus elicuerit, Iudex, cuius in iudicio hæc fuerit prolata sententia, Officium quoque eius, si consensum præbuerit impetratis, quinque auri libras ærario nostro inferent. Dat. v. 11. Kalend. Maij, Med. Honor. A. 1v. & Eutyichiano c. o. s. s. [398.]

NOTÆ.

* Iungenda huic lex 3. *infr. de Episcopis.*
* Theodosius PP. Italiz sub Honorio: vt docet vel d. lex 31. vid. *Prospogr.*
* *de Adscriptis.*
* v. 11. Ita omnes aliæ Editiones: ita quoque d. l. 31. malè Parisiensis postrema xv. 11.

COMMENTARIUS.

LIBERARI Rescripto Principis ordini pistorio semel adscriptus, hæc Honorij constitutione prohibetur: pariter vt Valentini Sen. l. 6. *supr.* & Valentini Inn. l. 18. *supr.* Pœnâ quinque librarum auri hæc leg. propositâ, tam impetranti, quam Iudici approbanti eiusque Officio. ¶ Nominatim autem hæc lex est de *Adscriptis semel per sententiam Iudicis Ordini pistorio*, id est, iis qui pœnâ loco semel Ordini pistorio adiudicati sunt: de quibus iam l. 8. *supr.* l. 3. 5. 6. 7. 9. *supr. de panis.* Huius igitur pœnâ indulgentiam ne Rescripto quidem Principis fieri posse definit hæc leg. Honorius Imp. Valentini equidem Sen. *constitutione*, generali indulgentiâ criminum reis factâ hi non continebantur, d. l. 7. *supr. de panis:* sed speciali Rescripto liberari poterant, d. l. 7. q. od hæc leg. antiquatur. Nempe & hæc inter alias ratione, profigato Gildone, Urbicæ anno-

næ ex Africâ consultum iuit Honorius, qui & aliis rationibus hoc ipso mense Aprili ei prospexit, l. x. *infr. de pretio panis Ostiensis:* l. 4. *in fin. de Canone frum. Urbis Romæ:* Sandè ex coniunctione quoque l. 31. *infr. de Episcopis:* (quâ irruentium in Ecclesias per Africam imperum, variis rationibus persequitur Honorius:) disertè apparet, hanc leg. ad Africam pertinere, & sic ad Iudices Africanos, quorum sententiâ Ordini pistorio nonnulli adscripti fuerant. Ex cuius constitutionis coniunctione cum hæc nostrâ & illud fortè conficiatur, Pistorum ordini adscriptos in *huius leg. specie, ad intercessionem Ecclesiasticorum* Rescriptis liberatos fuisse: cuiusmodi intercessionem hîc damnat Honorius: non eam verò, quâ ad Ecclesiam confugas Ecclesiastici vituantur, quæ sententia est d. l. 31. Verùm & hæc coniectura est, quam ego non pro *xpiz d'ozæ* ostendo.

XXI. * Idem AA. Vitali PP. Ann.

VLLI pistori, nec posteris eius, in priuatas" personas, vel Thymelicas, vel eas quæ Aurigandi" studio detinentur, liceat coniugij societate transire: etiamsi huic facto omnium pistorum accedat adensus, etiamsi nostra elicitâ fuerint aliqua subreptione Rescripta. Quòd si quisquam" in hæc verita adspirare" temptauerit, sciat se verberibus adfectum deportatione puniendum, facultatèque suas paneficio sociandas. Quòd si non statim Officium

Officium" Grauitatis Tuæ in ipsis inceptis occurrerit, sed in suggestione cessauerit, in singulis" familiis librarum atri decem multa feriat: Ita vt hæc quoque personæ cum patrimonio ad debitum" officium renocentur, quæ per huiusmodi nuptias in simili consortio" fuerunt. Omnes igitur, qui filias pistorum in con... fortiti sunt, vel ex Thymelicis, vel Aurigis, vel vniuersis priuaris, pistorio corpori ilicò deputentur. Dat. v. 11. Id. Mart. Rau. DN. Theod. A. 1. & Rumorido v. c. c. o. s. s. [403.]

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Iustin.
* Reponendi hi *Imppp. Arcadius, HONORIVS, & Theodosius A.A.A.* Superioris enim iam anni 401. sine Theodosio Jun. à patre Arcadio A. creatus fuit: *Chronicon Alexandr.*
* *Vitalis* Præf. annonæ sub Honorio, Anno D. 403.
* *Priuaras* personas hic & *fine leg.* vocat personas, non pistorias.
* *Scænicis:* de quibus l. 5. *infr. de Scænicis:* l. 2. 1. 2. 2. *supr. de diu. offic.*
* *Aurigis, infr. & l. 3. infr. de spectaculis:* Alias *Agitatores dicit:* l. 7. 1. 2. *infr. de Scænicis, l. 11. supr. de maleficiis.*
* Ita l. 8. *supr. etiamsi* [ad] *absolutionem eius, pistorum omnium labores adensus & consensus conuenisse videtur.*
* Pistorum, vel posterorum.
* *Adspirare* in verita.
* Officium Præfecti annonæ obserua.
* in singulas familias.
* pistorum scilicet.
* fortè, quæ per huiusmodi nuptias in simile consortium consenserunt. Sed nil mirum.
* Thymelicorum, Aurigarum-Circensium.
* *de In coniugium fortiti sunt.*
* *vt supr. initio, in priuatis personis.*

COMMENTARIUS.

ONIUO priuararum personarum, & in his Thymelicarum, id est, scænicarum: Aurigarum, id est, Agitatorum Circensium, pistoribus & pistorum posteris, filiabus, hæc *constitutione* interdicit Honorius Anno D. 403. etiam ex consensu pistorum, etiam ex Principis Rescripto. Ita quidem, vt pistorem pistorisque filium, priuatæ personæ vel Thymelicæ coniugio sociatum: vel filiam priuato, Thymelico vel Aurigæ sociatam, verberibus affectos deportari velit, facultatèque eorum paneficio sociari: officium Præfecti annonæ conuenientes decem libris auri multari *in singulas familias*, id est, in singula huiusmodi coniugia: Ita tandem, vt Thymelicas personas vel Aurigas, vel quascumque tandem priuatas personas pistorum filiabus sociatas pistorio Corpori deputari iubeat. ¶ Nempe vt in commune pistoribus interdictum erat extra Corpus pistorum coniugij conditionem quærere, propter nexum huiusce functionis: ita nominatim Thymelicorum & Aurigarum connubio filiabus pistorum interdictum: quorum

vtique prauis plerumque artibus, formæque ac decore arreptæ pistorum filia, abripiebantur: vt priuati, Thymelicarum, de quo videnda lex 5. *infr. de Scænicis:* & Ambrosij locus *orat. funebri de obitu Valentini Jun.* quem ad eam leg. produxit, dante etiam fortè pistorum filiabus hanc viciniam labem: cum & *Minitia frumentaria*, & stabulatio, seu *Aurigarum*, vicina Romæ essent, & in eadem Regione 9. vt docet *vetus descriptio Urbis Romæ:* de quo iam ad l. 10. *supr.* Tandem & Aurigis seu Agitatoribus, per prauas seu Magicas artes (quarum infamiâ laborabant: vt plenè ostendi ad l. 11. *supr. de maleficiis:*) coniugia huiusmodi sibi conciliantibus.

¶ De *Thymelicis* interim obseruandum, agi quatuor præterea *huius Codicis* constitutionibus: puta l. 5. 12. *infr. de Scænicis*, vbi de his dicam plenius: & l. 2. 1. 2. *supr. de diuers. offic.* De *Aurigis* verò seu Agitatoribus Circensibus agitur præterea quoque quatuor *huius Codicis* legibus: puta d. l. 11. *supr. de maleficiis:* l. 7. 1. 2. *infr. de Scænicis:* l. 3. *infr. de spectaculis.*

¶ De CONCVIENTIBVS pistoribus.

XXII. * Imp. HONOR. & Theod. AA. Palladio PP. P."

VICVMQVE, Inlustris Urbanæ Sedis, vel" Annonariæ Potestatis Apparitor, clandestina fraude pistorem concusserit, accusatus adque conuictus perpetuis" paneficij nexibus addicatur;" &c." Dat. v. 11. Kalend. Ian. Rau. Honor. A. xi. & Constantino II. v. c. c. o. s. s. [417.]

NOTÆ.

* Lex *ultim. Cod. Iust. de apparitorib. Præfecti Urbis:* & iungenda huic lex 9. *infr. de Suariâ.*
* *Palladius* PP. Italiz sub Honorio Anno D. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. vid. *Prospogr.*
* *vel amonaria potestatis*, hæc recitâ *Cod. Iustin.*
* *perpetuis*, *Cod. Iust.* sed hoc rectius.
* *addicetur*, *Cod. Iustin.*
* quæ continetur, d. l. 9.

COMMENTARIUS.

ONCVTI pistorem Urbis Romæ clandestinâ fraude ab Apparitoribus Præfecti Ur-

bis Romæ, vel Præfecti annonæ vetat hæc constitutione Honorius Anno D. 417. propositâ his pœnâ

pœnâ functionis pistoriæ in perpetuum: Hâc inquam constitutione quæ partem *prolixioris constitutionis* constituit: unde & altera quoque pars *hoc Codice* occurrit, putâ *lex 9. infr. de Suariis*: quæ proinde *huic* coassanda, imò subiicienda venit: Quibus etiam ita inter se sociatis liquet, Honorium constitutione suâ Annonæ Urbicæ bifariam consilium iuisse, aduersus clandestinas nonnullorum fraudes, per quorum manus annona seu frumentum Urbis Romæ ambulabat: siue in *Portu Ostiensi*, siue in *Urbe Româ*: Primum scilicet annonæ Romanæ subuehendæ, aduersus fraudes *Caudicariorum* (id est, Nautarum Tyberinorum) & *secunda* *Menforum Portuensium*, qui in *Portu V.R.* frumentum aduectum admetiebantur: quorum Patroni custodiam conditorum in *portu V.R.* præstabant: quod pertinet *d. lex 9. Ad excludendas, inquit, Patronorum Caudicariorum FR AVDES & Portuensium FVRTA menforum.* Et mox, *CLANDESTINVM ad collegis digma misurus, ne quid ex specie FR AVS occulta Vestorum pessimæ qualitatis inmutet.* Ibidemque Patrono fraudatori pœnam *pistrini* proponit: *deprehensum in FR AVDE M amisso patrimonio ad PISTRINI etiam munia prima reuocetur.*

Tandem subiicit Præfectum annonæ corporalis iniuriæ ius non habere in tres primos Patronos delinquentes: sed Præfectum Urbis. Quibus pla-

nè similia *hâc leg.* continentur: Nam & de Præfecto utroque hic agitur: & de Fraudibus Apparitorum utriusque, & de Pistoribus, per quorum manus Romæ frumentum ambulabat. Sed & pistrini pariter pœnam fraudatori hic proponit: de quâ pistrini alioquin pœna, dixi ad *l. 9. supr. de panis*: ac nominatim de eâ imponenda aliis quàm Corporatis, id est, maioris alicuius officij, quàm eius in quod quis damnatur: nempe ita *Vrbancianus*, vel *Annonarius Apparitor* in sequiorem pistrini conditionem *hâc leg.* pro pœna datur: vt *l. 9. supr. patronus Caudicariorum & Menforum.*

¶ Illud tantum obscurum, quodnam clandestinæ fraudis & concussionis genus illud sit, quod *hâc leg.* plectitur: quo fraudati, concussi Pistoribus ab Apparitoribus Præfecti Urbis & Præfecti annonæ? Ego putem etiam argumento *d. l. 9.* hos Apparitores & falsum sæpè frumenti modum, & *pessimæ qualitatis* frumentum pistoribus ex horreis Urbis Romæ dedisse: mox quasi maiore modo accepto, vel melioris qualitatis frumento, pistoris vexasse, concussisse: vel certè, si pistoris frumentum bonæ qualitatis habere vellet, aliquid præstarent. Hæc enim & concussionis & *CLANDESTINÆ* fraudis genera omninò sunt: quæ ab his exercita, per quorum manus annona Urbicæ administrabatur, & pistoribus tradebatur.

in Urbe Romæ erant, sed quæ in Regionibus illis in publicâ conuersatione erant, Suariis soluebantur, *l. 2. 3.* qui postea species ipsas ex his emebant, *d. l. 2. in fin.* ¶ *Exactio* autem hæc alibi fiebat à Suariis ipsis, qui per diuersa proficiscebantur, & pretia percipiabant, *d. l. 3.* Alibi, Prouinciales ipsi Romam deferebant.

¶ Corporis verò Suariorum quidam Principales erant, *l. 10.* Ipsi Suariis priuilegia nonnulla competeabant: veluti, Immunitatis à sordidis muneribus, *l. 6* & à corporalibus iniuriis, *d. l. 10.* Dispensia eorum seu damna inter susceptionem & erogationem, certa vini quantitate releuabantur, *l. 4* viceversa Suarij huic functioni ita adstricti erant, vt eam nullo honore aut dignitate, nullo Principis rescripto, declinare possent: *l. 1. 8.* non clericatu, *d. l. 8* nisi idoneum pro se substituerent, *d. l. 1.* aut facultatibus Suariorum Corpori cederent, *d. l. 8.* alioquin ad Suariorum corpus retrahebantur, *dictis legibus.* Consanguinei quoque eorum vel originales huic functioni tenebantur, *l. 5.* etiam filij emancipati, *l. 7.* & hæredes Suariorum, *d. l. 7.* Item prædiorum possessores quolibet titulo, *l. 5. 7. 8.* erant enim Suariorum facultates Suariæ functioni adstrictæ, *d. l. 1. & 5.*

II. PECVARIIS, de quibus *Rubrica, & l. vltim. hoc tit.* cum antea secretum & diuersum à Suariis eorum Corpus esset, ab Honorio mixti iunctique fuerunt, *d. l. vlt.*

III. SVSCEPTORES vini, (quod solemnis expressio popularibus commodis ex Prouincialium collectione desiderat, *l. 3. supr. tribut.* in ipsis speciebus:) de quibus *Rubrica, & l. 4. hoc tit.* de his dixi ad *l. 3. infr. de calcis colorib.*

IV. CORPORATORVM aliorum nonnullorum *hoc titulo* mentio fit: putâ *Caudicariorum, l. 9 hoc tit.* de quibus agitur & *l. 2. supr. de Pistoribus*: & *l. 1. infr. de Canone frum. V. R. & Menforum Portuensium*: de quibus *d. l. 9.*

I. * Imp. CONSTANTINVS A. ad Pacatianum PP. P."



VONIAM Suariorum corpus ad paucos deuenit, iubemus, eos adstante Populo Romano dicere, *Quibus excusatio sit delata, Quibus prouenerit onus:* vt his in medium publicæ rationis edoctis, exemplum rei Nauticulariæ proponatur. Itaque discant, facultates proprias Suariorum esse obnoxias muneris: ac de duobus alterum eligant, aut retineant bona quæ Suariæ functioni destincta sunt, ipsique Suario teneantur obsequio, aut idoneos quos volunt, nominent; qui necessitati idem satisficiant. Nullum enim vacare ab huius rei munere patimur. Sed siue honoribus quecti, siuâ quolibet verfuræ genere fugerunt, reuocari eos iubemus: idque ipsum teste & audiente Populo Romano compleri, ac nos super his consuli: vt animaduertamus in eos, qui hac tergiuersatione nulli penitus tribuendas ideo, qui subripere potuerit, post beneficium infirmatum, salutis etiam periculum subituro. Dar. VI II. Id. Mart. Rom. Oprato & Paulino COS S. [334.]


NOTÆ.

*Hæc *imp. Constantinus* hîc admittam ab *huiusmodi* *Collicis* Conditoribus: *lex enim* *l.* tempore prius *huic* anteferi debuit.
 Pacatianus PP. sub Constantino M. Et quidem Italia: quod & argumentum ipsum *legi* ostendit: & firmat *l. 4. supr. de sponsalibus*: quæ & ipsa eidem inscribitur, vt & *l. 2. supr. de Adunc. si ei.* & hæc quidem hoc ipso Anno. Sed & subscriptio firmat: de quâ mox. Eidem, sed dignitate omisâ, inscribitur Anno proximo 335. *lex 1. supr. de lucr. officior.* vid. *Paratitlon.*
 Ex aliorum excusatione.
 Et eductis.
 l. 3. *supr. de Nauticulariâ.*
 adstricta, destinata.
 idem: vel eidem.
 elicit per subreptionem rescripto.
 Locum hunc ita restituo, vt animaduertamus in eos: *Ex qui hac tergiuersatione, nulli penitus tribuendâ, ceteroquin subripere potuerit, &c. Ceteroquin, loco, si ideo qui, id est, in posterum, alioquin.*
 subripere.
 pro *Propos.* vel *Accepta.* Nempe *Proposita* hæc *lex Roma,* de cuius populo & Suariis agitur: *Constantinus enim* hoc tempore in Oriente versabatur: vid. *Consularia.*

COMMENTARIVS.

EXCVSARI seu LIBERARI suarium functione suariâ Dignitate aliquâ vel Rescripto Principis, vetat *hâc constitutione* *Constantinus M. Anno D. 334.* hâc videlicet occasione, quod comperisset (ex relatione *Pacatiani PP.*) Suariorum Corpus Romæ suâ tempestate ad paucos re-

cidisse: unde etiam cæteris qui superuacant, vt ipse loquitur, *onus prouenerat*: vt cæterotum quorundam immunitas & excusatio in ceterorum onus & sarcinam tendere solet: Quam in rem vt compleret *hoc Codice* sententiæ occurrunt, occurrit nominatim in argumento *Nauticulariorum*




DE SVARIIS, PECVARIIS ET SVSCEPTORIBVS VINI, cæterisque Corporatis."

TITVLVS IV.

XI. COD. IVST. XVII. Vbi omissa vox *pecuariis*: Adde *Nonellam* *Valentiniani inter Theod. 39. De Suariis, Boariis & Pecuariis.* De his *hoc titulo* agitur *l. 4.* putâ *Caudicariis Menforibus Portuensibus*: de quibus *l. 9.*

PARATITLON.

I.  VARIIS (de quibus præter *l. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 10. hoc tit.* agitur & *l. 3. supr. quibus equorum usus*: & *l. 2. supr. de diu. offic. & Nonellâ Valentiniani inter Theodosianas 39.*) & qui *Porcinarij* dicuntur *l. 6. hoc tit.* Corpus erant, *l. 1. 8. 10.* seu Corporati, *Rubr. hoc tit.* sub dispositione Præfecti Urbis, *l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. hoc tit.* in Urbe quoque *Constantinop.* *d. l. 22.* Horum munus *l. 1.* publicum munus, *l. 8.* functio, *l. 8.* (vnde functio *Suaria, l. 1. 10.* seu *Suariorum, l. 6.* functio genuina, *l. 10.*) obsequium *d. l. 1.* sarcina, *l. 5.* versabatur in animalibus, *l. 4.* porcis, *l. 2.* larido, *l. 10.* porcina, *l. 2.* porcina specie, *d. l. 2.* carne, *d. l. 2.* suscipiendâ, *d. l. 2.* mox & populo Romano præbenda, *l. 3.* Denique susceptio, erogatio ad eos spectabat, *l. 4. imprimè.* vnde peruigilem laborem populi Romani commodis exhibere dicuntur, *l. 6.* ¶ Erant scilicet nominatim certæ Prouinciæ & Regiones Italiæ, *l. 2.* è quibus à possessoribus *l. 2.* porcina soluebatur, præstatur tributum nomine. Idque per singulos annos, *l. 2. 3.* certo librarum numero, *l. 3.* vt putâ, *Campania, l. 3.* & *d. Nonella 39.* *Lucania & Bruttium, l. 4.* & *d. Nouella*: *Samnium, d. Nouella.* ¶ Soluebatur autem ea quandoque vel in specie; quo casu sanè, pondus porcorum trutinæ examine, non oculorum libertate quæri *l. 4.* sed & animal tradendum vnus noctis ieiunitate vacuari oportuit *d. l. 4.* vel adærata soluebatur, id est, pretio taxata, æstimata: quo casu, non ea pretia, quæ in

NOTÆ.

- * Abest hac lex à Cod. Inst. Si Iuliano hac lex tribuenda, tum in subscripto huic legi mense vitium omnino fuerit; Iulianus quippe iam mortuus, Iuliano 4. & Sallustio Coss. 6. Kal. Iulij, & Iulianus postero die Imp. electus, teste Ammiano lib. 25. p. 317. Socrate lib. 3. c. 21. Chronico Alexandrino, Consularibus Idaricis subditis. Nisi hoc placet, tum I O V I A N O hac lex tribuenda fuit, sub quo etiam Apronianus P. V. fuit: de quo mox. de Aproniano hoc, Præfecto Urbis, mox in Interpretatione. Ita quoque rursum infr. ita quoque l. supr. 2. Adfatim. Ita quoque in hoc ipso argumento Victor, huius leg. οὐ γὰρ ἐστὶν, simul vites porcinae carnis, quod plabi Romane A F F A T I M cedentes, prudenter magnificèque prospexit. De hac voce dixi in Gloss. Seni folles pretium ferme libræ porcinae. haftenus. Officium Præfecti Urbis: seu vt mox infr. Officium Præfecturæ Urbanae. Consularis Campaniæ. Miores potestates: hoc numero Præfectus Urbis cui hac lex inscribitur. de hac voce dixi ad l. supr. 2. per Campaniam habitantes, ita locus hic nec tendus: nam & sequente demum versiculo de pretio quod per Campaniam obtinet exigendo agitur. id est possessores, l. 2. Prouinciales, pauld supr. de delegetur, vide de hac voce Gloss. Theod. Campaniæ. Instantia vox in exactionibus propria: hic & l. 4. supr. ne conlat. translat. vt & Insistendi, l. 16. supr. de exactionib. vid. Gloss.

COMMENTARIVS.

ESTIMATIONI & EXACTIONI porcinae modum imponit, per Campaniam nominatim Prouinciam, hac epistola, ad Apronianum P. V. Romæ emissa, Iulianus Imp. Estimationi, inquam, nummaria seu collationi in nummo, quæ præcisè iam inducta fuit loco porcinae ipsius, cum antea electio possessoribus seu collatoribus data fuerit à Constantino, vel pecunia, vel speciei ipsius soluendæ; l. 2. supr. Sic quoque per Lucaniam & per Samnium hæc suum & bonum præstatio ad pretium redacta: l. 4. in fin. Calpurnius lib. 11. variar. 39. Erat quidem illis gloriosum Romam pascere: sed quanto dispendio videbatur posse consistere, adducere tam multis itineribus, quæ darentur ad pondus? dum quæ probantur decrefcere, nullus poterat imputare. Redactum est ad P. R. E. T. I. V. M., ubi pasci non poterant detrimentum, quæ nec itineribus minuuntur, nec laboribus fauciantur. Et mox: Et ideo ambos titulos in assem publicum iam redactos diligentia tua statusis illationibus procurabis. Vbi assis publicus Calpurnio, vt sæpè aliàs pro publicis functionibus & tributis, & quidem in pecuniâ: quomodo & usurpatur l. 12. supr. de indulg. debitor. Nos de Campaniâ nunc videamus: Per Campaniam igitur hæc leg. suaria præstatio ad pretium redigitur seu adætur. Per Campaniam inquam: hæc scilicet vna ex Italiæ Regionibus fuit, vnde porcina (inter aliâ) Urbis illata: quod iuxta hanc leg. docet insuper Valentiniâ Nouella, de Suariis, inter Theodosianas 39. Atque in commune, Campania Urbis Romæ collarium fuit: vt de eâ scribit Orbis Descriptio sub Constantio, cap. 42. Vinum sanè ea quoque contulit; præter calcem, l. 1. 3. infr. de calcis coctiorib. V. R. & Fabæ modiorum certum numerum stabulis factionum, l. 2. infr. de Equis Curulib. Cur autem modus hic nominatim per Campaniam statuatur, ac non etiam per alias Regiones, ex quibus pariter porcina conferebatur? id verò demum obsecrum est: Hanc causam ego putem, quòd Campania singulari quâdam ratione Præfecti Urbis cui hæc lex inscribitur administrationi iuncta fuerit: quod & ipsum ostendit lex 68. supr. de Decurionib. l. 2. infr. de Equis Curulib. & Symmachus, lib. 10. epist. 53. cuius sanè pars etiam, Romana inquam Campania (id est, Latium vtramque) Dioceseos Urbicariæ pars fuit: de quo ad l. 12. supr. de penis.

Iuliani porò an Iouiani hæc lex sit? dubitari possit: nam si subscriptio rectè habet, tum ea Iouiano omnino reddenda fuerit: Iulianus enim

iam extremo mense Iunio Ann. 363. obierat: at si Iuliano, vt habet Inscripcio, ea vindicanda; tum videri possit, Consularis subscriptus ad tempus receptæ epistolæ pertinere, vel si quid aliud commodius excogitari potest.

Tandem Apronianus, cui hæc lex inscribitur, Apronianus ille est, qui Præfectus Urbis à Iuliano constitutus, ad Valentiniâ initia perstitit: de quo Ammianus Marcellinus quatuor locis: lib. 23. p. 255. 258. lib. 26. p. 336. & c. & lib. 27. p. 360. Inter cætera huc illud facit p. 337. Sub hoc Aproniano ita ingit COPIA NECESSARIO RVM exuberant, vt nulla saltem leuia murmura super inopia VICTVM congruentium orirentur: quod ad Iudæ Romæ contingit. De eodem sentit & Valentiniâ l. prox. 4. cum de decessore Prætextati P. V. agit, vt ad eam leg. ostendetur Rursum hic ille Apronianus P. V. est: cuius Auctoritates seu dispositiones duæ etiamnum extant; vna de pecore sub exagio vendendo, appendendo: altera de leuamento aliquot millium amphorarum ex titulo vinario, Suariis & Ordinibus, qui Suariam recognoscant, destinationis: quæ extat in Corpore Inscriptionum, p. 647. num. 67. quas Valentiniâ l. prox. confirmat, vbi & nos eas integras sternemus & illustrabimus. Denique non vna eius mentio in Veteribus Inscriptionibus. Vbiq; tamen Turcius Apronianus vocatur, cum tamen hic Flavius Apronianus vocari videatur; nisi mendosum id esse putandum est; & fortè illud Fl. loco motum, retrahendum ad Iuliani nomen: ita Imp. Fl. Iulianus A. Aproniano suo salutem. Sanè Flauij prænomen Iuliani fuisse notum est. Nunc de ipsa lege.

SENTENTIA legis hæc est, in genere primum, Non porcina ipsam, verum pretia loco porcinae per Campaniam à possessoribus exigenda; de quo pauld ante: Suarios demum ex pecunia collatâ porcinae speciem comparare oportere, & sic prouidere vt porcinae species ad fatim populo Romano præbeatur: de quo ad l. supr. In specie Nummaria seu pretij exactionis formam hæc lex præstituit: in præteritum, vt quod Officiales vltra senos folles per singulas libras exegerint, id fisci vitibus vindicetur. Nempe summum hoc pretium visum hæc tempestate libræ porcinae, sex folles: De quibus verò follibus id intelligendum? Erant enim alij folles argentei, alij ærei: Folles ærei fuere & σησαριων, seu denarij: qui singuli duobus λεπτοῖς vel quatuor quadrantibus constabant: Hefychius Κοδωντης, τὸ τέταρτον τοῦ ὀδραίου ἢ λεπτον.

λεπτον: τὸ δὲ λεπτον ἐξ ἡμισυ ἰσίου τριπλαστοῦ; ὃ ἐστὶ νόμισμα ἐν. Epiphanius λεπτα δύο, est ὀδραίου ἢ σησαριων; ὀδραίου, inquit, δύο λεπτοῖ. De iisdem accipio illud Chronici Alexandrini, Viuiano & Basilio Coss. ἐπι ὄρων ἢ σησαριων λεπτοῖς γέρονε τὸ ἀρτε, ἀπὸ ἀραδωῶν τὸν ἕνα ἀρτον ὀδραίου τριπλ. De Follibus argenteis istam leg. accipit Sitmondus notis in Sermone 40. Augustini, à se editum: qui respondeant ferme assibus seu solidis Gallicis: nam & porcina in singulas libras solidorum sex iustum esse pretium. Denique follium & solidorum vsualium Gallicarum eundem vel certè affinem valorem fuisse conicit. Follerales, seu Terunciani apud Marcellinum Comitum, De aliis follium generibus, alibi dixi.

Exactionis nummaria forma in futurum per Campaniam hæc statuitur. Primum, vt Exactio hæc fiat, non per Officiales Præfecti Urbis: quia scilicet Maiorum Potestatum (cuiusmodi est P. V.) Officiales soleant esse Prouincialibus perniciosi. Quod

notandum. (Non item per Suarios, quod antea obtinuisse apparet ex l. 2. supr.) Quia & hi ferme possessores seu Prouinciales concutere soliti. Igitur à Consularis Campaniæ Officialibus hæc exactionem fieri iubet hæc lex, & sic effectui ipso ab Ordinatio Campaniæ Iudice, quem totius huius exactionis instantiam atque periculum ad suam curam sollicitudinèque reuocare iubet. Addit tamen, & per Curias hæc exactionem celebrandam: id est, nempe per Principales Decurionum in singulis ciuitatum territorijs, insistentibus in summam Officialibus Consularis. Et hæc de iis per quos exactio nummaria faciendâ. Pretium porò porcinae id spectari iubet, quod apud Campanos in publicis vsibus singulis annis habetur, quod & ipsum cautum, l. 2. supr. vbi dixi: non verò quod in Vrbe Româ reperitur: quod sanè ibi maius fuit. Et tamen illud à Valentiniâ statutum: l. 4. infr.

IV. * Imp. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Prætextatum P. V."

ER singulas & semidecimas, quibus Suariorum dispendia fartuntur, damnum quod inter susceptionem & erogationem necessariò euenit, vini, hoc est, septem & decem millium amphorarum, perceptione releuetur 2. Cui rei illud prouisionis accedat, vt Lucanus possessor & Brutius, quos longæ subuectionis damna quatiebant, possint (si velint) speciem moderatam, hoc est, septuagenarum librarum compensatione, dissoluere: Quod ibi debet inferre, vbi vina fuerat traditurus. 3. Quibus in rebus illud quoque à Decessore Tuo salubriter institutum est, quod Suariis æstimandi licentia denegetur, pondusque porcorum rutinae examine, non oculorum libertate, quaratur: Ita videlicet vt ne volenti quidem possessori tradere animal liceat, cuius modum non prius ponderatione certa deciderit Suarius. 4. Animal verò à possessore tradendum, ob digeriem, prius, vnius noctis tantum ieiuniate, vacuetur. 5. Illud quoque salubris Constantinianæ legis forma conpescat, videlicet, vt cum à possessore, (cui commodioris pretij beneficia, indulta à Veteribus Principibus prærogatiua prouidit,) proprius Ordo deciderat, ac transigat: idque Ordo Suarius (quibuscum habet vini emolumenta communia,) aut legimum pretium, id est, Romani fori, cui carnem fuerat inlaturus readat, aut carnem debitam subministrat. 6. Porò decimæ semis, quam statuimus, non petantur ab his, à quibus fuerit pecunia ministranda. Hæc autem omnia æneæ tabulæ in foro Suario collocandæ ad æternam memoriam oportebit insculpi. Dat. VII. Id. Octob. Remis, Lupicino & Iouino COSS. [367.]

NOTÆ.

- * Iungenda huic leg. est lex 10. supr. de penis, emendato eius Consulatu, vt ad eam ostensum est. Gratiani nomen addendum est: mensis Augusti quippe iam his Coss. Gratianus à patre Augustus renunciatus fuerat Ambianis: vnde mox Remos progressus, vbi hæc lex data est. Prætextatus hic integro nomine, Vettius Agorius Prætextatus, P. V. fuit hoc Anno 367. quo Anno præter hanc leg. & d. l. 10. ei inscribitur lex 1. supr. de ingratis liberis: l. 7. de priuileg. eor. qui in S. Palat. & Anno sequente 368. quo (non Anno 370.) ei inscribenda vnica tantum lex 8. supr. de Medicis: de eodem vid. Ammianum lib. 27. p. 373. 374. & Symmachum lib. 1. epist. 49. Hic ille Prætextatus P. V. est, qui Vrsicini schisma Romæ compefcuit: cuius dictionem iam notum de Episcopis V. R. Facite me Urbis Romane Episcopum, & ero proximus Christianus: apud Hieronymum, ep. 61. De hoc plura in Prosopogr. An reponendum. præter? vox hæc inducenda. infra decima semis, inuerso ordine. Nouella Valentiniâ inter Theodosianas 39. de Suariis, vt remotis DISPENDIIS nunquam defectum vitium deuote seruanti incurrat. seruantiur, hætenus scilicet vel potius seruantiur. Auctoritas seu dispositio Aproniani P. V. QVVM SVARIOS VIDEREMVS DAMNIS AFFECTOS, &c. Imò Lucania vicina Prouincia dicitur, d. Nouella 39. Verum hæc sunt en vbi, vbi n. de Longe subuectionis damno dixi l. 11. supr. de annonâ & tribut. An ad certam? Mox dicitur. Aproniano, vt mox ostendam. quod. Ita quoque l. 2. supr. ne in æstimando porcorum pondere LICENTIA Suariis præbeatur. vt præteritum. Exagio, vt est in ipsâ Aproniani auctoritate seu dispositione. micanti consuetudine, digitis concludentibus: vt est in ipsâ Aproniani dispositione.

pondera per regiones instituit uniuersus, cum auiditati multorum ex libidine TRVTTINAS componentium occurri nequiret: vt Ammianus Marcellinus lib. 17. p. 374. totidem verbis scribit.

Hactenus primum caput circa ponderationem. Alterum est, vt animal à possessore tradendum ob digerem prius, vnus tantum noctis ieiunitate vacetur. Nempe, vt egesto fimo animal tradi publicè æquum fuit, ita non diuturniore i. iunio pondus animalis imminui possessorum interfuit. Quo argumento videatur à possessoribus porcina integra soluta, non interaneis detractis: quæ vtiq; si detracta fuissent, ieiunitate ad egerendum fimum nil opus fuisset.

¶ Et hæc de ipsius porcina collatione. Quod Preij collationem atinet, (quod iam Tertium huius leg. caput est) cuius electionem hæc leg. tribuit Valentinianus, restituta Constantini M. constitutione hæc duo constituntur: 1. Vt cum possessore proprium Ordo, Suariam functionem reco-

gnosceus, de pretio deciderat: de quo iam supr. Noluit scilicet Suarium exactorem decidere, sed proprium Ordinem, eò quod illi plerumque superpetexerent. 2. Vt Ordo Suariis, aut pretium tradat, aut carnem: electione alterutrum soluendi Suariis Ordini data, pretij quidem legitimi, id est Romani fori, quod in foro Romano obtinet: contra quam Constantino M. & Iuliano visum, l. 2. & 3. supr. Iuliano, inquam, cuius constitutioni hæc leg. Valentinianus non vnà ratione detractum voluit: contra Constantinianum fermè ius reductum voluit.

¶ Tandem iubetur hæc constitutio æneæ tabulæ (in Foro scilicet Suario) insculpi ad æternam memoriam: cuius rei & moris exempla alia hoc Codice, l. 4. supr. de priuileg. eorum que in sacro Palat. l. 1. supr. de adm. qua inop. parent. l. 2. supr. quemadmodum mun. ciuil. l. vltim. infr. de frum. V. Constantinop. vid. & l. vnic. infr. de iure Italico V. Constantinop.

v. * Imppp. VALENTINIANVS, THEODOSIVS & Arcadius AAA. ad Albinum" p. v. Romæ.

SVARIORVM vires" eà concidisse occasione comperimus, quod fundi eorum; adque alia prædia, in extraneas quatque personas multimoda" donatione transcribita sunt. Quæ Sublimis Eminentia Tua, aut ad memoratorum iura reuocabit, aut si eorum detentatores putauerint abluendum," subeant cum his communem sarcinam, quorum incubuere corporibus." ¶ Consanguineos" quoque eorum, vel originales," vt memoratorum nomini functionique iubeas adiungi, plenum & æquitatis & iuris est. Dat. xv. Kalend. Septemb. Romæ, Timasio & Promoto c o s s. [389.]

NOTÆ.

- * Abest & hæc lex à Cod. Iustin.
- "Albinus P. V. Romæ sub Valentiniano Iun. Anno 389. 390. 391. vid. Profopogr.
- "vires, id est, ficutates.
- "Fundis à prædiis hic distinguuntur.
- "sue inter viuos, sue vltimâ voluntate.
- "se. abnuendum.
- "corporibus, id est, rebus, fundis, prædiis.
- "Consanguinei hic sunt, filij, posteri Suariorum, qui sanguinis iure Suariæ functioni tenentur, seu originis nexi: vnde & Originales mox idem vocantur. Et l. 7. infr. quos successio generis adstringit: Agnatio: Nouell. Valentin. 39.
- "Ira Originales Coloni, l. 14. supr. de annona: Curiales, l. 13. 26. supr. de Decurion.
- "Hanc subscriptionem mox irgebo.

COMMENTARIVS.

POSSESSORES prædiorum ad Suarios pertinentium, quocunque titulo donationis, nisi ea prædia restituant, sed & FILIOS Suariorum, ad Suariorum functionem vocari iubent hæc constitutione Valentinianus Iun. & Theodosius M. Anno D. 389. ¶ Nempe Principes hi hoc tempore Romæ agentes post Maximam Tyrannum deuictum, (de quo consule Chronicon nostrum:) variisque rationibus Vrbi Romæ consultum cupientes, inter cætera, Annonæ popularis curâ susceptâ, firmandis Corporibus quæ illi seruebant, incubuere: purâ Pistorum, quod pertinet lex vnic. supr. de Mancipibus, quæ biduo ante hæc leg. data est, & ad eundem Albinum P. V. emissa: Item, hæc leg. Suariorum occiduo Corpori, vt loquitur Valentinianus Tertius Nouellâ inter Theodof. 39 de Suariis. ¶ Cæterum cum Suariorum tum vires tum corpus concidisse reperissent: duabus iis quas initio dixi rationibus id firmare seu erigere instituerunt. Et priore quidem, retractis possessionibus ad eorum iura, quæ inde recesserant, quocunque donationis titulo, id est,

sue inter viuos, sue vltimâ voluntate: (Prædia scilicet & peculia Suariorum ita functioni huic destinata sunt, vt in extraneos transferri non possint: quod docuit etiam lex 1. supr. & docebit infr. lex 7. 8. & d. Nouella Valentiniani III. 39. in fin.) In tantum, vt possessores, nisi ea restituere velint, ipsammet functionem Suariam agnoscere seu subire debeant: quod & ipsum ex parte constituitur d. l. 7. & 8. Et hæc de prima ratione, deque extraneis. Altera ratio est: quod Consanguineos & originales, id est filios, posteros, qui sanguinis & originis iure Suariæ functioni tenentur, quos successio generis adstringit (vt loquitur lex 7. infr.) Agnationem (vt loquitur d. Nouella Palam. 39.) ad eam functionem adiungi adigi iubeant. De quo rursum d. l. 7. Quæ quidem communis lex fuit cæterorum Corporum: vnde & plenum hoc æquitatis & iuris, dicitur hæc leg.

v. 1. * Idem

v. 1. * Idem AAA. ad Albinum p. v."

PORCINARIJ" Urbis Æternæ, cum peruigilem laborem populi Romani commodis" exhibeant, id se Diuæ memoriæ Gratiani † beneficio meruisse proponunt, Ne sordidis" vnquam muneribus subiacerent. Inlustris igitur Auctoritas Tua Diualium præceptorum formam conseruans, etiam cum interminatione competentis suo" insistat Officio, quatenus id, quod & ante constitutum est, & nulla postmodum iussione mutilatum, indubitatum" adque intactum faciat perdurare. Dat. v. i. i. Kalend. Septemb. Romæ, Timasio & Promoto c o s s. [389.]

NOTÆ.

- * Lex 1. C. eod. tit. quâ hæc vnica sententia continetur: Porcinarij Urbis æternæ, cum peruigilem laborem populi Romani commodis, exhibeant, sordidâ semper muneribus liberentur. Cæteris omnibus resciscatis.
- "Romæ: vt l. 5. prox. supr.
- "Idem cum Suariis.
- "Commoda populi hæc leg. vt l. 8. supr. de Medicis & Professoribus: l. 3. infr. de Canone frum. V. R. pariter vt commoda popularia l. 3. supr. tributa in ipsi speciebus: absolute, commodus, l. 2. supr. tributa in ipsi speciebus: l. 25. supr. de annona & tribut. sunt annona populi Romani.
- † Gratiani (qui cæsus Anno D. 383.) constitutio, de Suariorum Urbis Romæ immunitate à sordidis muneribus.
- "Sordida munera quæ sint? suo tit. dictum.
- "Officium Præfecti Urbis, id est Officiales.
- "inlibatum.

COMMENTARIVS.

IMMUNITATIS priuilegium à muneribus SORDIDIS porcinariis, id est, Suariis V. R. tributum à Gratiano Imp. neque postea ademptum, confirmant hæc constitutione Theodosius & Valentinianus: ad Suariorum petitionem. ¶ Romæ scilicet agentes hoc Anno 389. Principes hi Annonæ popularis curâ susceptâ, non tantum Corpora ipsa ac nominatim Suariorum firmare opibus numerisque sat habuere, quod vtiq; ab his factum superiore lege ante octiduum: verum etiam priuilegia his sua confirmanda duxere, eodem semper annona popularis studio: quod scilicet (vt hic non obscure indicant) peruigilem magis ac magis laborem populi Romani commodis exhiberent. Quænam autem sint munera sordida, docuit titulus supr. de extraordinar. sue sordidis

muneribus lib. 11. tit. 16. His sanè ipsa Suaria functione connumeranda non venit: quod quidam censuere.

Ex hæc interim leg. quoque liquet, Gratianum, cum Valentinianum Iuniorum fratrem Imperij consortem haberet, Romæ nihilominus quoque positum: quod etiam docet saltem, vsque ad Annum 381. lex 26. supr. quorum appell. non recip. lex 1. supr. de Princip. agent. in reb. l. 9. supr. de priuileg. eor. qui in sacro Palatio: lex 16. 17. supr. de Pistorib. l. 6. infr. de Scenicis: lex 2. supr. vnde vi. Imò & Italiâ: vt docet lex 9. supr. de metallis: Quin & Africâ, vt ostendit lex 3. supr. de naufragiis. Erit aliàs in Imperij diuisione, Italia, Illyricum, Africa, Valentiniano cessissent, teste Zosimo, lib. 4. p. 746.

v. 1. * Imp. Arcad. & Honor. Florentino" p. v.

HÆREDES" Suariorum, filiorum, etiam emancipatorum, bona omnia ac patrimonia requirantur: vt siue personarum agatur ratio, siue rerum, non minus habeatur obnoxius quem possessio tenet, quam quem successio generis adstringit: Dummodò, suo" Ordini adtributos Suarij non admittant, & propriis facultatibus solitisque subsidiis aliena adque longinqua, & ab hoc munere distracta," non quærant. Dat. xv. Kal. Mart. Med. Cæsario & Attico c o s s. [397.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iust. Et tamen iungenda ei videatur eo ipso Cod. lex 2. eod. tit. quæ eandem Inscriptionem præfert Subscriptionem carens. Etsi malint alij, emendatâ Inscriptione eam coniungere legi prox. 3. in fin. Fortè etiam huius iungenda lex 3. supr. de Corporatis Urbis Romæ: alterutribi die emendato.
- "Florentinus P. V. Romæ sub Honorio Anno D. 395. 396. 397. v. Profopogr.
- "Sui, extranei.
- "proprio, alteri quam Suariorum.
- "distincta, separata.

COMMENTARIVS.

HONORIJ" Imperatoris, annona populari Urbis Romæ consulentis, quatuor constitutiones sequuntur: quarum tribus labanti seu occiduo Suariorum Corpori opitulatum it. Et hæc quidem lege, & HÆREDES quoscunque, & FILIOS,

etiam emancipatos, & POSSESSORES quoscunque honorum ad Suariam functionem vocari iubent sic, vt ipse ait, non minus habeatur obnoxius quem possessio tenet, quam quem successio generis adstringit. Quâ parte notandum quod nominatim addit de filiis

filii emancipatis. Beneficium scilicet emancipationis, genuino officio publicaque utilitati nocere non debet. Notandum & quod viceversa subicit, ita Suarios Corpori suo obnoxias perfo-

nas, obnoxiaque bona vindicare posse, vti alienis personis bonisque abstineant, quæ alteri Ordini seu Corpori adtributa seu adstricta sunt.

VIII. * Idem AA. Hilario P. V."



VICVMQVE de Suariorum corpore originariam" functionem, sub cuiuslibet desiderio auxilij, vel honore, declinasse noscuntur, vel † aduersa" se officia contulisse, aut Adnotationibus vel Rescriptis Nostræ Serenitatis elicitis, ad munus pristinum reuocentur tamquam" paterno, quam qui materno genere inueniuntur obnoxij: Oportet * enim viribus vacuari, quæ in dispendium publicum adumbratione" extorta snt: Nullique penitus ad quemlibet honorem adque militiam aditus tribuatur, nisi" qua deinceps de nostris altaribus per Adnotationem, vel Rescriptum, vel quolibet genere fuerint elicita vel emendicata, cassentur. ¶ Eos etiam qui ad Clericatus se priuilegia contulerunt, aut agnoscere oportet propriam functionem, aut ei corpori, quod declinant, propriij patrimonij facere cessionem. ¶ Hij verò qui prædia obnoxia corpori, vel ex empto, vel ex donato, vel ex quolibet titulo tenent, pro rata publicum munus agnoscant, aut possessionibus cedant. ¶ Circa reliqua etiam Corpora, quæ ad priuilegia" Urbis Romæ pertinere noscuntur, eadem præcepti nostri forma seruetur. Dat. xvi. Kalend. Febr. Romæ, Basilio & Philippo C O S S. [408.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Justin. Sunt tamen qui huic leg. coniungant legem 2. Cod. eod. tit. quæ superiori potius iungenda videtur. Debit & in Annales Ecclesiasticos huiusce leg. pars saltem referri.
 "Hilarius P. V. Romæ sub Honorio: vna potè hæc lex hoc Codice occurrit ad istum Hilarium P. V.
 "vnde Originiales dicuntur l. 5. supr.
 "de ad diuersa.
 "de tam qui.
 "Adumbratione extorta, id est, adumbrata aliqua ratione, aliquo prætextu, colore.
 "de Et s.
 "vide supr. tit. de priuilegijs Corporatorum Urbis Romæ.

COMMENTARIVS.



SECUNDA hæc Honorij constitutio est, quæ annonæ Urbis Romæ curâ susceptâ, labanti Suariorum nominatim Corpori Romæ, imò & alijs Corporibus omnibus operularum it Anno D. 408. idque triplici ratione seu tribus capitibus. Primò enim definit, nullâ dignitate, nullo officio, nullo Principis rescripto originariam hanc functionem euitari posse: eòsque aded qui euitauerant, reuocari oportere. Quod & ipsum voluerunt Imp. l. 5. supr. Idque siue paterno siue materno genere obnoxij Suariæ functioni sint. Nempe, (quod exinde colligitur) etiam materna origo Suariæ functioni liberis obnoxios reddebat. Denique vtrius parente Suario quis natus esset, Suariæ functioni originis iure tenebatur, quod in pistoribus quoque obtinuit: de quo suo tit. Secundò, ne CLERICATV quidem, putâ si Suariæ functioni obnoxius Clericus factus fuisset, hanc conditionem euitari posse sancit: verùm alterutrum facere iubetur,

vel inquam, functionem ipsam agnoscere, vel patrimonio suo cadere Corpori Suariorum. Hanc electionem tribuit Honorius ei qui ex Suatio Clericus factus fuisset: itémque iis qui ex alijs Corporibus Clerici facti fuissent: cum tamen Valentinianus Senior pistoris præcisè reuocari voluerit l. 11. supr. de Pistoribus. Et Valentinianus Tertius postea voluit Corporatos in Clericorum numero repertos vsque ad Diaconos tantùm reuocari, non alios: Nouella inter Theodosianus 26. de Corporatis Urbis Romæ qui ad militiam vel Clericatum transeunt, reuocandis: & Nouella Valentiniani de Episcopali iudicio 12. Tandem & P O S S E S S O R E S prædiorum obnoxiorum Suariæ functioni quocunque titulo, vel pro ratâ possessionum publicæ munus agnoscere, vel ita pariter cedere iubet. Quod & ipsam ferè placuit Theodosio & Valentiniano Iun. l. 5. supr. eidem Honorio l. 7. supr.

IX. * Imp. HONORIVS & Theodosius AA. Palladio P. P. Post alia.




D excludendas Patronorum Caudicariorum" fraudes, & Portuensium furta Mensorum, vnus è Patronis totius consensu corporis eligatur, qui per quinquennium custodiam Portuensium suscipiat conditorum, clandestinum ad collegas digma" missurus, ne quid ex specie fraus occulta vectorum pessimæ qualitatatis inmutet: Cui præmia ista deferimus, vt si optima fide administrauerit munus iniunctum, post expletas lustralis" sollicitudinis metas, Comitiæ

tiuæ tertij ordinis honore cumuletur: idque non iam ex codicillis nostris, sed constituti istius consequatur indulto; deprehensus in fraudem" amisso patrimonio ad pistrini etiam munia prima reuocetur. ¶ Illud etiam decernimus, ne in singulis" tres primos Patronos corporum singulorum" Vir Clarissimus P. P. Ann. ius habeat corporalis iniuriæ: Nam sufficit in delinquentem Inlustris Urbani censura iudicij. Dat. vi. Kalend. Ian. Rau. Honor. A. XI. & Constant. II. V. C. C O S S. [417.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Inst. Eique iungenda lex vlt. supr. de Pistoribus.
 "Palladius P. P. Italiae sub Honorio: vid. Prosopogr.
 "de his Caudicariis agit & l. 2. supr. de Pistorib. & l. 1. infr. de Canone frum. V. R.
 "de his Mensuris agit & l. 1. supr. de condit. in publ. horr. & d. l. 1. infr. de Canone frum. V. R.
 "Conditio: de his vid. Glossar. Theod.
 "de qua: de quo mox.
 "pro, in fraude.
 "an in singulos.
 "Caudicariorum, & Mensurum.

COMMENTARIVS.



ERTIA hæc hoc titulo Honorij Imp. constitutio est, annonæ Urbis Romæ consulentis, circa CAUDICARIORVM & MENSORVM Portuensium Patronos: idque, aduersus eorum partim fraudes, partim pro eorum præmijs. Quæ lex pars est prolixioris Honorianæ constitutionis, vt apparet ex l. vltim. supr. de Pistoribus, quæ huic coactanda seu coniungenda venit: in quâ alterum quoque fraudis genus circa annonam vrbicam submouet. De quo mox.

¶ Priùs enim paucis præmonendum. In Portu Urbis Romæ (qui 18. milibus à Româ distabat,) quò annona seu frumentum Urbis Romæ vsibus destinatum, ex Prouincijs subuehebatur, fuisse Horrea, vbi frumentum illud condebatur, donec Romam subueheretur, quæ horrea idè Portuensia dicta: l. vnic. infr. de Patronis horr. Portuens. Quomodo & condita ibi frumenta, Portuensia dicuntur hæc leg. Item, notandum Corpus quoddam Caudicariorum (id est, nauarum Tiberinarum seu Nauiculariorum:) fuisse qui annonam Romam foletni navigatione subuehebant; de quibus agit præterea duobus locis hoc Codice, puta l. 2. supr. de Pistorib. & l. 1. infr. de Canone frum. V. R. (ad quatum priorem plenè de his Caudicariis dixi.) In eodem rursùm Portu fuere & Mensores, qui scilicet & aduectum ad Portum V. R. frumentum admitterentur in horreis condendum: & rursùm, cum inde promeretur Romam per caudicarios subuehendum: vnde & Mensores Portuenses dicti hæc leg. Ergo in Portu Urbis Romæ fuerunt & horrea Portuensia, & condita Portuensia, & Mensores Portuenses. Quæ simili formâ & apud Amphrosium epist. vlt. lib. 5. ad Eusebium Episcopum, Opere Portuenses, in opere Portus reformandi occupata. Simili forma & via Portuensis, cuius mentio quoque fit apud Æthicum. Fuere etiam, Fabri Nauales Portuenses, de quibus vetus Inscriptio reperta Ostiæ p. 437. 2. Fuere & Saccarij Portus Romæ: de quibus suo titulo infr.

Secundò sciendum, vt Caudicariorum, Mensorumque certa numerosaque Corpora erant, ita singula suos Patronos habuisse: pariter vt cæterorum Corporum & quidem annonæ Urbicæ deferuientium, Patroni sui fuerunt: veluti Pistorum, de quibus l. 2. 7. (vbi plenè dixi:) l. 12. supr. de Pistoribus: & horreorum quoque Portuensium: l. vnic. infr. de Patron. horr. Port. Patrones inquam, id est, Capita & Principes seu Vertices quodammodo Corporis, qui communem Corporis curam gerebant & administrabant: Ita quidem vt plures Patroni in singulis Corporibus essent: non Tres

tantùm, sed plures, vt apertè docetur sine huius leg. sic tamen vt Tres primi Patroni præcipuo quodam gradu & honore haberentur, de quo postea.

Tertiò noscendum, vt maximè plures essent eiusdem Corporis Patroni, attamen vni administrationem commissam certo tempore: veluti à Patronis horreorum Portuensium, vni Patrono, sic vt is annis singulis tantùm præficeret ex eiusdem Honorij constitutione Anno Domini 400. d. l. vnic. infr. de Patronis horreorum Portuensium. Hoc exemplo hæc constitutione Honorius vnus ex Patronis Caudicariorum, & vnus ex Patronis Portuensium Mensurum, totius Corporis consensu eligi iubet, qui per quinquennium conditorum Portuensium custodiam suscipiat, seu lustralem sollicitudinem gerat. Quomodo sanè & priores Patronos Pistorum quinquennales fuisse docet lex 7. supr. de Pistoribus, & aliorum Corporum Patronos quinquennales memorant veteres Inscriptiones, de quibus plenè dixi ad d. l. 7. ac nominatim (quod huic maximè facit) quinquennales Collegij fabricarum Ostiensium, p. 358. m. 1.

Iam ad rem: Honorius Imp. Annonæ Urbicæ consulturus, vt ipsa Corpora annonæ vrbicæ deferuientia à concussionibus Apparitorum vindicanda credidit l. vlt. supr. de Pistoribus, quæ huic, vt dixi, coniungenda est; ita viceversa, eorum fraudibus hæc leg. occursum fuit: ac nominatim Caudicariorum & Mensurum: quæ quidem Corpora vt proximè cohærebant; ita fraudibus varijs vtraque rem gerebant: quod docet præterea lex 1. infr. de Canone frum. V. R. Inter alias porè fraudes, istud erat, quod fraude occultâ species seu frumenta inmutarent, pessimæque qualitatatis frumentum subiicerent: pessima id est vltimæ, de quâ voce ad l. 1. infr. de Canone frum. V. R. Mensores inquam, & Caudicarij seu Vectores, vt hæc lex docet. His igitur fraudibus excludendis, iubet Honorius vnus è Patronis totius Corporis consensu eligi, qui susceptâ per quinquennium conditorum custodiâ, digma frumenti scilicet ad collegas Romæ commorantes clam mittat: cuius collatione apparere possit, num qua fraus ab his admitta fuerit, pessimæ qualitatatis frumento, pro bono subiecto. Digma δειγμα est specimen rei, mostre, eschantillon, proba, vt vocatur l. vnic. supr. de Stratoribus: & apud Ammianum lib. 2. 1. indicium, apud eundem: & l. 13. supr. de annonâ, & l. vltim. supr. de superexactionib. Harpocracion δειγμα κρισιος το δειγματιον εσθ' ενδεσθ' πολυψηλον, ηδ' οτιπ' εστιν τα δειγματα ενοικηστρο, &c. quod istud planè verbis Moschopolus, Suidas, & Ery-

mologicis Auctor exscribunt : ita & ἀπόδειγμα Pol-
luci lib.8. sic & in rebus liquidis gustus seu γούμα.
Interim obseruandum (quod pertinet etiam Har-
pocratonis locus) locum fuisse in Portu Atheniensi
Piræo, quod Digma vocabatur : nempe quia eo mercatores
conuenientes suarum mercium δόγμα seu probam &
indicium producere soliti : Cuius loci quoque mentio
apud Aencam Fasticorum corp.30. & ut nonnullis visum
apud Theophrastum cap. πει ἀλαζονίας 23. & apud
Scholiastem Aristophanis. Imò & communiter in
aliis Græciæ emporiis omnia loca ad quæ fere-
bantur, τὰ δόγματα, mercium indicia seu probæ,
ita dicta. Alianus in epistola Demylæ ad Blesiam
ἰδὲ ἀπόδειγμα τῶν πωλῶν ἀγορῆς ἢ εἰς οὐρανὸν
& πωλῆται τὸ δόγμα. Describit scilicet ibi hominem
qui à culturâ agrotum ad mercaturam toto animi
impetu se conuertit, ac proinde nil nisi foras cogitat
: ita vocat Scriptor ille, πωλῆται δόγμα.

¶ His ita constitutis Honorius deinceps hanc
constitutione Patronorum fidem tum præmiis, tum
& pœnarum metu deuincit : nempe Comitium
tertij Ordinis ; (de quâ dixi supr. lib.6. de qua
etiam l. prox. infr.) pro præmio, bene defuncto
per quinquennium patronatu, defert : ita qui-

dem vt nolit id specialiter à se postulari, verum
in commune id deferat generali hoc beneficio:
pariter vt defertur l. prox. infr. ab eodem Hono-
rio tribus Principalibus Suariorum & Pecuarior-
um. Quod genus indulti obseruandum est : quo
vi constitutionis & ex generali indulto, seu pri-
uilegio legis, non ex specialibus Codicillis hono-
res cumulantur, tribuuntur. Contrâ, fraudulento
bonorum proscriptionem minitatur, & pistrini
pœnam, sic vt postrema in eo munia & vilissima
subire necesse habeat : ita enim hæc verba accipi
possunt, ad pistrini etiam munia prima reuocetur:
prima scilicet quæ prima ingredientis, & sic in-
fima, vltima, pessima. Sed & hoc Patronis hæc leg.
defert : vt in tres primos Patronos singulorum
Corporum, delinquentes iurisdictionem adimat
Præfecto annonæ Urbis Romæ, tribuat soli Præ-
fecto Urbis. Nempe cum duo hi Magistratus
Annonæ Urbicæ præessent ; ille tamen sub huius
dispositione positus erat, quod etiam ex Notitiâ
Imperij discere est, longè Præfecto Urbis inferiori
cui proinde Præfecto Urbis iurisdictione criminalis
in tres primos Patronos Corporum horum
annonæ deseruientium tribuitur, non verò Præ-
fecto annonæ. Quæ fori competentis priuilegiati
species notanda est.

X. * Idem AA. Palladio PE. P.



VARIIS pecuarii iungantur : Sub hac tamen condicione decreti, corpora
volumus miscere, vt, rescissis priuilegiis quæ impetrasse dicuntur, mixtæ
corporum vicēs alternis fungantur officiis. Quibus cum lege concedimus,
vt corpora externa iungamus, è re est, vt his quoque suas reddi iubeamus
personas ; quas, rescissis omnium priuilegiis, vinculis, gratiosis sententiis (si quas in
abolitionem genuinæ functionis callida fraude meruerunt) restitui cum facultatibus
suis, posthabita dilatione. ¶ Nulla tamen eos corporis iniuriæ formido percellat.
Nam præcipimus, vt tres huius corporis Principales certi ordinis Comitium re-
cipiant : quam sibi non iam ex codicillis nostris, sed ex priuilegio latæ legis adsumant.
¶ Per quinque autem menses quinas in obsoniis libras carnis possessor accipiat, ne
per minutias exigui ponderis amplius fraus occulta decerpatur. ¶ Possessores quoque,
qui pro larido millenos denarios in vicenis libris solebant conferre, Suariis in pretio ex-
soluant. ¶ Primi scrinij quoque, tam Inlustr. Urbane sedis, quam Spectabilis Vi-
carie potestatis, nisi anno militiæ finalis institerit, ad supplendam summam præteritæ
dissimulationis attentur : vt ex propriis facultatibus debita Suariæ functionis exsoluant
quæ neglexerunt flagitare, dum militabant, priuilegia etiam militiæ perdituri. ¶ Qua-
tuor millia sanè obsoniorum, amputatis superfluis, ac Domus nostræ perceptionibus,
diurna, Sublimitas Tua decernat, quibus copiis Populus animetur. Dat. iv. Kalend.
Aug. Rau. Monaxio & Plinta c o s s. [419.]

NOTÆ.

* Abest hac lex à Cod. Justin.
¶ Palladius PP. Italiae sub Honorio : vid. Profopogr.
¶ antea dissociata, distincta.
¶ Originalis, facias, vel quid tale, supplendum.
¶ 20. Tertij : vid. & l. prox. supr.
¶ Similiter l. 9. prox. supr. vbi dixi.
¶ per 150. dies Nouellâ Valentiniâni de Suariis : inter Theodosianus 39.
¶ 20. à possessore.
¶ 20. accipiant : nisi malimus, possessor appendat.
¶ 20. institutus.
¶ Primi scrinij huius in officio Præfecti Urbis fit quoque mentio in Notitiâ Imperij : nulla Primi scrinij Vicarij Urbis
quod tamen rursus pertinet l. 2. supr. de executoribus : vbi dixi.
¶ Romana.

COMMENTARIUS.

OSTREMA hanc constitutione, Honorius
non tantum de Suariis quædam disponit, ve-
rum in vniuersum CARNIS exactioni & præbi-

tionis quæ populo Romano gratuita exhibebatur,
variis rationibus consultum ut : Anno D.419. pro
statu videlicet Urbis Romæ, qualis tum erat,
haud

haud adeò populosa, post Gothicam videlicet
vastationem : de quâ Urbis Romæ infrequen-
tiâ, dixi iam ad l. vlt. supr. de priuileg. Corporat. V. R.
dicam adhuc ad l. 2. infr. de Collegiis.

Primo igitur capite ex duobus Corporibus
Suariorum & Pecuariorum, vnum Corpus mis-
cellum facit : sic vt per vices, mixtis ita Cor-
poribus, officiis eos fungi velit : cum antea ex-
terna, seu distincta essent Corpora : nempe enim
Suarij (idèmq; Porcinarij) suillæ carni exi-
gendæ, erogandæ præerant : Pecuarij ouillæ,
veruecinæ, &c. quæ & ipsa populo Romano
erogabatur. Sanè Nouellâ Valentiniâni inter Theo-
dosianus 39. de Suariis, fit quoque mentio huius
Pecuarij Corporis & præstationis : sed & Boarij,
ab vtroque defuncti. Secundò, Replendo huic
mixto iam Corpori, reuocari iubet omnes, qui
vel priuilegiis, vel vinculis, gratiosis sententiis
ab hac functione immunes facti fuerant. Vinculis
inquam, in coniugij ratione ; nempe neque
coniugio cum externa persona conditio euita-
tur : de quo alibi sapè : Ita coniunctionum vin-
cula, l. 3. ad SC. Claud. Tertio tamen loco, pri-
uilegium immunitatis à corporalibus iniuriis his
conseruat : pariter vt Valentiniâni Nouella in-
ter Theodosianus de Suariis 39. circa fin. Quinimò,
Quarto loco, tribus Principalibus (qui aliâs
Patroni dicti, & de quibus l. superiore) Tertij
ordinis Comitium simul & semel hanc genera-
li constitutione, sic vt eam specialiter petere nil
necesse habeant, tribuit. Quod ipsum priuile-
gium est, quod idem Honorius tribuebat su-
periore lege 9. Patronis Caudicatorum & Men-
forum Portuencium. Et hæc de Suariorum & Pe-
cuariorum Corpore, eorumque priuilegiis.


Sequitur secunda huius leg. pars de Carnis ipsius
Exactiōnis & erogationis modo. Quæ quidem
Obsoniorum appellatione hinc duobus locis de-
signatur : Nempè obsonium est, χορνια seu præ-
bitio annonæ, ac nominatim carniū : ὀψώνιον,
Diarium Gloss. Cyvilli : Lucilius.

— Manissa obsonia vincit.

Gregorius Nazianzenus in Iulianum : ὀψώνιον τὸ
βασιλικὸν σιτηρέσιον, ἢ εἰ σαρκώδεις ἐν νόμῳ τοῦ
ἀξιωματικοῦ δουλεύει. Paulus quoque ad Romanos cap. 6.
v. vltim. τὰ δὲ ὀψώνια τῆς ἀμαρτίας δουλεύει. Vbi
fortè vertendum obsonia, non stipendia, vel au-
toramenta. Et sic ad stipendium obsonij vox
traducta. Hæc ipsâ voce vtitur in eadem te Va-
lentiniâni d. Nouella 39. & Cassiodorus l. 2. var. 1.
ad Petram erogatorem obsoniorum. Quoad ex-
actiōnis modum igitur atinet. 1. Pnâ pensione
seu solutione quinque mensium præstationem
fieri vult Honorius : Nempè, ne per minutias exi-
guit ponderis amplius fraus occulta decerpatur. Scilicet
etiâ, quod dicitur Nouellâ Theodosij 33. de reuocatis,
multò sit onerosius simul & in aggere coacernatam
soluere quantitatem quàm particulatim red-
dere quod debetur, at tamen vbi libræ examine

res modicæ transiguntur, fatius est multè pro
collatoribus & debitoribus, quod debetur in
aggere solui : nam quod per minutias appenditur,
facilius per tempora & minutias exigui ponderis
superexactioni subiacer.

Cæterum duo hinc valdè notanda : Primum quod
dicitur, Per quinque menses : scilicet caro præ-
bita populo Romano in anno per quinque men-
ses : seu (quod idem est, computatis scilicet Iu-
risconsultorum & Romanorum more in singu-
los menses 30. diebus) per centum quinquagin-
ta dies : Quod docet d. Nouella Valentiniâni
Ita vt, inquit, centum quinquaginta diebus, obso-
niorum præbitionem sine vllâ causatione singulis an-
nis à se nouerim procuradam. Secundò obseruan-
dum, Quinas libras obsonij per quinque men-
ses à possessoribus solutas, & sic singulas li-
bras in singulos menses. Et hæc de ipsorum ob-
soniorum exactiōne. Est & vbi non ipsa caro,
non laridum exigebatur, verum adaratio, id
est, pretium eius loco : adarationi autem mo-
dus hic qui & antea statuitur : nempe vt pro
vicenis libris, mille denarij exoluenterentur, id
est, sexta pars solidi : ac proinde pro 120. li-
bris, solidus. Helychius τὸ κέρδιον [id est, dena-
rius] ἕξακκοχίδιο τακάρου (id est solidi) Cassio-
dorus 1. epist. 10. Sex millia denariorum solidum
esse voluerunt. Verum aucta postea æstimatio so-
lidi Nouellâ Valentiniâni inter Theodosianus 25.
Exinde Honorius Primi scrinij Præfecti Urbis,
& Vicarij Urbis, de quibus rursus l. 1. supr. de
executoribus, pœnam minitatur, nisi huic ex-
actiōni institerint. Primi scriniorum Præfecti Ur-
bis meminit quoque Symmachus lib. 10. epist. 47.
& Aucarij epist. 21. vt & Notitiâ Imperij. Ac no-
minatim d. epist. 47. ostendit pariter vt hæc leg.
Primi scrinij Urbani officij sollicitudinis fuisse
exactiōnem. Nouissimè in cœlum relatus Germa-
nus Clementia Tus, eum ipsam Basilium cum ha-
beret appositum qui personis Iudicum non pepercit,
Primerios Urbani officij, quorum sollicitudo per
successiones exigenda curauit [reliqua arcæ vinar-
riæ] vel soluendo nomini vel edenda rationi fe-
cit obnoxios. Postremo loco quot obsonia diurna
populo Romano præberi oporteat, resca-
tis superfluis, & Domus Principis perceptio-
nibus, definit : nempe, quatuor millia tantum.
Quod vtiq; ostendit, quòd Urbis Roma pro-
lapta hæc tempestate fuerit, quàmque ciuibus
exhausta : cum & antea longè maior seu am-
plior obsoniorum modus fuerit. Sanè postea Va-
lentiniâni Tertius, d. Nouella sua 39. ait ; quan-
tatem obsoniorum annuam collectam in tri-
cies sexties centenis viginti octo millibus libris
eum duarum decimarum ratione : Nous diuions
trente six millions vingt & huit mille livres de chair,
362800. Quare in singulos dies erogata fuerint
24086 2/3. libræ.



DE MANCIPIBUS THERMARVM VRBIS ET SUBVECTIONE LIGNORVM.

TITVLVS V.

Abest hic *titulus* à *Cod. Iustin.* Huic proximè accedit *Titulus 16. de Mancipibus, lib. 12. supr.* qui est de *Mancipibus pistorinorum*: de quibus & *l. 18. supr. de Pistorib.* & *lex 2. 3. infr. de frum. Urbis Constantinop.* *lex 4. supr. de executorib. lex unic. Cod. de Pistoribus.*

PARATILON.



HERMÆ Rubr. & *l. unic. hoc tit. & l. 131. supr. de Decurionib. l. 32. 50. infr. de operibus publicis*: quæ & *Balnea* dicuntur, *l. 1. 2. supr. ne Comitibus & Tribunis lauacra*: *l. 3. infr. de aqueductu*: Lauacra, *d. l. 3. de aqueductu*: *l. ultim. supr. de custod. reor. d. tit. ne Comitibus & Trib. lauacra*: *l. 52. infr. de operibus publicis*: *l. 10. infr. de Paganis*: *l. 3. supr. de Conlat. donatar. l. 3. supr. de Nauiculariis*: (apud Ammianum sæpè, neque vix aliter) in orbe Romano non tantùm Priuatæ fuerunt, de quibus agitur *d. l. 1. ne Comitibus & Tribunis lauacra*: & *d. l. 3. infr. de aqueductu*: quæ Priuatæ appellatione significantur, *l. 12. supr. de metatis*: verùm etiam publicæ quædam in præcipuis Orbis Romani Urbibus: veluti in Vrbe Roma, populi Romani, de quibus est hic *titulus*: & *d. l. 3. supr. de Conlat. donatarum* (λαρεὰ δημόσια, Olympiodoro apud Photium) in Vrbe Constantinopolitana: de quibus *d. l. 50. & 52. infr. de operibus publicis*: (vbi nominatim inter alias fuerunt lauacrum Zeuxippi: de quo *l. 52. infr. de operibus publicis*: Thermæ Honorianæ, de quibus *l. 50. infr. de operibus publicis*:) in vrbe Antiochenâ, *d. l. 131. supr. de Decurionibus*: (& Ammianus Marcellinus principio libri 31.)

¶ Thermæ hæ publicæ ita extructæ fermè eant, vt ea Porticus præcurrerent, vt ostendunt *d. lex 50. & 52. infr. de operibus publicis*: & Ammianus Marcellinus *fine libri 29.* & Lampridius *Alex. Severo p. 183.*) Erantque simulachris ornatæ, *l. 20 de Paganis.*

¶ Ad has Thermas publicas opus erat his tribus: Luminaribus, Calefactione seu Lignis, & Mancipibus. *Luminaria* colligebantur ex pensionibus domorum, quæ à priuatis in porticibus Thermarum extructæ erant, *d. l. 52. infr. de operibus publicis*. Ad calefaciendas Thermas, seu ad subuectionem Thermarum, *l. 32. infr. de operibus publicis*: *πὲρ ἐγνασῶν*, Græci; seu ad ligna, alibi pars aliqua ex redditibus ciuitatum administrabatur, *d. l. 32. & d. l. 131. supr. de Decurionib.* alibi, Prouinciales (veluti Teracinenfes ad Urbis Romæ thermas, vt docet Symmachus *lib. 10. epist. 59.*) ligna lauacris subministrabant, veluti Africani, ad Urbis Romæ Thermas *l. 10. supr. de Nauicular.* alibi, syluæ ad id destinatæ erant: vid. Aggenum Urbicum *p. 76.*

¶ Horum lignorum Subuectioni, Rubr. *hoc tit.* seu lignis his comportandis, huic lignorum functioni, certa quædam Corpora obnoxia erant, teste Symmacho *lib. 10. epist. 27. & 58.* vt putà Nauicularij Africani ad Portum Urbis Romæ vsque *l. 10. supr. de Nauicular.* inde alij lintrones & nauicularij, à Portu, Romam; *l. 13. d. tit. de Nauiculariis*: & Symmachus *lib. 10. d. epist. 58.*

¶ Curam harum Thermarum gerebant, seu Thermarum exhibitionem curabant Rubr. & *l. unic. hoc tit. & l. 3. supr. de conlat. donatar.* lauacra hæc exercebant, Symmachus in *Auctario*. Vrenda lauacris ligna comportabant, Symmachus *lib. 10. epist. 27.* quidam, qui *Mancipes Thermarum* dicebantur: de quibus est hic *titulus*, & *lex 3. supr. de conlat. donatarum*: & fortè *lex unic. supr. de Mancipibus*: *lib. 12.* Quibus inuicem Salinarum exercitium & compendium Romæ relinquebatur, *hæc leg. vn. & d. l. 3.* de quo mox plura. Et quidem sic, vt ab extraordinariis collationibus harum salinarum nomine immunes essent, *d. l. 3.*

I. * Imp. VALENTINIANVS & Valens" AA. ad Olybrium P. V."

QUID QUID erga Mancipes, qui Thermarum exhibitionem Romæ curant, in exercitio compendiisque Salinarum, scitis + priorum Principum cautum est, æternâ sanctione firmamus. Dat. III. Non. April. Triu. Valentiniano & Valente" COSS.

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à *Cod. Iust.* Iungenda ei est, vt puto, *lex 9. supr. de Pistoribus*: & *lex 9. supr. de pœnib.*
 "Inscribendi hi Imp. Valentinianus Valens & Gratianus, vt in sequentibus ostenditur.
 "Olybrius P. V. Romæ sub Valentiniano Sen.
 "Hic Olybrius, post Viuentium & Prætextatum (qui Præfcti Urbis fuerunt Anno Domini 367.) Anno demum 368. P. V. factus est: vt plucibus ostendi ad *d. l. 9. supr. de Pistoribus*: vid Ammianum, *lib. 28. p. 383.* & *Prosopogr.*
 "Siluarum, hic nonnulli malè conantur.
 "Nota Constitutiones Imperatorum qui ante Valentinianum, de compendio Salinarum Mancipibus Thermarum tributo.
 "111. Kal. April. *d. l. 9. de Pistorib.* 111. Id. April. *d. l. 9. de pœnib.*
 "29. 11. id est, Anno Domini 368. vt liquet ex Olybrij Præfectura, & *Treuerica* Urbis subscriptione, vbi Valentinianus primùm sine Anni 367. & Anno 368. constitit, nondum Anno 365. de quo plura ad *d. l. 9. de Pistoribus*: & in *Chronologia.*

COMMENTARIVS.

MANCIPIBUS Thermarum Romæ (seu Balnearum, quæ in *Veteri Urbis Roma* descriptione colliguntur, 356.) qui scilicet exhibitionem Thermarum curabant, (de quibus in *Paratilo*, & de quibus præterea agitur *l. 3. supr. de conlat. donatarum*.) Exercitium Salinarum quoque competebar, iidemque aded & Mancipes Salinarum, & Mancipes Thermarum erant. Quod præter hanc leg. & *d. l. 3.* docet *tribus locis* Symmachus: In genere equidem *lib. 9. epist. 96. Iuandi sunt Mancipes Salinarum, qui splendori atque vsui patriæ communis inseruiunt.* Sed expressiùs *lib. 10. epist. 58. Mancipes Salinarum, Nauicularios, æquè lignorum functioni obnoxios, ad parrem sollicitudinem vocare cœperunt, vt vtriusque corporis cura coniuncta indiscretum munus agnosceret.* Et expressiùs, Auctarij *epist. 19. Totis viribus adiuvandi sunt communis Patriæ* [id est, Urbis Romæ] *Corporati, præcipuè Mancipes Salinarum, qui exercent lauacra lignorum præbitione.* Iidem ergo & Mancipes Thermarum, & Mancipes Salinarum erant: imò quia Mancipes Thermarum, idè iidem & Mancipes Salinarum erant, seu exercitium Salinarum his iure scitisque Principum anteriorum competebar, vt hæc lex probat, & *d. l. 3.* Quinimò neque nudum tantùm exercitium, sed & compendium in his Salinis quoddam anteriorum iam ante Valentinianum

Sen. Principum constitutionibus tributum fuit: vt hæc ipsa lex docet: Quâ causâ sanè Salinæ hæ ipsæ *populi Romani lauacris inseruire* dicuntur *dist. l. 3. supr. de conlat. donatar.* quia scilicet Mancipes qui populi Romani lauacris inseruebant, ex his compendium aliquod faciebant, Et quidem ita, vt earum Salinarum nomine ab extraordinariis collationibus immunes fuerint *dist. l. 3.* quod & ipsum testatur Symmachus *lib. 10. epist. 27.* Valentinianus igitur Corporatorum Urbis Romæ curâ hoc tempore susceptâ, & quidem inter alios, pistorum, *l. 9. supr. de pœnib.* Catabolensium, *l. 9. supr. de Pistoribus*: (quas duas leges huic iungendas censo:) Mancipium Thermarum quoque utilitati hæc leg. consultum iuit: confirmato iis Salinarum exercitio & compendio, atque aded confirmatis vetustiorum ante se Principum super eo constitutionibus, quæ nusquam occurrunt: cùm videlicet paulò ante hæc privilegia turbassent. Idque ad Relationem Olybrij Præfcti Urbis (cui hæc lex inscribitur:) qui, quod Ammianus Marcellinus testatur *lib. 28. p. 396. fisci lucra vnde poterat circumcidit, iustorum distinctor & arbiter plenus, in subiectis admodum temperatus.* ¶ Porro Salinæ, quarum hæc leg. mentio fit Romæ fuere, ad portam Trigeminam, vndecimâ Urbis regione, vt docet Frontinus *lib. de Aquaductibus* & P. Victor in *descrip. V. R.*

DE CALCIS COCTORIBVS

VRBIS ROMÆ ET CONSTANTINOP.

TITVLVS VI.

Adest hic *Titulus* à *Codice Iustiniano*.

"Item de Calcis collatione, l. 3. de non vsurpanda Calce, l. 4. de fornacibus calcariis, l. ultim. De Præposito Calcis formulam habet Cassiodorus 7. var. 17. ad Urbis Romæ moenia.

PARATITLON.



CALCIS coctorum ad Urbis Romæ & Constantinopoleos vsus certum quoque Corpus fuit: vt præter *Rubricam*, nexumque *huius tituli* cum *superioribus*, docet *lex 1. 2. & 3. hoc tit.* qui & *Calcarientes* dicuntur *l. 37. supr. de Decurionib.* quos coctio calcis manebat, *l. 2.* Neque enim Iudicibus eorumve officiis excoquendæ calcis in Diocesi Urbis Romæ licentia erat, *d. l. 3.* Erant etiam *Veſturarij*, vt vocantur *l. 1. & 2. seu vectores l. 1.* qui scilicet calcem Romam deuehebant. His calcis coctoribus & veſturariis, possessiones quædam, in Quatuor regionibus, certam vini quantitatem, quæ definitur *l. 1.* vel sanè Solidorum, quæ *l. 3.* statuitur, præstare debebant: vt & veſturariis, trecentos boues, *d. l. 1.* (vnde *Cespes Calcarius* & *Veſturarius* dicitur, in *Nouellâ Valentiniani inter Theodosianas de pantapolis 43. in fin.*) Priuilegia etiam iis quædam competierunt, veluti immunitatis ab extraordinariis muneribus, *l. 2.*

¶ Porro obseruandum, **CALCEM** ad statum Urbis reformandum *l. 3.* moenibus fabricationique Romanæ, *l. 4.* seu moenium publicorum, *d. l. 3.* Urbis Romæ, *Rubr. Urbis æternæ, l. 1.* venerabilis, *l. 4.* dignitati *d. l. 3.* reparandis moenibus *Symmachus lib. 10. ep. 53.* item formis, id est aquæductibus, & fartistecis, *d. l. 3.* ex certis regionibus collatam: Purâ ex quatuor regionibus (suburbicariis scilicet) *l. 1.* quo numero fuit Tuscia, *d. l. 3.* & Campaniæ pars, *diēt. l. 3.* sicut prædia huic præstationi certa obnoxia essent, *d. l. 1.* vt ecce Curiales Tuscici, 900. vehes calcis inferre singulis annis cogebantur, *d. l. 3.* & Terracinenſes certum calcis canonem Fari ac Portus vsibus præbebant, *d. l. 3.* ¶ Et hæc quidem de Calcis coctione, & collatione, ad Urbis Romæ vsus. Alia enim est excoctio calcis, de qua *l. 3. & 4. supr. de Decurionib. & silentiariis: & l. 15. 18. supr. de extraordin. vel de sordidis muneribus:* quæ videlicet in Prouinciis extra ordinem pro Reipubl. necessitate exigebatur.

¶ Tandem, duo præterea *hoc titulo* circa calcem statuntur: 1. Vt ne aliquid vsurpare liceat ex calce vel cementis, in vsus Urbis Romæ destinatis, nequidem ex Rescripto seu indulgentia Principis, nisi quid moenibus & fabricationi Romanæ superfluat, *l. 4.* Item definitur, à quibus locis fornaces calcariæ in Vrbe Constantinopol. submoueri debeant, *l. 5. seu ult.*

I. * Imp. CONSTANTIVS A. ad Orfitum" p. v.



X omnibus prædiis, quæ iamdudum" præstationi calcis cœperunt obnoxia adineri, Coctoribus calcis per ternas vehes singulæ amphoræ vini præbeantur: Veſturariis verò, amphora, per bina milia & nungenta pondulo calcis. ¶ Quinetiam volumus, non personas, sed ipsos fundos titulo huius præstationis adstringi. ¶ Veſturarios" etiam ex Quatuor Regionibus trecentos boues præcipimus dari. Dat. vi. 11. Kal. April. Eusebio & Hypatio c o s s. [359.]

NOTÆ.

* Absunt huius tituli *leges* omnes à *Cod. Iustin.*

* *Orfitus* P. V. Romæ sub Constantio: vid. *Proſopogr.* De eodem in eodem argumento arca vinarie, & impensarum in opera publica, *Symmachus* gener ipsius, *lib. 9. epist. 121. & lib. 10. epist. 47.*

"*36. veſturariis.*

COMMENTARIVS.

DE MERCEDE seu SALARIO Calcis ad Urbis Romæ vsus coctorum, & veſturariorum est hæc Constantij Imp. constitutio data Anno D. 359. ad Orfitum P. V. Quid scilicet & quantum his præstari debeat, ad cocturam, & veſturam calcis, in vsus Urbis Romæ destinata: præstari inquam, ex prædiis seu fundis. Fuit enim hoc præstationis genus, cui prædia nonnulla obnoxia iam olim facta sunt; vnde *Cespes Calcarius* & *Veſturarius* dicitur *Nouellâ Valentiniani inter Theodosianas de pantapolis 43. in fin.* Ita quidem, vt Constantius hæc leg. velit, non personas, sed ipsos fundos titulo seu necessitati huius præstationis adstringi: Sic vt nullo personali priuilegio ab hæc præstatione quisquam horum fundorum possessor immunis esse possit. In quibus autem Regionibus hæc prædia fuerint, mox inquiram. ¶ Mercedis igitur Salarij modum hunc statuit Constantius: videlicet, vt Coctoribus calcis à possessoribus horum prædiorum, in ternas vehes: veſturariis verò in 2900. pondulo calcis, singulæ vini amphoræ præstentur. Quod vt immutatum à Valentiniano Seniore fuerit, docebit *lex 3. infr.*

¶ **VEHES**, hæc leg. & *d. l. 3. infr.* (vbi & *onera* vocantur) itémque *vehatio*, plauſtri genus fuere: vt docet vel *Festus in v. Veba*, *Olco* vocabulo. Et quidem ex duplicis generis: maiores & minores, vt docet *d. lex 3. infr.* Quid verò & quantum ceperit vehis vna, videndum. Vehem sceni largè onustam memorat *Plinius lib. 36. cap. 15. Columella lib. 2. Iugerum*, inquit, *desiderat, quod spissius stercoreatur, vehes quatuor & viginti, quod rariùs duodeviginti.* Idem *lib. 11. cap. 2. Materia si roborea est, ab uno fabro dolari ad unguem debet, per quadratos pedes viginti: hæc, est vehis vna.* Ex quibus apparet, vehem nil aliud fuisse, quam plauſtri onus: *vne chartæ*, & quidem, vt ex *fine huius legis* colligo, quantum procelo bouum vehebatur.

¶ **AMPHORA**, & quidem vini, cuius multa mentio in *libris Iuris* duas vnas capiebat, vt *Columella* scribit *lib. 20. cap. 12. seu 48. Sextarios*, vt *Volusius Maternianus de assè*, & *Festus in v. Quadrantal*. Eademque Amphora, iisdem Auctoribus *Quadrantal* vocabatur. Sextarium *Budæus* comparabat cum *Pinta Parisina*: sanè Sextarius diæta siue dimensum vnus cœnæ. *Horatius, vini Sextarius.* *Vopiscus de Tacito patricissimo. Ipse fuit vitæ parcissimus, ita vt Sextarium vini die tota nunquam potauerit, sæpè intra heminam.* At Duo Sextarij liberalioris inuitationis: quos *Augustus* cum liberaliùs se inuitabat, non excedebat, teste *Suetonio*: verum de sextario infra plenè *l. ultim. de anoniis ciuicis.*

¶ Ad rem. Igitur, calcis coctoribus in singulas vehes sedecim sextarios dari voluit Constantius: in ternas amphoram integram, & sic 48. sextarios: veſturariis verò amphoram per 2900. pondulo calcis. Ergo in specie vini soluebatur merces seu salarium calcis coctoribus & veſturariis. (Quod immutatum postea à Valentiniano *l. 3. infr.* Quod vinum exactum in arcam vinariam, quæ in id peculiaris erat, referebatur, & exinde rursum erogabatur: Cuius arca vinarie mentio fit apud *Symmachum lib. 9. ep. 121. lib. 10. ep. 42. 47.* Eaque sub dispositione Præfecti Urbis fuit: vt præter *hanc leg.* docet *Symmachus: d. epist. 121. & 47.* ac nominatim fuit ea sub dispositione *Orfiti P. V.* cui hæc *lex* ipsa inscribitur, vt idem testatur *d. ep. 121. & 47.* De quo plura ad *l. 2. infr.*

Tom. V.

Et hæc de mercede seu de salario calcis coctorum & veſturariorum. At veſturariis insuper specialim trecentos boues dari iubet *hæc leg. Constantius*, scilicet ad veſturam faciendam: & quidem ex Quatuor Regionibus. In quas nunc paulò amplius inquirendum est. Sanè vel solâ *huius legis* inscriptione duce apparet, hæc Regiones sub dispositione Præfecti Urbis fuisse: quandoquidem hæc *lex* Orfito Præfecto Urbis inscribitur. Vnde rursum apparet, eas intra Diocesim Urbis Romæ querendas esse; ac proinde intra centesimum milliarium, quæ vtrique Præfecti Urbis Diocesis fuit omnium confessio. Qui vel vni rationationi adquirecere non potest, nisi qui inscriptionem *huius legis* eiusque hæc in re pondus vel attendere nesciunt, vel nolunt. Neque quicquam contra moueatur, quod de bouum præstatione hic agitur, quæ *Lucania* alioquin & *Brittio* imminerebat, vt pote summâ ibi bouum pecoris vbertate, de quo iam dixi *ad veterem Orbis descriptionem, c. 41.* Idque etiam probare videtur, *Nouella de Suarist* Neque enim hic agitur de collatione bouum ordinariâ tributorum nomine, verum de præstatione in vsus tantum calcariorum & veſturariorum, & quidem paucorum numero; puta trecentorum: Forrè etiam momentaneâ collatione, ad opetis alicuius instantis, Romæ fabricam. Et verò hoc tempore *Obeliscus* à *Constantio Romæ* erectus, & quidem sub hoc ipso *Orphito Præfecto Urbis* secundum: de quo *Ammianus Marcellinus lib. 6. p. 78. & lib. 17. p. 98.* vbi ait, eum ex vicò *Alexandri*, tertio lapide ab vrbe *Chamulcis* impositum tractumque lenius per Ostiensem portam piscinamque publicam *Circo Maximo* illatum: vbi *χαμυλλίς*, seu *χαμύλλιον* est carpenti humilis genus *ἀπὸ τῆς χαμύλλης*, quod proculdubio bouum pro telo tractum. Verum ad rem. *Huius legis* Inscriptione quoque inspectâ semel, apparet nihil in eâ supplendum, quomodo quidam ita suppleant, ex *Quatuor Urbis Regionibus* vel *suburb.* quandoquidem id satis intelligitur ex ipsâ Inscriptione, nempe Quatuor regiones eas intelligi oportere, quæ sub P. V. fuerunt, atque aded vrbicarias. Haud aliter atque si constitutionem mihi poneret quæ *Rationali* inscriberetur, & in eâ *leg. Trium* Prouinciatarum mentio fieret, eo ipso satis intelligeretur, tres has Prouincias esse, quæ *Rationali* Trium Prouinciatarum suberat, id est, *Sardiniam*, *Siciliam*, *Corficam*. Vel si constitutionem mihi daret, quæ *Vicario* inscriberetur, & in eâ *leg. septem* Prouinciatarum mentio fieret, ilicò sublimetatem, eas esse quæ *Vicario* septem Prouinciatarum suberant. Omitto alia similia.

¶ Illud ex superioribus incunctanter apparet, errorem esse viri alioquin doctissimi, qui Regiones ipsius Urbis Romæ hic intelligebat, ac proinde hic reponendum putabat ex *Quatuordecim Regionibus*: Nam præter fidem huius lectionis, quam emendatione percellere nil arinet, & collatio in genere, & hæc specialis vini bouumque præstatio in ciues Romanos non cadit: quadra optime extra urbem positus prædiorum possessoribus, imò prædiis & fundis ipsis, vt & ex *hac totâ lege* videre est. His igitur iam argumentis apparet, Regiones *Vrbicarias* hic indicari: quarum etiam, quod notari cupio, prima seu antiquissima omnium mentio his ipsis Consulibus, *Eusebio*, inquam & *Hypatio Coss.* occurrit, in *l. 9. supr. de extraordinariis*, quarum originam repeto ex *Constantij* instituto

A a

instituto

instituto ante biennium, cuius pars occurrit, l. 27. *Supr. de appellationib.* quæ duo nondum in argumento vrbicariarum regionum à quoquam notata sunt: quomodo & ipse primus Quatuor regiones de quibus *hæc leg.* agitur, de vrbicariis accipiendas iam olim notauit. Quod verò harum Quatuor regionum vrbicariarum nomina attinet, de eo alibi dixi: refutatis iis qui *Vmbros*,

Picentes, Campanos, Tuscos numerant, quomodo Pancirolus voluit: ut & iis qui Vale-riam in eo censu ponunt, vel Vmbros: Symmachus certe d. *epist.* 127. & 47. clarè Campaniam & Hetruriam seu Tusciam hoc numero fuisse testatur, in eodem ipso argumento impensarum in opera publica & vini prohibitionis versans, de quo eodem Oratio P.V. cui *hæc lex* inscribitur, agens.

II. * Imp. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Symmachum P.V.



RATIO nostra immunitatem eorum quos coctio calcis manet, & Vecturariorum, est euidenter amplexa. Quæcumque igitur extraordinariorum priscâ adque inueteratâ consuetudine huiusmodi fortis homines antea sunt adepti, nunc quoque, ad leniendum opus quod sustinent publici muneris, consequantur. Dat. v. i. Id. Iun. Naisso, diuo Iouiano & Varronia-
no COS S. [364.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Justin. Iungenda autem ei lex 5. 6. *Supr. de Pistoribus: lex 1. Infr. de Canone frum. P. R. lex vnic. Infr. de saccar. Portus: lex 12. Supr. de operib. publ. Imò & emendato die lex 5. Supr. de panis.*
† Oratio Valentiniiani Sen. ad Senatum, de immunitate Calcis coctorum & Vecturariorum, cuius nullam alibi vestigiū extat.
"id est, suâ generalitate comprehendit.
"De extraordinariis muneribus suo rit. *Supr. lib. 11.*
"Adapti, id est, donati immunitate.
"p. omis.

COMMENTARIVS.

MMVNES ab extraordinariis muneribus priscâ, arque inueteratâ consuetudine erant calcis coctores & Vecturarij (pariter vt alij Corpôrati Vrbis Romæ: de quo, *tit. de priuile. Corpôr.*) Hanc verò immunitatem, cum de eâ dubitari cœpisset, cuiusdam orationis occasione, quam ad Senatum V. R. miserat, (de cuiusmodi orationibus Principum ad Senatum alibi dictum:) Valentinianus hæc constitutione suâ Anno D. 364. eam confirmat: Quæ quidem prolixæ constitutionis ad Symmachum P. V. pars est, vnâ cum l. 5. 6. *Supr. de Pistoribus: l. 1. Infr. de Canone frum. P. R. l. vnic. Infr. de saccar. Portus Roma: l. 12. Supr. de operibus publicis.* Imò & lege 5. *Supr. de panis:* quæ omnes huic iungendæ sunt, velut vnus & eiusdem Constitutionis partes: Quæ quidem Valentinianus in vniuersum Annonæ Vrbis Romæ enixe prospectum iuit, variis rationibus: Tum vt panis populo Romano bonus ministraretur: quod pertinet d. *lex 1. Infr. de Canone frum. P. R.* & pars d. *legis 12. Infr. de operibus publicis:* tum pistorum, qui annonæ publicæ seu panificio seruebant, Corpôrati prouidendo: quod pertinet d. *lex 5. 6. Supr. de Pistoribus: & d. lex 5. Supr. de panis:* tum comportationi annonæ, quod spectat d. *l. vnic. Infr. de saccar. Portus Roma:* denique horreorum, vbi annonæ reconditur, quod pertinet apertissimè potissimè pars d. *legis 12. Infr. de operibus publicis:* eodémque pertinere autumo hæc legem nostram. Id enim malo, argumento

tot legum illarum, quam vt credam pertinere eam ad reparationem Templi Apollinis Palatini, quod superiore Anno 14. *Kalend. April.* conflagrâsse Auctor est Ammianus *lib. 23. pag. 258.* vel ad Pontis ambitiosi & firmissimi, quem Symmachus (cui *hæc lex* inscribitur) ipse condidit, & magnâ ciuium lætitiâ dedicauit, vt testatur Ammianus *lib. 27. p. 360.* Sanè in genere, cum ea de Calcis coctoribus & Vecturariis agat, ad operum publicorum fabricam pertinere eam palam subiacet. Quinimò si vltima *huius leg.* verba re-çlè habent, cuiusdam insignis Operis fabrica, quod tum excitabatur vel reparabatur, designari videatur, quod huic constitutioni occasionem dederit. Nunc quoque, inquit, ad leniendum OPS quod sustinent publici muneris, consequantur: Verùm etsi cuiusdam operis fabricam huic leg. occasionem præbuisse censeam, artamen in postremis his verbis omninò legendam ad leniendum omis. Ad summam, annonæ vrbicæ hæc leg. non minùs quàm cæteris illis Constitutionis suæ partibus Valentinianus consulere censeo: cui Symmachus P. V. cui *hæc lex* inscribitur, maximè consultum voluit. Quod pertinet Symmachi istius elogium apud Ammianum Marcellinum, *lib. 27. p. 360. Symmachus* (inquit) *Aproniano successit* [in Præfecturâ Vrbis scilicet] *quo instante Vrbis sacratissima otia COPPIIS QVE* (id est, annonæ) abundantiâ subito fruebatur.

III. * Idem AA. ad Volusianum v. c. Vic."



TATVM Vrbis Æternæ reformare cupientes, ac prouidere publicorum mœnium dignitati, iubemus, vt calcis coctoribus, vectoribusque, per singulas vehes singuli solidi præbeantur: Ex quibus tres partes inferant possessores, quarta ex eius vini pretium sumatur, quod consuevit ex Arca vinaria ministrari. Illud addentes, vt non amplius, quàm terna milia minores vehes

vehes annuæ, postulentur. Huius autem vehationis ita sit ratio partita, vt mille quingenta onera formis, alia fartis rectis annua deputentur. Ita vt, nulli Iudicum, seu Officiorum, excoquendæ calcis licentia relinquatur: sub eo statuto, vt qui in hæc vsurpatione fuerit, austeritatem vigoris publici ferre cogatur. Hoc autem excepto à Tarracinenis præstationis canone suggera, quæ vetusto præberi Fari ac Portus vsibus more consuevit. A Curialibus verò Tuscis nungentarum vehum, quas inferre per singulos annos cogebantur, Sarcinam, sub eâ condicione præcipimus amoueri, vt quando necessitas noui operis extiterit, id ipsum in notitiam nostram suggestionibus Iudicum referendum quid addendum, vel quatenus inferendum sit, nostræ deliberationis moderamine sanciat. Ex supradicto autem numero, vehationis mediocritatem quam fartis rectis iussimus deputari, separatim conueniet adscribi: ita vt Præfecti Vrbis Officium ad suam partem hanc curam pertinere cognoscat. Dat. v. i. Id. Aug. Med. Valentiniانو & Valente AA. COS S. [365.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Justin. In hac sola lege vocatur P. C. Vic. Vir Clarissimus Vicarius: In aliis sex legibus quæ ei inscribuntur Anno superiore 364. & 365. dicitur P. V. pariter vt l. 2. *Supr. de panis: & l. 1. Cod. de officio P. V. In l. 5. Cod. de precib. Imp. off.* eodem Anno 365. vocatur P. P. in l. 2. *Cod. de præscript. 30. vel 40. ann. variant Codices.* Id veteribus Inscriptionibus Præfectus Vrbis iterum fuisse dicitur. Sanè sine quoque *huius leg.* sit mentio Præfecti Vrbis. Verùm de eo plura in *Protopogr.*
"Scitus vox, de ædificiis publicis. Eodem sensu Valentinianus Nouellâ inter Theodosianus, de Pantapoli 43. Illud quoque pro tuendo statu veneranda Vrbis decernimus, vt à collatione cyronum, &c. Cæses Formensis Ætrinsis, Calcariis & Vecturariis habeatur immunitas, vt propriis deuotionem solita functionibus agnoscat.
"Mœnia publica, sunt opera publica, hæc leg. & l. 4. *Infr. & l. 32. 33. Infr. de operibus publicis:* quæ Vrbis mœnia dicuntur, l. 1. *de operibus publicis:* Imò & mœnia absolute, pro ædificiis etiam priuatis, quibus magnitudo vrbis augetur, l. 11. *Infr. de annonis ciuicis.* Eodem sensu Symmachus *lib. 10. epist. 34. inquisitionis, quæ me cultum spoliatarum mœnium inuestigare iussisti* vbi per *mœnia spoliata* intelligit *fana*, vt initio *epist.* indicat. Quare error est Viri aliâs docti, qui hic & apud Symmachum *muros ciuitatis per mœnia publica* intellexit.
"p. pretio.
"vehatio: Ita rursus *fin. leg. ex supradicto autem numero vehationis.* Vehatio, est vectura, quæ fit vehibus: seu Abbarura, vt etiam vocatur apud Festum, vel vt nonnulli malunt *volatura.* Denique *vehela*, quam vocem restituit Salmasius *Capitolino in Maximini, p. 251.*
"Onera hic, *Supr. vehes:* dixi ad l. 1. *Supr.*
"Forma, sunt aqueductus: vid. *tit. de aqueductibus:* à quibus, & Cæses Formensis, Nouellâ Valentini. inter Theodosianus de Pantapoli: id est possessio, per quam formæ seu Aqueductus transeunt, quæque ad formarum tuitionem tenetur.
"Sarta testa hæc, & *fin. legis,* de operum publicorum tuitione.
"Abscisa loquendi ratio: *In vsurpatione esse,* id est vsurpare, vel in vsurpatione deprehendi.
"p. retracta voce ab, ad initium: *Ab hoc autem, excepto, &c.*
"Monstrum vocis: ex quâ quid faciendum haud proclive dictum. An *suggera*, vel *suggeria*, pro præstatione, *ppria*, vt legamus *suggeraque, quæ suggera*, scilicet à suggerendo, pro canone, præbitione, præstatione, collatione, subuentione, sortè & subuentione: Cuiusmodi voces hoc æuo plures in usum inuectæ, veluti, *proba, caballario,* similisque etiam ex antiquitate repetitæ, veluti *exagoga:* vel eodem sensu *suggeraque, quæ: suggeries*, vt congeries.
"p. perferatur, vt *quid. &c.*
"u Volusianus, cui *lex hæc* inscribitur, fuisse P. V. dixisset Valentinianus, *ita vt Tuum officium.*

COMMENTARIVS.

MODVM Calcariæ præstationi ex Campaniâ, & Tusciâ ponit hæc constitutione Valentinianus Senior Anno D. 365. per hæc Imperij sui initia, (quod etiam docuit *lex superior 2.*) & quidem ex Campaniâ statui Vrbis Romæ reformando, ac publicorum mœnium seu operum dignitati ferè incumbens. Idque sex in summam capitibus.

Primum quidem MERCEDI seu salario, quod calcis coctoribus & vectoribus præstaretur, modum hunc ponit: vt videlicet iis per singulas vehes singuli solidi præbeantur: Qui quidem modus diuersus est ab eo quem Constantius definitur l. 1. *Supr.* Ibi enim & vini modus præstandus veniebat: & separatim Coctoribus in ternas vehes, Amphora: Vectoribus in 900. pondo calcis, Amphora. Hic pecunia, & quidem vtrisque per singulas vehes solidus. Ibi mercedem hanc solidam soluebant possessores fundorum huic præstationi obnoxiorum: hic diuisio quedam sit à Valentiniانو: partes scilicet eius tres à possessoribus inferri iubet: at quartam ex eius vini pretio, quod consuevit ex Arca vinaria ministrari. Ergo ex arcâ vinarîâ solidi iam præbebantur Quod pertinet quod Symmachus sentit *lib. 10. epist. 42. Vendendis solidis, quos plerumque publicus usus ex-*
Tom. V.

poscit, Collectariorum Corpus obnoxium est, quibus Arca vinarîâ statum pretium subministrat. Quo loco per publicum usum, intelligo speciatim ad publica opera. Nempe vinum ex quibusdam Italiae Prouinciis Vrbis Romæ conferebatur, quæ scilicet vino abundabant, vt docuit *lex 4. Supr. de Suardis:* veluti Campania, Sidonius *Carminè 5. ad Ausum v. 46.*

Arma Chalybs, frumenta Libes, Campanus Iacchum. Sanè vini Campani sequens apud Poetas maximè mentio. Porphyrius etiam ad *Horatij 3. Od. 16. Lastrigones oppidum Campanie Formias tenuisse dicuntur: in illâ autem regione, quoniam saxosa est, pretiosissimum vinum Campanum nascitur.* Fit etiam vini Campani mentio *S. Infr. de Actionib.* Campania igitur in eo Prouinciârum Italiae censuerat, quæ vinum conferebat: vt & Tuscia: de qua vtraque fidem quoque facit Symmachus, *lib. 9. epist. 121.* Hinc Titulus vinarîus Symmacho *lib. 7. epist. 95. & Arca vinarîa,* id est rationum huius præstationis vini: cuius *hæc leg.* mentio fit: & *lege 26. Supr. de Susceptoribus:* quæ Vicario Vrbis Romæ pariter inscripta est. Meminit eius ter Symmachus *d. lib. 9. ep. 121. & lib. 10. epist. 42. & 47.* Cuius quidem Arce Vinarîæ rationes tractabat peculiaris Rationalis, qui sub P. V. fuit,
A a 2

fuit, *Rationalis vinorum*, ut docet *Notitia Imperij*. Titulo huius canonici Vinarij seu præstationis vini præter Symmachum *lib. 7. epist. 95. & d. ep. 121.* fit mentio quoque in Auctoritate Aproniani P. V. *Pronidimus his lenamen ex titulo Canonico vinario: cum quo consentit lex 4. supr. de Snariis.* Tandem de Susceptoribus huius vini, dictum iam *suprà l. 4. de Snariis: & suo titulo de Susceptoribus: lib. 12.* Et hæc quidem de primo huius leg. capite.

¶ *Secundo* capite Valentinianus M O D V M præstationi huic Calcarizæ ponit: quantum videlicet calcis possessores annuatim præstare teneantur; nempe Tria millia minorum vehum: nihil amplius: cum antea maior modus exigereur, pro Iudicum & Officiorum arbitrio; quibus exercitè Valentinianus *hæc leg.* excoquendæ, exigendæque calcis copiam admittit, pœnâ gravissimâ propostâ. Proculdubio fuerat hæc vna ex concussionum speciebus: quâ obtentu operum instaurandorum miserè Prouinciales atterebantur. De vehibus alioquin eamque distinctione, iam dictum fuit ad *l. 1. supr.*

¶ *Tertio* capite Valentinianus A D S I G N A T I O N E M facit huius calcarizæ præstationis, seu calcem hanc D E P U T A T, seu definit quoniam ea impendi debeat: nempe dimidiam eius partem, puta 1500. onera seu vehes *formis* deputat, id est, aquæductuum tuitioni: alteram verò partem farcis rectis, id est, in operum publicorum Romæ tuitionem. Tanta scilicet aquæductuum Romæ ratio fuit, ut magnâ tuitione egeret: de quo dictum a fatim suo titulo, *infr. de aquæductibus.*

¶ *Quarto* capite Valentinianus E X C I P I T à superiore modo & præstatione Terracinensem: id est, præter tria illa millia vehum stare vult eam separatam calcis præstationem quæ vetusto more à Terracinenibus fiebat. Nempe, in vsum Fari & Portus. Terracinenium calcarizæ præstationis meminit quoque Symmachus *lib. 10. epist. 53.* in gestis quibusdam Ann. 362. vel 363. triennio ante *hanc leg. Dino Iuliano moderante. Cum Lupus Consulari iure Campaniæ præsidens, Terracinenium contempleretur angustias, quod nihil subsidij decreta dudum oppida conferebant, ne commoda Populo Romano ciuitas, que lauacris publicis ligna, & C A L C E M reparandis mœnibus ministrat, defectu subitò hausta succumberet, V. M. & DCC. mod. [frumenti] Puelanis municipibus derogatos, Terracinenium vsui deputauit.* Nempe Terracina, quæ & Anxur olim, calce abundabat: quod etiam Horatius, *lib. 1. Satyra 5.* indicat hoc versu.

Impositum saxis latè candentibus Anxur.
Vbi Porphyrio: *Mons ille, in quo Terracina constituta erat, non candida saxa habet, sed calcis coquenda apertissima: ergo à calce videtur Candentia dixisse.* Hinc & *Candianus Anxur* Marziali, *lib. 5. epist. 1.* Ergo Terracina vetusto more calcem præbebat, & quidem nominatim ad vsum Fari & Portus: De quibus nunc agendum est.

Notum iam ad Ostiam & ostium Tiberis quàm mare excipitur, à Claudio Imp. & Turrim altissimam excitatam in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent, itémque Portum amplissimum, quod tutissimè naues exciperentur: de quo videndus Suetonius, *Claudio cap. 20.* Dio, *apud Xiphilinum: Plinius, lib. 36. cap. 9. & 15. ad fin.* Tyrrenam pharon vocat Iuuenalis, *Satyra 12. v. 76.* Quam & restitutam postea ab Antonino Pio memorat Capitoli-

nus. Meminit eius & Valerius Flaccus *lib. 5. Argonaut.* & Eutropius Paulinus *lib. 5. epist. 2.* & in *carmine, de Martiani periculis.* De Portu Ostiensi *infr. tit. de Patronis horreorum Portuensi: & tit. de Saccariis Portus Roma:* In Notitia etiam Imperij singularis *Comes Portus* memoratur, itémque Centenarius Portus. Vtrumque, & Portum & Pharam exhibet Tabula Itineraria, quam sub Constantini M. libertis conscriptam puto.

Ad huius igitur tam necessarij Phari Portusque reparationem, quæ perpetuè incumberebat, calcis modus quidam certus destinatus erat: Quomodo & *Fabrorum* ibi certum Corpus fuit: Fabri, inquam, Ostienses, qui eius reparationi insisterent: quotum fit mentio in *Veteri Inscriptione, p. 358. num. 1.* Huic eidem reparationi etiam apparitor à Præfecto Vrbi missus incumberebat, de quo Ambrosius *lib. 5. epist. ultim.* si modò de hoc Portu intelligit: *Apparitor, inquit, Præfectura, qui propter operas Portuenses offensam contraxerat, iam in Portu nauigat.* Et mox: *Quod si tardius venisset, nemo magis probasset, inexplorable illud opus fuisse Portus reformandi, quam iste.* De hoc tandem *vsque* nauali Vrbi Romæ ad Vrbi annonam destinato, deque eius magnitudine, triplicique in eo Portu, dixi iam ad *Philostorgium lib. 12. cap. 3.*

¶ *Quinto* huius Constitutionis capite Valentinianus, T V S C I S Curialibus nongentarum vehum calcis quas inferre per singulos annos cogebantur, gratiam facit. Tusciam itaque & ipsa calce cenfebatur: Et quidem collata ea à Curialibus, seu Senatoribus & Ordinibus municipiorum & ciuitatum Tusciæ: ut cæteroquin Curialibus & Ordinibus magna onera magnæ sarcinæ indici solitæ: de quo suo titulo, *supr. de Decurionibus.* Ita tamen huius præstationis Tusciæ Curialibus gratiam facit Valentinianus, ut si quando necessitas operis noui alicuius imminet, eo in notitiam suam à Iudicibus, id est, Consularibus Tusciæ, perlato, ipse statuturus sit, quid & quantum calcis inferre necesse habeant Curiales illi. Ex quo colligo hanc calcem à Curialibus Tusciis non ad Vrbi Romæ vsum collatam; Verum in opera ipsa quæ per Tusciæ ciuitates excitarentur. Nempe Consulares Tusciæ nouorum operum cupidi id effecerant olim, Curialibus graues, ut nongentas vehes calcis conferre in opera publica noua cogereur: Verum & hanc sarcinam submouet Valentinianus, & noui operis arripienti inconsulto Principe temeritate Consularibus Tusciæ interdicit: patiter ut interdixit alij Principes, etiam intra Vrbum Romam: ipse Valentinianus superiore Anno 364. *l. 11. infr. de operibus publ. aliisque eo titulo.*

¶ *Postremo* huius leg. capite Valentinianus, destinata ad Sarta Tecta Vrbi Romæ calcis confusioi occurrit: Igitur separatim eam adscribi iubet, Officio Præfecti Vrbi huic rei incumbente: Condita formarum memorat quoque Symmachus *lib. 10. epist. 33.* pecunias deputatas in formarum reparationem: scilicet Formis destinati modi curam habebat *Comes formarum*, de quo *Notitia Imperij, & Calliodorus lib. 7. variarum.* Ad facta recta Vrbi Romæ, destinatae quantitatis Officium Præfecti Vrbi: sub quo, ut docet *Notitia Imperij,* erat *Curator operum maximorum, Curator operum publicorum, Curator statuarum, Curator horreorum Galbanorum.*

I V. * Imppp. Gratianus, VALENTINIANVS & Theod. AAA.
ad Seuerum P. V."



T cementorum & calcis in Vrbe venerabili" copiarum minimè derogetur, quisquis ex his quidpiam sibi deferendum qualibet cœlestis" indulgentiæ definitione contenderit, nihil prorsus accipiat, nisi quod cunctis mœnibus," fabricationique Romanæ superfluere ac redundare constiterit. Dat. Kalend. April. Antonio & Syagrio C O S S. [382.]

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Iustin.
"Ita quoque *l. 8. supr. de Legatis: l. vnic. infr. de Mendicantibus non inualid. l. 2. supr. de Lucris Officiorum:* hoc ipso Anno. Atenim in *l. 6. supr. de desertoribus. & l. 15. supr. de cohortalibus, v. p.* Ad hunc forte ipsum est Symmachi *epist. 6. lib. 9.* "Româ. "Principis.
"operibus publicis.

COMMENTARIVS.

PRIVATIS concessam Principis rescripto calcem, aut cementum ex eo quod Vrbi Romæ operibus destinatum est, non aliter tradi à Præfecto Vrbi iubet Valentinianus Iun. nisi quatenus opera publica patiuntur: & tum demum si quid superfluum sit & redundet post facta recta: scilicet, (quod ex *hæc leg.*

notandum) multi hæc tempestate calcem Vrbi Romæ destinatum in priuatos vsus conuertebant Principe adito: qui nunc *Rescriptis* suis locum esse vetat, nisi quatenus utilitas publica patitur: qui communis sensus cæteroquin est bonorum Principum de rescriptis suis, de quo *supr. Paratilo de diu. rescriptis:* cumulas reperies leges.

V. * Imppp. Honor. & THEOD. AA. Æthio P. V."



MNES fornaces," per omne spatium, quod inter Amphitheatrum & Diui Iuliani Portum, per litus maris, extenditur, tolli præcipimus, propter salubritatem Vrbi" amplissimæ, & nostrarum ædium vicinitatem, nec vlli in his locis coquendæ calcis præberi" licentiam. Dat. iv. Non. Octob. Constantinop. Monaxio & Plinta C O S S. [419.]

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Iust.
"Æthij huius P. V. his ipsis Coss. meminit Auctor *Chronici Alexandrini,* quem ait mense Februario 7 Kal. Martias à quodam Sicâ appetitum sub specie libelli. Eidem *Æthio* inscribitur *lex 5. Cod. Iust. de commerciis,* quâ numerum Collegiarum quorundam Constantinopoli definit: Male in *Inscriptione illius leg. P. P.* vocatur in nonnullis: in alijs rectius P. V. Eidemque *legi* coniungenda videtur *lex 4. Cod. de sacros. Eccles.* Vtraque referenda ad annum proximè superiorum 418. *Honorio X I I. & Theodosio Iunioris A. V I I I. Coss.* quibus *d. l. 5.* subscriptione caret: & *Inscriptione* variat à *d. l. 4.* ut nesciam vnde habeat Burgius, quod scribit *l. elect. 14. inscriptionis & subscriptionis similitudinem inter has leges esse.*
"Calci coquendæ, calcarizæ, ut etiam ex *sine leg.* liquet.
"Constantinopolitanæ.

COMMENTARIVS.

FORNACES calcarias Constantinopoli in litore maris postas inter Amphitheatrum & Portum Iuliani, tolli iubet Theodosius Iun. hæc constitutione: duplici fine, tum ob salubritatem Vrbi, tum ob Theodosij ipsius ædium vicinitatem. Hæc inquam constitutione, quæ data est mense Octobri ad Ætium P. V. quem quidem, ante septem, & quod excipitur, menses extremo mense Februario Sicâ appetitum scribit his ipsis Coss. Auctor *Chronici Alexandrini:* appetitum, inquam, *ἀπετὴν πένωλιον ἀπὸ τοῦ τῶν ἁγίων ἑπιθῆσαι,* sic ut ferrum penetraret penulam eius & togam. Neque enim interfectum dicere voluit Auctor ille, quod ramen credit eius *Interpres* & Indiciis Auctor. Quod insuper hæc lex refutat, utpote quæ octauo post eum conatum mense ad eum ipsum Ætium data est.


¶ Ad Vrbi interim Constantinopolitanæ topographiam pertinet hæc insignis constitutio, &

sic ad illustrationem eius descriptionis, quæ *Notitia Imperij* ab hoc eodem Theodosio Iuniorè, octennio ferè post *hanc leg.* conscriptæ, præfixa est. Ecce enim in litore maritimo Vrbi Constantinopolitanæ duo præcipua loca ponuntur, Amphitheatrum, & Iuliani Portus; usque vicinæ Ædes Theodosij Iunioris. Sanè vetus illa, quam dixi, descriptio, in secunda Regione, (quam *mollis subleuata* *clius max ad M A R E præcipitis abruptam descendere* ait:) ponit disertè Amphitheatrum: ad quem locum rectè Pancirolus hanc constitutionem attulit. ¶ *Iuliani Portum* disertè nusquam ea Descriptio memorat. Memorat equidem regione tertiâ, (quam & ipsam ait *mare vsque descendere*) Portum nouum. Item Regione 5. Portum *Bosphoriarum,* ita enim ibi legendum cenleo, (non *Prosphorianum* *ἀπὸ προσφώρας,* quasi ibi edulia exponerentur, quod Pancirolus censuit) nempe qui *scala Chalcedonenſi* vicinus erat: quod docent

illa descriptoris. *Portum Bosphorianum, scalam Chalcedonensem.* Rursum regione 6. *Portum Neorium*, cui scala Syceca vicina. Tandem in collectione ciuitatis *Portus I.P.* Constantinopoli numerantur: Et si nupiam quarti mentionem faciat, nupiam *Portum Iuliani* memorat. Suspiciantur Gylius & Pancirolus *Portum* hunc Iuliani eundem esse cum *Portu nouo*, qui Tertiâ regione erat. Quod verosimile: eius verò *μὴν* & *νεώριον* meminit quoque Zosimus *lib. 2. p. 686.* Huius vero *Portus Iuliani* mentio sub Leone Magno apud Euagrium *lib. 2. histor. Eccl. cap. 13.* & Zonaram sub Iustino Iustiniani Nepote Georgius Cedrenus *p. 321.* sub Anastasio apud Sui-

dam. De eo Gylius in *topogr. Constantinopol. lib. 2. cap. 15.* Hic *Portus Sophia* postea vocatus ab vxoris nomine à Iustino.

¶ De *Edibus Theodosij Iun.* superest. Sanè prædicta vetus Descriptio *Palatia* quinque in collectione ciuitatis Constantinopolitana memorat, cum tamen duo tantum in ipsa regionum recensione memoret: nempe *Palatium regione 11.* quæ nullâ parte mari sociata est: item alterum *Palatium regione 14.* ¶ In hæc interim leg. exemplum habemus Principis consulentis Salubritati Urbis, ac maximè Palatij sui, submotis videlicet rebus & artificibus quibus illis noceri potest: In quibus & *Calcis cœtio*, vnde fumus molestus & noxius.



DE COLLEGIATIS.

TITVLVS VII.

XI. COD. IVST. XVIII. De Collegiatis, Chartopratis & Numulariis. Collegiorum frequens mentio in *vet. Inscript.* imò & collegiatorum *p. 449. num. 6. p. 860. num. 12.*

PARATITLON.



OLLEGIATI de quibus agitur præter hunc titulum, *l. 16. supr. de Palat. S. L. l. 12. supr. de Veteranis: l. 3. supr. de testim. ex-Tribunis & Protectoribus: d. l. 5. de locat. fund. l. 1. supr. ne opera à conlatoribus: l. 1. supr. de his qui condit. propr. l. 146. 156. supr. de Decurionibus: l. 41. infr. de operibus publicis: & Nouella Valentin. vltim. cap. Nullus originarius: Nouella Maioriani 1. de Curialibus:* (alij verò ab his sunt qui memorantur *l. 5. Cod. de commerciis & mercatoribus:* quæ illo titulo an fugitiua sit disquirat Burgius *1. elect. 14.* dicuntur & Collegæ, *l. 1. hoc tit. item Corporati, l. 2. hoc tit. & l. 24. supr. de annonâ & trib. l. 5. de locat. fundorum: l. 34. supr. de Nauiculariis: l. 1. infr. de stud. lib. V. R. Fuerunt per orbem Romanum vniuersum: per Italiam, d. l. 5. de locat. fund. & d. l. 24. de annonâ & tribut. d. l. 146. de Decurion. & d. l. 41. de operibus publicis: in Vrbe ipsâ Româ, d. l. 3. de testim. ex-Prosectorib. per Campaniam, l. 1. hoc tit. in Africâ, l. 2. hoc tit. per Gallias, d. l. 12. de Veteranis: & d. l. 1. de his qui condit. propr. Idque sub dispositione quoque Consularium seu Rectorum Prouinciarum: vt docet *lex 1. hoc tit. Præfectorum prætorio*, vt ostendit *lex 2.* vt proinde erronea sit obseruatio Burgij *1. elect. 1.* qui scribit omnes constitutiones quæ Collegiatorum meminerunt, scriptas ad P. F. V. Constantinop. Id quod verum non est, nisi de Collegiatorum ibi genere quodam: non de his nostris. Hi propriis vrbibus, *d. l. 3. de Testimon. seu patriæ suæ, d. l. 146. & d. Nouella Maioriani:* officium, *l. 1. supr. de his qui condit. propr. ministerium, d. l. 1. obsequium, d. l. 3. de testim. exhibebant, præbebant, hos proprium Corpus adstringebat, d. l. 16. de Palatinis:* Idque per vices (pro Curialium dispositione) *d. Nouella Maior. 1.* Hi Curialibus seu Municipibus passim iunguntur, & sic ab his separantur: *d. l. 16. de Palatinis: d. l. 5. supr. de locat. fund. l. 12. supr. de Veteranis: d. l. 3. de Testimonial. toto tit. de his qui condit. propriam: d. l. 146. supr. de Decurionibus: d. l. 41. de operibus publicis.* Sic, vt ex his duobus fermè Corporibus patriæ ministrantibus ciuitates censerentur. Sed tamen Collegiati Curialibus inferiores, vt ostendit quoque non vno loco & ratione Maiorianus, *d. Nouella 1.* In quo verò nominatim ministerium seu officium & obsequium Collegiatorum horum constiterit, nullo satis loco explicatur. Id colligere tamen ex parte licet, ex nonnullis, qui de numero erant eorum. Hoc scilicet Collegiatorum numero memorantur *l. 2. hoc tit. Vituarij, Nemesiaci, Signiferi, Cantabrarj:* His adde (etsi à Collegiatis separentur; *l. 162. supr. de Decurionib.*) ij de quibus *sequente titulo*, Centonarios inquam, & Dendrophoros: Item, Fredianos: de quibus *l. 20. infr. de Paganis:* Item, qui animalia prosequantur, *l. 1. supr. ne opera à Conlatoribus.* Hi porrò propriis ciuitatibus & collegijs vna cum filiis adstricti erant, vt docet *lex 1. hoc tit.* sic vt originario loco, vt loquitur *d. lex 1.* se subtrahere non possent, seu conditionem suam euitare,*

euitare, vel ministerijs suis destituere ciuitates; siue extra ciuitatis suæ territorium habitando, *d. l. 1. & d. Nouella Maior. 1.* siue priuilegij alicuius obtentu: non militiâ armatâ; *l. 12. de Veteranis:* non Palatinâ, *l. 16. supr. de Palatinis:* non honorariâ missione ex-Prosectoribus aut domesticis, *d. l. 3. & l. 156. supr. de Decurionib.* non Clericali munere aut Monachatu, *d. Nouella Valentiniani 12.* seu vltim. non denique Rescripto Principis, *l. 2. hoc tit. Quin* refugæ ad ciuitates suas & officia retrahebantur, *d. l. 1. hoc tit. & d. l. 1. 2. 3. supr. de his qui condit. propr. & ad originarium locum, d. l. 1. & 2. hoc tit. Occultatoribus* quoque eorum pœna proposita, *d. l. 146. 162. supr. de Decurionib.* minore tamen multò quàm Curialium occultatori, *d. l. 145. Quin & Filij* eorum iusto matrimonio nati patris conditionem sequebantur, *d. l. 1. hoc tit.* si ex inæquali, vel matris in totum; *d. l. 1.* vel sanè diuidebantur ij inter ciuitatem & dominos inquilinarum, colonarum, ancillarum; *d. l. 1. de his qui condit. propr. Viceuersa* priuilegia his quædam data: inter alia, loca seu ædificia quædam publica, itémque loca Templorum his adiudicata, *d. l. 41. de operibus publicis: & d. l. 5. supr. de locat. fund.*

I. * Imp. Arcad. & Honor. AA. Gracco' Conf. Campania.

DE retrahendis Collegis, vel Collegiatis; Iudices competentes dabunt operam, vt ad proprias ciuitates eos qui longius abierunt, retrahi iubeant, cum omnibus quæ eorum erunt: ne desiderio rerum suarum loco originario non valeant adineri. De quorum Agnatione hæc forma seruabitur, vt vbi non est æquale coniugium, matrem sequatur agnatio: vbi verò iustum erit, patri cedat ingenua successio. Dat. ix. Kal. Iun. Mediol. Cæsario & Attico C O S S. [397.]

INTERPRETATIO. Collegiati, si de ciuitatibus suis forrè discesserint, ad ciuitatis suæ officia cum rebus suis, vel ad loca vnde discesserunt renocentur: de quorum filiis hæc seruanda conditio est, vt si de colona vel ancilla nascuntur, matrem sequatur agnatio: Si verò de ingenua & collegiato, collegiati nascuntur.

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iust.

Gracchus Consularis Campaniæ sub Honorio. Graccho in nonnullis MSS.

id est filius, vt rectè Anianus.

veluti si de colona vel ancilla nascantur, Anianus rectè vid. l. 1. supr. de his qui condit. propr.

COMMENTARIVS.

RETRAHI Collegiatis ad suas ciuitates per Campaniam iubet hæc constitutio Honorij Anno D. 397. quæ & ipsa sententia est eiusdem *l. 2. prox. infr. & l. 1. 2. 3. supr. de his qui condit. propr.* In Filiis eorum (id enim Agnationis appellatione indicatur, quod etiam Interpres rectè vidit, de quâ voce ad leg. supr. de Suariis) ita distinguit. Vel æquali matrimonio ij nati sunt, id est, ex Ingenua & Collegiato (vt rectè rursus Interpres vidit) nati, & tum Collegiati quoque nascuntur, patrique conditionem sequuntur: vel ex inæquali nati sunt, id est, ex Collegiato & Colona vel Ancilla (quod disertè docet eiusdem Honorij *lex 1. supr. de his qui condit. propr.* vndèque Interpres suam interpretationem habet: & tum matrem sequitur Agnatio. Quæ tralitia Iurisprudencia cæterotquin est: de qua, *l. cum legitima: l. lex natura, & de statu hom. Vlpianus tit. 5.* Et tamen ab hoc iure idem Honorius aliquantum recessit triennio post per Gallias in *d. l. 1. supr. de his qui condit. propriam:* in cuius sp. vult, vt filij, seu Agnatio diuidatur inter ciuitatem, & dominos colonarum vel ancillarum. De æquali coniugio & imparibus nuptiis, iam ad leg. Papiam, dictum est. Hinc certè patet, errare Marcilium, qui in *Sueton. Vespas. cap. 21.* inæquale coniugium hinc vocari tradit *Concubinatum:* quale Patroni coniugium est cum Liberta, Imò Inæquale hinc est inter Collegiarum & colonam vel ancillam alienam.

¶ De COLLEGIATIS quid fuerint videamus.

Id hæctenus ex legibus in Paratitlon coniectis conficitur, Collegiatis, ministerium seu operas quas patriæ suæ exhibuisse, & quidem per vices pro Curialium dispositione, vt docet *Nouella Maioriani 1. de Curialibus:* atque idèd. extra ciuitatis suæ territorium habitare, vel eam quocumque obtentu fugere non potuisse, filios denique eorum conditionem secutos. Hæc hæctenus. Non audio, qui arg. *tituli de commerciis & mercatoribus, in Cod. Iust.* sub quo posita est *lex 5. seu pen. eius tit.* quæ tota est de Collegiatis, vel etiam argumento *Græcorum*, putant Collegiatis fuisse ex Corporibus Negoriorum; quos *Corporatos Negoriatos* vocat Symmachus *lib. 10. epist. 27.* Non audio etiam, qui Collegiatis hæc eos faciunt, quos Romæ Symmachus *lib. 10. epist. 27.* fortuita arcuisset incendia ait, & *Corporatorum* nomine designat: vel qui disertè sub *Collegiatorum* nomine dicuntur *d. l. 5. & in veteri descriptione Urbis Constantinopol.* vbi dicuntur è diuersis *Corporibus ordinati, incendiorum casibus subuenire soliti:* cuiusmodi etiam Collegiati certo numero singulis Urbis Constantinopol. regionibus assignati erant: sic quidem, vt in vniuersum Collegiati huiusmodi incendiis restinguendis obnoxij, Constantinopoli fuerint hæc Theodosij Iun. tempestate, 560. vt colligit prædicta vetus Descriptio: vel vt habet dicta *lex penult.* Theodosij Iun. 563. Qui quidem Collegiati, vt docet illa descriptio simul & *d. lex penult.* ex variis Corporibus ordinabantur: ita

ita quidem, ut si quis inter Collegiatos illos de-
cederet, ex eodem Corpore ex quo ille qui de-
cesserat, suppleendus alius veniret: Nempe enim
cum ad incendia relinquenda variis Artificibus
opus esset, non vno Artificum genere, bonum erat
ex eodem semper Corpore hoc Miscellum Col-
legij genus constare & constare seu suppleri.
¶ Quid igitur? Tales Collegiatos hic intelligi
oportet, qui non Constantinopoli, verum per
Prouincias, & quidem per Occidentem sparsi
erant, per singulas ciuitates quoque PAR VICIS
ex Curialium dispositione partem suam operas seu
ministerium preberent. Atenim neque annona-
ria corpora seu corporatos annonae Urbis Romae
seruientes hic intelligendos docet huius tituli di-
uersitas a titulis superioribus. Quid igitur? Col-
legiati sunt singularum Urbium Corporati: Cuius-
modi quidam recensentur l. 2. infr. hoc tit. Virtuarij,
Nemesiaci, Signiferi, Cantabrarij. Item Cento-
narij, Dendrophori: de quibus tit. proximo. Fabri,
de quibus l. 1. d. tit. prox. & similes. Qui alterum
corpus in Ciuitatibus constituat, cum Curiali-
bus, publice ministerium prebentium; ut docui
in Paratitolo. Quorum Collegiorum Prouincia-
lium passua mentio occurrit in Veteribus Inscr-

pionibus. Alia enim Romae fuere, & Constanti-
nopoli; de quibus supr. tit. de priuileg. Corpor.
Urbis Romae. Quae quidem Collegia, sua singula-
ria vexilla habuisse testatur Pollio in Gallicis. Ca-
pitoliolum petiit, hastae auratae altrinsecus quinge-
nae, vexilla centena, & praeter ea quae Collegio-
rum erant, dracones, & signa Templo- rum, om-
niumque Legionum ibant. Vopiscus item in Au-
reliano: & Eumenius in Gratian. art. c. 8. Exornaui-
mus vias quibus in Palatium peruenitur, paupere
quidem suppellectile, sed omnium signa collegiorum,
omnium Deorum nostrorum simulacra protulimus.
Denique Collegiati erant qui publico manuariam
aliquam artem, operam & ministerium prebe-
bant: cuiusmodi etiam inter Corporatos Urbis
Romae memorat Symmachus, lib. 10. epist. 27. eos
qui fabriles manus Augustis operibus accommodabant.
¶ Porro illud animaduerto sub Honorio po-
tissimum Collegiatos ciuitates suas fugisse: Om-
nes enim constitutiones quae septem sunt in vni-
uersum, de retrahendis his sunt Honorij. Procul-
dubio quia plus aequo ea tempestate praegravati:
Quod inter ruenis Imperij praeludia fuit: vel for-
te etiam, quod cum superstitione aliqua Gentilitia
coniuncta essent, ut patebit ex l. 2. prox.

μεγαλων, τοις ιεροις εαικοτων, η φοινικη γραμματα ορεζε
διδωσαν τε τε σερα η η σερα η η οραν τε αυτουρα-
πορ & εχουτων, ηι τον ποταμον εειπασε. Si ariolari licet,
Cantabra videntur fuisse origine vexilla Parthi-
ca: vocabulo, composito ex voce καβροι, quod
est η των περσιων δι εμπορευται η στρατιωται: & altera
voce Parthica, ταβρα, quod quid sit nescio: quo-
rum Parthorum vox quoque est ταβρα, quo in
bello utebantur: vid. Helychium.

¶ De Vituariis tandem videamus, qui Neme-
siacos, Signiferis, Cantabrariis, hinc leg. iunguntur
imò primo loco ante hos omnes, sed cum Neme-
siacos proximè nominantur. Vnde statim argumen-
tum desumi potest, insigniore aliquo ministerio
hos censitos, & tamen proximo eum Nemesiacis:
quemadmodum Cantabrarij proximo cum Signi-
feris. Igitur & hos vanorum hominum & ludio-
rum numero fuisse oportet. Quare, quod Peta-
rarius hic quidam tentarent, nihil est: quibus
vtique cum Nemesiacis, Signiferis, Cantabrariis nil
commune est. Adde quod illi Corporati V. R. hic
Collegiati urbium singularum fuere. An igitur
vituarij hic reponendi, de quibus & l. 2. supr. de
excusat. artificum: id est, victorum confitatores
ιανηροι: de quibus praeter Strabonem lib. 16.
Lampridius, in Alexandro Severo: Braclariorum,
Limeonum, Vituariorum, &c. vestigial instituit. Vo-
piscus, Saturnino, vbi de Alexandria: Ciuitas opu-
lenta, diues, facunda: in qua nemo viuat otiosus: alij
vtrum constant, ab alijs charta conficitur, omnes certe
lymphiones cuiuscumque artis & videntur & habentur.
Et in Firmo, qui Aureliani temporibus Agy-
ptum occupauerat. De huius diuitiis multa dicuntur,
nam & vitreis quadrauis bitumine aliisque meda-
camentis inferis domum induxisse perhibetur, & iam-
tum habuisse de chartis. Verum neque hi stare hic
possunt, quibus nulla cum Nemesiacis, Signiferis,
Cantabrariis affinitas intercedit: cum Vituarij
Artificum numero fuerint, ut docet quoque dicta
lex 2. An Vitarij igitur hic admittamus, à vittis
pauis, quarum frequens in sacris Gentilium
vltus erat, neque tantum in Sacerdotibus & Victi-
mis, verum etiam in pompis? An potius Buriarij,
qui apud Cyprianum epist. 39. qui vel butina
& acetabula faciebant, vel iis ludos agebant: Bu-
tina vel βουτια, βουτια, lagenae, vasa, acetabula, do-
gæ id genus. An vero Vituarij, id est, Victoriarij,
vel Vituarij, ut in Indice Pitheoano expres-
sum, quasi victorias flantes, victorumque & trium-
phantium habitu coronati populo ludos facien-
tes: Nam & Nemesiaci qui iunguntur. Nemesi au-
tem & Victoria cognata numina: & caeteri quo-
que bellicum ita quid & faustum spirantes: Si-
gniferi scilicet & Cantabrarij: Victoria, & victu-
ria, victorius & victurinus promiscue in MSS. Ve-
rum nihil horum placet. Illud ex hac leg. satis
liquet, vel saltem colligitur, Vituarij, sui specta-
culum praebuisse populo, pariter ut Nemesiacos,
ludis quoque populo fecisse, diuinitatis alicuius ob-
tentu. Et quid si Vidumarios, illos ipsos hic repo-
namus, de quibus Commodianus? Certè ductus
apicum hanc aded respiciant hanc emendationem
Vituarij Vidumarios: Vidumarij & Didumarij,
¶ in β mutando, quod alioquin Eoles fecere.
Commodianus de his.

DE SIMYLACRIS FORVM[Deorum Dearumque.]
Deludant vos pauci scelerati, Vates inanes,
Extricare suam dum quarunt vitam,
Subornant alios esse sub mysteria, falsum.
Inassimulantes, concussi Numine quodam,
Maiesta

II. * Imp. HONOR. & Theod. AA. Liberio PP. Postalia.

COLLEGIATOS, & Vituarij, & Nemesiacos, Signiferos, Cantabra-
rios, & singularum Urbium Corporatos, simul forma praecipimus re-
uocari. Quibus etiam supplicandi inhiendam facultatem esse censui-
mus, ne originem (quod fieri non potest) commutare vlla iussio videatur:
Ac si forte per sacram auctoritatem cognoscitur, aliquis liberatus, cessante
beneficio ad originem reuertatur. Dat. v. r. Kalend. Decembr. Rau. Honor. i. x. &
Theod. AA. v. c o s s. [412.]

NOTAE.

* Absit haec lex à Cod. Justin. Iungendae ei duae aliae, puta lex 170. supr. de Decurionib. & lex 20. supr. de cohortalibus,
quae idem de Officialibus statuit. Hanc leg. omiserat Chronologia Theodosiana Aucto-
r. Lib. 10. PP. sub Honorio Italice vid. Profopogr.
¶ quae continentur dictis duabus legibus.
¶ Corporati, & Collegiati distinguuntur.
¶ Quae Officialia seu Apparitores d. l. 25. itémque Curiales, d. l. 130.
¶ Eadem voce vtitur d. l. 25.
¶ Ita quoque d. l. 25. Inemendatae in d. l. 170. Honorio VII. & Theodoseo III. AA. C O S S.

COMMENTARIUS.

RETRAHI Collegiatos ad ciuitates suas,
nec quicquam obstante Rescripto seu
beneficio Principis, rursus iubet Hono-
rius Anno D. 412. Simili formâ ait, quâ scilicet
eadem constitutione Apparitores seu Officiales
retrahi iussit, l. 25. supr. de cohortalib. itémque Cu-
riales, leg. 170. supr. de Decurionib. quae vtraque
huic leg. coniungenda est: Absque quâ sensus huic
leg. integer non constaret, cum non habeant hanc
verba, simili formâ, in hac leg. quod referantur. Vnde
liquere potest de iniuriâ & oscitantia huius Codi-
cis Conditorem in discerpendis constitutionibus:
retrâ de vtilitate summâ legum inter se rursus
coassandarum & conglutinandarum. Nam & vi-
cenersâ huius leg. & d. l. 25. supr. de cohortalib. bene-
ficio restituenda venit subscripito d. l. 170. ¶ Igitur
Honorius hac leg. Collegiatos reuocari iubet,
etiam (nam ita hunc locum accipio) Vituarij,
Nemesiacos, Signiferos, Cantabrarij: quantum-
uis otiosa corpora essent: in eo tamen haec tenus
utilia, ut magnitudinem Urbis & frequentiam
taerentur, & tristitia ciuium solarentur. Otiosa, in-

quam, (de cuiusmodi otiosis Corporibus in Vrbe
Româ dixit supr. ad l. vnic. de Mancipibus, quae
vacantia vocat Symmachus, lib. 10. epist. 58.)
Quod per singula comprobandum est.
¶ Procedant primum Nemesiaci. Nam de Vi-
tuariis, qui primo loco nominantur, velat minus
cognitis, sub finem agemus. Nemesiacorum igitur
horum vnus praeterea Commodianus, è Gen-
tili Christianus factus, de quo Gennadius in Paris
Illustribus, Africanus, ut puto, scriptor meminit:
qui & alio loco Didumarios nominat, in eodem
ludi genere versantes.
[de] NEMESIACIS VANIS.
Non ignominium est, virum seduci prudentem,
Es colere talem, audiamam [aut diuam, nempe Ne-
mesin] dicere lignum?
Mane ebrio, crudo, periuuro, credis viro:
Ex arte qui fide loquitur, quod illi videtur:
Seuerè dum agit, sibi viscera postit:
Incipiat cinis vniuersi detestabilis omnes;
Adplicuitque [Adplicatque] sibi simili COL-
LEGIO factio:
Cum

Cum quibus historiam fingit, ut Deum [Deam,
Nemesin scilicet] adoret:
Ipse sibi nescit diuinare, caeteris aude:
Succollat quando libet eum, [eam] & quando,
deponit,
Veritur à se rotans cum ligno bifurci,
Ac si putes illum afflatum numine ligni.
Non Deos vos colitis, quos ipsi false prophetaunt,
Ipsos Sacerdotes colitis, in vano timentes:
Sed si corde viges, fuge iam sacraria mortis.
Ex his Commodiani verbis colligimus: 1. Neme-
siacos hos fuisse de Vanorum hominum genere ali-
quos, 2. qui videlicet madidi, Ligno bifurci, tan-
quam numine, ludos publicè collectâ turba age-
bant, ibique ligno modò succollato, modò depo-
sito, bacchantes rotantéque, fabulam aliquam
fingebant, Diuinis se & Prophetas agentes, fatâ-
que hominum explicantes, atque ita stipem emen-
dicabant. Disfurs de bonne fortune, ou auanture.
Nemesiaci, à Dea Nemesi, quae eadem est cum
bona Fortuna. Helychius, Απαθη τὴν ἢ νέμεως ἢ ἢ
δῆμος. Denique Nemesi & Noctis & Iustitiae nunc-
cia vel filia, fatotum dispensatrix, vltix facinorum
impiorum, bonorum praemiatrix, arbitra rerum,
regina causarum, credita. Nemesiaci à Nemesi
Deâ: de qua vid. & quae Plinius, lib. 28. cap. 2.
sicut Didumarij apud eundem Commodianum ab
Apolline Didymæo: cuius oraculum Milefium
in Asia olim solemne fuisse notum est: cuius me-
minit etiam praeter alios Sozomenus, lib. 1. cap. 7.
vbi de Licinij interitu agit. Et haec de Neme-
siaci.

¶ Signiferi post hos, sed his proximi iungun-
tur: qui scilicet signa, & in his Deorum, ferebant
in pompis, festis, ludicris gentilitiis: de quibus
signis iam dixi ad l. 1. supr. hoc tit.

¶ His Signiferis vicini sunt Cantabrarij, qui in
pompis Cantabra ferebant, vexilliferi. De quibus
Cantabris iam alij, & nos ipsi alibi. De his Pa-
tres, qui pro Christianis Apologias aduersus Gen-
tes scripsere: Minutius Felix, in Octauio: Vos pla-
ne qui ligneos Deos consecratis, cruces ligneas, ut
Deorum vestrorum partes, forsitan adoratis: nam
& SIGNA ipsa & CANTABRA, & vexilla
castrorum quid aliud quam inaurata Cruces sunt &
ornate? Tertullianus Apolog. cap. 16. Siphara illa
vexillorum & Cantabrorum, stola Crucium sunt.
Idem ad Nationes cap. 12. lib. 1. Sic etiam in Canta-
bris, atque vexillis (qua non minore sanctitate mili-
tia custodit) Siphara illa vestes crucium sunt. Vetus
Cantabra, vexilla, pallia; Cantabra itaque
erant signa, vexilla & παλαιά εἰς πορεύειν ἢ χρυσὴ
fermè, ut Cedrenus appellat, quae in pompis pu-
blicis & solemnitatibus lata per urbem, iuxta
cum signis Deorum: quibus signis ferendis, Signi-
feri, ut illis Cantabrarij vacabant: Bannieres, por-
teurs de Bannieres aux Fêtes. Quare & Signiferis
Cantabrarij hic iunguntur, quomodo & Canta-
bra vexillis & signis apud Patres superioribus locis.
Erant igitur hi qui ferebant in pompis vexilla
collegiorum Templo- rum, signaque de quibus Vo-
piscus in Aureliano p. 220. Trebellius in Gallieno
p. 178. Quid verò inter Vexilla & Cantabra esset?
quaesierunt Viri Docti. Est qui putat Vexilla fuisse
vela pura, colore suo nihilominus nota: Cantabra
verò, quae non colore modò nota erant, sed & car-
mine seu nomine aliquo inscripta cantabant, siue
significabant illis aliquid grati & incundi: sic ut
Cantabra quidem Vexilla essent; sed non omnia
Vexilla, Cantabra: allato etiam loco ex lib. 40.
Dionis: vbi de rebus infautis quae M. Crasso ac-
ciderunt aduersus Parthos mouenti; ἐναίων δὲ τῆ

ligna, arbores, tigna aliunde petita ad ædificia, vendebant, *fustiers vendeurs de mairrin, Fabri* tignarij, qui ædibus aptabant tigna, dolabant, qui ædificabant. Sic igitur liquet, quàm rectè hæc tria Collegia in vnum coaluerint, quæ antea & aliquando separata fuerunt: Sanè in veteribus quoque Inscriptionibus, modò *Dendrophori* soli,

modò *Centonarij* soli occurrunt: modò *Fabri & Centonarij* iuncti, modò *Centonarij & Dendrophori*; modò omnes, *Fabri, Centonarij, Dendrophori*. Illud ex Inscriptione, quæ occurrit p. 101. num. 1. notandum, Regij *Templum* peculiare *Collegij Fabrorum & Centonariorum* sub M. Aurelio Antonio memorari.

II. * Imppp. VALENTINIANVS, Valens, & Gratianus AAA. ad Olybrium P. V."

NE quis ex Centonariorum corpore subtrahere se possit ad Curiam: pœnâ eidem Corpori propositâ, nisi ilicò de eius abscesu querelam deposuerit." Dat. v. Kal. Febr. Triu. Valentiniano NB. P. & Victore C O S S. [369.]


NOTÆ.

* Absit & hæc lex à Cod. Inst.
"Olybrius P. V. sub Valentiniano Sen. vid. *Prosopogr.* & Ammianum Marcellinum, lib. 28. p. 396.
"Deponere querelam, pro proponere.

COMMENTARIVS.

SUBTRAHERE sese Corpori suo, atque ad Curiam sese conferre, Centonarij hæc leg. à Valentiniano Sen. vetantur Anno Domini 369. intrâ Præfecturam Urbis Romæ: vti viceuersâ Curiales, itémque Collegiati sese ad Corpus Centonariorum transferre veriti, l. 162. *supr. de Decurionibus*: imò iam antea quoque veriti ab eodem Valentiniano Curiales ad Fabrorum Collegium irrepere vel aspirare, l. 62. *supr. de Decurionibus*: Suum scilicet cuique Corpori numerum seruari expedit: neque alterum altero mutari, alteriusve causa nudari. Quod tamen solitum fieri à multis proprii muneris & officij im-

patientia: nam vt Curialium munus aliorum respectu lucrosam & obnoxiam valde fuit; ita viceuersâ, tanquam maius aliquid istud appetuisse alios, & in his Centonarios verosimile est, colludentibus ipsismet etiam Corporibus. Quare etiam, vt Centonariorum Corpus hæc ratione non vacuaretur, vult Valentinianus vt Corpus ipsam ilicò de refugæ Centonarij abscesu querelam inferat, vt ita hæc ratione petuestigari ilicò possint. Pœnâ alioquin Corpori ipsi propositâ. Quæ pœna notanda est, toti Corpori proposita seu interrogata, si sui vilitatem insuper habeat.



DE STUDIIS LIBERALIBVS VRBIS ROMÆ ET CONSTANTINOP."

TITVLVS IX.

XI. COD. IVST. XIX. Huic vicinus *titulus* est *supr. lib. 13. de Medicis & Professoribus*: & *lib. 6. tit. de Professoribus qui in Vrbe Constantinopolitana docentes ex lege meruerunt Comitumam.*

"de hoc est lex 1.

"de hoc est lex 2. & 3.

PARATITLON.

STVDIA LIBERALIA Rubr. & l. 1. *supr. de Decurijs Urbis Romæ*: liberales res, l. 1. *vers. quin etiam, hoc tit. professiones, d. l. 1. vers. his sanè*: studia, l. 3. studia literarum, d. l. 3. *in fin.* Literatura, quæ omnium virtutum magistra est, d. l. 1. *supr. de Decurijs P. R.* in Vrbe Roma, de quo est *lex 1.* & Constantinopolitana, de quo est *lex 2. & 3.* erant & exercebantur. ¶ Quò Discipuli l. 3. seu adolescentia, d. l. 3. discendi cupiditate veniebat: veluti ex Africa Romam, d. l. 1. ibique agebat sub *undecim legibus Academicis*, quæ continentur Valentiniani Sen. l. 1. *hoc tit.*

¶ Porrò studia hæc exercebantur in Auditorio, seu intra Auditorium Capitolij Constantino

Constantinopoli: idque à Magistris tantum ab Imperatore constitutis, qui in priuatis ædibus docere prorsus prohibebantur, d. l. 3. viceuersâ alij quàm à Principe constituti, magistrorum nomina sibi vsurpare & in publicis magistrationibus cellulisque collectos vndeunque discipulos docere circumferreque verabantur, d. l. 3.

¶ Hi verò erant in vniuersum Constantinopoli, triginta & vnus: nempe Latini Oratores, tres: Latini Grammatici, septem: Græci Sophistæ quinque, Grammatici decem, Philosophus vnus, duo Iuris Professores: d. l. 3. Cætera de Professoribus *suo titulo, iam suprâ.*

¶ *Bibliotheca* quoque publicæ [Romæ erant &] Constantinopoli: cuius posterioris mentio fit l. 2. *hoc tit.* cuius codicibus componendis, vel pro vetustate reparandis, Antiquarij septem destinati erant: putà Græci quatuor, Latini tres: Insuper custodiendæ illi Conditionales apponebantur, d. l. 2.

¶ Circa STUDIOSOS Romam studiorum gratiâ sese conferentes, undecim leges Academicæ Valentiniani Sen.

I. * Imppp. VALENTINIANVS Valens & Gratianus AAA. ad Olybrium P. V.

VICVMQVE ad Urbem" discendi cupiditate veniunt, primitus ad Magistrum" Censuum, Prouincialium Iudicum, à quibus copia est danda veniendi, eiusmodi Litteras proferant, vt *oppida hominum, & natales, & merita* expressa teneantur. Deinde, vt in primo statim profiteantur introitu, *Quibus potissimum studiis operam nauare proponant.* Tertio, vt hospitia eorum sollicitè Censualium norit Officium, quò ei rei" impertiant" curam, quam se adferuerint" expetisse. Idem" immineant Censuales, vt singuli eorum tales se in Conuentibus præbeant, quales esse debent, qui turpem inhonestamque famam, & *confociationes* quas" *proximas putamus esse criminibus* æstimant fugiendas: néve spectacula frequentius adeant, aut adperant vulgò intempestiua conuiuia. Quinetiam tribuimus potestatem, vt si quis de his non ita in Vrbe se gesserit, quemadmodum liberalium rerum" dignitas poscat, publicè verberibus adfectus, statimque, nauigio" superpositus, abiciatur Vrbe, domumque redeat. His sanè qui sedulò operam professionibus" nauant, vsque ad vicesimum ætatis suæ annum Romæ liceat commorari: Post id verò tempus, qui neglexerit sponte remeare," sollicitudine Præfecturæ, etiam impurius," ad patriam reuertatur. ¶ Verùm ne hæc perfunctoriè fortasse curentur, Præcella Sinceritas Tua, Officium Censuale commoneat, vt per singulos menses, *Qui, vel unde veniant, quive sint,* pro ratione temporis" ad Africam, vel ad ceteras Prouincias, remittendi, breuibus" comprehendat: His dumtaxat exceptis qui Corporatorum" sunt oneribus adiuncti." ¶ Similes autem breues etiam, ad scriinia Mansuetudinis Nostræ annis singulis dirigantur: quò, Meritis singulorum institutionibusque" conpertis, vrùm quandoque nobis sint necessarij, iudicemus. Dat. iv. Id. Mart. Triu. Valentiniano & Valente III. AA. C O S S. [370.]

NOTÆ.

* Absit hæc lex à Cod. Inst. velut temporaria: Iungendaque illi videtur *lex 3. supr. de Medicis & Professoribus*, (quæ est *lex 10. Cod. eod. tit.*) & *lex 7. Cod. de postulando.*
"Olybrius P. V. Romæ, sub Valentiniano Sen. de quo vid. *Prosopogr.* Elogium eius vide apud Ammianum Marcellinum, lib. 28. p. 396.
"Urbem Romanam scilicet.
"De Magistro census dixi, ad l. 8. *supr. de Decurionibus.*
"Est qui tentabat, *oppida, domum*: quo nil opus.
"Rei, id est studio, professioni: ita mox rursum, *liberalium rerum.*
"studiosi scilicet qui ad urbem discendi cupiditate veniunt.
"id est, professi fuerint in introitu Urbis Romæ.
"p. vel *Islam*, id est iidem: vel *Item.*
"cas quas. "ita *supr. ei rei impertiant curam.*
Africanam tendenti: nam de Africanis seu transmatinis adolescentibus & studiosis hic nominatim agitur: vt docet *vers. verùm ne hæc perfunctoriè.*
"Professionibus, id est studiis, artibus.
"p. remeare, vel *remeare.*
"Impurius, id est, cum nota & dedecore.
"Romæ scilicet exacti, & studiis impenso. "Breues, pro Matricula: vid. *Gloss. Theod.*
"de *Comparatis*, suo titulo *suprâ*, hoc ipso libro, *tit. 2.*
"iam adiuncti in *l. 1.*
"v. l. Id. Mart. d. l. 9. *supr. de Medicis*: Kal. Mart. d. l. 7. *Cod. de postulando.*
"Trenis in Gallia constitutus hoc tempore Valentinianus Sen. vid. *Chronol. nostram.*

De ANTIQVARIIS, & de CVSTODIBVS Bibliotheca Constantinopol. Valentis lex.

II. * Idem AAA. Clearcho P. V."



ANTIQVARIOS, ad Bibliotheca codices componendos, vel pro vetustate reparandos, quatuor Græcos, & tres Latinos, scribendi peritos, legi iubemus; quibus de caducis popularibus (& ipsi etenim videntur è populo) competentes inperiantur annona: Ad eiusdem Bibliothecæ custodiam Conditionalibus & requirendis & protinus adponendis." Dat. VI II I, Id. Maij, Modesto & Arintheo c o s s. [372.]

NOTÆ.

* Absit & hac lex à Cod. Iustin. Iungenda autem ei lex 20. supr. de Pratoribus: & emendato die, lex 7. infr. de annona ciuicis. Constantinopol. Meminit huius Clearchi P. V. Socrates lib. 4. cap. 8. & Hieronymus Chronico, Ann. 374. vid. Profopogr. Constantinopolitana: de qua mox. à re P. V. Adponendi vox propria de Custode: vid. Martialis lib. 1. epist. 74. Sueton. Tiberio, c. 12. & Claudio, c. 2.

COMMENTARIVS.

VALENTIS hæc constitutio est: quâ BIBLIOTHECÆ Constantinopolitanæ consulit Anno D. 372. partim codicibus eius componendis, vel pro vetustate reparandis; partim ad eius Custodiam. Scilicet, ad prius illud Antiquarios septem, putâ quatuor Græcos, tres Latinos, scribendi peritos eligi, Hisque annonas competentes de caducis popularibus præberi: Ad istud verò custodes conditionales requiri, protinusque adponi iubet, Quæ quidem lex pars est prolixioris Valentianæ constitutionis, ad Clearchum P. V. emissa: quâ Valens Imp. in vniuersum populi Constantinopolitani commodis consultum inuit: & quidem in tribus, 1. oblectationibus inquam populi, quò pertinet lex 20. supr. de Pratoribus: 2. Annonæ populari, quò spectat lex 7. infr. de Annonâ Ciuicis, & in partem hæc ipsa quoque: denique vtilitati populi ex Bibliothecâ, quò potissimum pertinet hæc lex: cui proinde duæ illæ velut vnus & eiusdem constitutionis partes coassandæ veniunt. Nunc de huius leg. sententiâ, quæ vt dixi est de Bibliothecis. De Bibliothecis Urbis Romæ non est hic agendi locus: De Constantinopolitanâ, quò hæc lex pertinet tantum videntum est. Eam primùm publicare cepit Constantinus Imp. ante annos viginti ferme, circa Annum D. 354. Quo nomine Constantium multis laudat Themistius Oratione 13. quæ habita est eo Anno 354. à pag. 305. ad 309. vbi etiam addit (quod huic leg. proximum est) ei operi Curatorem à Constantio præfectum, cui annonam & impendia dederit, & τὰς αὐτῶν ἀρχὰς ἐπὶ τῶν βιβλίῳ, & ἐπιβίβωσι τῶν βιβλίῳ τῶν βιβλιῶν, sub quo tamen alij Librarij fuerint. Ita quidem Constantius inter initia huius Bibliothecæ excitandæ: Atenim auctâ iam in immensum Bibliothecâ, Valens septem ei præficit hæc leg. Antiquarios: nempe, vt ipse Antiquarios describit, qui codicibus componendis, vel pro vetustate reparandis vacarent. Antiquarius in Glossis est ἀρχαιογράφος, κωδικογράφος. Horum frequens mentio apud Veteres. Aufonius, epist. ad Probum PP. Oblatâ per Antiquarios morâ. Hieronymus ad Florentium, como 1. fol. 23. Habeo alumnos qui Antiquaria rei seruiunt. Augustinus de verbis Domini, sermone 44. Quæmadmodum qui videt literas

in Codice optimè scripto, & non nouit legere laudat Antiquarij manum, admirans apicum pulchritudinem. Adde Sidonium lib. 9. ep. 16. Calliodorum diuinar. lect. cap. 15. & 30. (vbi scitè Antiquarios describit) Historiæ Tripartitæ lib. 2. cap. 16. Gregorium 1. Registr. 4. sunt qui hos Ἀρχαίους dici putant L. 18. S. 10. τ. de muneribus. Sed malè. Isidorus quoque ait, Librarium nota & vetera scripsisse: Antiquarium, qui tantummodo vetera, vnde & nomen sumpserit. Id quod verum esse hæc lex ostendit: Antiquarios, inquit, ad Bibliothecæ Codices componendos, vel pro vetustate reparandos, scribendi peritos. Themistius, d. loco, ita describit, ἀ ἐκαστὸς ἐπὶ τῶν βιβλιῶν μισθολογῶν ἐν πάλαιον ἑκάστου ἐπιβίβωσι τῶν βιβλιῶν, id est, qui ea facultate præditi sunt, vt mentem ex antiquo & vniuerso tabernaculo in recens ac nuper fabricatum transferant. Et vt paulò ante dixit, qui animas sapientum ex sepulchris in lucem reuocant, τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐκ τῶν σπηλαίων ἀνακαταί, & ἀνακαταί ἐν τῶν βιβλιῶν. Proximo sensu Antiquarij dicti, qui intermortua atque ab vsu remota verba vsurpant. Iuuenalis Satyra 6.

Ignotisque mihi tenet Antiquaria versus. De Antiquorum cæteroquin Codicum collatione dixi ad l. vnic. supr. de responsis Prudentum. Memorantur & Antiquarij quatuor in serinio memoriæ, Leonis l. 10. Cod. de proxim. sacrorum seriniorum: quos cum his confundunt Viri docti: qui scilicet adnotationes Principis & veteres preces in serinio memoriæ tractabant.

De his igitur Bibliothecæ Constantinopolitanæ Antiquariis à Valente duo hæc leg. constituntur. Primò quidem Numerus eorum definitur: nempe, Antiquarios, quatuor Græcos, tres Latinos Bibliothecæ Constantinopolitanæ adponi iubet: & sic septem in vniuersum. Vbi obseruandum, maiore numero Græcos ordinari, vt pote in Græcâ regione, & in quam Græcorum cummaximè scripta coacervarentur: de quo & Themistius, d. loco. Pari ratione Theodosius Iun. plures in Academiâ Constantinopolitanâ Sophistas esse voluit, quàm Oratores, l. vltim. prox. Secundò, Annonas his Antiquariis præberi iubet Valens de caducis popularibus: additâ ratione: & ipsi etenim videntur è populo. Popularia seu populares annona sunt,

sunt, veluti panes, cæteraque quæ de publico populo sine Constantinopoli sine in Vrbe Româ distribuebantur: de quibus erit infr. tit. de annonis ciuicis. Quæ & commoda popularia dicuntur, l. 3. supr. tributa in ipsis speciebus. commoda populi, l. 3. infr. de Canone sum. V. R. l. 8. supr. de Medicis. Nempe Annonæ, quæ Constantinopoli nominatim præbebatur, tres species erant: aliæ Palatinæ, quæ Palatinis: Militares, quæ Militaribus: populares, quæ populo seu popularibus dabantur: vt docet lex 7. infr. de annonis ciuicis, quæ huic leg. vt iam notauimus, coassanda venit, vnâ cum l. 7. supr. de Pratoribus: De quibus popularibus annonis Constantinopoli videndus quoque Sozomenus, lib. 3. cap. 6. Cæterum hæc annona, & populares quidem certis casibus caduca siebant, (vnde & caduci panes in eiusdem Valentis constitutione, l. 1. infr. de annonis ciuicis, vbi dicam:) id est, deberi desinebant, atque ad eò filii viribus vindicabantur, & in horreorum condita recidebant & residebant, vt docent disertè d. l. 1. & 7. Ex his igitur popularibus annonis caducis, annonas Antiquariis præberi iubet Valens hæc leg. ratione additâ, & ipsi etenim Antiquarij è populo videntur, id est sunt: neque enim aut Palatini,

aut Militares erant: verùm è populo: diuersi Estar. Popularis scilicet annona caduca populari rectè Antiquario cedit, vt in commune sui cuiusque Ordinis annonas cuique Ordini seruari voluit idem Valens Imp. d. l. 7. quæ vt dixi huic coassanda est. Ergo Antiquariis Bibliothecæ Constantinopolitanæ ex annonis popularibus & quidem caducis annonas adsignat hæc leg. Valens Imp. Et sic de Antiquariis, quod primum est caput.

Secundo capite Custodia Bibliothecæ Constantinopolitanæ consulit Valens: Nempe ad Bibliothecæ custodiam Conditionales adponi vult. Conditionales sunt, qui conditione personæ suæ & officij munerisque ita adstricti sunt, vt & emerita conditioni, id est, quæstioni seu tormentis subiecti possint. Ergo hoc sensu Conditionales Bibliothecæ custodes esse vult Valens: quomodo & Auri flatores, l. vltim. supr. de Ponderatoribus: conditionales Annonarij, Actuarij Numerarij, l. 5. 7. 8. supr. de Numerariis: Conditionales Tabularij, l. 11. Cod. qui potiores in pign. serui quoque quidam Conditionales, l. 5. supr. de iure fisci, vbi dixi, seu l. 7. Cod. eod. tit.

De PROFESSORIBVS publicis Constantinopolitanis: 1. vt his tantum, non aliis, 2. & publice quidem tantum docere ius sit: 3. deque certo eorum Numero, Theodosij Iun. lex.

III. * Imp. THEOD. & Valentinianus Cæs."



NI VERSOS, qui, vsurpantes sibi nomina Magistrorum, in publicis magistracionibus cellulisque collectos vndecumque discipulos circumferre consueuerunt, ab ostentatione vulgari præcipimus amoueri: Ita vt, si qui eorum post emissos diuinæ sanctionis adfatus, quæ prohibemus adque damnamus iterum fortè temptauerit, non solum eius quam meretur infamiae notam subeat, verum etiam pellendum se ex ipsâ, vbi versatur illicitè, Vrbe, cognoscat. Illos verò, qui intra plurimorum domus eadem exercere priuatim studia consueuerunt, si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent, nullâ huiusmodi interminatione prohibemus. Sin autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitolij Auditorium constituti, hi omnibus modis priuatarum ædium studia sibi interdicta esse cognoscant: Scituri, quòd si aduersum cœlestia statuta facientes fuerint depræhensi, nihil penitus ex illis priuilegiis consequentur, quæ his qui in Capitolio tantum docere præcepti sunt, meritò deferuntur. Habeat igitur Auditorium specialiter Nostrum, in his primùm quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, Oratores quidem tres numero, decem verò Grammaticos: in his etiam, qui faciundia Græcitatiss pollere noscuntur, quinque numero sint Sophistæ, & Grammatici æquè decem. Et quoniam non his artibus tantum adolescentiam gloriosam optamus institui, profundiores quoque scientiæ adque doctrinæ memoratis Magistris sociamus auctores. Vnum igitur adiungi ceteris volumus, qui Philosophiæ arcana rimetur: duos quoque, qui Iuris ac Legum formulas pandant. Ita vt vnicique loca specialiter deputata adsignari faciat Tua Sublimitas: ne discipuli sibi inuicem possint obstrepere, vel Magistri: neque linguarum confusio permixta, vel vocum, aures quorundam, aut mentes à studio litterarum auertat. Dat. I I I. Kalend. Mart. Constantinop. Theod. v. XI. & Valent. c o s s. [425.]

NOTÆ.

* Lex vnic. Cod. Iust. eod. tit. Iungenda autem huic est lex vlt. infr. de operibus publicis. Imò & lex vnic. supr. de Professoribus qui in Vrbe Constantinopol. docentes ex lege emeruerunt Comitum. Etsi aliqua in Inscriptione & Subscriptione diuersitas intercedat. In Codicis Iustiniani Editionibus omnibus, additum P. V. In d. l. vltim. aperte additum Constantio P. V. in d. l. vnic. Theophilo P. V. quod Cuiacius huic leg. in Codice inscripsit, ex ingenio, an ex MS. aliquo: incertum. Certè, & hanc Tom. V. C c 2 P. V.

P. V. inscriptam fuisse docent vel extrema illa huius leg. adsignari faciat Tua Sublimitas, collata cum legis argumen- to, utpote, in qua agitur de Professoribus in Vrbe Constantinop.

COMMENTARIUS.

HEODOSII Iunioris hæc lex est, non verò Constantini, aut Gratiani, quod nonnulli temerè prodidèrunt: neque etiam ea Valentiniano Tertio communicanda venit: quod & ipsum tamen quidam tradunt, etsi pro more tum recepto eius quoque nomen legi inscribatur. Et est ea (quod secundò notandum) proluxioris Theodosianæ constitutionis pars, de ACADEMIA, ut hodie loquimur, & PROFESSORIBUS Urbis Constantinopolitanæ: vnde duæ præterea leges supersunt, putà lex ult. infr. de operibus publ. & l. unic. supr. de Professoribus qui in Vrbe Constantinop. quæ proinde huic coassandæ veniunt: etsi aliqua Inscriptionum & Subscriptionum diuersitas intercedat, ut iam in Notis monui. Minor sanè in d. l. vltim. ibi enim omnia similia sunt; excepto quod ibi Inscrip- tio Constantij P. V. nomen præfert, quod hic interdicat. Maior diuersitas in d. l. unic. quia & Inscrip- tio præfert, Theophilo P. V. & Subscriptio, diem Idibus Mart. Et liquidum tamen, has tres leges inter se coassandas: non argumenti tantum paritate, verum etiam quia quædam in iis occurrunt, quæ sese mutuo respiciunt, alteræque ad alteras sese referunt: veluti illa in d. l. vltim. SUPRA- DICTORVM confessibus, ad Professores respiciunt, de quibus hæc leg. agitur: nam in illa l. vltim. nulla Professorum mentio fit. Item illa in d. l. unic. qui in MEMORATO Auditorio Professorum fungantur officio: ad hanc pariter leg. apertissimè respiciunt, ubi Auditorij exprimitur, in Capitolio videlicet, & ex parte ad d. l. vltim. Est item hæc lex (quod Tertio monendum) de Academiâ & Professoribus Constantinopolitanis: non verò de Romanæ Urbis Professoribus, ut perperam nonnulli tradunt, etiam Theatri Rhetorici Author: non item de Beryriensi, ut alij tradidèrunt, de quo paulò post plenius, quod etiam ex dictis legibus discimus. Postremò monendum, sicut tres illa quas memoraui leges in commune sunt de Academiâ & de Professoribus Constantinopolitanis, ita singulas continere, quòd suo titulo sub quo positæ sunt conuenit: scilicet in d. l. vltim. de operibus publ. agitur de Auditorio Professorum, quod Theodosius Iun. his adsignat, quod duobus locis hæc leg. obiter indicatur; in Capitolio nempe Auditorium adsignat, & in eo Capitolio porticum exedras. Lex verò unic. supr. de Professoribus, &c. est de Priuilegiis, deque dignitate Professorum; quorum fit quoque mentio obiter hæc leg. ibi enim Comiti-

uam primi Ordinis Professoribus ibidem nominatis tribuit, & deinceps quoque cæteris qui viginti annis docuerint. Hæc tandem lex nostra seu ἀπομοίωσις hoc ipsum PROFESSIONIS DOCENDI QUÆ ΜΥΝΥΣ, & ad dignitatem Academiæ illius tuendam respicit. Quinque eam in rem constitutis, quot etiam eius capita numerari possunt. Primo capite verat Theodosius Iun. Magistros alios extra Professorum publicorum numerum Constantinopoli publicè docere seu profiteri, in publicis magistracionibus cellulisque collectis vndeunque discipulis, id est, scholas publicas habere, quò lucentus commeer: publicas, id est, quò passim conuenitur, oppositè ad parietes domesticos, (quod vnum his mox permittitur.) Neque eo minus tamen ἐν γωνίᾳ in angulis artem facere dicti: in quos vid. quæ Anianus i. in Epistolum 29. & lib. 2. cap. 13. Themistius, orat. 3. hique γωνίας ἀξιῶν ἀδελφῶν Aristidi. Quod quidem à Theodosio Iun. Academiã Constantinopolitanam bene fundaturo hæc leg. constitutum, tuendæ Professorum, publicæque Professionis, seu Academiæ Constantinopolitanæ dignitati: ne alioquin paulatim publici Professores sibi soli in scholis relinquerentur, quod ille dixit, & agyrtæ, circumforanei, docendi munus indebitè usurpantes, ferrentur, circumferentes discipulos vndeunque collectos ostentatione vulgaris: vel denique ne studiosi in partes & factiones abirent. Vbi ostentatio vulgaris, non est, ut ineptè Glossa, conuersatio cum laicis, verum sui ostensio apud vulgus sine legitima ordinatione & electione. Et hæc quidem est huius leg. hoc capite sententia. Non quod volunt Interpretes, quasi Imperator velit, Professores, non debere pomposè docere, ostendentes suam in populis linguam, ut loquantur, ut inde vulgi gloriam quærant. Non etiam quod tradidit Auctor Theatri Rhetorici lib. 4. cap. 11. p. 435. quasi ambitioni gloriosorum hominum & Sophistarum occurrere voluerit Theodosius hæc leg. id est, qui Auditorum seu Discipulorum numero stipari in publicum procedebant: & sic quasi lege hæc coercita fuerit iuuenum affectatio. Nil tale, verum quia extra Auditorium publicum noller iuuentutem doceri, & ab alijs quàm qui publicè in Collegium Professorum asciti essent & adprobati. Ad quod idem proximè alludit lib. 3. cap. 5. p. 179. Fuit quidem tempus Romæ, cum Magistri priuatas tantum pergulas & cellulas magistras haberent, quò

quò iuuentus comcebat: de Mathematicis, testis Suetonius, in Augusto: de Grammaticis, idem lib de Illustrib. Grammaticis, ubi de Craffio. Primus Adrianus Imp. Athenæum ludum ingenuarum Artium Romæ constituit, ut Aurelius Victor tradit, & ut existimare licet, Regione 8. fori Romanani: eo quippe loco ponit P. Victor Ludos literarios: & manet hodiernum eo tractu ad radices Auentini schola Græcorum mentio. Huius Athenæi meminit & Dio in Iuliano; σωραγωγὸν ἡμᾶς εἰς τὸ Ἀθλιαιον κολίβιον ἀπὸ τῆς ἐν τῆρι πρυτανείῳ ἀσκήσεως. Lampridius in Alex. Seuero: Ad Athenæum, inquit, audiendorum & Græcorum & Latinorum Rhetorum vel Poëtarum causa frequenter processit: vid. & Capitolinum in Pertinace, & Gordiano: & Symmachum, lib. 9. epist. 84. in fin. Alexander quoque Seuerus Auditoria publica instituit: sic enim de eo Lampridius: Rhetoribus Grammaticis, Medicis, &c. salaria instituit, & Auditoria decreuit, & Discipulos cum annonis pauperum filios, modo ingenuos, dari iussit. Et post Athenæum tamen institutum licuit etiam priuatim docere. De Rhetoribus Vopiscus in Saturnino. Fuit reuerà non parum literatus: nam & in Africâ Rhetoricæ opam dederat, Roma frequentauerat pergulas Magistras. Erant hæc scilicet pergulæ priuatæ, & eodem ratione sententiæ publicæ, quo hæc leg. publicæ Magistraciones & cellulæ, nempe quod eò vndique conueniretur. Denique licuit ante Theodosium Iun. & in Occidente, Romæque, priuata Auditoria habere, quod manifestissimè etiam docet hoc Codice, lex 6. supr. de Medicis & Professoribus. Atenim Theodosio Iun. ut dixi, iis quas dixi rationibus, fundatâ Academiâ Constantinopol. Magistraciones has & cellulas extra Auditorium Capitolij inhibere visum. Quod institutum etiam hodie seruari publicè operæ foret: Et verò alicubi obtinuisse memini Legitimos Iuris Antecessores aduersus huiusmodi circitores, periodentes, qui locis nonnullis Iuris prudentiam cauponantes, disputantes, & Academiæ & Auditoria desolauere. Ad quam alioquin quæstionem vid. apud Bouchellum & Ioly Arresum 29. lib. 2. Sed Theodosij indignationem potius audiamus. Is huiusmodi Agyrtis infamiam penam minatur: qui casus cæteris addendus est, quibus infamia ipso iure contrahitur; & expulsiōnis Vrbe Constantinopolitanâ, Priuatim equidem, quæ secunda sententia huius leg. est: seu intra domesticos parietes vnus tantum familiæ liberis docere iis permittit, seu priuatos præceptores agere. Viceversa, quæ Tertia sententia est, verat hæc leg. Theodosius Iun. publicos & statuos Professores alibi quàm in Auditorio publico docere, extra Capitolium scilicet. Nempe Theodosius Iun. Constantinopoli in Capitolio Auditorium Professoribus adsignauit, hæc leg. & d. l. vltim. infr. de operibus publ. deputatis in eo porticum exedris. Quod quidem Capitolium Constantinopoli fuit Octauâ Regione, quæ à mari semota erat, & mediterranea: ut docet vetus Urbis Constantinopolitanæ descriptio, præfixa Notitiæ Imperij: ubi & plures pariter porticus memorantur. Huius etiam Capitolij atque in eo Auditores Professorum meminit Cleonius Grammaticus Constantinopol. Quodam tempore dum Ars in Capitolio die campe- remi tractaretur, vnus è florentibus discipulis Ioannes à Grammatico veniã postulata intendens in alterum suscitatus est. De Capitolio alioquin in genere dixi ad l. 34. supr. de annonâ & trib. Grauis ille error est eius, qui de Capitolio expresse scripsit cap. 35. p. 131. cum de Capitolio Romano hæc leg. agi tradidit. In Capitolio sanè Romano fuit quoque

olim Bibliotheca, teste Eusebio, in Chronico, in Commodo, Ann. 189. & Orofio lib. 3. cap. 11. & in ipso olim Templo Apollinis Capitolini factæ recitationes Poëmatum, seu vt hæc comessionum quasi arena esset. Horatius Satyra 10. Qua nec in Ede sonent certantia, Indice Tarpa: Vide eundem lib. 2. epist. 2. Nos ad Constantinopolitanum, & sic ad legem nostram redeamus. Ergo tribus superioribus sententiis noluit Theodosius Iun. Academiã Constantinopol. priuatâ institutione vilescere; siue dum priuatâ, publicè docere audent: siue dum statui & publici, priuatim: Hoc etiam addito postremo casu, si quisquam Professorum priuatim doceret, Priuilegia his Professorum denegari oportere: Nempe à gradu honorifico descendentes, priuilegijs sese indignos reddunt: quæ ratio redditur ab Interpretibus. Quæ verò ea Priuilegia Professorum fuerint? dictum plenè ad tit. de Medicis & Professoribus: Imò & d. l. unic. supr. de Professoribus, quæ huic coniungenda est, ubi vnum ex his & vel præcipuum continetur: Quare qui viginti annis alibi quàm in Auditorio Capitolino docuerit, Comitium primi ordinis non adsequetur. Et hæc de primo huius leg. capite. Secundo huius leg. capite, Theodosius Iun. GENERA, NUMERVM QUE Professorum Constantinopolitanorum determinat: numerum inquam, in vniuersum vnus supra Triginta: scilicet Romanæ Eloquentiæ tres Oratores, decem Grammaticos: Græcæ verò, quinque Sophistas, & decem patiter Grammaticos. Vbi obiter Quinque notanda veniunt. Primum notandum, Græcam & Romanam institutionem seu professionem distinctam seu diuisam fuisse: de quo plenè dixi ad l. 11. supr. de Medicis & Professoribus. Secundò notandum, hîc disertè dici Græcis Sophistas, qui Latinis Oratores dicebantur: Ergo Sophistæ Græci, Oratores seu Rhetores fuerunt: atque hoc sensu alibi Rhetores & Sophistæ iunguntur, vt l. 6. de excusat. Hoc sensu capite vnus apud Socratem lib. 4. histor. Eccles. 26. de quo loco vid. Heraldum lib. 7. in Salmat. cap. vltim. Est enim nœus Accursij interpretantis in l. 1. de professor. qui in Urb. Constantinop. Sophistas, Dialecticam docemes. Tertio, Grammatici hîc & alibi sunt, qui prima eruditionis rudimenta ponebant: quod infinitis locis comprobatur: Quidque ad eorum partes pertinet, vt aliunde clarum, nominatim ex Quintiliano lib. 1. ita insignis de eo Gregorij Nazianzeni locus in orat. funebr. Basilij: ubi quatuor hæc eorum partes indicantur: γλώσσαν ἐξελλυτικῆν, ἰσορίας σωμάτων, μέτρους ἔμπειρῶν, ποιήματα νεμεδέων. Quarto obseruandum, plures Sophistas Græcos, quàm Oratores constitui: velut in Græcâ vrbe, & ad quam Græci magis comcearent: quâ causâ etiam plures Antiquarij Græci quàm Latini Bibliothecæ Constantinopolitanæ à Valente instituti, l. 2. supr. Tandem Oratorum & Sophistarum numerus in vnum collectus octo fuit: cum tamen Antiochiæ quatuor tantum Rhetores essent iam olim: vt testatur Libanius, Oratione ἰστέῳ ἂν Πρωτόων, p. 87. & p. 98. Et hætenus quidem Professores viginti octo partim Grammatici, partim Oratores & Sophistæ. His verò omnibus tres adhuc Professores in Academiâ Constantinopolitanâ addit Theodosius Iun. profundiorum scilicet scientiarum & doctrinarum, vt ipse ait, id est, Philosophiæ & Iuris prudentiæ. Igitur vnum tantum Philosophiæ Professorum constituit: duos verò Iuris Professores: qui anterioribus Theodosij etiam Iun. ipsius constitutionibus in Professorum censu non reperiuntur, C c 3

I. * Imppp. Gratianus, Valentinianus & THEOD. AAA. ad Pancratium" p. v.

IN exceptione temporis matutini, dumtaxat intra moenia" constitutus nullus Senatorum habitum sibi vindicet militare: sed, chlamydis terrore deposito, quieta coloborum" ac penularum induat vestimenta. Cum autem vel conuentus Ordinis candidati" coeperit agitari, vel negotium eius" sub publicâ Iudicis sessione cognosci, Togatum eundem interesse mandamus. ¶ Officiales quoque (per quos" statuta" complentur, ac necessaria peraguntur) vti quidem penulis iubemus, verum interiorem vestem admodum cingulis obseruare: ita tamen, vt discoloribus quoque pallis pectore" contegentes, conditionis suæ necessitatem ex huiusmodi agnitione" restantur. ¶ Seruos sanè omnium (quorum tamen dominos sollicitudine constat militiæ non teneri) aut byrris vti permittimus, aut cucullis. ¶ Si quis de Senatoribus statuta neglexerit, proprij auctoritate honoris exutus ingrediendi Senatum iam non habeat potestatem: Officiales verò, sed & Serui (qui pudoris non possunt dispendium sustinere) exilij poenam subire iubeantur: Officio Censuali viginti librarum auri non inmerito dispendij subiugando, si culpam vsurpationis huiusce, aut dissimulatione subprefferit, aut acceptâ pretij mercede subtraxerit." Dat. Prid. Id. Ian. Constantinop. Antonio & Syagrio c o s s. [382.]

NOTÆ.

- * Abest hac lex à Cod. Iustiniano.
Pancratius P. V. Constantinop. sub Theodosio M. Eidem inscribitur Anno 379. lex 4. sup. de auro coronario: quam ibi malim inscribi Com. R.P. Anno 381. lex 6. sup. de sepulchro violato: & hoc ipso Anno lex 3. sup. de cognitor. & procur. Hic secundum Præfectus Vrbi fuisse videtur, Anno 389. l. 4. infr. de Aquaductu.
Vrbis Constantinopol. Porro hic moenia in proprio suo significato, pro muris ciuitatis.
Militaris habitus, chlamys.
an Colobiorum, quomodo frequenter vocantur: sed coloborum ferri potest: de quo mox.
id est, cum Senatus haberetur: Ordo Candidatus hac leg. & iterum l. vnic sup. de Prætoribus: est Ordo Senatorius: vnde videlicet Candidati Quæstores, Prætores nominabantur, eligebantur: de quibus affatim sup. titulo, de Prætorib. & Quæstoribus: ac nominatim l. 21. & passim Symmachus.
Senatoris.
Officialium hæc descriptio: Officiales sunt per quos statuta Iudicium scilicet complentur, & necessaria peraguntur.
Iudicium.
Ferri potest hæc vox obseruare, pro obseruare: vt alicubi hoc Codice, ad obseruandum aditum: quod quis mutat vel in obseruare, vel in obfirmare.
p. pectora.
p. pectora, Agnitio.
Ita Editiones prioræ omnes, malè solâ Patrisina subtraherit.

COMMENTARIVS.

THEODOSII M. hæc constitutio est, data Anno D. 382. quâ tribus hominum generibus suum cuique in Vrbe Constantinopolitanâ habitum seu vestis genus assignat: alienum contra à singulis submouet: Quânam, inquam, veste singuli ex iis quas hæcenus vsurpabant, vti possent, quâve conditione, à quâ vicissim abstinere deberent: vbi octo vestium genera seu nomina expressâ occurrunt: Chlamys, Colobium, Penula, Toga, Interior vestis sub penulâ, Pallia discoloria, Byrrhus, & Cucullus. Hæc scilicet quoque res Principum curam subinde procurare debet, & verò Principes Romanos prouocauit, sua vt cuique Ordini propria vestis, ομηρόδμ, ἐξασ, & conster. Quod sanè non pertinet Augusti institutam, qui, teste Suetonio cap. 40. etiam habitum vestiumque pristinum reducere studuit, ac visâ quondam pro concione pullatorum turbâ, indignabundus & clamitans, En, ait, Romanos rerum Dominos Genemque Togatam: negotiumque Adilibus dedit, ne quem posthac paterentur, in foro circoue, nisi positis lacernis Togatum consistere. Id inquam Augusti institutum huc non facit, vt pote quod vniuersum populum Romanum spectabat, non verò certos tantum Ordines generaque personarum: Atenim huc pertinet exemplum quod memorat Lampridius de Alexandro Seuero, qui

in animo habuisse dicitur, omnibus Officiis generis vestium proprium dare, & omnibus Dignitatibus, vt à vestitu dignoscerentur: & omnibus seruis, vt in populo possent agnosci, ne quis seditiosus esset, simul ne serui ingenuis miscerentur. Sed hoc Vlpiano, Pauloque displicuisse addit Lampridius, dicentibus, plurimum vixarum fore, si sic (ita enim lego,) faciles essent homines ad iniurias: Tum Alexandrum Seuerum satis esse constituisse, vt Equites Romani à Senatoribus Clauis qualitate discernentur; Penulis intra urbem frigidis causa vt Senes vterentur permisisse: cum id vestimenti genus semper itinerarium aut pluuiæ fuisset: matronas tamen intra urbem penulis vti vetuisse, in itinere permisisse, vt refert idem Lampridius.

Ceterum etsi non omnibus Officiis, non omnibus hominum generibus suam cuique vestem dari publicè expediat, quod Vlpiano & Paulo ICris nostris visum, attamen nonnullis vt in veteri Vrbe Româ, ita & in noua, putâ Constantinopoli sua vestis fuit, quâ ipso occurso noscerentur: & vt hæc lex loquitur, huiusmodi AGNITIONE conditionem suam testarentur, eoque proinde conditio vel dignitas vestiret, vt loquitur Tertullianus cap. 1. de Pallio. Huiusmodi sanè vestem idem Tertullianus 3. aduers. Marcionem, 19. & cap. 10. adu.

adu. Iudeos, & cap. 10. propriam vestem vocat: habitum consuetum, l. vnic. sup. de Præpos. S. Cubiculi: ἐδῆται ομηρόδμ in eodem argumento vocat Antoninus de vitâ suâ l. ἐδῆται ομηρόδμ. Ca. Clementi Alex. lib. 3. Pedag. Vestes insignes, Lactantius lib. 5. cap. 6. Altioresque se ceteris hominibus, facellium comitatu & ferro & insigni veste faciebant: ἐξάλλος μὲν ἐδῆται eleganter Polybius lib. 6. ἐξάλλος μὲν ἐδῆται: καὶ ἀπὸ τοῦ ἐξασ τὸ ἐδῆται. Aliud verò est circumspēctâ vestis, quæ sanè non tam genere, ab aliis differt, quàm nitelâ, munditie, aut ostentatione. Quomodo circumspēctam à cunctis ac notabilem vestem Monachorum dixit Cassiani Interpres, lib. 1. cap. 3. Quomodo Marcellinus lib. 27. de Episcopis Romanis scribit, procedere eos vehiculis insidentes, circumspēctè vestitos: quo eodem sensu idem dixit parietes lapidum circumspēctis coloribus nitidos, lib. 28. p. 398. Quomodo Gellius lib. 1. cap. 5. vbi de Demosthenis in vestitu munditiâ ei probro datâ, seu cultu corporis nitido venustoque & nimio accurato egit, mox de Hortensio oratore ob eiusmodi munditias quoque maledictis compellationibusque probrosis iactato, scribit: Ad eundem modum Horrensus, &c. quod multâ munditiâ & CIRCUMSPECTE compositèque indutus & amictus esset, &c. Ad rem. Nolo per singula nunc ire, neque hanc antiquitatem omnem eruere, ac nominatim de γραψοῦσαν τῆς ἀρχῆς: factique habeo huius Codicis historiam sectari. A nonnullis vicinensâ vestibus, tanquam à conditione suâ alienis nonnulli arcebantur. Cuius vtriusque exemplum suppeditat hæc constitutio, per tria hominum genera, de quibus agit Theodosius M. purâ de Senatorum, de Officialium, & de Seruorum veste seu habitu.

I. DE SENATORIA veste intra urbem seu intra moenia Urbis Constantinopolitanæ, tria constituuntur. Primâ parte cuiusdam vestis vsus profus Senatoribus interdicitur: secundâ, cuiusdam vsus eis permittitur: tertîâ, cuiusdam certo casu gerendæ necessitas imponitur. Nempe Chlamydis vsus Senatoribus intra moenia interdicit Theodosius M. quem tamen hæcenus vsurpasse hinc liquet, spretâ togâ tanquam molestâ, vt pote quod hic habitus militaris esset, vt eum vocat; & verò aliunde notissimum est: de quo etiam l. 4. sup. de militari veste: vnde & chlamydis terrorem hæc eadem leg. vocat, & quietis vestimentis opponit. Quibus omnibus rationem huius prohibitionis satis indicat Theodosius: nempe vrbânâ quiete & intramuranâ, præsertim in vrbe totius Impetij Orientalis Principe, seu vertice, inconueniens visum, alium quàm Ciuilem habitum Senatores præferre: seu pacis habitum, (vt togam vocat Tertullianus de pallio: statim initio;) Patricios habitus Claudianus initio panegy. in 4. Cos. Honorij: quomodo etiam ciuilium decorum indumenta, palmatam Consularem dixit Ausonius: quomodo Pacificatorem habitum dixit Quintilianus, lib. 11. cap. 3. εἰρηλικὸν ἐδῆται, Dio, lib. 48. εἰρηλικὸν ἔχημα Herodiano lib. 2. Ciuiles vestes, Cassiodorus 7. var. 1. Ciuilibus habitus, quietum vestimentum quo intra urbem, extra castra vti consuetum est. Huc illa quoque facit vetus Inscriptio Romæ, p. 458. num. 1.

STATVAM PONI HABITV CIVILI IN FORO TRAIANI PECVNIA PVBLICA CENSVIT. Item altera p. 375. n. 1. Romæ itidem. STATVAM ARMAT. IN FORO DIVI TRAIANI, ET ALIAM CIVIL. AMICTV IN TEMPLO DIVI PII ET TERTIAM LORICATAM IN TEMPLO, &c. Tom. V.

Quæ in aliis Inscriptioibus, p. 344. n. 2. & 471. 8. Togata statua dicitur: cuius etiam meminit Cornutus in illud Persij: Verba Toga sequeris. Et generaliter quidem Theodosius Senatoribus Chlamydis vsu intra Urbem Constantinop. interdicit, sine exceptione temporis matutini. Quæ verba superesse quidam malè autumabant: scilicet, saltem matutino tempore videbatur Senatoribus chlamydis vsus permittendus; quod hic tamen etiam negatur: nempe quo tempore Senatores Imperatoribus salutationem matutinam velut officium aliquod necessarium præstabant: quæ salutationum res aliunde notissima est. Igitur Theodosius ne eo quidem tempore vel prætextu Senatores chlamydatos in vrbe esse voluit: contra èo quoque tempore in ciuili habitu esse iussit. Sanè Togati salutationes suas olim fecere, neque in aliâ veste matutinum illud Aue adferre fas erat: quod sciunt qui vel Martialem legerunt: Quod pertinet & illud Spartiani Hadriano; Vnde hodièque Imperatores sine penulis à Togatis videntur. Vlum igitur indumenti militaris in Vrbe Constantinop. Senatoribus interdicit Theodosius: At Constantinus iam olim generalius Romæ teste Victore, post Maxentium deuictum, Prætorias legiones sustulit penitus, simul arma, atque vsus indumenti militaris. ¶ Et hoc quidem in Vrbe: ait enim Theodosius, dumtaxat intra moenia. Igitur Chlamydis vsus in terminis vrbis seu extra moenia Senatoribus indulgit. Sanè, Chlamydis Senatores iam olim vsi, Ambrosius quoque hoc æuo, cap. 3. de dignit. Sacerdot. sicut Senatores chlamys ornant. Quem Ambrosij locum, non est quod quidam ad Themistij Orat. 14. p. 679. cum hac leg. operosè conciliare, studeant: cum & ad Occidentem is pertinere, hæc verò nouam Theodosij M. constitutionem contineat, ad Urbem Constantinopolitanam pertinentem. Adde & Sidonium Apollinarem lib. 1. epist. vlt. vbi vid. quæ doctissimus ibi Interpres. Ergo Chlamydis vsu Senatoribus in Vrbe Constantinop. hæc leg. interdicitur: non etiam aliis Palatinis dignitatibus seu Officiis, qui & ipsi iam olim chlamyde vsi. Vnde lucem accipit quod Lampridius scribit de Constantino M. in v. Alexandri Seueri, eum Eunuchos ed loci habuisse, vt nec chlamyde vti iusserit, sed necessitatibus domesticis delegavit. Er hæc de verito chlamydis vsu Senatoribus in Vrbe Constantinop. Quid igitur? Eos quieta coloborum ac penularum induere vestimenta iubet. Colobos, vel colobia hic interpretantur nonnulli latos clauos superiectos interiori vesti, vt hic, ita & apud Hieronymum quæstione in Genesim, & apud Seruium 1. & 11. Æneidos. Sanè ita Acron siue quisquis ille est sub Acronis nomine accepit, ad hæc Horatij, Præcium & latum clauum, prunaque batillum. Purpuram, inquit, dicit, que in pectore extenditur Senatorum, τὸν κορόβιονα vocant: vsus eius retinent hodie Principes iniucientes vesti à cervice ad pectus, indumentum ex purpurâ vel pellibus pretiosis muris Pontici vel aliis, dum Regio habitu procedunt in publicum. Itaque hi latum clauum & colobium pro eodem accipiunt: cum tamen latus clauus non tam vestis genus sit, quàm vestimenti portio, & velut instita: vid. l. 19. §. planè, l. 23. §. n. de auro, arg. leg. Quare colobium hic est vestis siue manicas, cuius in veteribus Glossariis, & apud Codinum, & Anastasium in Emyrchiano, mentio fit. Cassianus quoque lib. 1. de habit. monach. cap. 5. Collobis, inquit, lineis indui, que vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus & cap. 11. Dorotheus quoque à Diaconis doct. 19. κορόβιον μὲν ἐξασ γεινῆδâ gestarum scribit

pediit crus Pellibus, &c. Nigris pellibus, id est Zangis. Ideo Isidoro Zanga pellis; Procopius etiam...

Sanè Ouidius 5. Trist. 7. Braccatos Getas iam olim fecit:

Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis. Et lib. 4. eleg. 6.

Braccatæque turba Getarum.

Ergo, cum Barbarica vestis iam inoleuisset, & Barbari quamplurimi in Vrbe Româ versarentur, imò serui, de quo...

De eadem re, altera Honorij lex.

III. * Idem AA. Flauiano" P. V."

INTRA Vrbe Romam nemo vel ragis, vel tzancis" vratur. Quod si quisquam post præceptum nostræ clementiæ in hac contumaciâ perdurauerit, pro...

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Iustiniano. Flavianus P. V. Romæ sub Honorio. Eidem inscribitur Anno 400. proximo lex 61. supr. de appellat. l. 9. infr. de aqua...

COMMENTARIUS.

REGRINÆ vestis geminæ vsum rursus (biennio post legem superiorem) interdicat Honorius, cum in cõtumaciâ suâ Romæ positi perdurarent, A. D. 399. Ad quam nihil præterea notandum est: nisi quod de RAGIS hîc dicitur, quod...

Monachi βακιδυτήν vel βακιδυτήν se dicuntur: & βακιδυτής pro Monacho apud Nicetam Choniatem. Palladius quoque de Taor virgine in Lausiacâ; ἐκείνη ἢ βακιδυτήσα ἀδριακίπλος ἐν τῇ μονῇ ἐν τῷ...

I V. * Impp. HONOR. & Theod. AA. Probiano" P. V.

MAIORES crines, indumenta pellium, etiam in seruis, intra Vrbe factatissimam præcipimus inhiberi: Nec quisquam posthac inponere hunc habitum poterit vsurpare. Si quis autem neglexerit nostræ sanctionis vigorem, ingenuus legis laqueos non euitet, seruis operi publico vindicabitur. Quod innotescere non solum intra Vrbe petimus, verum etiam in vicinis regionibus non licere sancimus. Dat. Prid. Id. Dec. Rau. D. N. Theod. A. V I I. & Palladio C O S S. [416.]

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Iustin. velut localis & temporaria. Probianus P. V. sub Honorio vid. Inscript. p. 171. n. 7. & p. 1080 n. 11. id est multam, legis laquei, pro multâ, hæc leg. & l. 8. supr. de re militari: l. 9. supr. de fil. mil. appar. l. 16. supr. de dit. offic. l. 38. infr. de hereticis. id est, iubemus.

COMMENTARIUS.

REGRINVM habitum & cultum, hæc tertiâ, hoc titulo, iam constitutione prohibet Honorius intra Vrbe Romam, Anno Domini 416. & quidem post liberatam à Gothis Romam instaurandæ vrbi vacans hoc tempore non vnâ ratione; Triplici enixæ Voluntatis testimonio, tum pœnæ grauitate, propositâ multâ Ingenuis, seruis verò operis publici pœnâ: tum geminâ ampliatione, ratione personarum, seruis etiam hoc interdicto comprehensis; & ratione locorum, non Romæ scilicet tantum, sed & in vicinis Regionibus. De quibus antequam dicimus, de ipsa habitus & cultus interdictione videamus, quæ sanè hic amplius adhuc: nam & quod primo loco hic occurrit, MAIORIBVS CRINIBVS interdicit Honorius. Comam scilicet Septentrionalis, Germanicæ, Barbaræ gentes aluere. De Gothicis crinium flagellis testis Sidorius lib. 1. ep. 2. & Francorum Regalibus, Gregorius Turonensis lib. 6. cap. 24. aliisque. De Saxorum diffusâ cæsarie Vitichindus lib. 1. de cæsarie & comis Germanorum Iuuenalis Satyra 5. Tertullianus lib. de virginib. veland. de Sicamborum, mox Francorum erinibus & comâ cæsariæque, passua notatio. Scythias denique prolixam cæsariem fuisse, testis est Synesius in encomio Caluiri. p. 77. vbi ait, seruos Scythas permultos in vrbe, prolixâ cæsarie fuisse: ἐκὼν οὐκ ἔ) ἡ αὐτοί, ἢ συνεχῶς ἄλλοις εἶπὼν ἐν ἡσθε...

Tenant Geticus nuper delere Tyrannus ITALIAM, patrio veniens intratus ab Istro, HAS ARCES æquare solo, testâ aurea flammis Soluere, MASTRUCIS Procures vestire Togas. Cuiusmodi fuerunt & Rhenones Germanorum. Sidorius vocat Synesius in eodem argumento, & querela ad Arcadium, de Regno, p. 23. σὺν ἐσθροῖν ἡδινῶν, Hefychio: vid. & Ammianus lib. 31. de Hunnis: & vestem ipsam κάδενον, κάδενον κάδενον est δέμα.

Igitur horum vsum omnibus Romæ interdicat Honorius, etiam Seruis. Quorum sanè bona pars hæc tempestate barbari fuere: vt probat quoque Theodosij M. in Oriente l. vnic. supr. de adilitiis actionibus. Imò de eo ex professo queritur Synesius apud Arcadium lib. de regno, p. 23. vbi ait, quamlibet domum quantumcunque felicem Scythicum seruum habere: esse vnicuique ἡσθεσσοῦν, τὸν ἀπὸ τῶν ὑπὸν; ἢ τὸν ἀμφοριασθῶν, Scytham: nec non pedissequos qui fellas post dominum ferant, quibus domini insidere possunt, omnes Scythas esse, quasi iam olim hæc Gens designata esset accommodatissima & dignissima seruitutis Romanorum. Id ipsum idem testatur prædicto loco, in Encomio Caluiri. De ipsa Vrbe Roma, in eaque satellitibus Barbaris Rutilij locus expressissimus iam supr. indicatus:

Ipsa SATELLITIBVS pellitis Roma patebat, Et captiua prius, quam caperetur, erat.

Et hæc de ipso Interdicto.

Sequitur Ampliatio altera ratione loci: non tantum Româ scilicet, verum & vicinis Vrbi Regionibus Barbarum cultum exulare iubet Honorius; vicinis Regionibus, Vrbi Romæ scilicet quæ tum vrbi proximæ connexæ erant, tum sub dispositione P. Vrbis, vt patet ex Inscriptione. Ergo hæc leg. vicinæ eadem cum suburbicariis: duplici argumento, non tantum quia Vicina Vrbi, sed & quia sub Præfecti Vrbi dispositione fuisse indicantur, cuius vtique Diocæsifis intra suburbicariâs, seu vrbicariâs regiones consistebat. Finitima Vrbi eadem vocantur in veteri Inscriptione.


L. AVR. AVIANIO SYMMACHO V. C. PRÆFECTI VRBI CONSULI, PROPÆFECTIS PRÆTORIO IN VRBE ROMA FINITIMISQUE PROVINCIIS PRÆFECTO ANNONÆ VRBIS ROMÆ.

Alioquin Vicinas Regiones remotiorum aliarum respectu,

respectu, vltcriùs accipi posse fateor, quo sensu *Novellâ* Valentiniâni de *Suaris*, Lucania Prouincia, *Vicina* dicitur, Sardinia videlicet, opposita. Hoc sensu Frontinus, de *controu. agrorum*: p. 54. & Auctor de *Colonis* p. 104. agros vltra quartum vel quintum vicinum dicunt, seu agrum à fundo tertio vel quarto vicino submotum: vicinus non est tantùm proximus, sed etiam vltcrior, l. 1. §. 11. *τ. de Cloacis*: l. 8. *τ. de operis noui nunciat.* denique vicinum sæpè dicitur, etsi media alia loca interueniant, d. l. 8. & l. 17. §. *sciet* 3. *τ. de aqua & aque pluui.* vicini appellatio habet vim *τ. de re i.* Sed idèd *hâc leg.* vicina vrbi regiones non aliæ sunt, quàm finitimæ, quàm suburbanæ, connexæ, proximæ: nempe quia Ius quod *Vrbi* Romæ statuitur, idem ad vicinas eius regiones potrigitur ob eandem videlicet rationem: item quia *lex hæc* *Præfetto Vrbi* inscribitur, cuius Diocesis vtique non vltra suburbanas seu suburbicarias, omnium confessione, procurrit. Et hæc

quidem quantum ad propositam materiam sufficit: de hoc enim alibi plenius & ex professo. Illud adhuc addo, vicinas (vrbi scilicet) vrbes eodem sensu vocari, l. 20. *infr. de hereticis.* Nempe vbi ius, quod Romæ dicitur, ad vicinas regiones vel vrbes extenditur, necesse est immediatè vicinas accipi, & sic quæ intra Diocesium Vrbi positæ sunt: scilicet non satis Vrbi Romæ prospectum visum Principibus nonnullis, nisi quod ius in Vrbe Romæ contituitur, etiam ad vicinas, contiguas, continuas, vrbi regiones, vel vrbes traherent, porrigerent: vbi par honestatis ratio.

¶ Ex *hâc iam leg.* colligat quis aliis locis Barbarum habitum tulisse Honorium. Sed & illud hinc videmus, Honorium neque hanc rem sue curam, quo honestas etiam in *Comâ* seruaretur, à se alienum putasse, pariter vt Theodosius M. pater eius; in sp. l. 26. *infr. de Episcopis.*



QVIBVS MILITANTIBVS AD VRBEM NON LICEAT ACCEDERE.

TITVLVS XI.

Abeſt hic *Titulus* à *Cod. Iuſtiniano*: vtpote momentanei iuris, & ad horum temporum historiam pertinens.

I. * Imp. Arcad. & Honor. AA. ad Populum." Post alia.



AGENTES in rebus, adque Palatinos, aliòsque milites inferioris militiæ (exceptis his, quibus negotium aliquod, aut munus fuerit iniunctum) omni penitus arceri Vrbi" venerabilis iubemus accessu: ita, vt si quis nostri *Edicti* auctoritatem violare temptauerit, deportatione plectatur: & cetera. Dat." & PP. Romæ, v. 11. Id. April. Cæsario & Attico C O S S. [397.]

NOTÆ.

* Abeſt hæc *lex* à *Cod. Iuſtin.* Est enim *hæc lex* horum temporum propria. Quænam verò *leges* aliæ *illi* iungendæ sint? mox dicam.

"Romanum, vt docet vel *ſubſcriptio legis*: PP. Romæ.

"Roma, Vrbs venerabilis: vid. *Gloſſ.*

"Locus vbi hoc *Edictum* datum *hæc leg.* omiſſum eſt: pariter vt *tribus legibus*, quæ *huic* iungendæ ſunt.

"Hinc ſupplenda ſubſcriptio trium *diſtarum legum*: vt vicueſta ex *duabus* hic ſupplendum: PP. Romæ, in *foro Diui Traiani.*

COMMENTARIVS.

FORMIDANDOS, & VIOLENTIIS admittendis, turbisq; ciendis opportunos, aduenas & incolas, ab Vrbe Romæ submouet Honorius Imp. *hâc leg.* Anno Domini 397. Quæ *lex* pars est Honoriani *Edicti*: EDICTI inquam; Nam præterquam quod *Inſcriptio ad populum*, factis arguit, *Edictum* hoc eſſe ad populum Vrbi Romæ emiſſum, in *ipſa* etiam *leg. Edictum* diſertè vocatur. Pars autem *Edicti* prolixioris, quo Honorius Imp. *Quieti* & *Paci* Vrbi Romæ enixè conſultum iuit, vt patet quoque ex aliis *tribus* huius *Edicti* partibus, quæ *huic* coniungendæ ſunt: puta ex l. 2. *ſupr. de habitu quo vii intra vr- bem*: l. 1. *infr. de Campo Martio* V. R. l. 3. *infr. de Gladiatoriſ.* ¶ Inter cætera igitur quæ ad hunc finem tenderent, formidandos Vrbi Romæ incolas & aduenas vrbe ſubmouit: quò vt *lex* 3.


infr. de Gladiatoriſ. apertiffimè pertinet, ita & hæc. Ad eam ſcilicet ſiue annonæ difficultatem, ſiue Turbarum metum, Romæ tum deuentum, vt vtrique mederi Honorius inſtituerit: quò pertinet hæc quoque *Edicti* portio. Scilicet Agentes in rebus, Palatinos, aliòsque milites inferioris militiæ omninò vrbe ſubmouet, ſub deportationis pœnâ, extra quàm ſi negotium aliquod aut munus his fuerit iniunctum. ¶ AGENTES in rebus erant, qui miſſionibus Principis parebant, quibus à Principe negotij alicuius executio iniungebatur, qui Principis iuſſis obſecundabant, qui ad Vrbe vel ſi Prouincias neceſſitatis cauſâ dirigebantur: vnde *executio Agentium in rebus* dicebatur, & agentes plenum vigiliarum munus exercere, denique dicuntur eorum labores, ſollicitudines tantæ vigiliæ eſſe, vt ſoli quicquid oneris eſt

eſt & proſiteri & efficere videantur: eorùmq; ſchola Principibus maximè neceſſaria: quæ omnia docuit *Tullius de Agentib. in rebus*, *ſupr. lib. 6.* Et fuit tamen hoc genus hominum rapaciſſimum, de quo inſignis erat Ammiani Marcellini locus, *lib. 16. p. 68.* ſed & de furtis, adulteriis, & libidine eorundem, eſt *lex 3. ſupr. de Iuſdiſtione*: His denique Romæ conſiſtentibus nonnulli vſi ad violentias ſuas, vt docet Symmachus *lib. 10. epiſt. 36.* Igitur & hos quoque tanquam Vrbi Romæ formidandos, ab vrbe ſubmouit, ſeu ad vrbe accedere hoc *Edicto* ſuo veniit Honorius, vrbiq; quieti conſulens. Quâ ipſa quoque ratione in eam Prouinciam ex quâ oriundi erant, vel in quâ latem conlocarent, mitti vetiti ante vndecim annos ab. l. 4. *ſupr. de executorib.*

¶ De PALATINIS id ipſum cauet Honorius: de *Palatinis*, inquam; id eſt, Officialibus Comitum S. L. & Comitum R. P. de quibus fuit *titulus*, *ſupr. de Palatinis*: qui Palatini vtriuſque officij vocantur, pariterque Agentibus in rebus iunguntur, d. l. 4. *ſupr. de executoribus*: nam & hi Prouincia ſua aditu vetiti: ſicut hic vrbi aditu ob eandem videlicet rationem: Et hi Palatini ipſa ſcilicet militiâ formidandi erant, vtpote proſtigandorum debitorum, & calumniarum concitandarum & rapinarum perquam gnati: vt docent duæ Valentiniâni Tertij conſtitutiones, *Novellâ* inter *Theodoſianis*, de *Palatinis* 45. quarum etiam poſtiorie ait ſe ad *Prouincialium QUIETEM* euendam ſimul ad *AVARITIAM* *Palatinorum* arcedam remedia quaſiſſe. Quæ ſanè ipſa cauſa fuit Honorio *huiusce legis* ferendæ. Hinc adèd his in Vrbe Romæ conſiſtentibus quidam ad vim & violentiam vſi, pariter vt Agentibus in rebus: vt docet Symmachus d. *epiſt. 36. lib. 10.* Quare error eſt grauis *Scriptoris*, de *officiis domus Auguſta* *lib. 3. cap. 10.* cum ait *hâc leg.* Agentium in rebus quorſdam vocari, *inferioris militiæ milites*: diſertè enim hic milites inferioris militiæ ſeparantur ab Agentibus in rebus, & à Palatinis.

¶ Id ipſum & tertio loco Honorius de MILITIBVS inferioris militiæ cauet, vt videlicet & ipſi (tanquam vrbi formidabiles ſeu metuendi)

vrbe arceantur. Quinam autem hi ſunt? ſcilicet Stratores, Domesticos, Protectores intelligit, qui & ipſi in interdico *dicitur legi 4. ſupr. de executorib.* iunguntur Agentibus in rebus & Palatinis. ¶ Excipit tamen Honorius milites inferioris militiæ, itèmq; Palatinos, & Agentes in rebus, quibus negotium aliquod vel munus fuerit Romæ iniunctum. Nempe orioſos tantum, & vacantes ſeu vacantiuos vrbe ſubmouet Honorius: non verò mandato Principis, aut ſummorum Magiſtratum negotium aliquod vel munus explentes: vt ſubinde omnes hi pro rerum neceſſitate ad vrbe quoque Romam miſſi. Ita Palatinorum muneratio- num ſacrarum, vt quaſtus publicos eruerent, Romæ agentium, meminit Symmachus *lib. 10. ep. 43.* Agentium in rebus, Romæ negotium aliquod exequentium, Idem non vno loco: *lib. 10. epiſt. 24.* (quæ data Anno 383.) & 62. (quæ data Anno 390.) & *lib. 6. epiſt. 36.* (quæ data Anno 400.) & *epiſt. 59.* (quæ data Anno Domini 401.) & *lib. 10. epiſt. 44.* (quæ data Anno Domini 384.) ¶ Cæterùm quàm res hæc Honorio curæ fuerit, vt inquam hæc hominum genera Vrbe Romæ abeſſent, grauiffima pœna propoſita id oſtendit, nempe deportationis, pariter vt Gladiatores in extremas ſolitudo- nes mandari præcepit, d. l. 3. *infr. de Gladiatoriſ*: quæ *huic* inter aliâs iungenda eſt. ¶ Simili proſus ratione Arcadius l. 14. *ſupr. de Numerar.* Actuarios intra 50. dies Vrbe Conſtantinopolitanâ excedere iuſſit. Aliâ verò ratione... Imp. Prouincia Rectores Illyrici ad Auguſtiſſimam Vrbe ſine iuſſione Principis adire vetuit l. 9. *Cod. de off. Rect. pron.* ne videlicet vrbiſ delictis capti ab officio ſuo abducantur, Prouinciâmq; ſibi commiſſam negligant, cuius intereſt eſſe aliquem qui præſens ei proſit. Alia ratione, ob formidatam alimentorum inopiam, & ob famem, peregrini, aliq; nonnulli Vrbe Romæ pulſi: de quo Ammianus Marcellinus quoque in vtroque exceſſu de Vrbe Roma, *lib. 14. p. 15.* & *lib. 28. p. 401.* Libanius in *Antiocho* p. 366. Themiftius *orat. 6.* Et ſic vrbe pulſi, vel vrbiſ aditu excluſi varij vario ſubinde ſine, quæ multi turbidè commiſcent.



DE HONORATORVM VEHICVLIS.

TITVLVS XII.

XI. COD. IVST. XX.

¶ VSVS vehiculorum omnibus Honoratis Conſtantinopoli iniungitur à Theodoſio M.

I. * Imp. Gratianus, Valentianus & THEOD. AAA. Nebridio" P. V.


MNES Honorati, ſeu ciuilium, ſeu militarium dignitatum," vehiculis dignitatis ſuæ, (id eſt, carrucis biuigis") intra Vrbe ſacratiffimi nominis," ſemper vtantur. Dat. 111. Kalend. Febr. Conſtantinopol. Honor. NB. P. & Euodio C O S S. [386.]

operibus quoque publicis in ea quamplurimis & maximis excitatis: cuiusmodi sunt Aquæductus Valentiæ, Thermæ item de filiarum nominibus Anastasiæ & Carofianæ, imò & Ecclesia Sanctorum Apostolorum.

¶ Observandum quoque, *hanc legem datam ad Clearchum* Præfectum Vrbi, qui & ipse Præfectus, Vrbi Constantinopolitanæ plurimum commodavit seu consuluit; vt prolixè ostendo ad *leg. 3. supr. de Senatorib.* Ad quem ideo etiam plures aliæ extant Valentis constitutiones, quibus Vrbs commodis consultum iuit; Annonæ, inquam, eius, & voluptatibus, studiisque, *l. 7. infr. de annonis civitatis, l. 2. supr. de studiis liber. P. R. & Constantinop. l. 20. supr. de Prætorib.* (quomodo & sub Theodosio M. *l. 3. infr. de Aquæductu.*) Ordinum item ibi dignitati, *l. 1. supr. vt dignitat. Ordo: Senatus dignitati, l. 5. Cod. de dignit.* (quæ Constantio Imp. perperam ascribitur,) & *l. 93. supr. de De-*

curionib.) tandem totius vrbs dignitati *hæc leg.* Quæ omnia hîc notasse non abs re puto. Nam ex his iconisimam & characterem colligimus Valentis & Clearchi animi in Urbem Constantinopol.

¶ Et hæcenus quidem de hac Valentis constitutione: Nam quod Petavius in *Iulianum, p. 227.* hoc ipsum à Theodosio Iun. Anno Christi 421. Eustathio & Agricola Coss. confirmatum scribit, *l. vnic. Cod. Iust. de privileg. Urb. Constantin.* arguit, quàm parum is in Imperatorum constitutionibus, Tribonianum manum facinuræ internouerit: illa quippe verba, *non solum iuris Italici* in eam legem, ex hac, à Triboniano transfusa sunt: quæ absunt à *leg. omni innoatione 45. infr. de Episc. vnde lex illa Codicis Iustini.* desumpta est. Aded periculosum est, Triboniani fidem sequi, vbi authenticæ leges ipsæ vel non comparent, vel non inspiciuntur.



DE CAMPO MARTIO

VRBIS ROMÆ.

TITVLVS XIV.

Abeſt hic Titulus à Cod. Iustiniano.

¶ De CASIS seu Tuguriis in Campo Martio non conlocandis.

I. * Imp. Arcad. & HONOR. AA. ad Populum." Post alia.

EOS qui in Campo Martio casus, seu tuguria, conlocare temptauerint, sententia" Viri Inlustriſſi P. P. spoliatos omnibus facultatibus tradi in perpetuum exilio" præcipimus: & cetera. Dat." & P. P. Romæ" in foro diui Traiani, Cæsario & Attico COSS. [397.]

NOTÆ.

- * Abeſt & hæc lex à Cod. Iustini. Quibus autem ea iungenda ſit? mox dicam.
- "Romanum: vt docet vel ſubſcriptio legi. De hæc verò Inſcriptione: vid. Prolegom. lib. 2.
- "ſequentia totidem penè verbis extant d. l. 2. ſupr. de habitu.
- "Vrbs, ſcilicet.
- "exilium, l. 2. ſupr. de habitu: quanquam & iſtud rectum.
- "Locus vbi datum hoc Ediſtum, hic & trib. legib. quas mox indicabo, huic adiungendis, omiſſus eſt.
- "dies 7 I. Id. April. hîc ſupplendus ex d. l. vnic. ſupr. quib. milit.
- "Eadem ſubſcriptio in d. l. 2. ſupr. de habitu. De hæc ſubſcriptione: vid. Prolegom. lib. 2. & in Geograph vbi de V. R.

COMMENTARIVS.

CASAS seu Tuguria in Campo Martio conlocati vetat, collocantéſque bonis proſcriptis, deportari iubet Honorius *hæc leg.* Anno D. 397. Quæ quidem lex pars eſt prolixioris Ediſti Honoriani ad populum Vrbs Romæ emiſſi, vnde tres prætereà leges hoc Codice occurrunt, huic proinde eoſſandæ, putà *lex 2. ſupr. de habitu: lex vnic. ſupr. quibus milit. & lex 3. infr. de Gladiatoribus.* Hoc verò Ediſto, Vrbs Romæ Quieti poſſiſſimum Honorium variis rationibus conſultum inuiſſe reperio, Gladiatoribus inter alia vetitis ad Senatorum ſeruitia tranſire d. l. 3. infr. de Gladiatorib. Item vetito Vrbs acceſſu Agentibus in rebus, Paſariniſ, aliſſque militibus inferioris militiæ, d. l. vnic. ſupr. quibus milit. Ad quem finem hoc argumento videri poſſit *hæc* quoque lex pertinere: quaſi Honorij mens & ſcopus hîc ſit;

Vrbe Romæ eieſtos, in tantum eieſtos velle ſe, vt neque in Campo Martio caſas ſeu tuguria conlocare poſſint: quod ramen feciſſe nonnulli videantur. Verùm poſſit & hæc ſententia videri Ediſto illo, Honorium non tantum Vrbs quieti conſultum inuiſſe (quod ſanè pertinent *duæ illæ leges*, putà *lex vnic. ſupr. quibus militantiſ: & lex 3. infr. de Gladiatoribus*;) verùm etiam publicæ honeſtati & decori. Hinc aded Peregrinæ veſtis vſus prohibitus, *l. 2. ſupr. de habitu quo vti oportet*: quæ & ipſa huic coniungenda eſt. Quare & Campi Martij laxitatem caſis ſeu tuguriis occupari vetuerit *hæc leg.* Honorius: Nempe Campus Martius, Marti olim ſacer, extra Urbem Tiberi vicinus (vnde & *Tiberinus* dictus) amœnitate & magnitudine admirabilis, ſolemniſſibus populi Romanj deſtinatus erat. Vt omittam vetera, de


Lufre

Lufre ibi condito, de Regibus & Magiſtratibus ibi creatis, de Comitibus in eo centuriatis, de ſeptis ſeu ouilibus, quæ incluſa tabularis & porticibus circumieſtis ornata erant eum in finem; de Amphitheatro apud ea ſeptra, vbi ludi & munera exhibita, ſanè area Campi Martij ludicris & exercitationibus populi patebat, ſic vt hæc ſchola, & Palæſtra eſſet, & Gymnaſium omnis generis armorum & exercitiorum, vt ex Dionyſio Halicarn. Serabone, Horatio, Claudiano, diſcimus, & ex Vegetio *lib. 1. de re militari, cap. 10.* Populi etiam inambulationibus, vt qui vicino Tyberi apricus eſſet, & ſalubriori celo accedentibus præſertim porticium delitiis: cuius campi graphicam deſcriptionem habes apud Serabonem, *lib. 6. ad finem. Statius Papinius lib. 4. Syluar. 6.*

Fortè remittentem curas, Phœbòque leuatum
Pectora cum patulis terereſ vagus oia ſepiis
Iam moriente die, rapuit me cœna benigni
Vindicis

Martialis *lib. 9. epigr. 60.*
In ſeptis Mamurra diu multumque vagatus
His vbi Roma ſuas aurea vexat opes:
Inſpexit molles pueros

Sed & inibi delectus cohortium habiti à Conſulibus villâ publicâ quæ ibi erat, acieſque patente Campo ibi explicata, armæque oſtenſa: de quo Varro *lib. 3. de re ruſtica, cap. 2.* Dionyſ. Halicarnaff. *lib. 2.* Dio in *excerptis Valeſianis, p. 657.* cenſuſque ibi actus: quod præter Varronem *ſuperiore loco*, etiam Victor docet in *deſcript. Vrbs Romæ: Villa*, inquit, *publica vbi primium populi cenſus actus eſt in Campo Martio.* Equiria quoque in eo iam olim (id eſt equorum curſus) 3. Kal. Martias celebrata:



DE CANONE FRUMENTARIO

VRBIS ROMÆ.

TITVLVS XV.

XI. COD. IVST. XXII.

"De Canone frumentario Vrbs Constantinopolitanæ erit *titulus proximus.* Porro Prouinciæ ex quibus hic Canon vrbicarius illatus præcipuæ fuere Africa; de quo *l. 3. hoc tit.* Sicilia, Sardinia, de quo *lex.*

PARATITLON.

ANON Rubr. & *l. 3. 5. hoc tit. l. 30. ſupr. de annonæ: l. 2. ſupr. de conditiſ in publ. horr. l. 27. 35. ſupr. de Nauticular.* qui & commeatus dicitur *l. vnic. infr. de Patronis horr. Portuenſ. l. 32. ſupr. de Nauticulariſ.* Vrbs Romæ, Rubr. & *l. 5. hoc tit.* (quæ & ſacra vrbs dicitur, *l. 2. 3. hoc tit.* ſacraſſima vrbs, *l. 35. ſupr. de Nauticular.* Vrbs venerabilis, *l. 4. hoc tit.* veneranda Vrbs, *l. 5. hoc tit.*) vnde & canon vrbicarius, *l. 3. 6. hoc tit.* Urbanus, *l. 27. ſupr. de Nauticular.* Item Entheca populi Romani, *l. 12. ſupr. de operibus publicis.* Erat collatio ſeu penſitatio, illatio ſpecierum, *l. 2. hoc tit. l. 8. ſupr. de annonæ: annonæ, l. 4. hoc tit.* quæ à Prouincialibus poſſeſſoribus, veluti in Africa *l. 3. hoc tit. & l. 13. 30. 34. ſupr. de annonæ & eribut.* populi Romani vſibus, *l. 1. hoc tit.* vnde populi commoda dicuntur *diſt. l. 3. hoc tit.* ſiebat annuatim, vnde annua vrbs æternæ annonæ penſitatio, *l. 18. ſupr. de annonæ*, putà frumenti, *l. 3.* (vnde Canon frumentarius, Rubr. *hoc tit.* & commeatus frumentarius, *d. l. 32. ſupr. de Nauticular.*) Ex quo panis populi Romani vſibus miniſtratur

Tom. V.


Ff

batur

tum. De Curatoribus his & Magistratibus municipiorum alibi prolixè dictum. Inter alia apud hos horumque acta testationes seu professiones factæ, reique exhibiti: vt præter *hanc leg.* docet quoque *lex 5. sup. de reparat. appellat. l. 3. sup. de super-exactionib. l. 5. sup. de exhib. reis:* de quibus plenè dixi ad *l. 20. sup. de Decurion.* Quare non debuit hîc Tribonianus loco *Curatorum*, reposuisse, *Præsidum*. Nam neque *Magistratus* hîc pro Receptoribus Prouinciæ accipiendi sunt, verùm pro Duumuiris: quo sensu passim hoc Codice *Magistratus* vox exaudienda est: de quo vid. *Paratit. de Decurionibus.* Et hæc quidem prior inspectio *annonæ* est, quâ annonæ vrbicæ integritati consultum voluit Valentinianus: nempe in loco ipso, vbi manis speciebus oneraretur. Alterum iam inspectionis genus est in loco, quod perlatæ sunt species: nempe non naue Romam appulsa (quod putauit hîc Cujacius) verùm 12. ab vrbis militatio: putà in Portu Vrbis Romæ (quod felix embola importabatur, de quo iam sæpè *suprà*, & adhuc *infr. titulo de Saccariis Portus Romæ:* & *tit. de Patronis horreorum Portuensium:* & *l. ultim. sup. de Nauticulariis:*) scilicet Præfectum annonæ, cui hæc *lex* idèd etiam inscribitur, quem Româ ad Portum certis temporibus conferre se oportebat, Canonem frumentarium inspicere Valentinianus iubet: vt ita de integritate vel corruptione specierum perlatarum iudicet. De Præfecti annonæ officio in commune, alibi dictum. Is verò sub dispositione Præfecti Vrbis positus vnâ cum Præfecto, sed sub eo annonæ Vrbis Romæ curam gerebat, quod præter singularem *legem 1. Cod. de off. P. V.* quæ & ipsa est Valentiniani Sen. & *legem 1. sup. de condit. in publ. horreis:* *l. ultim. sup. de Nauticulariis:* & *hanc leg. vt & d. l. 2. C. de veteris numism. pot.* testatur quoque Symmachus *lib. 10. epist. 48.* & Sidonius Apollinaris, *lib. 1. epist. 10.* Ad huius igitur officium pertinebat, integritatem Canonis siue specierum inspicere & exigere: quomodo etiam Cassiodorus... *var...* scribit, eum pensum & munditiam panis exegisse. Eoque sine certis temporibus subinde ad Portum Vrbis Romæ sese conferebat, inspicendi Canonis gratia: Quod,

præter *hanc leg.* docet quoque Sidonius Apollinaris, ipse Præfectus Vrbis *lib. 1. epist. 10.* ad Campanianum. *Accepi per Præfectum annonæ literas tuas: vereor autem ne famem Populi Romani theatralis cauea fragor insonet, & infortunio meo publica deputetur esuries: sanè hunc ipsum è vestigio ad PORTVM mittere paro, quia comperi naues quinque Brundisio profectas cum speciebus tritici ac mellis Ostia Tiberina tetigisse: quarum onera expectationi plebis si quid strenuè gerit, raptim facies offerri, commendaturus se mihi, me populo, vtrumque tibi. Quin & ipse Præfectus Vrbis quandoque ad Portum Vrbis Romæ se conferebat, vbi videlicet nauticularius diametrum incidisset præsentem Præfecto annonæ: *l. ultim. sup. de Nauticular.* Alioquin & statò tempore idem Ostiam sese conferebat solemnitate siue sacrificandi gratiâ in æde Castorum: cuius meminit Ammianus *lib. 19. p. 160.* *Dum Terullus [P. V.] apud Ostiam in æde sacrificat Castorum tranquillitas mare moluit, mutatioque in austrum placidum vento, velificatione plenâ Portum naues ingressa, frumentis horrea refererunt.* Et Athicus in *Cosmographiâ: Tiberis,* inquit, *intra Ostiensem portum & viam Portuensium Vrbem egreditur, quâ naues de Portu Vrbis ad dominam totius mundi Romam ascendunt. Hic iterum circa sextum Philippi, (quod pradium missale appellatur,) geminatur, & in duobus ex vno effectus insulam facit inter Portum Vrbis & Ostiam ciuitatem: vbi populus Romanus cum Vrbis Præfecto vel Consule Castorum celebrandorum causâ egrediuntur solemnitate incundâ.* De hoc solemnitate Castorum sacro, est & vetus *Epigramma.* Ex *hâc iam leg.* exemplum duci ratiõque iniri potest: quâ specierum annonarum subuehendatum integritati consuli, nautarum contra fraudibus contra iri potest: Nam quæ Actorum & Testationis, de quibus *hâc leg.* agitur, occasione hîc prolixè à multis cumulantur, de Inuentarij & quidem à tutore conficiendi ratione *ἀπερὸς δὲ ὑποστα* sunt, id est, *absurda.* Suidas quoque Maium festum fuisse ait Romæ mensè Maio, quo *οὐ τὰ ἁπλοῦς τῆς πλοῦς τῆς ἁπλοῦς* Ostiæ voluptatibus indulgentes, alij alios in aquas maris detrudebant: De quo tamen ad *tit. de Maiuma.**

III. * Imp. Arcad. & Honor. AA. ad Senatum:*

 **ERTVM** habetis, Patres Conscripti, quantum curarum impendimus" pro vestris, ac populi commodis: Ideoque hæc lege sancimus, Vt si * quid frumenti vel olei, vrbicarij canonis remissione, indultum est specialib. beneficio, contra publicum commodum elicitum non valeant ¶ Vrbani etiam vsus frumenta, si quando vel fortuna, vel ratio in Africâ coegerit residere litoribus, adtingere nullus audeat: aut mutatis directoriis" quòquam præter" sacram Vrbem, præscribiti" vllius inuouatione, transmittere: & cetera. Dat. xv i i. Kalend. Maij, Med. Cæsario & Attico c o s s. [397.]

NOTÆ.

- * Resecata à *Cod. Iust.* tum prior, tum posterior huius constitutionis pars, mediâ tamen retentâ in *l. 2. Cod. eod. tit.* Iungendæ autem illi sex aliæ: putà, *lex 6. 7. sup. de Senatoribus: l. 3. 1. sup. de Prætoribus: lex 24. sup. de Susceptoribus: lex 27. sup. de Nauticular. lex 5. sup. de Naufragiis:* Item *lex 3. C. que res venire.*
- ¶ *populum*, hoc amplius additum in sex illis *legibus* omnibus. Imò & in *Cod. Iust. l. 2. Cod. eod. tit.* quæ ex *hâc leg.* desumpta est.
- ¶ loco *impendimus.*
- ¶ Est hæc *Commodi* vox accipi possit de omni Senatus populique utilitate: imò & voluptatibus, quò pertinet *d. l. 6. 7. & d. l. 31.* utramque specialius adhuc de annonariis commodis accipienda est: quo specialis significatu *commodorum* vox *hoc Codice* frequenter effertur. Et verò hic exaudiit suadet vel *huius leg.* argumentum, quòd totum est de commodis annonariis, vnâ cum *d. l. 24. & d. l. 27. & d. l. 5.*
- * in *leg. 2. Cod. eod. tit.* hæc vnica sententia coniecta, cæteris ressecatis.
- ¶ in nonnullis Codicibus *Iustin. hordei.* Sed tamen *olei* habuerunt veteres, vt patet quoque ex *Luca de Penna,* & *Græci* quoque habent *in olei:* Error natus (vt iam notauit *Leonclaus lib. 2. Notat. p. 359.*) ex affinitate vocis *olei,* & *hordei.*
- ¶ Nil opus mutare hanc vocem in *Africa:* nam mox, *residere litoribus* dicitur, pro *in litoribus.*

"Directo

De Canone frumentario Vrbis Romæ. 229

"Directorium est iter rectum, *recta nauigatio*, vt vocatur *l. 33. sup. de Nauticular.* cuius sententia eodem pertinet: sic & *διευθυντικός*, quasi dicas director viarum, mansionum, qui scilicet viam dirigit, præparat, apud *Suidam.*

¶ id est, quàm ad *sacram vrbem.*

¶ Et hæc vox retinenda: *Præscriptum* hîc est vel iter præscriptum, atque adèd idem cum directorio *suprà*, vel *præscriptum* seu forma publica.

COMMENTARIVS.

HONORII Imp. quatuor *hoc tit.* constitutiones sequuntur, quibus *Annona* Vrbis Romæ sedulò prospectum iuit: quòd studium suum initio statim seu prologo orationis effert. Et id quidem nunc, seu hac tempestate, quâ populus Romanus cum fame, vel famis metu conturbabatur: vt ex aliis *legibus* quamplurimis liquet, & ex *Symmacho,* & *Claudiano,* horum temporum scriptoribus. Cuius quidem annonæ defectus, non tantum publicis ex causis, turbatâ videlicet à *Gildone* Africâ, (quæ Romæ nutricula erat, de quâ mox plenius:) verum priuatis quoque ex causis & fraudibus, & vel maximè tum obortus erat. ¶ His igitur priuatis causis & fraudibus occurrere Honorius Imp. in animum subinde induxit: intra hoc quadriennium nominatim, id est, Anno D. 396. 397. 398. 399. *Fraudibus,* inquam: Primò collatorum seu Prouincialium: impetratâ fortè immunitate *hâc leg. 3.* vel mutatione canonis, *l. 5. in fin.* Iudicum item, vsurpato videlicet canone *l. 6. seu l. ultim. hoc tit.* vrbicario canone aliò quam ad Vrbem Romam transmissò: *hâc leg. in fin.* priuatorum in Vrbem Româ vel Portu eius, interuersis aquis molarum, horreis, cellulisve ad pistorium ius pertinentibus: *l. 4. hoc tit.* susceptorum item, *l. 24. sup. de Susceptoribus:* & Nauticulariorum, de quibus mox. Et hæc quidem Honorij *lex*, pars est prolixioris Honorianæ constitutionis seu Orationis ad *Senatum & populum* emissæ, quâ in vniuersum tum Annonæ, tum voluptatibus populi Romani consultum iuit. Quæ gemina fermè populi Romani cura erat, circa panem, & Circenses. Ad eum verò voluptatum seu ludorum finem pertinent ex eâ Oratione *lex 6. 7. sup. de Senatoribus & glebali collat. & lex 31. sup. de Prætoribus.* Ad Annonæ Vrbicæ utilitatem *lex 24. sup. de Susceptoribus: lex 27. sup. de Nauticular. lex 5. sup. de Naufragiis: lex 3. Cod. Iustin. que res venire:* & hæc *lex* nostra tandem, cui superiores omnes coassandæ veniunt: Cuius præfatione vt dixi testatam facit curam suam enixam quam pro Senatus populique commodis gereret, ac nominatim pro commodis Annonariis. Imò ea ipsa præfatio indicio esse potest, quanto in honore Senatum habuerit Honorius Imp. Cuius sanè honoris ab Honorio Senatu Romano tributum testimonium insigne est, quòd bello *Gildonem* petere exercitumque aduersus eum non ante mouere hoc ipso Anno 397. voluerit, quàm Senatufconsulto more Maiorum super eo factò, & *Gildone* hoste publico declarato: de quo *Claudianus lib. 1. in laud. Stiliconis:* & *Symmachus lib. 4. epist. 4.* plenè dixi ad *l. 7. sup. de Merariis:* Quòd rursum pertinet quòd idem *Claudianus* in *4. Honorij 4. COSS.* scribit:

— *qua denique Roma*
Cura tibi, quam fixa manet reuerentia Patrum?
Duplici igitur inter alia plura, remedio *hâc leg.* Annonæ Vrbis Romæ laboranti Honorius succursum it, aduersus duplicem fraudem.

Primum quidem *IMMUNITATES* annonarum, seu remissionem Canonis Vrbicarij priuatis quibusdam Rescripto concessas reuocat (pariter vt immunitates à Præturæ munere, *d. l. 31. sup. de Prætoribus:* quæ inter alias vti dixi *huic* locian-

da venit:) vt cæteroquin immunitates in dispendium publicum, ac nominatim in fraudem rei annonariæ & tributariæ non valent, & à bonis Principibus in irritum deuocantur: de quo fuit *titulus* in eam rem expressus *suprà. lib. 1. de immunitate concessâ,* & aliquot etiam *leges*, *suprà, lib. 1. de diuersis rescriptis:* quibus ex locis similes plures *leges* huc accessi possunt.

Secundo capite Honorius Imp. *VSVRPARI*, contrectari, vendi, auerti, Canonem Vrbicarium, aliòve quàm ad Vrbem Romam transmitti verat *hâc leg. & d. l. 3. Cod. que res venire:* quæ vt *huic leg.* inter alias coassanda est: ita *huic* ductum subiicienda venit: *Quia nonnunquam in diuersis litoribus distrahuntur publici canonis frumenta dicuntur, vendentes & ementes sciunt, capitali poenâ se esse subdendos, & in publicam fraudem commercia contracta damnari:* Cuius *leg.* Inscriptio cum *hâc leg.* omninò concordat: subscriptio vero ex *hâc leg. & aliis* supplementa venit. Porro hanc vsurpationem fieri solitam ostendit *hæc lex, & d. l. 3.* in litoribus: vbi fortunâ, vel ratione cogente, frumenta & naues sæpè residebant: eaque occasione vel inde quædam attingebantur seu vsurpabantur, vel mutatis directoriis, aliò quàm ad Vrbem Romam transmittentur. Quòd vtrumque *hâc leg. & d. l. 3.* inhibetur: de quo alioquin est *tit. expellens suprà. de his que ex publicâ collat. illata sunt, non vsurpandis.*

De quatuor adhuc ad *hanc leg.* videndum est. Primùm de *Africâ:* vnde potissimum canon frumentarius Romam subiectus. Omitto veteriora ex *Varrone lib. 2. de vitâ pop. Rom. Tacito, lib. 12. Ann.* omitto de classe Africana à *Commodo* instituta, teste *Lampridio:* sufficiat hæc notasse: Primò, de hoc canone Africano, præter *hanc leg. nostram,* complures alias occurrere *hoc Codice:* putà *l. 13. 30. 34. sup. de annonâ & vrb. l. 8. sup. de indulg. debet.* item pleraque positas, sub *tit. de Nauticulariis:* & *tit. de naufragiis.*

Secundo obseruandum, Modum huius canonis frumentarij Africani fuisse ducenta milia modiorum, quòd ex *Plutarcho*, imò & *l. 1. sup. hoc tit.* probatur, vbi dixi: Quomodo *Alexandrinus* canon sub *Augusto* erat ducenties centenorum milium frumenti, teste altero *Victore in V. Augusti.*

Tertid notandum, cùm ante *Constantinopolim* excitatam etiam *Alexandrinus* canon Vrbis Romæ, & vel maximè destinatus fuisset, deinceps tamen pariter alias Occidentis Prouincias, (ad quas extra ordinem famis tempore recurrebatur) præter *Siciliam & Sardiniam,* quæ & Vrbis Romæ nutriculae erant, solam iam *Africam* fermè Vrbis Romæ relictam vix suffecisse: de quo dicam plenè *infr. titulo prox. de frument. Vrbis Constantinop.*

Quartò, de *oleo* vrbicario videndum est, *olei* scilicet modum ex *Africâ* quoque Romam destinatum *hæc lex* testatur. Huius verò olei vsus in gymnasia erat, (quàm luxuriam à *Græcis* inuentam proferibit *Plinius lib. 15. cap. 4.*) Item ad balnea aliâque. Darumque id populo gratis olim etiam à *Scipione*, teste *Liuius lib. 15. à Cæsarè*, teste *Suetonio.* Quo tempore modus canonis

FF 3 Qleatij

Olearii erat, tricies centena millia librarum : Plutarchus *Casare*; *ἐπιπένη ἕλαβ' ἕκαστον ἐπιπένη εἰς τὸ διμήμιον ἕλαβ' ἀπὸ τῶν μισθῶν καὶ τῶν ἀποδοχῶν*. à M. Agrippà : Auctor Dio *lib. 49.* à Nerone, vt scribit Tacitus *lib. 14.* Seuerus Imp. accepto quoque oleo à Tripolitanis dono, & ipse auxilium eam præbitionem videtur. De hoc Tripolitanorum sanè dono Seuerus Imp. factò Spartianus in eius *v. Tripolin. vnde oriundus erat comitus bellicosissimis genibus, securitissimam reddidit: ac pacem diuurnam, oleum gratuitum & fecundissimum agrum donauit.* Quem locum sanare ceperunt Viri Doctissimi ita ex MSS. ac populo Romano diuurnum oleum: quasi eo loco dicitur, oleum populo Romano à Seuero donatum. Quod probare non possum: eo loci quippe Spartianus nondum agit de iis quæ Seuerus in gratiam P. R. fecit, verùm de victoris ipsius aduersus Persas, Arabas, Adiabenos, item de Britannia munimento, & de Tripoli à bellicosissimis gentibus secuta redditâ: quibus statim illa quæ vitium sapient, subiicit: Quare eò loci, non quid P. R. contulerit Seuerus, verùm quid ei oblatum à Tripolitanis inuicem fuerit pro liberatâ securâque redditâ patriâ sua, Spartianus scribit: itaque malim: *ad vicem, diuurnum ea oleum gratuitum, & fecundissimum agrum donauit.* Nempe ipsi Seuero oblatum à Tripolitanis oleum: sicut & fecundissimus ager donatus. Ecce alter Victor in Constantino: *Remota olei frumentique aduentitia præbitiones, quibus Tripolis ac Nicæa acerbius augebantur: quas res, superiores [id est Tripolitani] Seueri imperio gratantes Cui obrulerant: veteratque gratiam muneris huius in perniciem, posterorum dissimulatione [dissimulatione] alteros [Nicænos] M. Boionius afflixerat multa, &c.* Ecce & ipsemet Victor ait, Tripolitanos oleum cui suo Seuero obtulisset, eius Imperio gratantes; *gratantes*, (non, vt mutant, *gratantes*) id est gratulantes: Verum tamen illud, oleum à Seuero P. R. datum, & largius quidem. Lampridius *Alexandro, Oleum quod Seuerus populo dederat, quodque Heliothalus immiserat, turpissimis hominibus Præfecturam annonæ*

tribuendo, integrum restituit. De quo & illud Spartianus, eum olei tantum reliquisse, vt per quinquennium non solum Urbis vsibus, sed totius Italiae quæ oleo egeret, sufficeret. Exinde, post Seuerum & Alexandrum oleum gratuitum P. R. postò donatum: sub Aureliano testis Vopiscus, *Statuerat, inquit, & vinum gratuitum P. R. dare, vt quemadmodum Oleum, & panis, & porcina gratuita præberetur, sic etiam vinum daretur.*

Ad Constantini seculum descendamus. Is aduentitiam illam quidem Tripolitanorum præbitionem remouit, vt Victor ait: sed nihilominus oleum gratuitum populo Romano ab eo datum, atque oleum vrbicarij canonis pars fuit. Hinc aded Constantini *M. l. vnic. infr. de mensis oleariis*, (vbi adhuc dicam) *mensa olearia* mentio fit. Sub Valentiniano quoque Iunioris *l. vltim. supr. de Curatoribus Kalendarij* agitur de arcâ oleariâ & frumentariâ: sub eodem, huius olei vrbicarij ex Africâ meminit Symmachus *P. V. lib. 10. epist. 48. Frumenti cotidianus usus in facili est: Olei tantum speciei vitium plebis tenuiter inuectâ sollicitat: Cuius rei V. C. P. R. Æ. F. ANNONÆ, partium suarum diligens executor, Prætoriane amplissima Præfectura, vt ipse asserit, dudum fecit indicium, missis de more breuibus, quæ angustias patefacere conditorum. Mox: Quare omnes suppliciter oramus, vt quamprimum Iudices AFRICANOS super hanc specie Romanis horreis inferenda diuinus sermo DISTIMPLET: nam properato opus est, priusquam reliquum prostiget DIVINA præbitio.* Hæc Symmachus qui & frugis oleique baiulus inter ceteros Urbis Corporatos memorat *lib. 10. epist. 27.* Sed & *epistola 55. lib. 9.* docet, *Formianis ad egestatis leuamen certum ex Africâ olei modum decernisse Antiquitatem.* Tandem idem Urbis querelas de olei penuriâ, non minus quàm de frugum defectu, memorat non tantum *superiore epistola 48. lib. 10. sed & lib. 4. epistola 18.* Quod pertinet hæc ipsa Honorij constitutio. Et hæc de Vrbe Româ. De oleo verò Constantino politano est *lex vlt. infr. de annonis ciuicis.*

IV. * Idem AA. Theodoro PP. P."

INPROBORVM petitiones, qui impudentius ausi sunt postulare pensiones aquæ molarum, quæ Urbis venerabili annonas abundantius præstitissent, quinque librarum auri multa infligat, nisi ab hac petendi inopportunitate discedant. Illos etiam qui potestati Præfecturæ Annonariæ præfunt, & Apparitores qui hisdem ministeriis obsecundant, par multa retineat: si cuiusquam improbissimi hominis consenserint, vel paruerint, voluntati. Simili autem poenâ teneantur, qui aliquid ex his horreis, cellulisve, quæ intra Urbem Romam, adque in Portu constitutæ, pistorio iure retinentur, sibimet, tanquam possessione priuata, ausi fuerint vindicare. Dat. Prid. Id. April. Med. Honor. A. I V. & Eutylichiano C O S S. [398.]

NOTÆ.

- * Abest & hæc lex à Cod. Iustini. Iungenda autem ei *lex vnic. infr. de pretio panis Offiensis.*
Theodoro PP. Italiae sub Honorio: vid. *Protopogr.*
Pensiones sunt moduli aquarum, quibus aqua expenditur seu erogatur: & sic *expensiones.*
Romæ.
Infolens locutio, quâ multa aliquem infligere dicitur; cum aliâ multa infligi dicatur: *Infligat* igitur pro *adfligat.*
Retineat, pro teneat: vt sine legis, *pistorio iure retinentur.*

COMMENTARIVS.

SECVNDÂ hæc Honorij constitutio est, hoc titulo. Quæ quidem prolixioris constitutionis pars est: quâ Canonis frumentario seu an-

nonæ Urbis Romæ consultum iuit, post Gildonem iam cæsum: Cuius pars altera superest, *l. vnic. infr. de pretio panis Offiensis*, quæ proinde hinc coassanda

De Canone frumentario Urbis Romæ. 231

coassanda venit. Atque vt variis aliis rationibus Honorius Imp. Annonæ consultum iuit, fraudibusque annonæ vrbicæ damnosis occurrit; ita hæc leg. & d. l. vnic. PISTORVM & PISTINORVM nominatim curâ susceptâ: tum aduersus ipsos consulendo, quod pertinet d. l. vnic. ne videlicet pretium panis ipsi auferent: tum ipsis: quod pertinet duo huius leg. capita (quæ non minùs rectè sub titulo de pistoriis statent.)

¶ Priore capite priuatos AQUÆ molarum publicarum, pistoriis seruientium, pensiones, id est modulos, à Principe petere vetat; propositâ multâ quinque librarum auri aduersus supplican-tem seu impetran-tem: imò & aduersus Præfectum annonæ (qui vt annonæ cæteroquin præerat, ita nominatim Pistoriis: vt docet quoque *lex 1. 3. 12. 14. 15. 21. vltim. supr. de pistoriis: & lex 3. 6. supr. de panis:*) ciuisque Officiales si consensum suum adhibuerint: pariter vt duarum librarum auri multam imponit supplicanti, vt pretium panis augeatur, d. l. vnic. Ita quidem vt factum istud *Impudens & improbum*, seu hanc petitionem maximè infestetur: nempe quod in vsus suos priuatos huiusmodi modulos aquarum conuertendo, impedirent, quominus *annonæ Urbis Romæ abundantius præstarentur.* Nempe modulos hos aquæ priuati petebant in agrotum irrigationem, vel ad hortorum delicias, ad balnea item & nymphæa, molâque priuata, vt cæteroquin id factum testatur *lex 4. 7. 8. & vltim. in fin. de Aqueductu: l. 9. 10. Cod. eod. tit.* Cassiodorus quoque *3. variar. Dicitur comodi cura priuati aquam formarum quam summo studio deceret communiri, ad aquæ molas exercendas vel hortos irrigandos fuisse deriuatum.* Scilicet pistores non tantum panem coquebant, verùm etiam fruges ipsas molebant: quod prolixè docui ad

l. 7. supr. de Pistoriis: Hinc aded Molæ in pistri- ni huiusmodi publici instrumento fuere, quarum vt hæc leg. ita & d. l. 7. mentio fit; vt & in priuati, d. l. 7. quarum priuatarum mentio fit d. l. 10. Cod. de aqueductu, & superiore Cassiodori loco. Quæ quidem mole pistrinorum publicarum Romæ ad radices Ianiculi in Tyberi fuere, vt docet Procopius, *lib. 1. Gothicorum, & Prudentius lib. 2. contra Symmachum, v. 949.*

Quæ regio gradibus vacuis ieiunia dirâ Sustinet? aut quæ Ianiculo MOLÆ mota quiescit? Vbi & Ison Magister in Glossis, *Ianiculus mons est, vbi templum Iani erat, & multa mola constructe.* Quamquam ex hæc leg. conicere mihi videor, molas in Vrbe Româ non in ipso Tiberi fuisse, verùm exinde sulcos aquarios proximè ad molas ductos: quæ pensiones aquæ molarum vocantur, id est, moduli fulcique.

¶ Posteriore capite Honorius pari multâ prosequitur priuatos qui aliquid sibi vindicare ausi fuerint ex HORREIS cellulisve, quæ in Vrbe Româ, vel in Portu Urbis Romæ (de quo dixi plenissimè ad... & iterum dicam ad *l. vnic. infr. de faccar. Portus Romæ:*) ad Pistorum iura pertinent. Nempe (quod iam docui ad *l. 1. supr. hoc tit.*) Pistores sua horrea seu cellulas tum in Portu Urbis Romæ, tum in ipsâ Vrbe Româ habere, contendis frugibus, quas ipsi à Caudicariis & Menforibus emerant, vnde postea panem confectum populo venderent. Ergo aliquam ex his horreis Cellulisve partem à priuatis occupari vetat. Pariter, vt horrea fiscalia apud Urbem Romam, nec non etiam Portus, in vsus priuatos translata, Valentinianus Sen. ad pristinum sicuti ius reuocari iusserat, *l. 12. infr. de operibus publicis.*

V. * Idem AA. Messalæ PP. P."

NEMINEM patimur in mutando Canone Urbis Romæ Nostræ Clementiæ beneficium postulare: Ideoque evidenti præceptione consulentes: non solum ea Rescripta quæ quoquomodo potuerint impetrari, suscipi non sinimus, verùm etiam illa vacuari quæ præteritum quoque tempus elicit. Ac ne vllus subreptioni pateat aditus, eos qui posthac commutari sibi canonem in fraudem venerandæ Urbis poposcerint, ad duplum retinendos esse decernimus, vt verus dispositio suum robor obtineat. Dat. Prid. Non. Septemb. Altino, Theodoro V. C. C O N S. [399.]

NOTÆ.

- * *Legis 3. Cod. Iust. eod. tit.* pars prior hinc desumpta, eaque lex ex hæc leg. & proximâ conflata contractâque est. Iungenda autem hinc, vt existimo, *lex 30. supr. de annonâ & trib.*
Messalæ PP. Italiae sub Honorio: vid. *Protopogr.*
Beneficium pro rescripto, vt mox vocatur, seu indulto singulari, & quidem in re annonaria: vid. *Gloss. & Paratit. de din. reser.*
Sequentia ita contracta Cod. Iust. Sed ea rescripta qua quomodo potuerint impetrari, suscipi non sinimus: eos verò qui contra hæc fecerint, in duplum retinendos esse decernimus: Nempe recisus quæ ad præiens tempus tantum respiciant.
Ita quoque *l. prox.*
in posterum.
Patefcere: vid. *Gloss.*
Retineri ad duplum aliquis dicitur: id est teneti, obstringi, ac proinde multari: vid. *Gloss.* Sic *l. prox. de portatione poenâ retinendos.*
Dispositio propriè de canone annonario seu tributario: vid. *Gloss.* Ita *d. l. 30. vetera decreta.*

COMMENTARIVS.

TERTIA hæc Honorij constitutio est hoc titulo, Canonis frumentario, Urbis Romæ consulens, & quinto quidem FRAVDIS generi aduersus commodum Urbis Romæ, occurrentis, Anno D. 399. cui non inani coniecturâ iungenda est *lex 3. supr. de annonâ & tributis:* vt ad eam leg.

edisserui: si non hoc, saltem argumento pariare vtramque certum est: pariter vt *l. supr. d. tit. de annonâ & trib. & lex 1. 2. 4. 5. infr. tributa in ipse speciebus.* Scilicet M V T A R I impetrato rescripto Canonem Vrbicarium vetat hæc leg. & d. l. 30. Honorius: vt & Valentinianus Senior, *dist. l. 8.* &

& d. l. 1. 2. pariter vt Canonem Orientalem Theodosius M. d. l. 4. 5. cui contrarius aliquo modo extitit Theodosius Iun. l. vltim. d. tit. de annonâ & tributis. Mutari canon hâc leg. & d. l. 30. dicitur : cum videlicet quis impetrato rescripto id obtinet, non tantum vt pro vnâ specie annuariâ aliam possit inferre, veluti vt pro indicto frumento, oleum : verum etiam, vt pro quacunque tandem specie, pecuniam præstare possit : quod propriè *aderari*, & *aderatio* dicitur, cum species videlicet pecuniâ taxatur. De quo ad eas *leges* plenissimè : Item *apochare*, d. l. 1. & 2. *supr. tributa in ipsis speciebus* : cum videlicet apochæ tributi soluti in pecuniâ dantur : denique

cum loco specierum, nummis exactis apochæ dantur ab exactoribus, seu securitates, vt in eodem argumento vocantur, d. l. vltim. *tributa in ipsis speciebus* : Ergo mutare canonem, *aderare*, apochare, idem. ¶ Prohibitionis porro istius Ratio in aperto : nempe quia hoc in fraudem vrbis non potest non cedere, vt *hæc lex* indicat, captiosumque idèd vocatur d. l. vltim. Aurum scilicet pro speciebus acceptum faciliùs interuertitur, neque tam facillè in coëmptionem specierum Vrbi necessarium collocatur, ¶ Cæterum dupli pœnâ propositâ id prohibet *hâc leg.* Honorius, pariter vt d. l. 30.

VI. * Idem AA. Messalæ PP. P."

NE deinde" facinora impunita" coalescant, euidenti" præceptione decernimus, vt à Vicario, ceterisque Iudicibus, quos ex vrbicario canone quidquam vsurpasse constiterit, in quadruplum præsumpta poscantur : ita vt duplum Iudices, duplum eorum Officia cogantur inferre. Deinceps autem nisi ab huiusmodi scelere temperetur, Iudices deportationis pœna retinendos, Primates" officiorum capitali supplicio subiugandos perpeti" auctoritate sancimus : &c. Dat. 1v. Kal. Octob. Altino. & Theodoro v. c. CONS. [399.]

NOTÆ.

- * *Legis 3. Cod. Inst. eod. tit.* pars posterior hinc desumpta est, quæ ex *hâc leg. & superiore* conflata est, & contracta : recis pariter quæ ad præsens tantum respiciunt. Iungenda autem huic *lex 15. supr. de exactiõibus.*
 " *Messala PP. Italix* scilicet sub Honorio : vid. *Protopogr.*
 " id est, deinceps.
 " Retineri potest & debet : neque mutata cum *impunitate*. Porro huic sententiæ illustrandæ, ne alia congeram, facit *lex, bona fides, Cod. deposti : l. locatio, §. quod illicitè, n. de public. l. 1. m. ne quis eum qui in ius voc.* Impunitatis denique spes, magna est peccandi illecebra.
 " an Africæ ? an Vrbis Romæ ? De vtroque satis commodè accipi potest.
 " de hac voce ad *l. super.*
 " de *Primitibus* officiorum dixi.
 " id est perpetua : quomodo mutatum *Cod. Instin.*
 " delenda hæc vox.

COMMENTARIVS.

QUARTA hæc *hoc titulo* Honorij constitutio est, Canoni frumentarij Vrbis Romæ consulenti, & Sextæ fraudi eique sceleratissimæ aduersus eum admitti solitæ, occurrentis : (Qui & Septimæ cuidam fraudi occurrat *lege 15. supr. de exactiõibus*, quæ huic coalescenda venit, velut eiusdem prolixioris constitutionis Honorianæ pars : qua autopragias beneficium tollitur.) Hæc igitur constitutione, non iam *Collatorum* ipsorum fraudibus in damnum Canonis frumentarij occurrat, quod pertinet *lex 3. in pr. 5. supr. non Nauiculariorum*, quod spectat posterior pars *legis 3.* non *Pruatorum*, quod respicit *lex 4.* Verum sceleratæ *IVDICVM* vsurpationi aliquid ex Canone Vrbicario interuenturum, pœnâ videlicet Iudicibus eorumque Officialibus siue Vicariis, siue Reçtoribus Prouinciarum (qui omnes sub dispositione P. P. erant) tum in præsens, tum in futurum impositâ : In

præsens, Quadrupli pœna ob ea quæ hactenus vsurpauerant (quæ pœna in simili imponitur *l. 1. supr. de his qui cum dispens.*) sic vt duplum Iudices, duplum Officiales inferre velit : In futurum verò non iam multâ impositâ, verum deportationis Iudicibus ipsis : Primatibus verò officiorum, capitalis supplicij, ¶ Cæterum, est *hæc lex* propriè de furtiua Iudicum vsurpatione, & sic *manifesto* furti genere. Atenim aliud vsurpationis genus est, de quo *supr. lib. 12. tit. 9. de his quæ ex publica collatione inlata sunt, non vsurpandis* : nempe cum Iudices quid ex eo quod illatum est, mutui titulo vsurpant, quod spectat *lex 1. eius tituli* : (cui similia sunt quæ tractantur *lib. 10. tit. 24. de his qui cum dispensatione contraxerunt*) vel ad alias necessitates transferunt : quod spectat *lex 2. & 3. eiusdem tituli* : quæ postrema alioquin hoc ipso Anno data ad eundem Messalam PP.

DE FRUMENTO VRBIS
CONSTANTINOPOLITANÆ.

TITVLVS XVI.

XI. COD. IVST. XXIV.

PARATITLON.



FRUMENTVM Rubr. & l. 2. *hoc tit.* triticum *l. 1. hoc tit.* (vnde titulus frumentarius, *l. 3. hoc tit.*) Vrbis Constantinopolitanæ, Rubr. & toto titulo, aliud ex Prouinciarum collatione tributum, quod spectat *lex 2. hoc tit.* quod canonis nomine designatur *d. l. 2.* vnde annona-ciuica distribuebatur, de quâ mox *sequ. tit. de annonis ciuicis*. Aliud verò fame urgente, *l. 1.* coëmptum : vnde frumentaria coëmptio, *l. 3.* frumentaria comparatio, *l. 1. hoc tit.* (de quâ in commune peculiaris titulus *supr. lib. 11. t. 15. de publica comparatione* :) Huic rei seu titulo *l. 1.* frumentario, *l. 3.* consecrata fuit sub Theodosio Iuniore Constantinopoli, *l. 1.* seu dedicata, *l. 3.* summa quædam, *l. 1.* seu quantitas, *l. 3.* auri, *d. l. 1. & 3.* putâ quingentarum primùm auri librarum, *d. l. 1.* postea verò sexcentarum & vndecim, *d. l. 3.* cuius & arca peculiaris fuit, arca frumentaria : *d. l. 1.* Ea summa à Præfecto Vrbi vel quoquam alio contingi vetita, *d. l. 1. & 3.* Ex eâ autem coëmptum frumentum vendebatur *d. l. 1.* Mancipibus, qui panem ex eo confectum populo venderent, mutui nomine dabatur, vnde incrementum aliquod accedebat, seu accrescebat, quod ad eumulum memoratæ quantitatis & frumentarij tituli fomitem redundabat : *d. l. 1. & 3.*

I. * Impp. Honor. & THEOD. AA. Monaxio P. V."



VINGENTAS auri libras, partim à Tui Culminis indagine, partim Amplissimi Senatus gratiâ inlacione, collectas, ad prohibendam famem, ita huic titulo" consecramus, vt quidquid super frumentariâ comparatione" titulus emptionis inuenerit, in tribunalibus" Præfecturæ Vrbanae sub gestorum testificatione pandatur : vt summa collecta, & incrementa" quæ venundato tritico accesserint, Patrum" insinuetur" examini : Omni de eo, quæ contra hunc titulum temptabitur, vsurpatione cessante, vt nec Tuæ Sedis auctoritate, nec cuiquam" liceat, cuiuscumque, vel honestæ, occasionis obtentu, hæc perpenfa" vlllo pacto conuellere : ne non modo tot sententiarum violare munimina videatur, sed & familiari dispendio quatiatur : & id quod ex hâc auri quantitate decerpserit, geminatum Arcæ frumentariæ inferat. ¶ Si quis autem priuatim ad vsus proprios intra Vrbem" amplissimam frumentum comparare voluerit, habeat licentiam coëmendi. Dat. vi. Kalend. Maij, Constantinop. Honorio viii. & Theod. iiii. AA. CONS. [409.]

NOTÆ.

- * Absit hæc Historica constitutio à *Cod. Iustiniano*.
 " Huius *Monaxij P. V.* meminit Auctor Chronici Alex. de quo mox : Eidem plures aliæ *hoc Codice* leges inscribuntur : Anno 408 & 409. inter alias hoc ipso Anno *lex 47. infr. de operibus publicis* : superiore Anno *lex 15. infr. de annonis ciuicis* : vid. *Protopogr.*
 " Titulus est genus, species, destinatio rei cuiusdam : hîc *Titulus* de annona, & comparatione frumentaria.
 " De hoc fuit titulus *supr. peculiaris, de publica comparatione, lib. 11. t. 15.*
 " in *tribunalibus* : in *tribunalibus illis*.
 " vid. de his & *l. 3. infr. in fin.*
 " Senatus.
 " insinuantur.
 " malim : *omni aded, &c. vt.*
 " alij scilicet.
 " *Perpenfa* vocat communi consilio & maturo tractatu definita : de quâ voce dixi ad *l. 2. supr. de consis. Principum* : vid. & *Gloss. Theod.*
 Et sic tanquam violatæ constitutionis perpenfæ longa deliberatione reus habeatur.

HEODOSII Junioris sunt omnes huius tituli constitutiones: Quarum hæc, & postrema, in eodem argumento versantur: nempe circa PUBLICAM FRUMENTI ad usum Urbis Constantinopolitanæ comparationem, extra ordinem ad prohibendam famem istius Urbis. ¶ Scilicet ut cæterokin publica comparatio Reipubl. necessitatibus exigentibus, exercitus fortè, hâc tempestate usurpata, (de quo fuit *suprà* titulus peculiaris *lib. 11. de Publicâ comparatione*;) sic ut publico nomine pretiis competentibus contrâ datis, frumentum à priuatis emeretur (quod *Synoneti* onus dicebatur;) non sufficiente videlicet canone annonario qui à Prouincialibus tributi nomine conferebatur: Ita & vrbicario canone si quando non sufficiente, ad idem publicâ comparationis, seu *Synoneti*, remedium necesse fuit confugere: fame videlicet aliquâ vrgente: cuiusmodi fames Constantinopoli subinde exorta, variis de causis; ac nominatim ob ingentem ibi populi frequentiam, cui vix Ægyptus sufficiebat, aliæque Prouinciæ, ut testatur Eunnapius *in v. Adesij*, p. 47. de quo dico plenè ad *l. 7. supr. de Nauticular.* vbi de stolo Alexandrino. Quare vrbis ea sæpè annonæ inopiâ laborauit: ut videre est apud huius æui Scriptorum. Ac nominatim his ipsis consulibus *Honorio 8. & Theodosio 3.* sub hoc *Monaxio* Præfecto Urbis Constantinopol. ut ex *hâc leg.* colligimus, & testatur expressè Auctor *Chronici Alexandrini*: *Ἐπὶ τῆς παλαιῆς ἀσπίδος ἐκείνῃ τῷ ἀσπίδιον ΜΟΝΑΞΙΟΥ ἘΠΙΤΡΟΧΟΤ ΠΟΛΕΩΣ, ἀπὸ τῆς δὴμα Κωνσταντινουπόλεως, διὰ τὴν ἐνδομίαν τῆς ἀφ᾽ αὐτοῦ ἢ ἐσῶρη ἢ κερύρα ἡπὲρ ἀπὸ τῆς ἀφ᾽ αὐτοῦ Περσῶν ἕως ἢν Δομνίνῃ ἐμὲλλον: καὶ ἐκλήθησαν αὐτῶν οἱ δύο στρατηλάται Οὐασενᾶς καὶ Ἀρσάνθῃ, καὶ Σωσίθῃ ὁ καὶ (ita 28.) Κόμης ἢν λαροπύτων, καὶ ἀρεκάλεσαν αὐτῶν λέγοντες: ἰσπρέλατε, καὶ ὑμεῖς πυκνῶν ὡς θέλετε, id est, Hoc Consulatui existum fuit Prætorium *Monaxij* Præfecti Urbis, à populo Constantinopolitano, propter panis inopiam: & tracta fuit ipsius Carruca à Prima Regione vsque ad Domini... occurreruntque eis duo Duces rei militaris *Paranes* & *Arfacius*, & *Synesius* Comes largitionum, eisque admonuerunt, dicentes, *Conuerimini, nõsque* [ipsi] *luamus, ut vultis.* Quo quidem loco Consulatus qui excidit, ex *hâc leg.* supplendus venit. Imò & ex *Marcellini Chronico*, qui diserte sub his ipsis *Coss. Indi. VII. Honorio VIII. & Theodosio Iuniore III. Coss.* apud Constantinopolim magna exarsit populi seditio, panis scilicet penuriâ sibi in ingruente: Igitur, ad prohibendam de cætero famem Constantinopoli studium suum conuertit *Monaxius P. V. Anthemiis* qui hoc tempore Præfectus Prætorio erat: conuertit *Theodosius Iun.* Imp. variis in id remediis adiuuentis: eo primùm, quod continetur *l. 32. supr. de Nauticularis*: deinde & eo quod *hâc leg.* continetur, nempe coëmptionis seu comparationis & *Synoneti*: de quo *suo tit.* Quod Romæ quoque extra ordinem factum docere videntur nummi argentei *Pisonis* & *Cæpionis*, in quibus cernuntur duo viri inter spicas sedentes cum inscriptione:*

AD FRV. EMP. EX. SC.
 Nouâ etiam prouisione hâc parte: destinatâ videlicet deinceps in id solemnî quadam auti quantitate, ad coëmptionem videlicet seu comparationem frumentariam: ut ita vrgente necessitate ex eâ pecuniâ frumentum coëmi vendique possent, ad leuandam populi necessitatem. Quæ qui-

dem quantitas seu fors hoc tempore collecta fuit, quod *hæc lex* diserte testatur, partim *Monaxij P. V.* (cui *hæc lex* inscribitur, quique ut antea dixi, ob penuriam in populi inuidiam venerat) indagine; qui scilicet pecuniam alicunde subtili ingenio eruerat, partim verdè ex spontaneâ *Senatus Constantinopolitani* contributione; quod fortè *φιλικῶν* dicitur *l. 32. supr. de Nauticularis*, quæ ad eandem historiam pertinet. Modus verdè istius sanctioris ætarij seu pecuniæ solemniter destinatæ, consecratæ, hîc definitur: nempe quingentarum auri librarum, quæ summa efficit 72. solidis in libram computatis (de quo ad *l. unic. supr. de oblat. votor.* & ad *l. 1. supr. de ponderatorib.*) triginta sex millium auri solidorum. Ita quidem inter hæc initia. At postea aucta fuit hæc summa, sic ut sexcentarum & vndecim auri librarum facta fuerit, id est quadraginta trium milium nongentorum & nonaginta duorum solidorum: ut docet *lex vltim. in fin.* Parum verdè erat sanctius istud ærarium instituisse, nisi administratio fidelis haberetur. Igitur & *hâc leg. & d. l. vltim.* præscribitur, quomodo ea summa administranda sit. Hæc certè *leg.* statuuntur duo hanc in rem. Primò, pecuniam hanc cum incrementis (Interpretij compendium vocat *Ammianus Marcellinus lib. 28.*) id est, accessione omni, quod ex frumenti inde comparati securâ venditione adcreuit, publicè coram Præfecto Urbis sub gestorum testificatione pandi, declarari, computari, subduci: & *Senatus Constantinopolitani* examini insinuari; ut is examinet, discutat, num ex fide omnia gerantur: Quod quidem examen eâ etiam de causâ *Senatus* delatum puro, quod hæc pecunia ab ipso ex parte profecta fuisset. Æquum scilicet est, ei pecuniæ administratæ examen & discussionem committi à quo profecta est: sed neque fidelius quisquam id facturus creditur, quam is qui cum largitatis ipse auctor sit, proculdubio eam ratam esse omni ope nititur. Secundò *usurpari* ex eâ pecuniâ quicquam vetat *Theodosius* tum *hâc leg.* tum *rursus l. vlt. infr.* quocumque obtentu, à quoquam, nequidem Præfecti Urbis auctoritate: ut cæterokin ex canone vrbicario quicquam usurpare nefas erat, de quo etiam ad *l. vlt. supr. tit. prox.* ita sacrilegio proximum ex hoc sanctiore quodammodo ærario quicquam degustare, decerpere, quod repositum sepe reconditum in famem, si quando vrbis ingruentem, erat. Quare & dupli pœnam usurpanti imponit *hâc l. Theodosius Iun. & d. l. vlt.*

¶ Et hæc quidem ita *Theodosius Iun.* subleuandâ videlicet inopi plebi, atque in diem vigenti, non eâ tamen mente, quasi non & priuatis intra Urbem Constantinopolitanam frumentum in proprios vsus coëmere liceret. Extra hanc proinde proprij vsus rationem, priuatis coëmptionem interdiceret videtur *Theodosius*. Scilicet noluit prius Princeps, vel potius qui iuuenem tum regebant, & in his soror *Placidia*, priuatâ coëmptione miserum plebem strangulati: verùm publicâ subleuati, cum modico & toleabili admodum incremento. ¶ Arque ita *hæc lex* intellecta, ceu singularis admodum notanda est, quæ in vsum optimè deduci poterit: vna cum *l. vltim.* quæ eodem pertinet.

II. * Idem



NVLLI, ne diuinæ quidem domui nostræ, frumentum de Horreis publicis pro annona penitus præbeat, sed integer canon Mancipibus consignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda: Ita enim debet canon, ab inclytæ memoriæ Constantino præstitutus, necnon à Diuopietatis mæx Aus^u auctus, expendi: quoniam crescit inopia, si frumento, quod pro annona tribuitur, ad vsus alios deputata cognoscantur: Cogentur enim sibi de publico emere quæ aliis vendere potuissent. Dat. x. Kalend. Aug. Constantinop. Theodoro A. v. 11, & Palladio C O S S. [416.]

NOTÆ.

- * *Lex 1. Cod. Iust. end. vit.*
- * Eadem Vrso P. V. inscribitur hoc ipso Anno 416. 1180. *supr. de Decurion.* & superiore Anno *lex 1. supr. de Decurion.* & *Senariu.* Meminit eius hoc ipso Anno bis: & quidem ante mensum, Auctor *Chronici Alexandrini*: *ἰν. Θεοδοσιᾶ ἢν Ἀνέσθη τῶ ζ. καὶ Παλαδῶ. Ἐπιτηλοῦθι θῖνον, γενήσασθι ὄνομα ἐπιτιχῆ πάλαι ἕως τῶν ἰαννουῶν τῶν καὶ Ἀσπιδῶν τῶν αὐτῶν ἐκείνῃ τῆς ἀφ᾽ αὐτοῦ ἰουλιῶν, id est, Theodosio Iuniore Augusto 7. & Palladio C O S S. Ludi theatralis celebrati edente VRSO Præfecto Urbis propter vrbicariam de Attalo Tyranno mense Desio 4. Kal. Iulius. Et mox rursus: vbi ait Theodosium Iuniorem Hætaclæ Constantinopolim reuersum in foro Theodosiano aureâ coronâ ab Vrso P. V. & Senatu pridie Kal. Octobris die Sabbathi ornatum.*
- * *pe. domus.*
- * *Annona* hîc quid? mox dicam.
- * Mancipibus *hæc leg. & l. prox.* id est Pistoribus: de quo *suo titulo, suprâ.*
- * id est, *Theodosio M. de quo mox.*
- * *Locus vitiosus qui ita in Cod. Iust. exhibetur, si frumenta qua pro annona tribuuntur.*

COMMENTARIUS.

ECVNDA hæc hoc titulo Theodosij Iun. constitutio est: quæ rectius coniecta fuisset in tit. proximum, de *annonis ciuicis*. Neque enim ad frumenti ipsius rationem pertinet, veluti ad emptionem eius tuitionemque, verùm ad annonas ciuicas: vbi quaeritur, an loco *annona* seu panis, qui populo dabatur, frumentum dari possent, vel deberet; *Annona* inquam, seu panis. Annona hîc pro pane, vel eo quod *Annona* loco dabatur: Græci hîc habent in plurali, *ἀντὶ τῶν ἀνθῶν*: Neque enim quicquam interest, *Annonomam*, an *Annonas* dicas: ut iam probauit ad *l. 1. supr. de erog. mil. ann.* neque minus de pane *Annona* dicitur, quàm in plurali *Annona*. Apud *Historia Augustæ* Scriptorum sanè vbi panum numerus subducitur, *Annona bina, terna*, dicuntur, id est panes duo, tres. In Rubrica quoque de *excõitione* & *transfatione Annonarum*, *Annona* seu panes varij denotantur.

¶ Sententia *huius leg.* hæc est ANNONAS CIVICAS DOMIBVS æstimatas, non in frumento populo præberi oportere, verùm ipsos panes coctos: sic quidem, ut integer canon frumentarius Mancipibus consignari debeat; *Mancipibus*, id est Pistoribus (ut probauit ad *l. 18. supr. de Pistoribus*;) & probat quoque *lex prox. infr.* mox panis inde confectus coctûque populo exhiberi. Et rationem addit: ne alioquin frumentum populus disperdat, aliõque in vsus erogat, atque ita rursum panem emere cogatur. Quod quidem prohibet à *Theodosio Iun.* constitutum est, ut in inopiâ intercederet familiarum; his quibus hoc frumentum daretur, in alios vsus conuertentibus vel prodigatibus, non suo tantum, verùm etiam totius familiaris damno; quare satius visum, panem coctum dari. Aded quidem, ut his qui de Principis domo essent, frumentum dari vetet: Quibus verbis, quosdam *Theodosius Iun.* hîc intelligat? quaerit video. Lucas de Penna ridiculè colligebat, etiam Imperatores percepisse panem ex horreis publicis. Verùm his verbis indicantur *Palatini*, qui de domo Principis erant: ac proinde *Palatinam* quo-

Tom. V.

que *annonomam* in pane cocto præberi iubet: de quo vid. quæ dixi ad *l. 5. supr. de Iustrali collar.* ¶ Interim, præter id quod *hæc leg.* definitur, de *annonis ciuicis* Urbis Constantinopolitanæ, in pane cocto dandis, varia *hæc leg.* indicantur, notatu dignissima: & tria quidem; 1. datas has *Annonas* domibus: 2. institutas has à Constantino M. 3. auctas deinceps à *Theodosio M.* Constantinianus M. scilicet excitatâ Vrbe Constantinopolitanâ, replendâ illi, domibusque augendâ, tum populoribus, *l. 7. infr. de annonis ciuicis*: tum Palatinis *d. l. 7.* tum Militaribus vitis quibusdam, veluti scholæ Scurariorum & Clibanariorum, *l. 9. 10. infr. de annonis ciuicis*: domõsque in eâ vrbe excitantibus *annonas* gratuitas dedit, ut ædificandî studio magnitudinem vrbis auerent: quod testatur *Theodosius M. d. l. 11.* Qui idem Constantinus aliis quoque rationibus Urbis Constantinopolitanæ ædificiis replendâ consuluit, atque inter alia eâ ratione, quæ continetur *Nonellâ* *Theodosij Iun. 12.* de quâ *ad tit. prox.* Quare panes hî seu *annona domibus* exhiberi dicuntur *hæc leg.* itemque panes *aditum* seu *edificiorum*; *l. 1. 5. infr. de annonis ciuicis*: vbi plenius dicam, & ad *l. 11. 12. 13. eodem tit.* Auctor igitur harum *Annonarum* fuit *Constantinus M.* ut præter *hanc leg.* clarum quoque ex *l. 9. 10. 13. de annonis ciuicis*. Quod etiam testatur *Zosimus, lib. 2. p. 687.* *δένεμα τῶ Βυζαντιῶν δῖμο σῖτον δημόσιον, καὶ ἀργὶ τῶν δέκενεν ἔχον: ut & Suidas, loco quem proferam ad d. l. 7. infr. de annonis ciuicis.* Tempus etiam quo hæc *Annona* distribui coepit designat Auctor *Chronici Alexandrini*, nempe biennio post dedicationem Urbis Constantinopol. id est, Anno Domini 332. *Πατριανῶν & Ἰουλιανῶν C O S S. ἐπὶ τῶν τῶν ἀσπίδων ἤρξατο ἀνακονεῖν τοῖς πολίταις Κωνσταντινῶν πόλεως ἀφ᾽ τῶ ἀπὸ ἡ Μαῖα. Modum tandem seu quantitatem *Annonarum* ciuicarum à Constantino definitum aperit *Socrates, lib. 1. cap. 13.* *Ὅτι δὲ ἔργον κερήδης ἐφορηθῆντο ἀπὸ τῶν (ante Constantij in Constantinopolitanos iram) τῶ ὄντι ἐν τῆς Κωνσταντινῶν πόλεως κομίζομεν ἐξυμῶν τῶ πόνον ἀφῆλον τῶ στυρεσιᾶ**

G g 2.

ἡ δὲ ἀρχαία ἐστὶν ἡ παλαιὰ ἀπὸ ἡμερῶν, ἡ δὲ νεώτερη ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας. Et Sozomenus lib. 3. cap. 6. ἀμφὶ τὸ ἕμισυ τῆς αἰτίας πάλιν ἀφαιρέσει, ὅτι ὁ παλαιὸς ἀπὸ Κωνσταντίνου ἐκείνου ἔστι ἀπὸ τῆς δημοσίας πῦρος πολιτικῆς ἐπιφανείας. Αἰνῶν, οὐλογίατα δὲ ἀπὸ Κωνσταντίνου ἔστιν ἡ παλαιὰ ἀπὸ τῆς δημοσίας πῦρος πολιτικῆς ἐπιφανείας. Αἰνῶν, οὐλογίατα δὲ ἀπὸ Κωνσταντίνου ἔστιν ἡ παλαιὰ ἀπὸ τῆς δημοσίας πῦρος πολιτικῆς ἐπιφανείας.

¶ Ut ad huius leg. sententiam redeamus, Perperam ad hanc leg. trahit Peratius p. 549. Themistij locum ex eius orat. 4. p. 117. vbi Themistius agit de annonis quas ē publico accipiebat: ἀπὸ τοῦ πῦρος. Ex quo loco notari vult, πῦρος, hoc est frumentum ē publico distributum aetate Themistij, cūm alioquin panes erogare non frumentum legitimum esset: quod cum illis Themistij temporibus negligentius obseruaretur, postea Honorij ac Theodosij (solum Theodosium dicere debuit) decreto hanc leg. reuocatum fuerit. Neque enim locus ille est de Annonis Ciuicis, seu de pane gradili; verūm de Annonis Sophistarum & Professorum, qui sanē non ē gradibus annonam seu panem gradilem accipiebant, verūm πῦρος βασιλικῆς ἐστὶν δημοσίας, id est, ex horreis fiscalibus, vt ibidem expressē ait: de quo ad tit. supr. de Professoribus & Medicis, & quidem ad eam ipsam l. 11. quam Peratius 13. perperam allegat: cuius & modum mox exprimit: μὴ ἐξ εἰς τὸν μόνον διακοσίους μεδίμνους, ἀλλ' ἐκ τῶν ἑσῶν κατὰ τὴν ἀρχαίαν βασιλικῆν ἡρώδην, ἀλλ' &c. vbi vides & oleum adici: quod annonæ ciuicæ seu panis gradilis certē numero non fuit.

ratione, vel cūm in antecessum pretij vel salarij alienius conuenti, ex quo vtilitas reditura est ad dantem, quid præ manu prorogatur, vel cūm ad aliquid faciendum pecunia ante datur mutua, & vsualis, vt in hac specie: cuius vtilitas non tum reditura est ad dantem: Quo ipso sanē duplici sensu, Promutuum dicitur: Nam & Promutuum dicitur pecunia, quæ villicis mutua datur, cum incrementum postea aliquo reddenda, l. fisco 40. §. item quaro, §. π. de statu liber. vbi Græci pariter ἀπὸ τῆς ἀρχαίας verterunt. Rursum promutua vectura accepta, l. ex conducto 15. §. item 6. π. locati: quæ ante vecturam in antecessum data, prorogata: vt apud Cæsarem, in sequenti anni vectigal pro mutuo, id est, Par aduante: sicut pecunia ad opus publicum in antecessum data; dicitur ad extruccionem solito more decreta, l. 24. infr. de operibus publicis: vel, vt habet Cod. Iust. credita. Tandem incunctor in l. nomen 34. §. vltim. π. de legat. 3. in tempus pro mutuo acceptum debitorumque, est pecunia quocunque nomine quacunque ratione accepta, cuius nomine quis debitor redditur. Ad vltimum hīc verē mutuum pecuniam verti claret, quod ea pecunia sue summa incrementum receperit, vt tum ex hanc leg. tum ex l. 1. supr. constat.

Quartò, POENA imponitur callidē circa hanc pecuniam versanti, vsurpantique Præfecto Vrbis: nempe dupli pœna: quæ & ipsa lege 1. constituta fuerat. Quintò, INCREMENTA huic pecuniae & summæ adici vult, vt ita ad cūmulum & fomitem frumentariæ cōmptionis redundent: ait autem, quicquid ex prædicta ratione accretum id est tam ex incremento pecuniae, quam ex prædicta Adrecedendi, & Incrementi vox de vsuris: vid. Paratit. de vsuris. Tandem hanc legem Aeneis Tabulis incidit iuber: Ita solitæ scilicet leges, quæ vrbium, quæ populi commoda & vtilitatem spectarent: vt præter hanc leg. docent hōt. Cōstitutæ lex vnic. supr. de Inve Italico Vrbis Constantinop. lex 4. supr. de Suaris: lex 1. supr. de alim. que inop. par. Item quæ priuilegia certarum personarum: quod probat lex 2. supr. quemadm. mur. ciuil. lex 4. supr. de priuil. eorum qui in sacro Palatio: vt ita contra priuilegia sua vexari, ad hæc aeneas tabulas quasi ad præsentia remedia perfugiant: quod disertē ait d. lex 4. supr. de priuil. eor. qui in S.P. ¶ Porro hæc lex lata à Theodosio Iun. hoc maxime tempore, quod frumenti penuria per hos annos fuisset Constantinopoli: veluti ante triennium, A. 431. vt refert Marcellinus Chronic.

III. * Imp. THEOD. & Valentinianus AA. Leontio P. v."

ESCENTARVM" vndecim auri librarum quantitas, ad cōmptionem" frumentariam sit perpetuò dedicata. Nec liceat cuiquam postea, administratione Vrbicariæ potestatis perceptâ, aliquid ex memorata summa minuere, vel ad quoscumque alios vsus conuertere: sed sub gestorum testificatione certum fiat, & quod Mancipibus" mutui nomine datum est, & quod ab hisdem sit, excepta" omni concussione, soluendum. Eum autem qui hanc formam ausus fuerit inquietare, quantitatem, in qua suam calliditatem exercuerit, in duplum reddere iubemus: Et quidquid ex prædicta ratione adreuerit, ad cumulum memoratæ" auri quantitatis, & frumentarij tituli fomitem, redundare: Legifque huius tenorem æneis tabulis" incidi. Dat. v. Kalend. Decemb. Constantinop. Aribindo & Aspare coss. [434.]


NOTÆ.

† Lex 2. Cod. Iustin. eod. tit. "Eidem inscribitur Anno proximo 435. lex 66. infr. de hereticis: lex 8. de Princip. agentium in rebus. "Auri statura quantitas, ita Cod. Iust. "Comparatio, vid. l. 1. "id est, pisttoribus hanc leg. & l. 2. prox. supr. Ita que Græci hīc rectē 54. Synops 2. 5. τοῖς ἀπτοκτοῖς "remotâ. "Fomitū vox eleganter hīc positâ: antea cumulus: neque mutandum id in firmiter. "Eiusdem auri quantitatis, Cod. Iust.

COMMENTARIUS.

DE Pecuniâ, ad COEMPTIONEM frumentariam publicè in Vrbe Constantinopolitanâ dedicatâ, destinatâ, est hæc altera Theodosij Iunioris constitutio: in quâ explicandâ ea potissimum sectabimur quæ singularia habet, præter ea, quæ continentur priore l. putâ l. 1. supr. Prīmò, Modvs huius pecuniæ hanc leg. iam amplior dedicatur: illâ, quingentarum librarum auri, hæc vero sexcentarum vndecim librarum. Secundò, VSRPARI ex ea aliquid, vel in alios vsus conuertitam à Præfecto Vrbis vetat, quod & ipsum veritum d. l. 1. supr. Tertio, sub GESTORVM testificatione certum fieri iubet, quantum Mancipibus, id est, Pisttoribus τῶν ἀπτοκτοῖς mutui nomine datum sit, & quantum ab his soluendum sit. Vnde colligi videtur, mutaram hanc parte primam formam, quæ initio huius rei instituta fuerat:

Nempe tum videtur cōemptum fuisse frumentum publico nomine: mox venditum id priuatis: Atenim hanc leg. indicatur, pecuniam mutuum datam Pisttoribus ad cōmendum frumentum, qui mutui istius nomine incrementum aliquod arce isti frumentariæ soluere debebant: incrementum, inquam, sed moderatum, sed iustum, sine vllâ concussione. Et ita quidem hunc locum accipio, non vt alij; quasi Pisttores cōempta frumenta conditis inferre deberent: aut quasi non hīc propriè mutuum versaretur, sed promutuum, & in antecessum datum Pisttoribus, qui eandem pecuniam redderent vel frumentum & panes. Sanē Græci vertunt eis ἀπὸ τῆς ἀρχαίας σιωωῆς; verūm & hoc ipsum volunt, nempe vsualem, & sic mutuum pecuniam prorogatam, datam in cōmptionem frumentariam, promutuum; eis ἀπὸ τῆς ἀρχαίας datur quid duplici ratione,



DE ANNONIS CIVICIS ET PANE GRADILI. TITVLVS XVII.

XI. COD. IVS T. XXV. De Annonis Ciuilibus. Ita habet C. Iust. vid. l. 4. 3. 4. 6.

PARATITLON.



ANNONÆ Ciuicæ, Rubr. & l. 9. 10. 11. hoc tit. seu annonæ publicæ, l. 13. & simpliciter Annonæ, l. 7. 8. 12. 13. 14. hoc tit. & l. 2. supr. de frum. V. Constant. Erant panes, Rubr. & l. 1. 2. 3. 4. 6. 7. panes coctus, d. l. 2. supr. de frument. V. C. aliæque, d. l. 7. (putâ oleum, l. vltim. hoc tit. certis Ordinibus & Corporibus d. l. vltim.) quæ in Vrbe Roma, quò pertinet lex 2. 3. 4. 5. 6. hoc tit. Constantinopolitanâ, quò spectat lex 1. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. hoc tit. & d. l. 2. supr. de frum. V. Constantinop. Populo, l. 4. Ciuibus Romanis, l. 5. (vnde Ciuicarum annonarum nomen,) popularibus, l. 5. 7. (vnde popularis annona, d. l. 7. alimenta popularia, l. 3. hoc tit. caduca popularia, l. 2. supr. de studiis liber. V. R. commoda popularia, l. 3. supr. tributa in ipsis spec. commoda populi, l. 8. supr. de Medicis & Professoribus:) Item Palatinis, l. 7. (vnde Palatini annona d. l. 7.) Item Militaribus vitis seu militibus nonnullis in Vrbe Constantinop. l. 7. 11. putâ scholis quibusdam, l. 8. 9. 10. 11. 12. scutariorum, & scutariorum Clibanariorum, l. 9. Item ædificantibus, tum in Vrbe Roma, quò pertinet lex 5. hoc tit. tum in Vrbe Constantinopolitana, quò spectat lex 1. 11. 12. 13. hoc tit. & l. 2. 3. de frument. Vrb. Constant. ideo vt ædificandi studio Magnitudo Vrbis augetur: Idque sine pretio, l. 5. liberalitate Principum, l. 9. 14. (vnde annonarum emolumenta, l. 10. 11. commoda d. l. 11.) diurnæ, l. 3. erogabantur. De Popularis Annonæ modo vid. leg. 5. Idque curâ Præfecti Vrbis, l. 1. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. hoc tit. l. 2. supr. de condit. in publ. horr. l. 2. supr. de frum. Vrb. Constant. & Præfecti annonæ, l. 2. 3. 6. l. 11. pro extruendis domibus, d. l. 11. his qui domos haberent, d. l. 11. 12. 13. vnde Annona in pane cocto domibus præberi dicitur, l. 2. supr. de frum. V. Constant. ædium panes dicuntur, l. 1. ædificiorum panes, l. 5. qui ided ædes sequebantur, vt retentis panibus ædes vendi non possent, d. l. 1. In hunc finem canonem quendam seu certam frumenti quantitatem Constantinus M. Constantinopoli destinauerat, quem Theodosius M. auxit: vid. l. 13. 14. hoc tit. & l. 2. supr.

supr. de frum. V. Constant. In id Tabula ærea seu titulus æneus erat, in quem modus panis & percipientis nomen incidebatur, l. 5. Erogabaturque seu ministrabatur, promebatur, panis nominatim popularis à pistoribus, l. 3. non clam, l. 4. & de pistrino, l. 3. vel officinarum conditoriis, d. l. 3. verum palam, l. 4. de seu in Gradibus; l. 2. 3. 4. 5. (vnde panis *Gradilis* dictus, *Rubr.* & l. 2. 3. 4. 6.) Ita quidem vt nec transferri ab vno gradu in alium posset l. 2. & l. 5. neque frumentum pro eo daretur, l. 2. *supr. de frum. Urbis Constantinopol.* In erogatione & hæc obseruabantur, vt nonnisi integro Canone frumentario Romam aduecto erogatio fieret: l. 2. *supr. de condit. in publ. horreis*: vt vetus frumentum prius erogaretur: l. 1. *supr. de publ. horreis*: Tandem si Annonæ vacantes essent, l. 8. si caduca (vnde caduca popularia, l. 2. *supr. de studiis lib. V. R.*) si panes caduci, l. 1. *hoc tit.* id est, si quis eorum qui annonam percipiebat, vrbe abeundum sibi crederet, l. 7. si deficeret, mortemque obisset l. 8. annonæ fisci viribus vindicabantur, d. l. 1. in horreorum conditis seruabantur, d. l. 7. quæ postea petentibus aliis ex eodem ordine deferebantur, d. l. 7. & l. 2. *supr. de studiis lib. V. R.*

¶ *Ab ÆDIBVS separari an possint Annona Ciuica:*
 Et de CADVCIS Annonis.

I. * Impp. VALENTINIANVS & Valens AA. Iouio P. V."

VIA conperimus, nonnullos venditis ædibus panes earum penes se retinere, nulli licet, vt ædes sequantur annonæ: Sanè, si qui ex huiusmodi titulo caduci sint panes, fisci viribus vindicetur. Dat. vi. Kalend. April. Diuo Iouiano, & Varroniano C O S S. [364.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iust.
 "Iouius sub Valentiniano & Valente, P. V. Constantinop. Eidem inscribitur hoc eodem Anno paucis post diebus, *lex Princeps* 3. *supr. de his que administr.* Cæterum primus hic P. V. Constantinopolitanæ hoc Codice occurrit, ex quo is institutus sine Anno 359. de quo ad l. 16. *supr. de Prætoribus.*
 "nulli id licet, vt ædes sequantur annonam.
 "nempe ædium Annonis: Varij scilicet tituli, varia genera fuerunt annonarum ciuicarum: quatuor scilicet Ædium Populares, Palatina, Scholasticum seu militares.

COMMENTARIVS.

VALENTINIANI & VALENTIS septem constitutiones de Annonis Ciuicis primæ sepe hoc titulo offerunt: nullæ, quod mirum satis, Constantini M. eiusque liberorum, nullæ Iuliani aut Iouiani. De Constantino M. sanè, institutaque ab eo Constantinopoli Annona Ciuica, de que Constantio, actum iam plenè ad l. 2. *supr. tit. prox. de frumento Urbis Constantinopol.* de Constantino M. etiam agitur l. 9. 10. 12. *hoc tit.* de Constantio, l. 12. Nos de hæc leg. nostrâ videamus. Eius verò Valentinianum, an Valentem Auctorem dicamus? nil interest. Hoc quippe tempore Valentinianus, qui Niceæ in Bithyniâ paulò ante Imperator declaratus fuerat, putà Kalend. Martij, Constantinopoli constitutus Valentem fratrem Augustum creauit V. Kal. April. vt scribit Ammianus Marcellinus, lib. 6. p. 338. vel 1v. Kalend. April. vt habent Consularia *Idaciana*, & Auctor *Chronici Alexandrini*: trigesimo post inaugurationem suam diè, vt Socrates scribit, lib. 4. cap. 1. Quare Valentiniano soli hæc lex tribuenda videatur, vt quæ vno diè ante data sit, vi. Kalend. April. Sed cum ea Valentis quoque nomen præferat, dies fortè subscriptus emendandus videatur, inuersis notis numeralibus ita 1v. Kal. April. Vtunque sit, Valentiniano ea tutius tribuitur, vt pote penes quem omnis potestas tum erat. Adrem.

¶ Est hæc constitutio de ÆDIBVS in Vrbe Constantinopolitanâ Annonis: eaque duabus sententiis constans: & vtraque definitur, An &

quando ab ædibus ipsis separari possint Annonæ Ciuicæ? Primâ definitur, VENDITIS ædibus, panes earum, seu annonas, ædes scilicet: qui & sic emptori ædium adquire: neque posse venditorem in venditione ædium, eas sibi retinere seu recipere. Nempe vt annonæ hæc primùm à Constantino M. instituta tributaque fuerat, vt edificandi studio magnitudo vrbis augetur: vt loquitur *lex 11. infr. hoc tit.* vnde & panes ædium vocantur, hæc leg. seu panes ædificiorum, l. 5. *hoc tit.* Annonaque domibus exhiberi dicitur, l. 2. *supr. de frumento Urbis Constantinopol.* ita & Annonam *ades sequi*, illique adherere par fuit: siue quia commodum istud ædibus affectatum dedicatumque, siue vt hoc beneficio factæ testæ haberentur, neque permitti oportuit, vt eas venditor sibi reciperet, amisso earum dominio: Qui casus notandus est, quo commodum rei venditor sibi recipere & seruare non potest: quomodo & viceuersâ, onere sese grauari non potest. Sic enim fundum sine censu vel reliquis comparare emptor non potuit: de quo fuit peculiaris *suprà*, titulus, lib. 11. & ab hoc tamen iure postea recessum in *sequentibus* videbimus: sic annonas separatim vendere liceret. Ergo ex *huius leg.* dispositione in proposito casu, Annonæ ab ædibus separari non possunt. Fuerunt igitur hi panes, hæc Annonæ velut pars quædam ædium, adæque sequebantur, vt hic dicitur; & sic immobiles intelligebantur: Quomodo & mancipia seu serui prædiis

coherent,

coherent, l. 3. *de distr. temp. præscr.* vnde & Iulianus Antecessor ad *Nonell.* 7. Mancipia rustica veluti membra rerum immobilium sunt. Et ideo fise prædiis legari non poterant, l. si quis inquilinus 11. 2. *de leg. 1.* Simili modo Annonæ ciuiles, certique reditus in prædiis constituti, Immobilium iure censentur, l. in *uermis* 14. *Cod. de sacros. Eccles.* sicut & panes ciuiles cum ædibus coniunguntur, hæc leg. & l. 12. *Cod. de hered. instit. l. vltim. §. præterea, Cod. de iur. dot. vid. & l. 11. 12. & 13. infr.*

At secundo *huius leg.* capite, panes hi ab ædibus separantur, vbi videlicet CADVCII panes, seu Annonæ ædium Caducæ factæ sunt. Nempe et si regulariter, & superiore quidem casu, Annona Ciuica ab ædibus diuelli non possit; attamen certis casibus Annonæ, seu panes ædium caduci fieri poterant (pariter vt populares, Palatini, & militares:) id est, in Fiscum cedebant, fisci viribus vindicabantur: vnde & Caduca popularia dicta l. 2. *supr. de studiis lib. V. R.* Caduci panes, hæc leg. haud aliter atque Caduca legata, Caducæ institutiones, Caduca legionum dicuntur. Sed & Caducæ fiebant Menæ oleariæ, quæ nullius possent adherere dominio, l. v. *infr. de mensis oleariis.* Alio sensu,

Caduca aqua apud Frontinum *de aqueductibus*, quæ scilicet ex lacu abundant, quæ effluunt vel affluunt. Eodem sanè sensu quo hic, apud eundem, *Vacua aqua* dicuntur, vt vacantes, l. 8. *infr.* Ergo & ædium annonæ quandoque Caducæ fiebant, seu in Fiscum cadebant: quæ & *Vacantes* Annonæ dictæ, d. l. 8. *hoc tit.* Quod quidem eueniebat, si quis eorum qui Annonam percipiebat, Vrbe abeundum crederet, d. l. 7. *hoc tit.* si deficeret, mortemque obiret, d. l. 8. Adde & si ædes diruta vel consumpta essent. His igitur casibus, ædium annonæ tum populares, caduca fiebant, fisci que viribus vindicabantur, hæc leg. seu in horreorum conditis seruabantur, vt dicitur d. l. 7. pariter vt *leg. 1. Cod. de annona & tribut.* vacantes Officialium annonæ, *ἡγοράστων ἀπὸ τῶν δημοσίων* vindicantur. Aliud seruatum in Annonis Scholasticum vacantibus: eæ quippe ipsi scholasticis cedebant diuidendæ: d. l. 8. *hoc tit.* Ergo cum regulariter annonæ ciuicæ ab ædibus separari non possent, separabantur si caducæ essent. Quod pertinet nexus duorum *huius l.* capitum: & vox *SANE*: quæ non simplex affirmatiua, pro *profecto*; sed est nota Exceptionis à Regula, & casus contrarij.

¶ *De non TRANSFERENDO pane gradili ab vno gradu in alium.*

II. * Idem AA. ad Mamertinum PP. P."

PANIS gradilis in alium gradum translatio inhibetur. Et cognoscat Officium PP. Annonæ, seuerissima sibi imminere supplicia, si vterius translationem per gradus permiserit commutari. Dat. v. Id. Decembr. Naissi, Diuo Iouiano, & Varroniano C O S S. [364.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iustin.
 "Mamertinus PP. Italia, Illyrici, Africa sub Valentiniano Sen. vid. *Prosopogr.* & Ammianum Marcellinum hoc ipso Anno lib. 26. p. 339. Ex hæc sanè *leg. & l. 4. infr.* apparet, Romam quoque sub eius dispositione fuisse: quod idem Marcellinus testatur lib. 27. p. 369.
 "Seruari potest: quamquam imperandi modus, *inhibentur*, legi magis conueniat, cuius est iubere.
 "Præfectus annonæ Urbis Romæ: de eo vid. *Notis. Dignit. nostram.*
 "Suspecta mihi hæc mensis subscriptio: Naissi enim, mensè Decembri, non amplius erat Valentinianus; fortè *V. Id. Iun. vid. Chronologium.*

COMMENTARIVS.

TRANSLATIO panis gradilis Romæ, ab vno gradu in alium gradum, prohibetur hæc Valentiniani Sen. constitutione. Quod vt intelligatur, videndum est quidnam panis Gradilis sit, quidnam Gradus illi? *Gradilis* panis, præter *Rubricam*, quatuor insuper *huius tituli* Valentinianæ constitutionibus mentio fit, hæc leg. & l. 3. 4. 6. Graduum verò hæc leg. & l. 3. 4. 5. Prudentius quoque duobus locis horum graduum mentionem facit, & panem gradilem indicauit, *Libro 1. adu. Symmachum, v. 584. cap. de Credulitate Plebis.*

Post hinc ad populum conuerte oculos, quæ pars est, Quæ Iouis insectam sanie non desipit aram?
 Omnis qui celsa scandit conacula vulgus,
 Quique terit siliacem variis discursibus aram,
 Et quem panis alie Gradibus dispensus ab alio,
 Et lib. 2. v. 948. de annonæ abundantia loquens:
 Quis venit esturiens magni ad spectacula Circi?
 Quæ Regio Gradibus vacuis ieiunia dira
 Sustinet? aut quæ Ianiculi molamota quietis?
 Meminit huius Gradilis panis quoque vetus Scholiastes Iuuenalis, Prudentio non multum recentior, ad illud *Saty. 7.*

*Summula ne pereat, qua vilis tessera venit
 Frumenti*

Ne, inquit, Annonam perdat: *Summula* modum significat *Gradilis panis*. Ita enim locus ille legendus est, quod Cojaci rectè indicauit 26. *Observat.* 17. Et hæc tenus quidem leges & Auctores qui Gradilis panis meminere, vel Graduum, in quibus panis dispensus, id est, dispensatus, vt etiam Ifo interpretatur, erogatus. Et omnes quidem post Constantinum: Graduum certè sit quoque mentio ante Constantinum in veteri *Inscriptione*, quæ Nummum Albinum & Fulvium Æmilianum Consules subscriptos habet, p. 175. n. 8. quæque aded ad annum Domini 208. referenda est.

TI. CLAVDIVS CHRYSIMVS OB HON.
 QVINQVENNALITATIS COLLEGIO
 DENDROPHOR. ROMANOR. QVIBVS
 EX SC. COIRE LICET, ARGENTI P. X.
 ET H. S. X. MIL. N. REDDIDIT.
 QVÆ DIVISA SVNT POPVLO PER GRADVS
 X. AVG. COLLEGI N.

NUMMIO ALBINO ET FVL. ÆMILIANO COS.
 Quare proclive dictu, iam panem Gradilem fuisse, qui

qui gradibus conscensus, à gradibus dispenderetur: quomodo & Gradile Templum Marcellino lib. 23. p. 256. Et quidem (quod Alterum) qui plebi pauperi dispensabatur (ut ita *Gradilis* panis, omnino de populari annonae proprie accipiendus sit:) quod prior ille Prudentij locus aperte ostendit, cum tertiam hanc plebeie paupertatis notam designat, *pane Gradili* ali, ad quem etiam Ifo ad vocem illam, & quem, addit *pauperem*. Idemque edocet *lex 3. prox. infr.* ibi, *Vt quacunque illa sunt, que diurna pistoris alimentis popularibus præbent, omnia ea gradibus distribuunt.* Item *lex 4. ibi, Ne quid super gradili pane fraudis oriretur, infimus, omne illud quod Populo penditur, palam in gradibus non clam à pistoribus ministrari.* Rursum *l. 5. ibi, Popularibus enim, quibus non est aliunde solatium, quibus idem panis bodieque distribuitur, eorum successibus clementia nostra deputavit, in quo nunc emitur loco, propriis gradibus erogandum.* (Idque ipsum etiam *l. 6. infr.* colligitur, ut ad *eam leg.* ostendam) Quibus interim locis obseruandum, gradibus distribui, seu gradibus erogari *ἐλαττωσ* dici quod in gradibus, disertè dicitur *l. 4. vel* ut Symmachus expresse à gradibus: Ergo localiter, non quasi gradibus distribui, seu gradibus erogari, sit idem quod hominibus qui sunt in gradu. Non igitur alij gradus popularium Romæ fuere, alij militarium: sed popularium tantum; nam qui proprii gradus popularium dicuntur *l. 5. infr.* non dicuntur oppositè ad militarium; verum cuiusque loci & regionis in vrbe gradus alterius loci & regionis gradibus opponuntur: de quo postea vbi de sententiâ huius leg. videbimus.

¶ Quinam autem hi gradus fuere? Non Amphitheatrales, verum distincti & separati in id, locoque publico: Rursum non Palatii, ut nonnulli opinati, verum per urbem, vbi panis palam pendere, distribuere: Item non omnes in foro, sed per vrbis Regiones: Quod pertinet & Prudentij locus

Qua Regio Gradibus vacuis ieiunia dira sustinet?

Prudentius scilicet eo loco ostensus abundantiam annonæ tum Romæ fuisse, ait, nullam non regionem vrbis in Gradibus suis annonam sufficientem præbuisse: Nam quod tentat Vir doctissimus, in eodem foro singularum regionum populares suos singulos gradus habuisse, atque ita hunc Prudentij locum accipit, id vel ipse satis Prudentius refutat, & omnium manifestissimè *Vetus Vrbis Constantinopolitane descriptione*, ultra Arcadij & Honorij tempora conscripta sub Theodosio Iun. ibi quippe per singulas Vrbis Regiones Gradus certo numero designantur: nisi quod tertiâ Regione desiderentur: quos tamen decem ibi fuisse oportet: nam cum per cæteras tredecim regiones numerentur 107. in collectione verò totius ciuitatis numerentur 117. necesse est ibi decem fuisse. Huiusmodi verò Graduum nulla mentio fit in *vrbis veteribus Romæ descriptionibus* Sexti Rufi, & P. Victoris, & Tertia quæ præfixa *Notitia Imperij*: cum tamen Valentiniani leges omnes quæ *hoc titulo* agunt de pane gradili, deque gradibus, ad Urbem Romam pertineant, putà *hec lex & lex 3. 4. 5. 6. sed & Prudentij loca* eodem spectent. Hos vero gradus editos fuisse discimus ex eodem Prudentio, *Et quem panis alii gradibus dispensat ab aliis.* Pistrinis item, vnde panis coctus promebatur, hos gradus proximos fuisse patet ex prædictâ illâ Vrbis Constantinopolitane descriptione: ibi enim semper iunctim memorantur *pistrina, & gradus.* Id ipsum verò col-

ligere est quoque ex *l. 5. infr. hoc tit.* vbi popularis annona iubetur gratuita erogari propriis gradibus, in quo hæcenus emebatur loco. Et hæc de Gradibus his publicis.

Ad horum verò publicorum graduum imitationem fuisse videntur & priuati gradus instituti, in quibus priuati frumenta sua recondent. Quod, non vt vulgo fit, ad publicos refero illud Cassiodori *9. var. 5.* vbi iubet priuatos habentes frumentum id vendere: *ut sine in Gradu, sine in aliis locis frumentorum condita potuerint inuenire, tantum sibi vnusquisque dominus vel familie sua domus retineat, quantum se expendere posse cognoscit, reliquum periclitantibus vendat.* (Qui locus alioquin ad gradus publicos perpetim referetur.) Neque sine causâ: fuere enim gradus, non nudi gradus, verum septa loca ad quæ per gradus ascenderetur. Hinc aded gradus hos Themistius, *Orat. 4. p. 114.* ἐρατάς vocauit, vt iam indicatum sine *vindiciarum*, p. 75. scilicet ἐρατήν est *sepium* *περγυδ* vel tabulatum, pro quo & ἐρατήν apud Hesychium: quod postea quoque rectè probauit Doct. Salmastius, in *Histor. Aug. p. 376.* vbi tamen de Corippi loco non assentior: is enim de aliis gradibus & tabulatis sensit: in quibus populus missilia manibus extensis excipiebat, per gradus dispositus. Hi verò Gradus nostri alij fuere: nempe in horum edito seu tabulato erat annona seu panis repositus: postiq̃ue ibi qui eum distribuere: singulis è populo, viritum, palam, per gradus ascendentes, atque in summo gradu, annonam accipientibus: Quod veteres nummi exhibent. Ergo iam apparer, alio loco distributum hunc panem gradilem, quàm quo olim nummi missilium sparsu exceptiue: Hæc enim in vulgus spargebantur, atque à populo in gradibus Amphitheatralibus seu Theatralibus, vel in Circo, vel alibi extra ordinem constituto excipiebantur. Quod etiam pertinent Martialis loca duo *lib. 1. de Sextiliano epist. 12. & 27.* quæ lucem accipiunt à Suetonio in *Caligula, cap. 26. & in Domitiano, cap. 4.* At panis gradilis non spargebatur, sed dispenderetur, erogabatur de manu in manum in edito Graduum, viritum, neque in Circo, quod Vir doctissimus alioquin probabat ex Ammiani Marcellini loco, *lib. 28. p. 401.* pro vt ipse quidem eum restituebat; locus est de otiosa plebis studio Romæ: *Hi omne quod viuunt vino & tessera impendunt, & iustis, & voluptatibus, & spectaculis: Estque templum, & habitaculum, & concio, & spes omnis, Circus est Maximus.* Vbi Vir doctissimus post *concio, inferit & copia eorum:* & per *copiam* ibi accipit annonam in Circo Maximo distribui solitam: quod & olim improbau, & rectè nuper Vir Doctus ad *Marcellinum p. 369.* improbauit. Certè cum locus in MS. ita habeat *& capitorum spes omnes:* proclius ibi restitutio, *& capitorum spes omnis est Circus Maximus.* Nempe id vnâ cupere ait hanc otiosam plebem, spes omnes eius esse Circum Maximum, seu ludos Circeses; iuxta vetus illud quoque:

— duas tantum res anxius OPTAT

Panem & Circenses.
Denique Circum Maximum huic plebi desidi esse, quod viris ἐπιτομας, Templum, Habitaculum, seu domus cuiusque, & Concio seu Forum. Eadem hinc apparer, panem seu annonam non de plano in foro diuisum distributumque populo per gradus, vt voluit Vir Doctiss. per tutmas & ordines distincto, qui loca ibi designata habuerit. Nam etsi in foro id factum fateremur, quod tamen malè colligitur ex *l. 5. in fin.* vbi dicam plura, non ided tamen illâ ratione modoque. Cæterum,

vt in huius diribitionis formâ pergam, ne quis è populo suppeteret, vt loquitur Vlpianus in *l. si quis uxori 52. §. apud Laboneum 11. π. de furtis*, id est, vt Iuuenalis *Satyra 1.* loquitur, ne suppositus veniret ac falso nomine posceret, vel etiam bis posceret, quemadmodum olim tessera frumentariæ fuere, ita & hoc auro scalum ligni κλάμων populares secum tulere. Themistij locus iam in id insignis *Oratione 4. v. πάρας ὄσσι*, inquit, κλάμων φέρων ὄσσι ἐπὶ τὰς ἐρατάς: Quem locum primus ipse indicau, simul & ab Interpretis mendo vindicau. Καλαμφορῆν ἐπὶ τὰς ἐρατάς, est tesseram, scalum deferre ad gradus seu septa. Κάλαμος & Καλάμων tesseram designat. Glossæ Philoxeni, Tessera κλάμος. Auctor *Chronici Alexandrini, Commodus A. 3. & Verus C. 0. s. s. ἐν Ἀποχρεία Ἀ-τάβαν* φιλοτίμος ἔφηνεν ἐν τῇ κλάμων Δάφνι τὸς δήμοι κλάμων σκώλια δαιωνίζοντες ἐπὶ ταῖς ἀεὶ πολιτικῆς. Codinus, in *Orig. Eccl. p. 27.* & Suidas in *v. παλατιοῖ* de instituta à Constantino M. annonâ ciuicâ Constantinopoli: ἢ ἢ π' ἀπὸ φέρων κλάμων φέρουσα τὰ γυμνασια. Ne verò huius Themistiani loci vindicati gratiam nobis redderet Interpretis, qui manifestissimum iam habet sensum, etsi verò victus, maluit tamen adhuc coniecturæ seu diuinationi litare, quasi ibi *σκωλικὸν* vel *κωλικὸν* rescribendum sit. Hoc vero non est luci claro decoquere & versuram facere? De hæc verò voce plura deinceps Salmastius, in *Histor. Aug. p. 375.* Eadem tessera idem Themistius *ead. orat. 4.* vocat δέκτες σφοδράτες: quod de Codicillis honorum perpetam accepit Interpretis: velim enim dicat is mihi, num Codicilli honorum malleo ducti σφοδράτοι fuerint? Et tamen quia deprehendit, ausus est idem nuperis chartis in *Epiaphaniam*, p. 58. impudentiam exprobrare, quâ manifestissimè tenetur. Nam quidquid tandem pertenter *μαρῶ* ille κλάμων & τῆς πρυμνῆς & τῆς δωπαθείας quem præbitum ait, est liberalitas omnis generis non tantum olei aut frumenti, verum & cæterarum rerum, capiti videlicet vestisque, &c. quæ non quibus è populi seu popularibus accipiebant, verum quibus Princeps maximè factum cuperet. Et hoc sensu apertissimè populares κλάμων ab his secernit. Sicut etiam δέκτες ἀς ἐπιτομας ἐλεφαντινοὶ ἢ χρυσοχοῖ, quas idem Themistius memorat *Orat. 6.* non sunt honotum codicilli, verum quæcunq̃ue tandem pretiosa tabulæ, diptycha eborea, aurea: de quibus ad *l. 1. infr. de expensis ludorum.* Et supinus est eiusdem Interpretis error; quæ *πολυχλια*, quam ibi Themistius memorat, de Præfecturâ vrbis accipit: & verò *πολυ-*

χλια ibi substituit: *πολυχλια* enim ibi nil aliud est, quàm thronus Sophisticus, & regnum Sophisticum, quo certatim omnes ad audiendum confluebant. Ad rem. Harum tesserarum locum non subiit *titulus aneus*, qui publicè excoctus, eo fine, de quo ad *l. 5. infr. hoc tit.* at tessera seu κλάμος à popularibus ipsis ad gradus allatus.

Iam de huius leg. sententiâ statuitur, vt ne de vno gradu in alium gradum panis gradilis transferatur seu commutetur: sed vt in propriis gradibus annona erogetur, vt dicitur *d. l. 5.* grauissimâ penâ propositâ Præfecto annonæ, quem cura annonæ huius gradilis, inter cætera annonæ respiciebat; vt præter hanc leg. docet quoque *lex 3. & 6. infr.* si hanc translationem vel commutationem per gradus fieri permisit. Nempe id vult, vt ne quod in vno Gradu populari alicui præstari debet, in alio præstetur. Sic sanè & annonarum ratiocinia confundi veritum *l. vnic. infr. de pauonis horreorum Portuensium*: sic & stationes communi, *l. 1. Cod. Inst. de compensationibus.* Cuiuscunq̃ue scilicet ratiocinij, stationis, Gradus, discreta, separata & incommixta ratio esse debet: Sic & Pistoris ab vnâ officinâ ad aliam transire prohibiti, *l. 8. sup. de Pistoribus*: Sic & caduci panes ab vno Ordine, ad alium transferri: *l. 7. 8. infr. hoc tit.* Quare error est Viri doctissimi, qui putat, hæc leg. id vetari, ne quis militaris in popularium gradibus panem accipiat, aut contrâ, & sic ne graduum permutationes hoc sensu fiant: Nam, præterquam quod iam *suprà* ostensum est, popularium tantum gradus fuisse, nullos *militarium*; non hic de aliâ commutatione agitur, quàm de locali & regionalia: putà, cum quis in vno gradu vel in vnâ Regione vrbis gradilem panem accipere debet, ad alium gradum vel eiusdem regionis, vel alterius etiam, se transferti vult: veluti à Gradu Regionis primæ, ad alium gradum fortè secundæ Regionis: vel à primo eiusdem regionis gradu, ad secundum. Neque quicquam iuuatur *d. l. 7. infr.* quia ibi non agitur de graduum commutatione, verum de substitutione vnus qui ex altero Ordine est, in alterum Ordinem: Nempe caducum, vt dixi, panem popularem non alij quam populari, militarem non alij quam militari, Palatinum, non alij quam Palatino dari vult ea *lex*: ne diuerforum alioquin *Ordinum* misceatur ratio, vt ait *d. lex 7.* At huius leg. hæc ratio est, ne diuerforum Graduum misceatur ratio. Atque ita tandem hæc *lex* accipienda est, & ab aliis & alienis interpretationibus vindicanda.

¶ De PANE GRADILI accipiendo seu distribuendo de Gradibus, non de Pistrino.

III. * Idem AA. ad Maximum PF. Annonæ.



NI VERSI" panem gradilem de gradibus adipiscantur: Neque cuiquam hæc aut deferatur gratia, aut inponatur iniuriâ, vt de pistrino accipiar. Omni igitur studio hoc curabit Officium Sinceritatis Tuæ, vt quæcunque" illa sunt, quæ diurna pistoris alimentis Popularibus præbent, omnia ea gradibus" distribuunt, non ex officinarum conductoribus" promant. ff. die" Non. April. Valentiniano & Valente AA." C o s s.

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iustis. Iungenda verò huic, lex prox. 4.
* de. hic, & l. 6. infr. Maximinum. Hic enim est Maximinus Præf. annonz: de quo tam multa Ammianus Marcellinus lib. 28. Hieronymus Chronico Ann. 371. Rufinus lib. 11. c. 10. apud quos duos Maximus quoque vocatur.
* populares, in fine leg.
* Non vnus scilicet generis panis videtur distributus: Ita l. prox. omne illud quod populo penditur.
* de gradibus vt iuris leg. cui oppositum de pistrino. Non igitur gradibus hic dicitur pro hominibus qui in gradibus,
* de. conditoris, id est, loco condito, recondito: denique clam: vt prox. lege dicitur: nam vt hic de gradibus distribui: & ex officinarum conditoris distribui, opponuntur: ita illa leg. palam in gradibus vendi, & clam à pistoribus ministrari: de quo mox plura. Fortè etiam legendum conditoris foribus.
* PP. pridie l. prox. 4.
* Referenda hæc lex, & sequens, videatur ad Ann. 368. Valentiniano & Valente 11. C O S S. de quo mox.

IV. * Idem AA. ad Mamertinum PP. P."

NE quid super gradili pane fraudis oriretur, iussimus, omne illud quod populo penditur, palam in gradibus, non clam à pistoribus ministrari. PP. Prid. Non. April. Valentiniano & Valente AA." C O S S.

NOTÆ.

* Iungenda huic est lex superior. 3.
* Mamertinus PP. Italiæ, dixi iam ad l. 2.
* PP. die Non. Ita d. l. 3. supr.
* Ad quem annum hæc lex referenda sit: mox dicam.

COMMENTARIVS.

VO loco Popularis annona, seu gradilis panis, in Vrbe Româ distribui debeat, definitur his duabus Valentiniani Senioris constitutionibus, quæ eodem tempore, finèque ad duos diuersos Magistratus datae sunt: vna ad Præfectum Prætorio Italiæ, altera ad Præfectum annonæ: quod sæpè factum multa exempla hoc Codice edocent: ac proinde hæc inter se coniungenda. Igitur panem gradilem palam, de gradibus distribui, ministrari iubet: non de pistrino, non clam, non ex officinarum conditoris: (ita enim repono:) Conditoria sunt conditoria vel conditoria seu loca depressa subterranea (quæ conditoria Senecæ epist. 683,) cuiusmodi sepulchra fuere: quorum apud Petronium mentio cap. 71. Matrona non contenta funus prosequi, in conditorium etiam profecuta est defunctum, posuimque in hypogæo Græco more corpus custodire cepit. In huiusmodi conditoria tanquam in cellas quasdam per gradus aliquot descendebatur. Quare etiam rectè pistrina, officinarum conditoria dicuntur: erant enim officinæ pistoriæ depressæ & βάθου τῶν θέων ἔχοντες, quod disertè testatur Socrates, lib. 5. Histor. Eccl. cap. 18. Ἦταν ἐξ ἀρχαίων καὶ τῶν μεγίστων Ρώμῃ δικαίαι παρμαγίδαι, ἐν οἷς ὁ τῆς πόλεως χρηματιστὴς ἀπὸ ἐγγύθεν: οἱ τε περιεργαστοὶ τῶν οἰκῶν, οἱ μάλιστα τῆς Ρωμαίων γλώσσης καλεῖται: περιεργαστὴς δὲ ἕρως, ληστήρια τὰς οἰκίας περιεργαστῶν, οἱ δὲ ἦσαν οἱ οἰκῶν, μυλωνῆες καὶ βάθου τῶν θέων ἔχοντες καὶ τὸ πᾶσιν ἐκείνῳ δὴμασθῶν κατὰ τὰς κενύσασσας, πορναὶς τε ἐν αὐτοῖς περιεργαστῶν, ἃ αὐτῶν ἐλογώοντο πολλὰς τὰς μὲν τῆς ἡλικίας τῆς νεότητος περιεργαστῶν, τὰς δὲ καὶ διὰ ἀριστείας ἀρχαίαι: ἡδονῆς, ἐν τῷ τῶν μυχῶν ἐν τῷ κρημνῶν εἰς τὸν μυλωνῶν ἐπέπληον. Gradibus itaque in hæc descendebatur, fraudibûsque apta loca seu conditoria erant. Quare ad annonam ciuicam percipiendam clam, gradus hos descendendi vetat Valentinianus, verùm gradus publicos palam conscendi, ne quid, inquit, l. 4. super

gradibus pane fraudis oriretur: Igitur & hanc pistori gratiam deferri vetat, vt scilicet possit is panem in pistrino suo distribuere: & nulli è populo hanc iniuriam inferri, vt inde cogatur accipere, ne alioquin fraudem patiatur. Denique ea de gradibus distribui iubet.

Interea illud ex l. 3. ibi, quæ diurna, &c. colligunt nonnulli, hoc tempore Annonam ciuicam quotidie distributam, vt docet etiam Vopiscus Aureliano, Themistius Orat. 4. vnde & Codinus ἀπὸ τῆς ἡμετέρας appellat: & sic diaria iam fuisse: cum antea tellera frumentaria mensura essent, teste Halicarnass. lib. 4. & Suetonio in Augusto.

Nunc de temporis characterismo his duabus constitutionibus subscripto. Primò quidem Propositas eas notandum est, vel Prid. Non. vel Non. April. cui accedere videatur Suidæ obseruatio, qui ἀπὸ τῶν νόμων, Annonas dictas scribit, ridiculâ inde vocis originatione. Quod subscriptos Consules attinet, dubitari possit, num ad Valentinianum & Valentem AA, id est, primùm consules, quod præferunt, referri debeant, id est, ad Annum Domini 365. an verò ad Valentinianum & Valentem 11. C O S S. id est, Annum Domini 368. Quod postremum videatur: quando quidem Maximinus Præfectus annonæ cui lex 3. inscribitur, adhuc Anno 366. Consularis Tuscianæ erat, sed & Olybrius, in cuius Præfecturam Urbanam hæc Maximini annonæ Præfectura incidit, vt ex Marcellino discimus, nonnisi ab Anno Domini 368. Præfectus Vrbi fuit: de quo vid. Prosopograph. Verùm nil temerè mutem: Maximinus enim eodem tempore & Consularis Tuscianæ, & Præfectus annonæ fuit, teste Marcellino lib. 28 p. 383. Et Præfectura eius annonæ in multos annos sese extendit: Denique Mamertinus PP. cui inscribitur lex 4. Anno 368. Præfectus Prætorio amplius non fuit, verùm Probus,

De MODO ciuicae annonae popularis in Vrbe Româ, Valentiniani Sen. constitutio.

v. * Idem AA." ad Populum."



IVES" Romanos, qui in viginti panibus fordidis (qui nunc" dicuntur Ardinienfis") quinquaginta vncias comparabat, triginta & sex vncias in bucellis sex mundis sine pretio consequatur: Ita vt ius in his nullus habeat Officialis, nullus Seruus, nemo qui ædificiorum percipiat panem: Quorum si quis se aliquâ ratione fortasè inmeruerit, adquisito pane priuabitur: proprium nihilominus perditurus: aut dabit pro conditione" supplicium: eo qui commissam detulit fraudem, & emptoris panes & venditoris habituro: Popularibus enim, quibus non est aliunde solatium, quibus idem" panis hodièque distrahitur, & eorum successoribus, Clementia Nostra deputabit," in quo nunc emitur loco" propriis Gradibus erogandum. Quibus" titulus figendus est æneus, in quem & panis modus, & percipientis nomen debebit incidi. ¶ Et si ad tantum" alicuius temeritas eruperit, vt aut per se, aut per aliquem suorum sibi quolibet modo ius panis istius, adque æreæ tabulæ suam voluerit nomen inferere, supradictis condicionibus" subiacebit. PP. Romæ, Kalend. Aug. Valentin. NB. P. & Victore C O S S. [369.]

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Iustiniano.
* Gratiani nomen huius leg. inscriptioni, vt & legibus duabus sequentibus, addendum: iam enim adscitus mense Augusto Anni 367.
* Vrbs Romæ: vt docet subscriptio legis.
* Ciuis Romanus.
* Ergo recenti instituto.
* pro Ardinienfes, vel potius Sardinenses: de quibus panibus, mox.
* hoc propriè referendum ad eum qui ædificiorum panem percipit.
* Officialis scilicet aut seruus.
* pro, detulerit.
* Ardinienfis seu fordidas.
* pro deputauit.
* ad tantum, pro in tantum.
* Veterem Romam intelligit.
* condemnationibus.

COMMENTARIVS.

POPULARIS annonæ in Vrbe Româ, quæ propriè annona ciuica, ciuibus Romanis, quibus aliunde solatium non esset, distribuendæ, nouum MODVM hoc Edicto ad populum emisso anno Domini 369. constituit Valentinianus Senior: Nempe ad hoc vsque tempus popularibus inopibus viginti panes fordidi singuli duarum vnciarum semis, & sic quinquaginta vnciarum vendebantur, proculdubio pretio vilioris (in quo consistebat beneficij istius & popularis annonæ Romæ ratio.) Et fraus tamen huic rei facta: nam & alij quàm vel Ciuēs Romani, vel pauperes sese huic emptioni ingesserant, impetrarantque vt sibi quoque eodem pretio panes illi fordidi venderentur: putâ 1. Officiales, id est, Iudicum Apparitores, quibus sanè aliunde annona affatim suppetebat: 2. Serni etiam à nonnullis dominis intrudebantur: 3. Tandem iis ipsis quoque qui panem iam ædificiorum percipiebant, id est, ij quibus propter ædes excitatas de publico annonæ dabatur: (de quibus ædium annonis iam dictum plenè ad l. 1. supr.) has ipsas quoque annonas percipere fraude datum fuerat. Verùm Valentinianus Sen. hoc Edicto suo quod duobus capitibus constat: Primùm alium seu nouum Modum annonæ istius popularis erogandæ constituit: scilicet cum hæctenus his vilioris pretio panes 20. fordidi, qui hoc tempore dicebantur Ardinienfes:) 50. vnciarum, venderentur, deinceps his gratuitas omnino Tom. V.

annonas tribui vult, nempe bucellas sex mundas triginta sex vncias pendentes: singulas proinde bucellas mundas sex vnciarum. In quo multa notanda veniunt. Primùm, panum duas species hîc notari, atque inter sese opponi: panes inquam fordidos, & bucellas mundas. ¶ Sordidus panis est, non mundus, qui tamen ipse ἐν τῷ αἴτι τὸ ἐστὶν alius enim præ alio sordidus, vel sordidior: Pli-nius in genere lib. 19. cap. 4. Alio, inquit, pane procerum, alio vulgi, tot generibus vsque ad infimam plebem descendente annona. Panis sordidi meminit & Suetonius, Nerone cap. 49. Panem sordidum oblatum aspernatus est: vid. & Apuleium lib. 6. & Plautum. Acerosus panis apud Lucilium lib. 25. & Nonium, in Acerosus: qui farre minus purgato, nec fordibus à candido separatus. Græcis hi αὐτόπυροι, αὐτοπυρίται, συγκουμασθὸι, αὐτοπυροί, πυράροι, φασί, Panis secundus, Horatio lib. 2. epist. 1. vini siliquis & pane secundo: vbi Schol. pane secundo non sili-gineo, non primo, non postremo, sed dispensatorio. Inter deterrimos panes est, qui in Martyrologis Cantabri nomine designatur, nempe fufuraceus: fufur enim cantabrum Apicio lib. 7. cap. 1. & 7. Aureliano, de acutis morbis lib. 2. cap. 19. Vegetio, de re veterinaria. Panis denique caninus vt docet vetus Scholiast. Iuuenalis in Satyram 5. v. 10. fufuribus conspersus panis apud Phædrum 4. De pane sordido de quo hæc leg. sensit omnino Glos-sator ad Perlium ibi, populis cribro decussa farinas, Hh 2 farinam.

farinam, inquit, panem non delitiosius cribro discus-

Qui Gallam bibere ac rugas conducere ventri, Farre accroso, oleo decumano, PANE CV-

Cogit. Item panes Cilicij πυραυδο fuere, de quibus Athen-

At nuspian præterea (quod secundum Ar-

cussos in quinquaginta vnciis miliarensi & dimi-

Sardinienfibus porrid, seu fordidos panibus

parens charissime, supradicto viro efficies, quamdiu

litiosè & temerè restitutam, spontanea voluntas populi

Secundo loco idem Valentinianus hanc leg.

Libertate opus est, non hanc ut quisque velinã

Vbi Schol. vetus; Rome erat consuetudo, ut qui ex

Tertio, in hunc finem Delatori huiusce frau-

Quarto, in hunc rursum finem hunc panem iu-

Quinto, in hunc rursum finem vult in sin-

nis modus & percipientis nomen incidatur; id est, tabulam æneam: *Qui* incisionis mos & olim Plinius *Panegyrico*, de alimentariis pueris agens, *Omnes*, inquit, *recipi, INCIDI* iussisti: item, *inbebis INCIDI*. Et Seneca 4. de benef. 28. *Fru-mentum publicum tam fur, quam periurus & adulter accipiunt, & sine dilectu morum quisquis INCISVS est*. Neque enim audio qui eam lectionem quam habent omnes Manuscripti, ibi sollicitant. Præter hunc titulum æneum generalem, nihilominus quisque incisus suam Tesseram habuit, suum *κατάλογον*, quem ad gradus adferebat: de quo ad l. 2.

supr. Neque enim quod hic statuitur de titulo æneo in singulis gradibus figendo, id eò pertinet, vt tessera illæ aboleantur: & verò nisi tesseram cuius afferret, quomodo non fraudibus locus paruisset? ¶ De *Modo* panis gradilis, de quo hæc leg. est hic quoque Scholiastis Iuuenalis locus, ad ea verba:

Summula ne pereat qua vilis tessera venit.
Summula, inquit, *MODVM* (nam ita locus legendus, quod Rutgerius rectè notauit,) *significat gradilis panis.*

VI. * Idem AA." ad Maximum" PF. Ann.

SI quis vnquam Actor, Procurator, seruusve Senatoris vsurpatum gradilem, gratificante aut vendente Scriba, vel etiam consentiente, perceperit, subiiciatur eculei" quæstioni: Ac si eundem paruerit temeritate propria, adque ignorante domino, de perceptione panis inlicitè transegisse, ipse sub vinculis pistrino quod fraudabat, inseruiat: Si verò Senatoris culpa id fuisse" constiterit, domus eius fisci viribus adgregetur. ¶ Ex aliis quoque, si quis rei familiaris facultatibus præditus designatum crimen admiserit, cum his quæ habet, pistrini exercitio subiugetur: Si quis etiam pauperrimus rerum erit, cogetur exhibere operariam seruitutem. ¶ In Scribas verò, quos constiterit nefas veritum perpetrare, vindex legum gladius exeratur. Dat. xiv. Kalend. April. Triu. Valentiniano & Valente" C O S S.

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Inst.
"Gratiani nomen, seu tertium A. huic leg. pariter addendum.
"Maximo huic Præf. annonæ inscribitur lex 3. *supr.* vbi de eo planè dixi: Et hic rescribendum, ad Maximinum.
"De Eculei quæstione, *supr.* tit. de Quæstionibus.
" & fecisse.
"Eodem die data lex 7. *supr.* de Metallis: ad Probum PP. quam sanè Præfecturam Probi in idem tempus incidere quo Maximinus Præf. annonæ fuit, docet Ammianus lib. 28. p. 387.
"videtur reponendum ILL. C O S S. id est; Anno D. 370. superior enim lex iam pertinebat ad Annum 369.

COMMENTARIVS.

DE INCAPACIBVS personis accipiendi panis Gradilis; id est, quinam ad gradilem panem seu annonam ciuicam percipiendam admitti non debeant, quæque ad eò pœna maneat indebitè vsurpantes, vel his consentientes: est hæc rursum, pariter vt lex superior, Valentiniani constitutio. Nempe, & soli Cines Romani & pauperes populares quibus aliunde solatium non erat, hunc panem gradilem accipere poterant: Nullus Officialis, nullus Seruus, nullus qui ædificiorum panem iam percipiebat: quod superiore lege pariter cauerur: vbi plenè dixi. ¶ Verùm eà lege pœna proposita haud faris grauis visa, vt quæ panis priuationis pœnam tantùm indiceret dominis seruatorum, Officialibus & Apparitoribus. Itaque hæc leg. ea intenditur: quam, cum propius intueor, suggestisse eam videatur Valentiniano feroci Principis ferox & sæuum Maximini Præfecti annonæ, cui hæc lex & lex 4. *supr.* inscribuntur, de quo in *Prosopograph.* ingenium, in Nobilitatem & Senatores potissimum sese efferentis: & in quæstionibus pœnisque exercendis: de quo Ammianus Marcellinus lib. 28. fidemque huic rei faciunt quæ ad l. 1. & 3. *supr.* de Quæstionibus. diximus. Quare tota hæc lex, Valentiniani & Maximini spiritum redollet: Et quidem aduersus fraudes quæ fiebant circa Annonas Ciuicas; nempe quod ex his incapaces nonnulli colludio quodam intruderentur: tum Senatorum actores, procuratores, serui: tum alij: & Senatorum quidem, vt ita Annoniarum

commodum ad eos rediret: Idque omne Scriba vel gratificante, id est, gratis admittente; vel vendente, vel saltem consentiente: Scriba, inquam, ad cuius curam pertinebat hæc sollicitudo, vt titulum figeret, vt scripturam conficeret, quibus percipientium nomina continerentur, id quod proculdubio de Scriba Præfecti annonæ accipiendum est, etiam Inscriptionis argumento. ¶ Igitur, Senatoris actorem, procuratorem, seruum in capientium numerum intrusum, eculeo subiici vult: de quâ atroci eculei quæstione plenè actum tit. de quæstionibus: cuiusque meminit etiam Ammianus Marcellinus tum aliis locis, tum lib. 28. p. 384. hoc ipso tempore, atque in ipsis Maximini huius rebus gestis: *Amantius*, inquit, *aruspex inductus in iudicium, quanquam innocuus sub EQVLEO staret, perinacè negabat instantiâ.* Id eò autem eculeo subiici vult (quod secundum ferocitatis argumentum est) vt sciatur num propria temeritate, an verò culpâ Senatoris id factum fuerit. Quod & ipsum de seruis tum Valentiniani Senioris, tum Maximini factis fuit, vt videlicet serui in dominos torquerentur: quod disertè testatur Ammianus d. lib. 28. Quare & hanc in partem Maximino ferocienti modum postea imposuit Gratianus, l. 1. & 2. *supr.* ne præter crimen maiest. Et hæc de Quæstione atroci.

Verba etiam atrocita deinde spectantur, quibus hanc fraudem insectatur Valentinianus, quæ omnia ferocis ingenij indicia: nempe fraudem hanc, *crimini*

crimini appellatione designat, nefas veritum appellat, quasi de ingenti facinore ageretur: sed nil mirum in sæno Principis ingenio: qui, vt disertè Ammianus Marcellinus scribit, lib. 28. p. 384. in iisdem rursus Maximini gestis, erat acer vitiorum inimicus magis quàm seruus: cui conuenienter subiicit, alienas à Maiestatis crimine causas eum arroganti proposito Maiestatis imminuta miscuisse.

Iam de tertiâ (Panarum videlicet) atrocitate: Nempe iubet Valentinianus 1. Seruum qui ignaro domino ad id prolapsus fuerit, sub vinculis pistrino seruire. 2. Domini Senatoris, cuius culpâ id factum est, domum confiscari. 3. Alios incapaces, sese his annonis ingerentes, si facultates habeant, pistrini exercitio subiugari vnâ cum bonis suis. 4. si pauperes sint, seruillem operam ex-

hiberi, seu seruitutem operariam præstare. 5. Scribam denique, de quo *supr.* gladio puniri iubet. Sic de atroci Valentiniani simul & Maximini ingenio, hæc leg. seu parte liquet, siue Quæstionem spectes, siue Verborum, siue Panarum atrocitatem.

Interim tria hæc distinguantur, Pistrino inseruire sub vinculis, quæ serui pœna est: Exercitio pistrini subiugari, cum bonis suis, quæ incapacis locupletis pœna est: Seruitutem operariam exhibere, quæ pauperis est. Tria hæc munia pistrini, & triplex pistrini pœna: pistrinum exercere seu mancipium & mancipatum cum bonis suis: seruitutem operariam ibi exhibere sine vinculis, inseruire, sub vinculis. In commune aliòquin de pistrini pœnâ actum l. 3. s. 6. 7. *supr.* de panis.

VII. * Idem AAA." Clearcho P. v.

ENDENDI de reliquo Popularibus annonam consuetudinem derogamus, vt huiusmodi celebrata venditio omni careat firmitate: Verùm, si quis Vrbe" abeundum esse crediderit, panes, cæteraque" quæ percipit, in horreorum conditis" referentur, postcentibus iuxta Legem eiusdem Ordinis hominibus deferenda. Quin, lege proposita etiam quæ fuerint fortasse distractæ, ad originem propriam iusque reuocamus: Siquidem iustum est, vt in perpetuum suum quisque detineat, & per succedaneas vices proprius Ordo teneat, vt Palatinus palatini, miles verò Militaris, popularem annonam Popularis exposcat: nec alterum" alterius sibi expectet diuersorum Ordinum valeat miscere rationem. Dat. vii. Kalend. Maij, Modesto & Anarcho C O S S. [372.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Instin. Inogendâque huic est (emendato huius die) lex 2. *supr.* de studio liber. Vrb. Roma: & lex 20. *supr.* de Prætoribus.
"Rectè tres Augusti inscribuntur: è quibus Tertius, Gratianus purâ, perperam omisissus duob. superiorib. legibus.
"Clearchus PV. Constantinopol. sub Valente. Eidem inscribitur Ann. 370. *l. vnica. supr.* de iure Italice: vid. *Prosopogr.*
"Constantinopolitanâ.
"veluti oleum, vid. *l. ult. infr.* & vinum, vid. Suidam in *Παλατινός*: & Codinum in *Originib.*
"Ita in eadem re Symmachus lib. 2. epist. 76. *redogit in copia conditorum.*
"An alteram, scilicet annonam, alterius (scilicet Ordinis)? Nil muto: alterum hîc, vt supra, suum quisque, &c. Neque admittendum quod tentabat Petauius in *Themisij orat.* 4. p. 58. *Nec alterius alterius, &c.*

COMMENTARIVS.

DEFFECTATAS seu proprias cuique ORDINI annonas (quæ trium generum erant) Populares, Militares, Palatinas, ita quoque manere iubet Valens Imp. hæc leg. Quæ pars est proluxioris constitutionis Valentianæ, quâ in vniuersum populi Constantinopolitani commodis consultum iuit: tum eius voluptatibus, quod pertinet lex 20. *supr.* de Prætoribus: Tum vilitati ex Bibliothecâ seu Librorum veterum congerie, quod spectat, potissimum lex 2. *supr.* de stud. lib. V. R. denique & Annonis: quod spectat in partem dicta lex 2. & hæc lex: cui proinde duæ illæ leges coassandæ veniunt, huius, vt mihi quidem videtur, die emendato.

¶ Cuius sententiam antequam explico; Ex eâ notandum, Triplicem fuisse personarum ordinem Constantinopoli, quæ annonas percipiebant, ac proinde tres annonarum species: Populares, Palatinas, Militares. Populares, qui Palatinis & Militibus opponuntur, sunt vrbana populi seu plebis multitudo: quo sensu Populares dicuntur, & quies popularium, l. 1. §. quies popularium, *π. de officio Præfecti Vrbiæ.* Capitolinus in *M. Antonino*: *Multa millia & popularium & militum interemerant.* Eademque formâ populares, quæ militares, pro militibus hæc leg. & l. 11. *hoc tit.* & apud Sex. Aurel.

Victorem sapè: Hinc popularia alimenta, l. 3. *supr.* commoda pōpopularia, l. 3. *supr.* tributa in ipsi speciebus. (quæ & populi commoda, l. 8. *supr.* de Medicis & Profess. l. 3. *supr.* de Can. frim. V. R.) caduca popularia, d. l. 2. *supr.* de studio lib. V. R. quæ huic vt dixi coniungenda est. Hinc denique popularitas, pro fauore & applausu popularium seu populi: l. 2. in fin. *supr.* de off. Rectoris Prouinc. qui popularis plausus etiam dicitur, l. 1. *infr.* de spectaculis. Igitur & popularis annona fuit, & Palatina; & Militaris in Vrbe Constantinopol. quam *δημιουργία* triplicis generis Constantinopoli accipiebant, & Palatina quidem ea quæ Palatinis erogabatur, in ministerio Principis versantibus: Error enim est Suidæ, quem Cujacius rectè damnauit, qui *Palatinos panes cum Popularibus eisdem facit. Παλατινός*, inquit, *ἔσθ' ἄρτων, ἢ ἐπισημοῦσιν τὸ δῆμον Κωνσταντίνου ὁ μέγας*: ἢ τῶν δημοσίων ἰσθῆσται ἐν τῷ Παλατίῳ χορηγουμένους. Nam Palatini panes, qui Constantinopoli erogati, ab obiecto dicti fuerunt, quod Palatinis præberentur, pariter vt Populares, & Militares ab obiecto, non à loco vnde præberentur, quod hæc lex aperitissimè docet. Sed tamen Suidæ descriptio Palatinorum panum conueniat magis Castrensiâ panibus, qui Alexandriæ dati: de quibus vid. quæ dicam ad l. 2. *infr.*

de frum. Alex. Apud Themistium quoque Orat. 4. civitæ Annonæ mentio fit, quam αὐτῶν civituncque ordinis Constantinopoli accipiebant: ὅσα μὲν τῶν ἄλλων μὴ ἀναγκαῖα ἔσονται ἢ βασιλεὺς τῶν αὐτῶν τῆς πόλεως, ἢ τῶν στρατιῶν ἀπολύτως ἢ αὐτῶν. Quo loco quod de militibus addit, non proptiè ad hanc annonam pertinet, verùm ad annonam militarem: de qua supr. tit. de erogat. mil. ann. vbi vide l. 2. Eam scilicet distinguit Themistius ab Annonâ Civica Constantinopoli commorantium: civicam nempe haud ita vberem, militares verò vberiorē καταλογὸν habebant, vt quæ præter panem, vinum, aliâque commoda continerent. Quare error est Petauij, qui hoc loco ait, Themistium negare distributam in milites annonam, vel hîc rescribendum, ἢ pro 3, vel denique vulgus militum intelligi, qui ædibus carerent. Quæ omnia nullâ ratione congruunt. Nunc de huius leg. sententiâ.

nonis. Igitur subrogationem fieri vult recedentibus vel decedentibus aliis, Cui similis subortio est: de qua Suetonius, Iulio, cap. 47. Ex viginti trecentisque millibus accipientium frumentum ad centum quinquaginta retraxit: ac ne qui noni cæm recessionis causâ moueri quandoque possent, instituiti quotannis in demerorum locum ex his qui recessit non essent, substitutio à Pratore fieret. Et hæc de iure vendendi adempto: vnde efficitur, Populares annonas cuique personæ affectatas fuisse. Sed & (quod secundum huius leg. caput est) cuique ORDINI affectatas esse vult Annonas: vetat enim non nisi à Popularibus, Populares annonas posci, seu peti: à Militaribus Militares, à Palatinis Palatinas; non verò v.g. peti à Popularibus aut Palatinas aut Militares: à Palatinis Populares aut Militares; à Militaribus, Populares aut Palatinas: sed eiusdem Ordinis hominibus caducas annonas tribui: Ne inquit, diuersorum Ordinum misceantur rationes. Quod & ipsum cauetur l. 8. proxi. vt ne ab alio corpore vacantes annonæ flagitentur, Simili sanè ratione panis gradilis in alium gradum translatio prohibita, l. 2. & l. 5. supr. Annonarum item ratiocinia prohibita confundit l. vnic. infr. de Patronis horr. port. & stationes, l. 1. Cod. Inst. de compensat. Cuiusque ratiocinij, stationis, gradus, ordinis ratio separata esse debet & distincta. Quare grauis est error Viri doctissimi; qui graduum permutationem hæc leg. vetari putat hoc sensu, vt ne militaris, verbî gratia, in popularium aut circi aut amphitheatri gradibus panem accipiat, aut contra. Nil tale. Ordinum permutatio hic prohibetur, non graduum, multò minus graduum circi aut Amphitheatri, vbi hæc ætate annonæ erogatz non fuerunt vt ad l. 2. hoc tit. ostensum est. Et verò apertissimam hanc huius leg. sententiâ confirmat appositissimè d. l. 2. supr. de studiis lib. V. R. vel C. quæ huic vt dixi coniungenda est: ibi, scilicet quoque Valens cum iubet Antiquariis annonas competentes de annonis caducis popularibus tribui, hanc rationem reddit, quod & ipsi Antiquarij ex popularium ordine sint: Et ipsi, inquit, etenim videntur à populo. Igitur Valentis sententiâ est, vt eiusdem semper ordinis vir annonas consequatur per succedaneas vices.

& de scholis in genere l. 22. & 23. supr. de erogat. mil. ann. & lib. 6. tit. 13. de Comitibus & Tribun. scholar. Scholares hi de quibus nunc agimus, Militares Viros apertissimè vocat lex 11. infr. duâque huiusmodi scholas disertè memorat lex 9. prox. scholam videlicet scutariorum & scholam Clibanariorum: idè quibus ad eam leg. specialius; stipendo scilicet Imperatori instituti hi fuere. Zosimus lib. 3. p. 729. Iuliani aduersus Perfas expeditionem mortemque describens, de his duabus ita scribit: ἦν ἀμφὶ τὴν βασιλέα δύο ταγματῶν, ἓς σχολαρίου στρατοῦ καὶ ἓς ἐκτοῦ ἀσπίου. Idque ipsum & ex Suidæ loco infr. patebit. Procopius lib. 8. οἱ δὲ τῆς τῆ Παλατίου σχολαρίου λόγου, ἕσπερ σχολαίον διαμάχου. Quare Palatina hæc fermè militia, etsi armata seu militaris fuit: & sub Magistrî Officiorum dispositione, teste Notitia Imperij. Quinimò ostensionalem hunc tantum militem fuisse, docet, qui eos graphicè describit, Agathias, lib. 5. 6. ex quo videre est pariter, fuisse eos stipatores Imperatoris, noctuque & interdiu in aula versatos, magnificentiaz causâ ornatusque, Imperatorem in publicum prodeuntem comitatos: ἦσαν ἡ μὲν ἄλλοις ἀλλοῦς, ἔδδὲ μακρῶν γὰρ τὰ ποσὶν πεπεσμένους, ἀλλ' ἐν τῶν ταγματῶν ἐκείνων, οἱ δὲ τὸ διαμαρῶν τῆς διαμαρῶν εἶδεν ἐν τῆ αὐτῆς ἀποκρίντο, ἓς δὲ σχολαρίου ἀποκρίντο, ἔτοι ἢ στρατῶν μὲν ἀποκρίντο, ἢ ἐγγεγραμμένων τῶν ἀποκρίντο βιβλίους, οἱ δὲ οἱ πολλοὶ ἀσπίου τῆς ἀσπίου καὶ μόνον οἱ μὲν ὄγκοι τῆ βασιλείου ἔνεκεν, ἢ τῆς ἐν τῶν ἀσπίου μαχαλαχίαι ἐξ ἀρημῶν, id est: Erant autem non reuerà milites, neque rei bellicæ periti, verum ex cohortibus illis que totum diem ipsamque noctem in aula consumunt, quos Scholares vocant: Hi quidem Milites vocantur, & matriculis continentur, plerique tamen pagani sunt, & splendide vestiti, & magnificentie tantum Imperatoris causa, & in processibus fastus ergo reperi. Idem ait primitus hunc ordinem datum solis militiae peritis, exercitatusque præmij loco. Postea verò cum Zeno tribulibus quibusdam suis & familiaribus dedisset, quorum nulla virtus aut meritum esset: nundinationem irrepisse, & emisse hunc honorem ignauissimum quemque. Hæc scholæ sanè aliæque suos præpositos ac Tribunos habuere: vt docet lex vn. supr. de Comitibus & Tribunis scholarum: & lex 23. supr. de erogat. mil. ann. Quorum Tribunorum, vt & scholarum multa mentio apud Ammianum occurrit. Et hos tamen hæc tempestate expeditionibus, & quidem grauissimis interfuisse tum ex Ammiano discimus: tum ex l. 22. 23. supr. de erogat. mil. ann. Orientales sanè in Vrbe Constantinopolitanâ, Orientalis Imperij sede, fermè constitisse ostendunt, annonæ hæc ciuicæ his concessæ in Vrbe Constantinopolitanâ, & quidem, vt Theodosius idem noster ait l. 11. vt magnitudinem Vr-

bis ædificandi studio augerent, & quidem à Constantino M. vt docet lex 9. 10. De quorum Annonis ciuicis est hæc lex, vna cum tribus sequentibus: His scilicet solis singulati prærogatiuâ inter omnes alias scholas annonæ ciuicæ datæ: Maiora sanè stipendia his data, Suidas ex quocunque tandem Auctore, scribit in v. σχολαριοι: σχολαριοι σχολαριοι πρυτανιστοὶ ἀπὸ φιλακῆς τῆ Παλατίου [σχολαρίου] ἦσαν τεταγμένοι, ἀριστῶν ἀπλοχρόντων ἐξ Ἀρμενίων, οἱ συντάξας ἀπέκασαν πλείους, ἢ τῶν ἄλλοις ἀπασιν τὸ δὲ μόνον ἐχρήσαν, id est, Scholarij, 3500. ad custodiam Palatiij constituti erant, ex Armeniorum primoribus delecti: quibus à publico maiores annone quam cæteris omnibus ministrabantur. Ex quo etiam loco discere licet numerum eorum, munusque & vnde delecti; nempe ex Armeniorum primoribus: qui sanè Imperatoribus hæc tempestate fœderati fuere, nominatim Constantino M. (quod docet lex 1. supr. de annonâ & tributis:) à quo hæc annonæ ciuicæ instituta, vt docebit d. lex 9. 10. infr. Interim de his ipsis est & alter Suidæ locus in v. σχολαριοι: ὁ ἀριθμὸς τῶν σχολαρίων κακομένων πρυτανιστοῦ τῆς Παλατίου, ἑτέροις ἀρχαῖς ἐπέδωκεν τυπιαδὴς, ἓς ἦσαν [σχολαρίους] ἑκατόκων. Scholares autem dicti à scholis: quâ scholarum voce, Corpus denotabatur, vt vel hæc lex docet. Quare error est Viri docti; qui quasi σχολαρίου bellico ab opere vacantes & veluti feriatos milites dictos putat. Cuius & hic alter error est, quod Excubitoribus Corporis custodes (ordinarios scilicet) Prætorianos cum his commiscet.

VIII. * Imppp. Gratianus, Valentinianus & THEOD. AAA. Restituto P. v."

Quis ex Schola defecerit, mortemque obierit, non ab alio corpore vacantes flagitentur annonæ, sed ipsis Scholis cessuræ diuidendæque perdurent. Dat. Prid. Id. Iul. Thessal. Gratiano v. & Theod. I. AA. c o s s. [380.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iustin. Restitutum P. V. Constantinopol. sub Theodosio M. Eidem inscribitur hoc ipso Anno l. 2. supr. de Quasor. lex 2. supr. de Prof. Prator. quæ inter se coassandæ sunt: vid. Propogogr. alibi caduca, sic & vacuæ aquæ eodem sensu apud Froninum de Aquaductibus.

COMMENTARIUS.

THEODOSII M. quinque constitutiones ordine sequuntur, omnes, ad Præfectos Urbis Constantinop. datæ super annonis Ciuicis Urbis Constantinopolitanæ: De cuius augmento annonario fidem facit lex 2. supr. de frum. Urbis Constantinop. facit & lex 12. 14. infr. hoc tit. Cæterum è quinque istis Theodosij M. constitutionibus quatuor ordine sunt de SCHOLARIUM

nominatim seu de MILITARIBVS annonis; quinta, putâ lex 12. est de annonis ædiuim simul & de iisdem militaribus. MILITARES annonæ, quarum sit mentio tum l. 7. supr. prox. tum l. 11. infr. erant quæ SCHOLIS quibusdam Militaribus in Vrbe Constantinopolitanâ agentibus præbebantur: de quibus scholis & scholarium annonis, vt dixi, agitur quoque l. 9. 10. 11. 12. infr.

IX. * Imppp. Valentinianus, THEOD. & Arcad. AAA. Proculo P. v." Constantinop.



NONAS ciuicas, in Vrbe Constantinopolitanâ, Scholæ Scutariorum, & Scutariorum Clibanariorum Diui Constantini adseruntur liberalitatem meruisse, quarum ex magna parte inminutio facta perhibetur, quod alij eas putarunt tamquam proprias distrahendas, alij per successio-num gradus hæreditarium ius venire " Sublimis igitur Eminentia Tua, omnes eas, quas quoquomodo alienatas fuisse reppererit, his Scholis quibus donatæ ac deputatæ sunt (amotâ omni reluctatione) restituet: Habere enim debent earum perpetuitatem, quarum meruere compendium. Dat. v i i. Kalend. Aug. Romæ, Timasio & Promoto c o s s. [389.]

Tom. V.

II NOTÆ.

NOTÆ.

* Abest & hac lex à Cod. Iustini. prælatâ l. 10. infr. prox. quâ hac abrogatur.
* Eadem Proculo inscribitur lex prox. 10. & complures alia: hoc Anno 389. & Anno 391. 392. ac nominatim hoc ipse Anno 389. lex 25. infr. de operibus publicis: l. 3. supr. de iur. & cur. lex 2. supr. de testamentis. De hoc Proculo P. V. Constantinop. videndus Zosimus lib. 2. p. 769. 774. & Chronicon Alexandrinum Ann. 393. Hic Tatiani PP. Orientis filius fuit: & Ann. 392. capite truncatus. De eodem agitur & l. 12. in fin. infr. hoc tit. vbi plura: vid. Asterij homiliam, de festo Kalend. p. 60. Tandem vide Profopogr.
* putarunt, ànd sū 1916.
* vel hæreditatis merito, (seu iure) vel venditionis arbitrio: vt loquitur lex prox. vel vt hac lex, vel tanquam propriis distractis vel per successione gradus, & ius hæreditarium venientibus.
* Romæ post Maximum Tyrannum deuictum hoc tempore constitit Theodosius M. vid. Chronolog.

x. * Imppp. THEOD. Arcad. & Honor. AAA. Proculo P. V.



NONAS ciuicas, non tam titulis dignitatum, quam singulorum viritum, meritis adtributas Diui Constantini liberalitate sat claruit. Ideoque nihil ex his Scholarum nomine vindicetur, sed pro vniuersiusque merito quæ sunt concessa feruentur: vt quicumque percepissent annuarum emolumenta vel in hæredes proprios iure sanguinis transfuderunt, vel in extraneos distractionis titulo transcriberunt, maneat quod gestum est, vel hæreditatis merito, vel venditionis arbitrio. Dat. v. i. Kalend. Iul. Constantinop. Arcad. A. I. I. & Rufino C O S S. [392.]

NOTÆ.

* Lex i. Cod. Iust. eod. tit.
* Tollendum Honorij nomen: Anno quippe demum sequente adscitur.
* Proculus sub Theodosio M. P. V. Constantinop. scilicet: Eidem inscripta lex 9. supr. quam hac abrogat: dicitur de eo plenius ad leg. 12.
* publicus, Cod. Iust. vt infr. l. 13. publicarum annuarum.
* & Scholarium.
* ἄσθητον, Græci. Malè in nonnullis Cod. Iust. viorum.
* Satis, Cod. Iust.
* Scutariorum & Clibanariorum.
* alienationis Cod. Iust. generaliore vocabulo.

COMMENTARIUS.

DE CIUICIS SCHOLARVM annonis, vrùm eæ VENDI, vel ad HÆREDES transmitti possint: Ad hanc inquam quæstionem spectant secunda & tertia hæc è Theodosianis constitutio, sibi inuicem contrariæ, etsi ad eundem Proculum P. V. datæ.

Antequam rem ipsam putemus, tria ad has ll. notanda prius sunt. Primum de scholis, illis duabus (quarum priore lege nominatim mentio fit,) videndum est: scilicet duæ scholæ eâ memorantur, schola Scutariorum, & schola Scutariorum Clibanariorum: De quibus in genere dictum fuit ad l. super. 8. ex Zosimo, Agathia, Suida, atque ostensum eos stipando Imperatori institutos fuisse, ex Armeniorum primoribus ferè delectos, ex perditionibusque grauissimis destinatos, sub Tribunis egisse: quod docet lex vnic. supr. de Comitib. & crib. scholar. Specialiùs nunc de his videndum est. Sanè schola hæc Scutariorum tam in Occidente quam in Oriente memoratur in Notitia Imperij vtriusque. Atenim alterius scholæ, Scutariorum Clibanariorum, in Oriente tantum fit mentio: Sub dispositione, inquit, Viri Illustris Magistri officiorum,

- Schola Scutariorum prima.
Schola Scutariorum secunda.
Schola Gentilium Seniorum.
Schola Scutariorum Sagittariorum.
Schola Scutariorum Clibanariorum.
Schola Armaturarum luniorum.
Schola Gentilium luniorum.

Ammianus quoque Marcellinus non tantum Scutarios sæpè nominat, vel etiam Tribunos, vel Re-

tores Scutariorum, sed nominatim is Scholam Primam & secundam Scutariorum, & eandem scholarum Tribunos memorat. Vt lib. 22. p. 240. in rebus Iuliani; Romanus quinetiæm & Vincentius scutariorum Schola prima secundaque Tribuni. Et lib. 25. p. 329. In rebus Iouiani, Valentiniano, inquit, regenda Scutariorum secunda committitur schola. Et lib. 26. p. 333. in rebus Valentiniani; Equitibus, inquit, scholæ primæ Scutariorum etiam tum Tribuni, & mox; Valentinianus agens scholam Scutariorum secundam. Scutarij, quod nominis indicio satis apparet, solis sentis tecti incedebant: Clibanarij verò tegminibus ferreis vndique absconditi, tum ipsi, tum equi paribus operimentis lorice plumatis, in modum plûmæ: id enim erat Clibanarij in commune. Alexander Seuerus iam olim oratione in Senatu, de victoria Persica agens apud Lampridium, Cataphractarios, quos illi Clibanarios vocant decem missilia in bello intoremimus. Nazarius sub Constantino M. & ad Constantinum ipsum paneg. cap. 22. Quæ enim illa fuisse dicitur species, quam atrox visu, quam formidolosa, operimento ferri equi atque homines pariter obsepti? CLIBANARIS in exercitu nomen est, superne omnibus tectis equorum pectoribus demissa lorica, & crurum tenuis pendens, sine impedimento gressus, à noxa vulneris vindicabat: & quæ sequuntur, vbi Cataphractos Equites mox vocat. Ammianus in Constantij rebus lib. 16. pag. 85. Norant enim licet prudentem ex equo bellatorem, cum Clibanario nostro congressum, frena retinentem & sentum, hasta vna manu vibratâ, tegminibus ferreis abscondito bellatori nocere non possit: peditem verò inter ipsos discriminum vertices, cum nihil

nihil cauere solet præter id quod occurrit, humi occultè reptantem latere forato iumentum incautum rectorum præcipitem agere, leui negotio irucidandum. Describit eos adhuc uellus eodem libro paulò ante p. 76. Incedebat hinc inde ordo geminus armatorum, clypeatus atque cristatus, corusco lumine radians, miridis lorice indutus, sparsique cataphracti equites, quos Clibanarios dicitant Persæ, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti, vt Praxitelis manu polita crederes simulacra, non viros: quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant, per omnia membra deducti, vt quocunque artus necessitas commouisset, vestitus congrueret iuncturâ coherenter aptatâ. Eorundem descriptionem vid. apud Claudianum in 6. Honorij COS. & 1. in Rufinum. Ergo Cataphracti, & Clibanarij, eadem: quos Cataphractos complures alij similiter describunt: de quibus ex professo Brissonius in Persicis. Nos Clibanariis inhæreamus. Glossæ Nomica κλιβανάρια ἑκαστοῦ ἄλοιο ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ τὰ ὄρη τὰ καὶ ὑμῶν καλῶν, ἀπὸ τοῦ κλιβανίου. A Clibano sic dicti: Auctor de rebus bellicis, subditus Notitia Imperij cap. de Thoracomacho, id est, de Pectoris munimento, seu tutela: Inter omnia quæ aduersum bellicum prouida posteritatis cogitauit Antiquitas, Thoracomachum quoque mira utilitate ad leuamen corporis armorum ponderi & asperitati subiecit: Hoc enim vestimenti genus, quod de coactili ad mensuram & tutelam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis timoris sollicitudo solertia magnifera composuit, vt hoc indulta primùm lorica vel CLIBANVS, aut his similia fragilitatem corporis ponderis asperitate non laderent: membra quoque vestimenti inser armorum hyemisque discrimen, tali solatio adiuta, labori sufficerent. Leo quoque Imp. Tacitico 6. n. 3. Cataphractum Equitem describens, ait; tum eum, tum equum tectum clibanis, id est, thoracibus. Et hæc de Scutariorum Clibanariorum schola, quid fuerint.

Secundo loco obseruandum, præcipuum harum scholarum, & tribunorum vsum fuisse, & præcipuam dignitatem (quâ dignitatis alioquin voce vitur lex 10. in hæc re:) eò quidem, vt non tantum ad grauissimas expeditiones & negotia horum vsus esset, (quod ex Ammiano Marcellino passim discere licet,) verum etiam Imperiorum ferè aliquando arbitriæ fuerint Scholæ istæ eamque Tribuni. Hinc illud Am. Marcellini lib. 14. p. 26. Infamabat autem hæc suspicio Latinum Domestico Comitem & Aglonem Tribunalium, atque Scudilonem Scutariorum Rectorem, qui tunc, vt dextris suis gestantes Remp. colebantur: (de quo Scudilone rutilian p. 30. vt & de Bainobaude Scutariorum Tribuno p. 31.) Hinc Valentinianus ex Tribuno scholæ Scutariorum secundæ Imp. factus, teste eodem Ammiano Marcellino lib. 26. p. 333.

Inde igitur (quod tertio loco obseruandum est) præcipua earum Scholarum ratio visa, vt his solis inter alias scholas Constantinopoli annonæ ciuicæ præberentur: id quod à Constantino M. factum docet disertè lex 9. in partem lex 10. 11. 12. Annonas, inquit, ciuicas in Vrbe Constantinopolitanâ

schola Scutariorum, & Scutariorum Clibanariorum Diui Constantini adseruntur liberalitatem meruisse. Quo autem sine, seu quatenus hæc annonæ concessæ fuerint, sub Theodosio M. quæsitum variè fuit. Primum ad quos vacantes hæc annonæ pertinerent, de quo fuit lex 8. Secundò (vt ad leges nostras descendamus) vrùm eas vendere, vel ad hæredes suos transmittere scholares possent, tanquam meritis suis concessas; an verò ita scholis affectatæ essent, donatæ, deputatæ, vt in ipsis scholis perdurarent? Et verò quæsitum, eò quod venditis his atque ad hæredes translatis, multi ex præsentibus scholaribus nullas annonas consequerentur, annonarum ex magnâ parte immi-nutione factâ: & sic (vt loquitur lex 1. in fin.) parata non haberet sui munera largitas [Principis] vel sanè Nouas annonas Imperatorem necesse esset instituire: quod à Theodosio M. factum ostendit lex 2. supr. de frum. V. Const. & lex 13. 14. infr. vbi dicam. Hæc verò de re Theodosius M. contraria rescripsit: Primum scilicet l. 9. Alienatas annonas extra scholam, vel ad hæredes transmissas reuocari iussit, vt sic scholæ quibus eæ donatæ deputatæque fuissent, earum perpetuitatem & compendium haberent. Et sic extra commercium has annonas esse voluit, neque ad hæredes transmitti: quasi ipsarum Scholarum contemplatâ, ipsisque adeò scholis datæ, & titulo dignitatis seu militiæ. Atenim triennio post alterâ constitutione putâ l. 10. emissâ ad eundem Proculum P. V. contrarium idem statuit, reestæque alienatas & ad hæredes transmissas, atque adeò Personarum ipsarum scholarium meritis viritum tributas definiuit. Cur hæc tam variè? An quia, quò Proculi Præfecti P. V. libido duceret, etiam Theodosij sensus inclinaret? quod tum ipsa Proculi hæc tempestare potentia suadeat (de quâ d. l. 13.) tum illa persuadent quæ d. l. 12. ipsemet Theodosius profiteretur, ad arbitrium Proculi datas quasdam annonas, etsi ibi de his agatur quæ neciente ipso Theodosio erogabantur? An quia remeliùs perpensâ, meritis potius singulorum datæ annonæ viderentur? quod illa suadeant l. 10. Annonas ciuicas non tam titulis dignitatum, quam singulorum viritum meritis adtributas, Diui Constantini liberalitate sat claruit. Quod vtiliter aliò traduci possit. An quia denique nullo scholatum nouorum præiudicio id ita postremum statuere visum fuerit: utpote quibus nihilominus nouas annonas donauerit, etsi immunitis scholarum facto illo annonis? Quod suadet Theodosij M. institutum, qui annonas ciuicas auxisse, nouasque instituisse dicitur, l. 2. supr. de frum. V. Constantinop. & l. 13. 14. infr. vbi dicam. An quia denique Vrbi Constantinopolitanæ ædificiis abundè prouisum; sic vt eas Annonas ad alios transferri iam nihil impediret? quod iuari possit altero eiusdem Theodosij exemplo in Nouella Theodos. 12. Quicquid huius sit, ad primam mentem suam postea proscripto cæsoque Proculo rediisse eum, docet lex 12. infr. ibi, & si qua scholarum nomine defendantur.

XI. * Idem AAA. Aureliano P. V.



NONAS ciuicas ad hoc Militaribus viris beneficium Diuale distribuit, vt qui emolumenta perciperent, ædificandi studio magnitudinem Urbis augerent: Ac proinde, ne frustra deputatis commodis perfruantur, quorum ope incrementa mœnium non iuantur, id super his annonis, quæ Scholis erogari solent, seruandum est, vt hij tantum qui domus habent,

deputata suo nomini commoda consequantur, aliæ retractatæ, adque in suspenso habitæ; Nostræ Munificentia referentur: his tantummodo, etiam liberalitas sacra extiterit, deputandæ, qui ex numero Militarum virorum annonæ pro extructis domibus beneficio nostræ adnotationis acceperint: vt & parata sui munera habeat largitas, & superfluis necessitas non grauetur. Dat. vi. Kalend. Maij, Const. DN. Theod. A. I. I. & Abundantio c o s s. [393.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Inst.

Rectè huic constitutioni tertius Augustus Honorius scilicet additur, non superior: iam enim 4. Idus Ianuar. his C o s s. adscitus.

"Aurelianus hic post Proculum P. V. fuit: Eidem inscribitur lex 12. prox. de eo vid. Protopogr.

"Dixi de his ad l. 7. supr.

"Constantini M. l. 9. 10. supr. & l. 12. infr.

"emolumenta annonarum d. l. 10. supr. emolumenta ciuica l. 13. infr.

"Constantinopolitana.

"Mania, hic sunt, ædificia priuata: vid. de hac voce Gloss.

"Sagittariorum & Clibanariorum: d. l. 9.

Retracta.

"Ita hic locus interpungendus: hæctenus malè; hic tantummodo etiamst, &c.

"id est, vt habeat quo largitatem suam Princeps exercere possit.

XII. * Idem AAA. Aureliano P. V."

SI quæ speciatim annonæ domus in hac Vrbe habentibus Diuæ memoriæ Constantini, vel Constantij, † largitates concessæ sunt, adque in heredes proprios iure successionis, vel in extraneos venditionis titulo transierunt, erogatione solitâ ministrantur: & si quæ Scholarum nomine defenduntur. Inlustris igitur Magnificentia Tua & hanc super his formam custodire debet. Si quæ verò ad arbitrium Proculi datæ nobis nescientibus erogantur, & retractare eas ilico, & reuocare debet. Dat. xii. Kalend. Decembr. Constantinop. Theod. A. III. & Abundantio c o s s. [393.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iustiniano.

"Eidem inscribitur l. 11. supr. prox.

"Constantinopolitana.

† Constantij hæc in re nulla alibi memoria.

§e largitate: Ita quoque l. 11. supr. prox. vt & parata sui munera habeat largitas.

"Non est hæc vox sollicitanda, mox vt ostendam.

"Cui duæ superiores leges inscripæ sunt: & de quo mox plura.

COMMENTARIVS.

DE SCHOLARIVM, & EDIVM annonis, speciatim sunt hæ constitutiones. In vniuersum autem QVARTENVS & quibus annonæ illæ debeantur, definit his duabus constitutionibus Theodosius M. eodem Anno ad eundem Aurelianum P. V. Constantinopolitanæ datis. Eo scilicet summo fine, vt ne nouis semper annonis opus esset, atque aded vt inmodicum annonarum ciuicarum vsum coerceret, siue qui dudum inuauerat, siue qui à Proculo P. V. Aureliani cui hæc lex inscribitur, decessore auctus fuerat: cum iam non haberet amplius Theodosius, quo largitatem exerceret, superfluis annonis vrbs grauabatur. Igitur Theodosius annonarum coercendarum impetum cepit; sic tamen, vt contraria his legibus constituerit. Primum quidem MILITARIBVS viris (id est scholaribus, quod vel hæc lex probat in sequentibus, & prolixius ostendi ad l. 7. supr.) tributas à Constantino, annonas ciuicas, ita demum deberi interpretatur, si domos haberent, seu si domos extruxissent. Hanc scilicet interpretationem Constantini instituto nunc demum asserit hæctenus incognitam, quando quidem hæctenus simpliciter vel scholis ipsis eas donatas ipse Theodosius assererat l. 9. vel saltem singulorum scholarium viritim meritis: l. 10. At enim tertiam

nunc nouamque interpretationem adfert, putà neque scholis in genere, neque vulgaribus scholarium meritis eas à Constantino M. tributas, verum iis deum scholaribus qui domos extruxissent, quorum ope incrementa mœnium inuarentur: denique eo sine tributas, vt scholares seu militares Viri, Magnitudinem Vrbs Constantinopolitanæ augerent. Quæ quidem interpretatio non tantum superioribus constitutionibus contraria est, verum etiam posteriore leg. mox infirmatur: Ibi quippe iam disertè distinguuntur tributæ Annonæ à Constantio & Constantino domos in Vrbe Constantinopol. habentibus, à Scholarium annonis: vnde efficitur, Scholaribus simpliciter annonas concessas fuisse. Et sanè Constantinus non iis solis, quod quidam censent, annonas ciuicas deputauit, qui in vrbe domos haberent: Fuit hic quidem vnus ex titulis seu generibus annonarum ciuicarum, vt vocatur l. 1. supr. à Constantino M. institutus: qui & cæteroquin aliis rationibus variis Constantinopolim ædificiis augere instituit: quod pertinet quoque præter ea quæ scribit Zosimus lib. 2. & ex eo Euagrius, lib. 3. cap. 41. insignis *Nauella Theodosij* l. 2. l. 1. Sed non fuit hic solus titulus annonarum ciuicarum: vt docent tot aliæ leges: ac nominatim lex 7. supr. & l. prox. 13. infr. Nam &

& annonæ ciuibus in commune datæ: populo, vnde *Populares*, datæ & Palatinis, & Militaribus seu scholis: & diuersi ab his ædium panes, de quibus l. 1. 5. supr. & initio huius leg. 12. & l. 2. supr. de frum. V. Constantinop. E quibus legibus, lex 5. disertè separat ciues Romanos buccellas mundas sine pretio consequentes, ab his qui ædificiorum panem percipiebant. Quamquam & hic illud dicere quis posset pro Theodosio, etsi in commune domos ædificantibus annonæ darentur, tanto maiores tamen datas Scholaribus. Mihi sanè Theodosius videtur ad propositum suum Constantini mentem detorsisse.

¶ In quo tamen neque ipse perstitit: mox enim non tantum annonas DOMIBVS concessas præstari voluit, etiam venditas, etiam in hæredes transmissas; sed etiam eas quæ SCHOLARIVM nomine defenduntur: id est, quæ Scholaribus primùm concessæ, mox ab his venditæ, vel ad hæredes transmissæ, scholarum semper nomine & origine defenduntur, sustinentur: quod & ipsum constituerat paulò ante l. 10. supr. constitutione datâ ad Proculum P. V. Et sanè vt priore lege putà 11. primo impetu inmodicè annonas coercitum iuerat Theodosius M. Proculo iam cæso; ita impetum mox repressit, posteriore, putà l. 12. Distinctione iam factâ inter veteres & bene fundatas annonas, & inter Proculianas, seu à Proculo datas: Nempe Ædificiorum annonas & scholarium optimo iure esse iubet, quas siue Constantinus, siue Constantius concesserant. De Con-

stantino iam dictum. De Constantij hæc parte factò nulla alibi memoria extat. Immo Constantinopolitanis iratum dimidiam annonarum ciuicarum partem ablatum iuisse, iam supra ostensum est ex Socrate lib. 2. c. 13. & Sozomeno lib. 3. c. 6. verum de Ædium annonis hæc res est quas Constantius auxit, qui sanè in immensum Constantinopolim nouis incrementis, & ædificiis auctum iuit; quod Themistius testatur orat. 15. ac nominatim pag. 192. & 303. peculiari quadam in eam vrbe propensione: inter cætera, quod eodem tempore à patre excitata fuisset, quo ipse Cæsar factus: quâ causâ Themistius Constantij respectu eam vocat *πάλιν τῆς βασιλείας ἡλικιωτέρα*. Et ita quidem d. p. 303. Theodosius veteres rursum annonas confirmauit. Atque aded de Nouis Annonis cogitauit, supplendis videlicet Ædium & Scholarium annonis quæ extra hos titulos, alienatæ translataeque fuerant: de quibus Nouis Annonis ad ll. proximas. Contentus nouas à Proculo P. V. institutas reuocare: à Proculo, inquam, P. V. ad quem duæ superiores Constitutiones datæ sunt: quique superioris anni sine V 11. Id. Decembr. in Syeis capite plexus fuit: de quo videndus Zosimus lib. 4. p. 774. Claudianus lib. 1. in Rufinum. Asterius extremo homilia in festum Kalend. p. 60. Auctor *Chronici Alexandrini*: (qui perperam id refert in hunc ipsum Annum 393.) De quo eiusque patre Tatiano semel dixi ad l. 9. supr. de indulg. criminum.

XIII. * Imp. ARCAD. & Honor. AA. Africano P. V."

HOS, qui in hac Vrbe domos non habere cognoueris, annonis Nouis, quolibet titulo acceptis, priuari Tua Magnitudo præcipiet, nec vllis emolumentis ciuicis adiuuare: Neque enim fas est, vt qui Vrbs adfectum domus indicio monstrare neglexerint, eius commodis perfruantur. ¶ Sin verò quisquam est, qui se ædes spondeat habiturum, nisi intra sex menses intruxerit, nequaquam publicarum annonarum modum potiat. P. P. I. Kalend. Aug. Const. Arcad. I V. & Hon. III. AA. c o s s. [396.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iustiniano.

"Africanus P. V. Constantinopolitanæ sub Arcadio: vid. Protopogr.

"Constantinopolitana.

"seu nouo canone l. prox. 14.

"annonarum ciuicarum,

"dixi ad l. 11. supr.

"id est, adfectum quem vrbi gerit, vel debet.

"Intruxerit, pro extruxerit.

"Sustineri hoc potest, imò debet, vt in Gloss. probò. Etsi melius vel modo, vel commodo potiatur.

XIV. * Idem AA. Clearcho P. V."

NCLYTÆ recordationis Pater Clementia Nostræ post solitum canonem, qui Vrbi Augustissimi nominis præbetur, certum Annonarum modum de Nouo canonem addendum esse constituit: Et quia nonnullos abfque liberalitate nostra ex eâ quantitate annonas consequi compertum est, Magnificentia Tua nulli ex eo modo annonam faciat ministrari, qui vel liberalitate nostra perceperit, vel super his quæ ab Inlustri Sede Magnitudinis Tuæ sunt deputatæ, Triumphalis dexteræ nostræ confirmationem est consecutus. Dat. xi. Kalend. April. Const. Arc. v. & Hon. v. AA. c o s s. [402.]

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Instin.

"Theodosij Iun. quoque nomen huic legi adscribendum: initio enim huius Anni iam 4. Id. Ianuar. Augustus à Patre adscitus

adscriptus: Sozomenus lib. 8. cap. 4. in fin. & Chron. Alex. vid. Chron.
 "de hoc Clearcho: vid. Ind. pers.
 "Theodosius M.
 "Vererem à Constantino institutum, à Constantio auctum: l. 12. supr.
 "Annæ nouæ, l. 13.
 "p. n. vel nisi, vel quæm qui.
 "annonis.
 "similiter l. 16. supr. de diu. offic. de Phalaratis his Imperatorum titulis semel dixi in Imper. Rom.

COMMENTARIUS.

ARCADIJ Imperatoris constitutiones tres sequuntur de Annonis ciuicis: & duæ quidem hæ priores pertinent ad Dispensationem NOVARVM annonarum à Theodosio M. patre suo institutarum: quinam inquam ex iis aliquid percipere possint. ¶ De Nouis his Annonis prius videndum est. Igitur earum auctorem disertè facit Arcadius patrem suum Theodosium M. l. 14. *Inclita recordationis Pater Clementia nostra post solitum canonem qui Vrbi Augustissimi nominis præbetur, certum annonarum modum de nouo canone addendum esse constituit.* Sed & Theodosio Iunior hunc ipsum Theodosium M. Anum suum, eius auctorem facit, l. 2. supr. de frum. V. *Constant. Ita enim debet, inquit, canon ab inclita memoria Constantino præstitutus, nec non à Diuo Pietatis mea Auo auctus expendi.* Nouæ autem hæ annonæ à Theodosio M. institutæ fuerunt proculdubio supplendis ædium annonis, quarum bona pars extra hos titulos alienata translataque fuerat: neque enim aliter ea alienatio seu translatio probari potuit à Theodosio M. vt sanè probantur l. 10. & 12. supr. quàm nouas subinde annonas nouarum ædium extructoribus tribuendo: quod etiam ad superiores leges aliquot ostensum est. Sanè Themistius oratione 6. quam habuit Anno D. 384. (seu sexto Theodosiani Imp. anno,) eo nomine Theodosium laudat, quod annonam ciuicam auxerit: *ὃ ἐκπέσειν μόνον ἀλλὰ καὶ ἐπαύξει τὸ στήθειον*: Qui ibidem p. 160. 161. ait, non tantum à Theodosio varia opera publica excitata: verum etiam eius exemplo priuatos ædificia varia excitasse. Hinc igitur Theodosius nouas annonas instituit. Ita quidem vt huic rei destinaret, canonem aliquem seu certum frumenti modum & quantitatem, certam modulationem: vnde *Nouus canon* præbendus post solitum canonem hæc leg. vocatur; canon à Theodosio auctus, d. l. 1. supr. de frum. Vrb. Conf. Et certè hoc illud est Periteuma 125. modiorum frumenti diurnorum annonis Vrbis Constantinopol. à Theodosio M. adiectum, l. 1. Cod. Inst. de annonis ciuilib. Cuius legis hæc verba sunt: *Centum viginti quinque modios frumenti præter solitum canonem, per singulos dies, de præsentis sexta indictione ex die Kalend. Iuniarum* [ita rectè MS. non *Januarij*.] nomine Periteumatis de horreis publicis huius alme vrbis insita nostra pietatis liberalitate tribuimus, datis sacris apicibus ad sublimissimam quoque per Orientem Præfecturam quibus possit & modum nostra donationis agnosceve, & incunctanter præbere quæ iustitiam: quam modulationem iugiter & in perpetuum ciuibus nostris debere conferri ualitura in eum hæc lege sancimus. Huius leg. auctorem Haloandrina & Cujaciana editio: perperam Martianum A. faciunt: Rectè omninò aliæ editiones Theodosij Arcadij & Honorij nomina præferunt: Adscribendūque consularis Theodosio 3. & Abundantio C O S. id est, Anno D. 393. huic enim Anno congruit sexta indictio, cuius eà leg. fit mentio, vt videre est apud Marcellinum, & Alexandrinum in Chronico: Et sic ad eundem annum, qui subscriptus est legi 11. & 12. supr. Quinimò data pro-

culdubio hæc lex non ad PP. Orientis, cuius eà leg. tanquam alterius mentio fit, ac multò minus ad Tarianum PP. quod exhibet Cujaciana editio, qui sanè Anno superiore iam Præfecturâ submotus fuerat; verum Aureliano P. V. cui ipsi inscribuntur d. l. 11. & 12. In cuius etiam legis explicatione Cujacij error qui & *parapeteuma* eà leg. reponit ex veteribus libris, & *tessera* nomen facit, cum & *periteumatis* vox ibi legitima sit; *ἐπιτέυμα* est abundantia, incrementum, augmentum, & quod ex abundanti vel est, vel adicitur; *supererogatio*. Sic sanè & à Theodosio Iun. huius nepote additis à se Alexandrinæ ciuitati annonis 180. modis diurnis, Perillochoregia nomen indidit: l. 1. inf. de frum. Vrb. Alexandr. Sed & illud malè Cujacius, quasi eà leg. Imp. iubeat *tesseris* suæ pietatis nomen adici: nam verba illa *insita nostra pietatis liberalitate*, non id volunt, inferendum nomen suum *tesseræ*, verum se hoc incrementum dedisse pro innatâ sibi pietate & liberalitate: Et hæc de nouis annonis à Theodosio M. institutis. Hæc verò duæ Arcadij leges, sunt de hac Theodosiani nouique canonis dispensatione. Igitur Arcadij anno, & quod excurret post patris obitum, ædium titulo has nouas annonas affectat, l. 13. sic vt nulli alij ex hoc nouo canone annonas tribui velit, quàm qui domos tum haberent: & (vt eleganter loquitur,) quàm *qui vrbis affectum domus indicio monstrarent*, id est, qui testatum facerent affectum quem Vrbi Constantinopolitanæ gererent, domibus in eâ excitatis: Inbèrque aded, vt si quæ alio titulo hætenus donatæ fuerunt reuocentur, exempli gratia vel popularibus, vel scholaribus seu militaribus, vel Palatinis. Et sanè nouas has annonas seu nouum canonem à Theodosio M. institutum ad ædium annonas docet quoque Theodosius Iun. Arcadij nostri filius l. 2. supr. de frument. Vrb. Constant. Verum cum ad alios titulos translatus quoque fuisset, id est, aliis quoque exinde annonæ donatæ fuissent, quàm qui domos haberent, seu extruxissent, eas reuocari voluit Arcadius hæc leg. ¶ Et tamen idem eisdem nondum domos habentibus, sed habituris, eâsq; spondentibus pollicetur, dummodò intra sex menses domos construxerint, id est, extruxerint. Contrà si ferius extruxerint, eas annonas præberi vetat. Quod quidem arguit ingens Arcadij studium in augendâ Magnitudine Vrbis Constantinopolitanæ, qui annonas istas non nisi vel domos iam tum habentibus destinavit, vel domos intra sex menses excitantibus. Sanè Arcadij ipsius studium in excitandis operibus Constantinopoli discere licet ex veteri Vrbis Constant. descriptione, ex Chronico Alexandrino, & Cedreno. Quare & aliis tum exemplo suo, tum & hæc leg. præiuit, propositâ harum annonarum largitate domos vel habentibus, vel saltem intra sex menses excitantibus. ¶ Et ita quidem Arcadius l. 13. constituit sic factum, vt ex hoc nouo Canone annonæ nonnullis aliis tribui cœperint, quàm domos habentibus, eò quod non essent domorum domini sufficienti numero, in quos hic nouus canon integer erogaretur.

garetur: neque tantum liberalitate Arcadij ipsius, verum etiam Præfectorum vrbis. Ideò Arcadius posteriore l. 14. vetat aliis huiusmodi annonas donari, quam quibus id vltra ipse tribuisset, vel

si largitionem à P. V. factam ipse manu suâ confirmasset. Denique hoc liberalitatis & erogationis nouarum annonarum genus sibi soli reseruaui Arcadius.

¶ De OLEI quod publicè præbitum modo & sextario imminuto.

xv. * Idem AA. " Monachio " P. v."



DISPOSITIONE Magnificentie Tuæ Olei mensuram firmam manere præcipimus: vt decem & octo, per singulos sextarios, scripulis, ad certorum Ordinum commodum, commoderatâ dispositione tua, retentis ac distributis, sextarius olei ad viginti vnam semis vnciam redigatur: Quam mensuram, certum designatis suggestione corporibus solatium constitutam, nullius posthac fraude credimus ademptandam. Dat. xv. Kalend. Mart. Basso & Philippo C O S S. [408.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iustin.
 " Tertius A. Theodosij Iun. inquam, hic addendus, vt ex dictis ad l. supr. liquet.
 " 26. Monachio: vt l. 9. supr. de Palat. S. L: & l. 1. supr. de frum. V. Conf. & aliis. Huius mentio apud Auctorem Chron. Alexand. Ann. 409. vid. Prosopogr.
 " Constantiopolitanæ.
 " corporum infr. sine leg.
 " pro simplici, moderatâ.
 " Tuâ scilicet.
 " centemus, iubemus.

COMMENTARIUS.

DE OLEO, quod gratuitum populo in gymnasia, balneaque, &c. dabatur, est hæc Arcadij Imp. constitutio: & quidem quod dabatur populo Constantinopolitano, de quo est quoque Suidæ locus, in voce *Παρατινα*, vbi addit & *ἁβία* & *ἁβιον*, quæ ex munificentia Constantinopoli præfecta sint: quæque aliquamdiu stitisse ait, pariter vt datum populo Romano: de quo posteriore, l. 3. supr. de canone frum. V. R. vbi vide quæ dixi: & tit. infr. de mensis oleariis: & vltim. supr. de curatore Kalendarij. Fuit inquam & hæc annonæ ciuicæ pars in vtraque Vrbe Româ. Themistius sanè quoque in Vrbe Constantinopolitana ab Imperatore seu ex Imperatoris fisco datos sibi ducentos tritici modios, totidemque olei *ἁβία* scribit orat. 4. p. 117.

se viginti duarum vnciarum & sex scripularum, Priscianus postea *carmine de ponderibus & mensis*. Sextarium olei faciat octodecim tantum vnciarum, cum aquæ & vini esset viginti vnciarum: melis verò 30. vnciarum:

*Illud præterea tecum cohibere memento
 Finitum pondus, varios seruare liquores:
 Nam libra, vt memorant bestem Sextarius addit,
 Seu puros pendas latices, seu dona Lyæi.
 Addunt semissem libra luuentis oliui:
 Selibrâmq; ferunt mellis superesse bilibri.*

At enim ex hæc leg. liquet, fuisse sextarium in Vrbe Constantinop. viginti duarum vnciarum, & sex scripularum: vncia quippe 24. scripulos faciebat, vt apparet ex libro eiusdem Prisciani de nummis vel ponderibus: quem Symmacho inscripsit. Cæteroque sextariorum magna differentia fuit, in Orbe Romano: nam & sextarius orbiculus ab Italico distitit, vt apparet ex Palladio de rusticâ: cuius sextarij Italici meminit quoque Aëtius in confectioe olei myrthei.

Quinam autem hi Ordines, seu hæc Corpora sint, quibus hæc sextarij imminutione consultum voluerit Monaxius P. V. prinum, mox & Arcadius: altâ nocte premitur. Si coniecturæ locus est, quibusdam Scholis consultum fuisse videtur, atque inter cæteras *Arcadias*, quæ ab Arcadio Constantinopoli institutæ: Cedrenus Arcadianorum meminit, quinto Imp. Arcadij Anno, & sic Anno D. 399. p. 269. *ποσει τὸ καὶ ἴδιον ἀριθμὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὡς ἐκάλουν Ἀρκადίους*. Qui ipsi Arcadiani videntur, quorum non vna mentio in *Notitiâ Imp. Orientalis*, sub Magistris militum,



DE PRETIO PANIS OSTIENSIS

TITVLVS XIX.

Abeft hic Titulus à Cod. Iuftiniano.

I. * Impp. Arcad. & Honor. AA. Theodoro PP. P."

PANEM Ostiensem, adque fiscalem, vno nummo distrahi volumus. Sancimus autem, vt nullus per sacrum Rescriptum audeat pretium ampliare: qui si obtulerit supplicationem, duarum librarum auri multâ ferietur. Dat. Prid. Id. April. Med. Honorio A. IV. & Eutyichiano COSS. [398.]

NOTÆ.

* Abeft hæc lex à Cod. Iust. Elque iungenda est lex 4. supr. de Canone frum. V. R. Theodori PP. Italiz sub Honorio: vid. Protopogr. Ampliare pretium, pro augere.

COMMENTARIVS.

PANIS Ostiensis, atque Fiscalis pretium, quod nequidem rescripto Principis augeri possit, definit hæc leg. Honorius Imp. Quæ quidem lex prolixioris Honorianæ constitutionis pars est, quâ is post Gildonem deictum Annonæ Urbis Romæ enixè effectè plenèque consultum iuit: ac nominatim Pistorum curâ susceptâ: tum ipsis consulendo, quò pertinet lex 4. supr. de Canone frum. V. R. (quæ altera Honorianæ istius constitutionis pars est, ac proinde huic coassanda venit:) & retrò aduersus Pistores, quò spectat hæc lex: Pretio videlicet panis statuto: Panis, inquam, Ostiensis atque Fiscalis.

De hoc pane, illud Primùm ex hæc leg. liquet eum venditum populo. Sic & Vopiscus, Constantij Imp. æqualis, in Aureliano, p. 225. fiscalia vina dixit. In porticibus, inquit, Templi Solis fiscalia vina ponuntur, non gratuita populo eroganda, sed pretio. Meminit quoque panis fiscalis vetus Glosator Persij, ad illud:

populi cribro decussa farina.

Farinam, inquit, panem non delitiosius cribro discussum, sed plebeium de populi amona, id est fiscalem dicit. Neque audio qui fiscalem illum panem, de quo Scholiastes Persij, cum Gradili eundem faciunt: gradilis enim gratuitus fuit: at fiscalis, vt docet hæc lex, pretio venditus. Ergo fiscalis, non quòd à filco donaretur, verùm quòd è fiscali canone frumentario confectus esset, & vt loquitur lex 4. infr. de operibus publ. ex fiscali copia. Quomodo & fiscalia vina dicuntur Vopisco, quæ de fiscali vini canone erant.

Secundò, ex coniunctione dicta legis 4. supr. de Canone frum. V. R. conficitur, venditum hunc panem populo à Pistoribus: scilicet ex canone frumenti V. R. pistores frumentum emebant à Caudicariis & Mensoribus, vt docet lex 1. supr. de Canone frum. V. R. atque exinde panem confectum vendebant: qui & idèd fiscali dicitur.

Tertiò meâ sententiâ Ostiensis panis idem videtur cum fiscali: Nempe idèd Ostiensis, quia ad portum ostiensem canon fiscalis omnis subuehatur: inque eo Portu pistores horrea cellulâve habuere, (continendo scilicet frumento, quod ex fiscali copiâ emerant) quod apertissimè testatur

d. lex 4. supr. de Canone frum. V. R. Simili autem panâ, inquit, teneantur, qui aliquid ex his horreis cellulisve, quæ intra Urbem Romam atque in Portu constituta, pistorio iure retinentur, sibimet, tanquam possessione priuatâ, ausi fuerint vindicare. De Portu alioquin Ostiensis iam supr. sæpè dictum: & dicitur adhuc duobus titulis hoc ipso libro, de saccharis portus Romæ, & de patronis horr. Portuens. Huc inter alia pertinet illud Prudentij 2. contra Symmachum, à v. 396.

Respice, num Libyci desistat ruris arator.

Frumentis onerare vates, & ad OSTIA Tybris

Mittere triticos, in pastum plebis, acervos?

Quartò hunc fiscalem panem non de primâ notâ fuisse, tum ex superiore Persij Scholiaste liquet, tum ex pretio, quod huic panis ponitur hæc leg. neque tamen pessimum: quod docet d. lex 1. supr. de Canone frum. V. R. Quare secundum fuisse oportet: qui vt confectus ex frumento quod leuiore pretio pistoribus venundabatur, vt rursus docet d. lex 1. ita & leuiore pretio ipse panis inde confectus venundari hæc leg. iubetur: vno scilicet nummo: id est, denario æreo, stipe minutissimâ: cuius generis sex millia denariorum solidum constituebant. Cassiodorus 1. epist. 10. sex millia denariorum solidum esse voluerunt. Hefychius τὸ λεῖπτον ἐξ αὐτῶν πλεονεκτήματα, ὃ ἐστὶν νόμισμα ἓν. Denique dispensatorius hic panis fuerit: quomodo panem secundam, non siliginum, (cuius mentio apud Vopiscum in Aureliano,) non postremum, dispensatorium vocat, vetus Horatij Interpres: eò quòd à populo vulgo dispensabatur: non verò quòd è gradibus dispenderetur. Dispensatio, de populari & vulgari impensâ & erogatione. Huic igitur panis Honorius ita vnus nummi pretium ponit, vt id rescripto augeri deinceps veter: & supplicentem duabus auri libris multari inbeat pariter, vt alterum improbæ petitionis genus, tertiamque vsurpationis speciem, aduersus vtilitatem annonariam, quinque libris auri multâ persequitur dict. l. 4. supr. de Canone frum. Urbis Romæ: quæ huic, vt dixi, coassanda venit.

DE



DE PRETIO PISCIS.

TITVLVS XX.

Abeft & hic Titulus à Cod. Iustiniano.

I. * Impp. Honor. & Theod. AA. Anthemio PP. P."



QUI Ministerij nostri causâ, exhibendi piscis cura vel sollicitudine tenentur, plus à se exigi, quàm quod emere potuerint, protestantur: Siquidem in tricenis libris sibi solidus ministratur, & multo disparem quantitatem vix agrèque valeant comparare. Ideoque per vicena pondo piscis, primæ scilicet qualitatis, memoratis solidus ministratur. Spatangium sanè in primæ qualitatis piscem inputari præcipimus, quod decem librarum pondus sua magnitudine minimè excedere videtur. Dat. XVI. Kalend. Maij, Lucio V. C. COSS. [413.]

NOTÆ.

* Abeft hæc lex à Cod. Iustiniano. Anthemius PP. Orientis, sub Arcadio primùm, dein & sub Theodosio Iun. vid. Protopogr. præstandi in Epulis Imperatorij. piscis scilicet. Solido scilicet. Ministerianis, qui exhibendi piscis curâ tenentur. Qualitas piscis? Sic & qualitas frumenti, l. 9. supr. de Suerijs: qualitas vini, l. 2. supr. trib. in ipf. ff. Constantinopoli, scilicet vt postero die 16. Kal. Maij lex 177. de Decurionib.

COMMENTARIVS.

QUI, qui epulis Imperialibus Constantinopoli exhibebatur à Ministerianis obsonatoribus, pretium ponit hæc constitutione Theodosius Iun. Imp. ad ipsorum Ministerianorum protestationem seu querelam: Ministerianorum inquam: hi enim initio legis designantur: de quibus in genere dixi lib. 6. tit. de Castrensiis, & l. 5. supr. de diu. officiis: quorum etiam fit mentio in Notitiâ Imperij sub dispositione Castrensis, Ministerialis Dominici: qui scilicet priuato Principis ministerio intra aulam seruebant: Quo sanè Ministerialium numero fuerunt & Obsonatores: quorum mentio apud Spartianum in V. Hadriani, p. 8. de quibus hæc lex accipienda est: ἀπογεῦμα, qui scilicet præstarent, quæ vsui erant ad Principis epulas, τὴν αὐτῶν ἀπογεῦμα καλλέντες. De obsonatoribus in commune qui in Magnatum familiis erant, est in signis Ambrosij locus, lib. de Heliâ & ieiunio: vbi inter cæteras cupediâs, & obsonatoris inquisitionem, ponit quarentem, vbi PISCIS recentior esset: similisque in aulis Imperatorum hoc æuo obsonatores ἀπογεῦμα, & quidem piscium: inter quos erant pisces Ægæi maris. Quòd fortè pertinet Pacati locus in Panegyrico ad Theodosium, cap. 14. vbi luxum quorundam, & quidem etiam Principum perstringens, ait illis demum cibis eos acquieuisse, quos extremus Oriens, aut positus extra Romanum Colchus imperium, aut famosa naufragijs maria misissent. Huiusmodi nempe fuit mare Ægæum: de quo dixi ad l. ægæum. Et verò ad hanc Piscis ἀπογεῦμα gulæque deliciâs spectat hæc lex: Quæ docet, iniquè cum his Ministerianis obsonatoribus comparatum fuisse hæc tempestate, quòd cum ipsi piscem ad Epulas Imperatoris maiore pretio emere à piscatoribus cogentur, vt pote siue magno tum in Tom. V.

piscibus coemendis populi luxu Constantinopoli, velut in magna vrbe, quem Antiochenis exprobrat Iulianus in Misopogone, siue piscatorum auaritiâ, minus tamen pretium his ministraretur, seu quod plus piscis ab his exigeretur, quàm quod emere potuissent: proculdubio cum Castrensis S. P. rationes eorum expungeret, sub cuius dispositione erant Ministeriales isti: qui & idèd rationibus Castrensiis dispungendis, peculiare Tabularium habebat, tum ipsius Imperatoris, tum & Augustæ: quod vtrumque in Notitiâ Imperij vtriusque memoratur: Tabularium Dominicum: Tabularium Domina Augustæ. Igitur pretium pisci & quidem Echinorum speciei ponitur hæc constitutione: & sic piscatorum in Vrbe Constantinopolitana, vel ad eam venientium auiditati modus ponitur. Piscatorum, inquam, qui in mari præsertim Ægæo piscabantur, piscisque captos Constantinopolim deferebant: vt cæterequin semper nimia piscatorum ἔξουσιάζων auaritiâ fuit: de quo venustissimâ iam olim querelâ apud Athenæum lib. 6. Quòd pertinet etiam monopolium piscis, ac nominatim Echinorum (in quibus spatangium, de quo mox) & pectinum, quod nonnulli vel Principis rescripto, vel suâ auctoritate vsurpabant: vt & illicita conuentio inter eos, vt non minoris quàm inter ipsos conuentum fuisset, venderent. Quod vtrumque damnat Zeno, l. vnic. Cod. Iust. de monopolitiis.

Pretium igitur pisci primæ qualitatis nominatim hæc leg. ponitur, nempe quia huius ad Principis epulas vsus erat: Ita nempe res annonariæ per qualitates ποιότητες distinctæ erant: Ita pessimæ qualitatis frumentum memoratur l. 9. supr. de Suerijs: Ita vini singulæ qualitates, l. 2. supr. tributa in ipf. speciebus. Quare & ita nunc quoque piscis primæ

K k 2

primæ qualitatis dicitur, qui in pretio magis & dignus epulis Imperatoriis. Quo quidem etiam piscis primæ qualitatis numero hæc leg. à Theodosio disertè spatangium memoratur. Spatangium, Echini genus fuit maximum; Hefychius, σπατάγγου, οἱ μεγάλοι ἐχίνοι, οἱ θαλάσσιοι: Aristoteles 4. hist. animal. cap. 5. ἀλλὰ ὁ θῆλο ἄνθρωπος [ἐχίνου] πρὸς τὴν σπατάγγου, ὅτι τὸ πρὸς καλεῖται βρῖστον: vel βρύστον, γίνουσι δὲ οἱ μεγάλοι καὶ ἀνάτοι ἐπὶ, αἱ ἐχνομήτρηαι καλεῖται, μεγάλα σπατὸν μέγιστον: cuius loci partem priorem allegat Athenæus lib. 3. cap. 12. qui addit, Spatangorum meminisse Sophronem: sed & Aristophanem in Ecoladibus, his verbis: Δαπδάλλοντα, μετὰ τὴν ἀλάσθη, διαλέγεσθαι μὲν τὸν κάτο σπατάγγου: id est, Perfodientem, discindentem, lingentem inferiorem meum Spatangum. Qui de piscibus scripserunt, memorant, spatangium capi in insulis Maris Ægei: & ratiùs capi, quàm alios echinos: sed quò maiores, ed deliciares existimari. Maximum verò eius pondus decem librarum hæc leg. dicitur: quod & ideò videbatur non primæ piscis qualitati an-

numerandum: Sed tamen ideò annumeratur, quod raris hic piscis esset, atque adeò ratione suâ primæ qualitati se commendarat. Pretium igitur tandem hoc ponitur primæ qualitatis pisci, atque adeò & Spatangio, vt videlicet Obsonatoribus Principis solidus, non vt antea pro tricenis libris, verùm pro viginti libris præbeatur seu ministratur: & sic pro duobus Spatangii decem librarum, solidus. ¶ Observandum tandem, hanc legem inscribi Anthemio PP. qui vt cæteroquin atque in commune summam Imperij Theodosij Iun. administrabat, de quo vel Socrates lib. 7. cap. 1. ita & Anlæ eiusdem Imperatoris præfuit, eiusque dispositionibus Orbis paruit: vid. vel leg. vnic. infr. de frument. Alex. & Urbis Constantinopolitanæ commodis plurimum consuluit: atque inter cætera etiam nouo muro Constantinopoli excitato, teste eodem Socrate, d. loco: & ex eo Niceph. lib. 14. cap. 1. quò pertinet etiam hoc ipso Anno & mense lex 51. infr. de operib. publ.

DE NAVTIS TIBERINIS. TITVLVS XXI. XI. COD. IVST. XXVII.

I. * Impm. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Symmachum P. V.!

VI nauem Tiberinam habere fuerit ostensus, onus Reipublicæ necessarium agnoscat. Quæcumque igitur nauigia in alueo Tiberis inueniuntur, competentibus & solitis obsequiis mancipentur, ita vt nullius dignitas, aut priuilegium ab hoc officio vindicetur." Dat. VI I I I. Id. Octobr. Altino, Diuo Iouiano & Varroniano C O S S. [364.]

NOTÆ. * Lex vnic. Cod. Iust. eod. tit. Iungendæ autem huic sunt lex 16. supr. quorum appell. non recip. Imò & lex 7. supr. de pania: necnon lex 7. supr. de Pistoribus: quarum tamen Inscriptiones variant: nam vt hæc lex, ita & d. l. 16. Symmacho P. V. inscribuntur: Atenim lex 7. de panis inscribitur Arthemio (Correctori videlicet Lucaniae & Brittiorum): lex 7. de Pistoribus, Vientio P. V. vbi substituendum omninò Symmachii nomen, ostendit. Symmachus P. V. Romæ sub Valentiniano Sen. Epistolographi pater: vid. Prologogr. excipiat, id est, vindicetur. Acc. XV I. Kalend. Nouemb. hoc addendum ex d. l. 16.

COMMENTARIVS.

NAVEM in Tiberi habentes, à subuectione canonis vrbicarij, excusari quacunque dignitate aut priuilegio, vetat Valentinianus Sen. hæc leg. Quæ prolixioris Valentinianæ constitutionis pars est: quâ is Annonæ vrbicæ neque vnâ ratione consultum iuit: vt ex plerisque legibus apparet, quas huic coassandas in Notis ostendi. Cui quidem legi præterea concordant duæ constitutiones Arcadij & Honorij, titulo, de nauibus non excusandis, lib. 13. l. 7. & Theodosij Iun. Nouella 15. de nauibus ultra duorum mill. capit. non excusan. & Nouella Valentiniani 3. inter Theodosianas 38. de Nauicularijs ammicis, in fin.

neminem excusari posse, vt cæteroquin ab huiusmodi extraordinariis functionibus, sed Reipubl. maximè necessariis, nemo excusatur: de quo propriè est d. tit. de nauib. non excus. & dicta Nouella. An verò de Nautis Tiberinis & Caudicariis, de quibus ad l. 2. supr. de Pistoribus. Quod suadeat titulus, sub quâ hæc lex posita est, de Nautis Tiberinis: tum illa huiusce legis: competentibus & solitis obsequiis mancipentur. Nisi verbis illis indicari putemus, non canonicam functionem, verùm solitam iam olim in casum necessitatis. Sanè de Nautis & Caudicariis hoc accipiendum tertio adhuc argumento inducatur quis, quod de Pistoribus pariter suâ pistoriâ functione eadem illâ constitutione, (vnde lex hæc desumpta est,) actum fuerit: putâ l. 7. supr. de panis: l. 7. supr. de Pistorib. quæ huic vt dixi coniungendæ sunt. Sed tamen malim ipse de omnibus Nautis, seu omnibus naues in Tiberi habentibus, hanc legem accipere.

¶ Illud

¶ Illud non prætereundum, datam hanc legem mense Octobri, quo tempore fruges in urbem subuehebantur: Tiberis enim (quod Plinius notat lib. 5. epist. 6.) nauium patiens, omnes fruges deuehebat in urbem, H Y E M E dumtaxat & Vere: Æstate summittebatur, immensique fluminis nomen arenis alueo deserebat, AVTVMNO reuertebatur.

DE SACCARIIS PORTVS ROMÆ. TITVLVS XXII.

Abest hic titulus à Cod. Iustiniano. "De hoc Portu Urbis Romæ dixi prolixè ad l. 9. supr. de Suaris: & ad l. 3. supr. de calcis coctoribus: & tit. prox. de Patronis horreorum Portuensium.

I. * Impm. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Symmachum P. V.!

M N I A," quæcumque aduexerint priuati ad Portum Urbis æternæ, per ipsos Saccarios, vel eos qui se huic corpori permiscere desiderant, Magnificentiâ" Tua iubeat comportari: & pro temporum varietate mercedes, considerata iusta æstimatione, taxari: ita vt si claruerit, aliquem priuatum per suos aduenticias" species comportare, quinta pars eius speciei fisco lucratiua" vindicetur. Dat. VI. Id. Iun. Naiffo, Diuo Iouiano & Varroniano C O S S. [364.]

NOTÆ. * Abest hæc lex à Cod. Iustin. Iungenda autem huic, lex 5. 6. supr. de Pistoribus: lex 2. supr. de calcis coctoribus: lex 1. supr. de Canone frum V R. lex 12. infr. de operibus publicis. Imò, vt cæteris quoque, lex 5. supr. de panis. Symmachus P. V. Romæ sub Valentiniano Sen. Epistolographi pater: vid. Prologogr. Aduenticias species: vt mox infr. Romæ. Magnificentiâ titulus, P. V. vid. Notitiam. Aduenticia species, vel aduenticia. Ammianus Marcellinus lib. 44. p. 22. Antiochia, cui non certauerit alia, aduenticia ita aduerso copio & intermis, & lib. 15. p. 58. Belge non aduenticia effeminati deliciis. Et mox: Aquitani, ad quorum litora merces aduenticia conuehantur: & lib. 14. cum aduenticia nihil inueniretur. Inuentitium, Ambrosio 3. of. 7. Lucratia fisco vindicari, id est, fisci lucro vindicari.

COMMENTARIVS.

DE MINISTERIIS, seu OPERIS duabus in Portu Urbis Romæ occupatis, quæ inde Portuenses dictæ sunt, hi duo tituli putâ 22. & 23. Cuiusmodi plures operæ Portuenses in Portu Urbis Romæ circa Annonam Urbis Romæ occupatæ erant. Quorum meminit quoque Ambrosius: Apparitor, inquit, Præfectura, qui propter operas Portuenses offensas contraxerat. Hic verò titulus seu hæc lex vnic. est nominatim de SACCARIIS PORTUS ROMÆ. Saccarij sunt, vt vel ex hæc leg. discimus, qui species aliunde aduectas, & γάμων omne, comportant, qui faccis gestandis operam suam mercede locant. Ita Vlpianus l. 40. §. 3. π. de contrahendâ empt. Si quid ex sacco saccarij cecidisset. Vnde & Apulejus dixit lib. 1. saccariam faccare, hoc est faccis gestandis operam suam locare, & inde quæstum facere. In eam contulit OPERV LAS, etiam, quas adhuc PEGETVS saccariam faciens merebat. Errant enim qui, contra omnium quoque Codicum fidem, ibi substituunt sagariam (cuius mentio alioquin in Pandectis) Quos refutat vel leuiter locus ille inspectus; neque enim operularum vox conuenit sagariæ negotiationi, verùm saccariæ comportationi, baiulatiōni: item quid vegeto cum Sagario? imò Saccario, quem vegetum maximè esse oportet, id omninò conuenit. Hinc & Ammonius Platini Ma-


gister, quem Suidas disertè σακκαρόφρον prius fuisse ait, Saccæ dictus videtur, apud Ammianum Marcellinum lib. 12. & Suidam in Opyrius. Frugis & olei baiulos hos vocat Symmachus, lib. 10. epist. 27. Quin & cadente Latinitate faccus ipse saccarium dictum in Instrumento plenariæ securitatis Anno Iustiniani 38. Alio sensu σακκαρόφρον saccarium in Glossis Cyrilli. His similes erant σακκαροί, quos μισθὸν κομίζοντας τὰ ὄνια ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς interpretantur Hefychius, & ex eo Suidas. Hodie alicubi in Galliâ Saccaris vocant Vespillones: de quo Richardus, in antiquit. Dinion. p. 18. Hi saccarij nostri sunt quos Crochetours vocant. ¶ Huiusmodi saccarij igitur in Portu Urbis Romæ (de quo portu iam multoties) erant, comportandis speciebus ed aduectis: Neque tantum publicis speciebus comportandis in horrea publica fiscalia, pistoria; Verùm insuper & priuatorum, Aded quidem vt priuatorum species resque non ab aliis quàm à Saccariis istis comportari vellet Valentinianus, vt maximè per suos id facere possent: quinta alioquin parte speciei fisco vindicandæ, quæ quinta partis confiscatio notanda est; vt notandum quoque hic monapoly cuiusdam genus & priuilegium, scilicet priuilegij loco id datum saccariis à Valentiniano, vt ita quod hæc leg. indicatur, corpus hoc Reipublicæ necessarium repletur, & huic corpori

Kk 3

poti sese multi permiscerent, quin & vt gnauis publicis speciebus comportandis incumberent, neve his, dum ob vrbicatum Canonem in Portu Vrbis fermè vocantur, desit quo vitam tolerare suam possint. Ergo Annonæ vrbicæ fauore id ita constitutum à Valentiniano: *hæc leg.* Quæ prolixioris constitutionis pars est, quâ in vniuersum Annonæ Vrbicæ consultum fuit: cuius sex præterea fragmenta *hoc Codice* extant: quæ in

Notis iam indicaui, quæque aded *huic leg.* coassandæ veniunt.

¶ Cæterum, quod secundum *huius leg.* caput est, Saccariis his *Mercedis* modum & æstimationem taxari iubet Valentinianus à Præfeco Vrbis, *pro temporum varietate, considerata iustâ æstimatione*: Quæ in *praxi* mercedis omnis & salarij taxationi conueniunt: de quo tractatu de *salario*.



DE PATRONIS HORREORVM

PORTVENSIVM.

TITVLVS XXIII.

Abest hic Titulus à Cod. Iustiniano.

'de Patronis horreorum Portuensium agitur quoque l.9. *supr. de Suariis*: vbi iam dixi.

'de Horreis Portuensibus dictum ad d.l.9.

I. * Imp. Arcad. & Honor. AA. Messalæ PP. P."

PATRONOS horreorum Portuensium singulis tantum annis præesse discernimus, omni subreptione cessante: ne vnquam veteris erogationis ratiocinium nobis commeatibus inferatur: nec vltra tempus constitutum quispiam sibi administrationem horreorum Portuensium fraudulenter vsurpet, nisi prioris anni ratiocinio ante deducto, in alium annum, quasi fidelis iam & idoneus, subrogetur. Dat. v. r. Kalend. April. Aqino, Sulichone & Aureliano C O S S. [400.]

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Iustiniano.
"Messala PP. Italiae sub Honorio Imp. vid. *Protopogr.*
"22. in *Bis commeatibus*, id est, nouis commeatibus: de quo mox.


COMMENTARIVS.

DE PATRONIS horreorum Portuensium est hæc Honorij constitutio. ¶ *Horrea Portuensia* sunt quæ in Portu Vrbis Romæ erant, conuendendis speciebus annonariis Vrbis Romæ, seu in quibus Vrbis Romæ canon condèbatur: de quibus ad l. 12. *infr. de operib. publ.* Quomodo & ipsæ species in his conditæ *condita Portuensia* dicuntur l. 9. *supr. de Suariis*. Qui verò eas admittiebantur, *mensores Portuenses*: d. l. 9. de quibus ad l. 1. *supr. de Canone frum. V. R.* Aliæque similes personæ plures, circa Portum & Canonem Vrbis Romæ occupatæ erant: quo numero, & Caudicarij fuere: quibus ad l. *supr.* & Saccarij Portus Romæ: de quibus *titulo supr. prox.* de omnibus operis Portuensibus semel dixi ad d. l. 9. & ad l. 3. *supr. de calcis costorib.* ¶ Horum verò horreorum *Patronus* quidam erat: id est, horreis istis Portuensibus præerat, horrea administrabat, erogationis, seu eius quod ex horreis erogabatur, ratiocinia tractabat: vt *hæc leg.* indicatur: seu, vt dicitur d. l. 9. *de Suariis*, custodiam Portuensium conditorum suscipiebat. *Commis au Grenier*: qui quidem, ex *ea leg.* à Patronis Caudicariorum & Mensorum totius corporis consensu eligebatur. ¶ De hoc igitur horreorum Portuensium Patrono, seu custode & Administratore id *hæc leg.* cauetur, An-

nvam tantum eius administrationem esse oportere: vel saltem, non ante continuandum, quam prioris anni rationibus redditis: quàm perpurgatis rationibus: *Ne vnquam veteris erogationis ratiocinium nouis commeatibus inferatur*: ita enim hic locus restituendus est: id est, ne plurius annorum rationes commisceantur. *Nouis commeatibus* opponuntur hic *veteris erogationis*, seu prioris anni ratiocinio. Quomodo & l. 18. *supr. de annonâ*, ad populum, V. R. dicitur, *Eius anni atque Indictionis exordio, que nouum denud anno commeatibus possit obsequium. Commeatibus* pro canone frumentario, *hæc leg.* & l. 7. *infr. l. 32. supr. de Nautic. l. 3. ne conlat. trans.* eodemque sensu sæpè apud Lampridium, Amm. Marcellinum, Symmachum, Ambrosium, alios, id est, qui etiam aliàs *cataplus*, & *embola*. *Nouus* itaque *commeatibus*, hæc *lege* est alterius anni commeatibus. Cæterum circa susceptores simile quid omnino statuitur l. 11. *supr. de Susceptorib.* Postea tamen *Quinquennale Patroni istius munus factum*, d. l. 9. *supr. de Suariis*.

¶ Ex *hâc* interim *leg.* ad *praxim* exemplum quoque desumi potest, ratiociniij per singulos annos reddendi ab his, qui ratiocinia tractant: neque ante cuiusquam in eodem ratiocinio & administratione continuandi, nisi prioris anni ratiocinio ante deducto, id est, redditis rationibus.

DE



DE MENSIS OLEARIIS.

TITVLVS XXIV.

Abest hic Titulus à Cod. Iustiniano.

I. * Imp. CONSTANTINVS A. ad Cerealem" P. F. Annonæ."

MENSÆ oleariæ, quæ ita caducæ fuerint, vt nullius" possit" adhære- re" dominio," vicenis follibus per Officium" distrahantur. Sed si quis mensam oleariam, prædictis follibus emptam, cariore pretio vendiderit, ferreis vinculis constrictus ad Illyricum transmittatur, pœnam congruam luiturus. ¶ Si quis autem, mensam oleariam in dominio" suo retinens, viuendi cursum impleuerit, eandem mensam ad successores proprios, cum reliquis suis rebus, hæreditario poterit iure transmittere. Dat. Kalend. Mart. Nicomediæ. "Acc. v. r. Id. April. Romæ, Ianuario & Iusto C O S S. [328.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iustin.
"Cerealis hic idem forte est, qui sub Constantio Præfectus V, fuit. De quo & illud Schœfferus ad ea verba, Iuuenalis Satyra 10.
"—vt maxima toto Nostra sit arca foro.
"Vsq; ad Cerealem, inquit, Præfectum in foro Traiani Arcus habuerunt Senatores, in quibus argentum aut pecunias vitibus deponerent: propterea & locus ipse, in quo erant Arca posita, O P E S dicta sunt: vid. *Protopogr.*
"Vrbis Romæ: vt etiam ostendit subscriptio legis *Acc. Roma*.
"Superiores omnes editiones habebant, nullus: at rectè in *Parisiensi* repositum nullius: sed eadem, mutatum oportuit, possit, in possint.
"adhære: nempe mensæ hæ personis adhærebant, eorūque hæredes consequebantur: vt *fin. leg.*
"Opponitur mox mensa olearia, quam in suo dominio quis retinet.
"Officium Præfeci annonæ scilicet tuum.
"Huic opponuntur *mensæ caducæ*, que nullius adhærent dominio.
"Nicomediæ his C O S S. hoc tempore constitit Constantinus: Quod etiam disertè testatur Chronicon Alexandrinum his ipsis C O S S. De hac ipsâ Constantinum morâ accipiendum, quod Socrates scribit, lib. 1. cap. 27. Gr. 20. Lat. vbi etiam nominatim *Psamathia* suburbio Nicomediæ moratum Constantinum docet: Ibidem & non semel antea constitit Constantinus, imò & postea ibi baptizatus, & mortuus in Achryone suburbio Nicomediæ Ann. D. 337. De Basilica ab eo Nicomediæ restituta, veteris Orbis descriptio cap. 32. vbi dixi, vid. plura in *Chronolog.*

COMMENTARIVS.

LEVVM etiam non tantum ad vsum militum alicubi collatum, l. 17. *de cohortal.* sed & Vrbicarij Canonis pars fuit, tum in Vrbe Roma; quò pertinet *hæc lex* Constantini M. vt docet tum Inscriptio, tum Subscriptio, *Acc. Roma*: & Valentiniani Iun. *lex 2. seu vltim. supr. de Curat. Kalendarij*: & Honorij *lex 3. supr. de Canone frum. V. R.* tum in Vrbe Constantinopolitanâ: quò spectat Arcadij *lex vltim. supr. de annonis ciuicis*. De quo alioquin oleario canone dixi iam affatim ad d. l. 3. *supr. de Canone frum. V. R.* etiam ex *Historiæ Augustæ* Scriptoribus, & *Symmacho*. Cuius & specialis Arca fuit, haud aliter atque Arca frumentaria, vt docet *d. lex vltim. supr. de Curator. Kalendarij*. Atque hoc Primum de Oleo isto notandum est.

Secundò notandum, Oleum istud ex parte, pariter vt panem, populo & quidem Romano gratuitum datum: quod vt *Historiæ Augustæ* Scriptores testantur, ita ex *hâc* quoque *leg.* & *d. l. vltim. supr. de annonis ciuicis* discimus, ad gymnasiolorum videlicet & balnearum vsum, de quo pariter ad d. l. 3. Quomodo & oleum ex priuata liberalitate vel legato sæpè præbitum, de quo sunt quoque variæ Inscriptiones.

Tertio notandum, modum olei, qui singulis præstatur, *Mensam oleariam* dictam, quod *hæc lex* aperte testatur. Pub. Victor sanè *libro de Regionib.*

Vrbis Roma, in collectione Vrbis, post descriptas singulas vrbis Regiones, post cohortes & castra que in Vrbe Româ erant, *mensarum* quoque *oleariarum* numerum colligit: *Mensa*, inquit, *olearia LXXIV.* alias *XXIV. millia*: Vnde colligit quis, totidem mensas publicè positas fuisse diribendo, diuidendo per populum oleo. Eri putaret quis potius ad mensas quidem publico loco oleum populo erogatum, vt panis de gradibus præbeatur, ita vt sciret quo loco suum quisque modum & dimensum accipere deberet, non tamen quod totidem separatæ mensæ essent (id enim incredibile videatur) sed quod plures essent ad totidem dimensâ distribuenda. Sed tamen cum P. Victor in *locis* Vrbis Romæ has mensas ponat, contrarium colligat quis. Certè *mensa* dicta videatur, pro *dimensâ*, seu dimensione: quomodo *Missa*, pro *missione*, id genus alia. Vt vt sit, non est hoc accipiendum de mensis Oleariorum *ελασιώλων* qui in velabro mensas suas habebant: de quibus Plautus in *Captiuis*:

*Pergo ad alios, venio ad alios: una res
Omnes compacto rem agunt, quasi in velabro Olearij.*

Neque mensæ istæ oleariæ interpretandæ, in quibus expositæ erant mensuræ oleariæ, quæ pertinebant ad *ελασιώλων*, quorum Corpus fuit pariter vt aliorum Negotiatorum, & sic propriè venditium. Certè

Certe Mensae fuerunt & Nummulariorum, unde Mensularij: sic & in quas setui venales ascende- bant, vt veniu exponerentur, vt dicit Polluci lib. 7. Fuit & Macellariis & coquis & lanis sua mensa, quae Lanonia vocabatur: Calculones etiam suas habuere mensas seu λυγιστριάς & αρέζας. Verum haec nihil ad Mensas nostras olearias per- tinent: quae non fuere λαοσπύλων, verum olei pu- blicè in populum erogati expensi: quod & huius tituli positio ostendit, & lex ipsa.

Quarto notandum ex Inscriptiōne huius leg. Mensas has Olearias, & sic olei praebitionem istam, ad Praefecti Annonae partes & dispositio- nem pertinuisse: quod ex duobus aliis insuper locis discimus. Lampridius Alexandro: Oleum quod Severus populo dederat, quodque Heliogaba- lus imminuerat turpissimis hominibus PRÆFECTV- RAE ANNONAE tribuendo, integrum resti- tuit. Symmachus lib. 10. epist. 48. Olei tantum spe- cies victum plebis tenuiter inuicta sollicitat: Cuius rei V. C. PRÆF. ANNONAE, partium suarum diligens executor, Praetoriana Amplissima Praefectu- ra, vt ipse asserit, dudum fecit indicium, missis de more Breuibus quae angustias patefacere Con- ditorum.

Quinto (quod alterum legis caput est) de his Mensis Oleariis notandum, eas hereditario iure transmissas cum reliquis rebus ad successores: imò & vendi potuisse: de quo mox plura.

Tandem notandum, certis casibus caducas eas factas fuisse; de quo mox. Nunc enim de lege nostra.

¶ Duo hac Constantini M. Constitutione, de Mensis istis Oleariis continentur. Primum quid de CADUCIS mensis oleariis faciendum sit. Caduca mensa sunt, quae fisco ob Caducitatem, ad-quirebantur, seu in horreorum conditis reserua- bantur: puta si mensa nullius dominio posset adha-erere, vt hac lex loquitur, in nullius dominio reti- neretur: vt puta quia, qui mensam illam habe- bat, in nullum eam translata vel vendita, vel haere- de nullo relicto, decesserat. His scilicet casibus mensae oleariae caducae fiebant. Quomodo & pa- nes itidem qui de publico dabantur certis casi- bus caduci fiebant, l. 1. 7. 8. supr. de annonis ciuicis: & l. 2. supr. de studiis lib. V. R. unde pariter caduci panes dicuntur d. l. 1. caduca popularia, d. l. 2. de studiis lib. item annonae vacantes, d. l. 8. supr. de annona & trib. Has igitur Mensas Olearias cadu- cas, per Officiales Praefecti annonae (sub cuius dispositione annona vrbica erat,) distrahi seu vendi iubet Constantinus M. viginti Follibus. De Follibus anceps est aliàs disputatio: quorum etiam variis locis hoc Codice fit mentio; praeter hanc le- gem, insuper l. 2. 4. supr. de Senatorib. & gleb. coll. l. 5. 21. supr. de Praetoribus: l. 2. 3. supr. quorum appell. l. 1. supr. si quis pecun. constau. l. 3. supr. de Veteranis: l. 3. supr. de Suaris: & Nonella Martia- ni de indulgentiis reliquorum 2. De eo duo cumpri- mis insignes loci occurrunt: vnus Epiphaniij lib. de ponderibus & mensuris: & alter Glossarum No- micarum, vel potius apud eum Helychij Illustrij sexio Historiarum. Sed & illud Heronis in fragmen- to, δ φόλις ενα ἀργύρια πληροί, καλοῖται ἡ ἀνάστα Ρω- μαιοῖς δύλακας. Et fragmentum vetus ἀπὸ τῶν ἐπιφανίων: βαρβαρίων ἀνάστα τὸ βάλαν: ἔστ δὲ τὰ μὲν τὴ βαλλάντων, ἡ δὲ φόλις ἀναρίων πν. Sed cum vario significatu follis accipiatur, quod ostendit cum maximè Helychij locus ille; duplici, huius Co- dicis constitutionibus accipitur. Vel enim ἡ ἀ- ναρίων pro specie nummorum aëteorum folles di- cuntur: vt cum Constantinus M. l. 3. supr. de Vete-

ranis, viginti millia follium veteranis dati iubet ad coemenda ruri necessaria: & negotiantibus centum [millium] follium summam immunem habere permitit. Item cum Constantius l. 3. de Pistoribus, definiens quantum tres Praeturae ex- pendere debeant, ait primam expendere 25. millia follium & 50. libras argenti: secundam, 20. mille follium, & 40. libras argenti: tertiam, 15. millia follium, & 30. libras argenti. Item cum idem Con- stantius statuit, l. 1. si quis pec. const. ne quis plus mille folles pecuniae in vsu publico constitutae animalibus propriis sumptuum gratia portet. Item cum Iulianus statuit, l. 3. supr. de Suaris: vt seni folles, pro singulis libris porcinæ dentur. Atenim ἡ ἀναρίων pro maiore pecuniae summa folles ac- ciptendi sunt sequentibus legibus: vt cum Con- stantinus M. l. 2. & 3. supr. quorum appell. non recip. à praedicio vel ab executione appellantiibus poe- nam 30. follium imponit. Item cum Valens l. 21. de Praetoribus: de Senatoriis facultatibus agens ait, cum duos folles, aut quatuor, aut certe amplius in pro- fessionem habeant: Item cum Theodosius l. 2. de Senatorib. & gleb. coll. à Senatoribus possessionem non habentibus duos folles praestari iubet: Idem- que l. 4. eod. tit. cum praebitionem follium implere non valentes, saltem septem solidos praestare iu- bet. Tandem cum hac leg. Constantinus M. men- sas olearias vicenis follibus vendi non vltra iu- bet. Follis priore significatu duobus minutis num- mis constabat: φόλις δὲ οὐλοῖ ἡ τὸν ἀναρίων in- quit Epiphanius, ἀπὸ δὲ ἡ τὸν ἀναρίων, seu obolo. Suidas δὲ οὐλοῖ εἶναι αἰ καλοῖται φόλις, Moschopolus δὲ οὐλοῖ ἡ φόλις, Cedrenus ἀέρεται ἡ αἰ δὲ ἀέρε φόλις ἀνομάσθησαν. Posterior significatu follis duobus argenteis, seu duabus minis & Semis, consta- bat, qui conficiebant 250. denarios, ac proinde quorum singuli denarios centum efficiunt ἀπὸ δὲ ἀργύριον ἡ ἡμισον συγκρίβων, ἡ γίνονται σν. ἀναρίων inquit Epiphanius: & vt Glossa Nomicæ habent φόλις εἰς δύο εἶναι λεγόμενον ἢ βαλλάντων: ἢ λέγει ἡ ἀναρίων ἀκασιῶς πντήκοντα: τὰ ἐστὶ λίτρας πβ. ἢ γυλιας ἕξ: αἰ εἰρητὸν εἰκαστο ἀναρίων λίτρον ἢ ἢ γυλιας ιγ. Plura di- cturi sunt quibus propositum scribere de re num- maria. Nos ad legem nostram redeamus.

¶ Igitur Constantinus Mensas Olearias vice- nis follibus non vltra de fisco emi, vendique rur- sum iubet: aded quidem vt iubet plurijs venden- tem postea ferreis vinculis constrictum in Illyri- cum transmitti, poenam congruam luiturum: vbi tria notanda sunt. ¶ Primo quod ait, ferreis vin- culis constrictum. Nempe victi, & quidem vin- culis ferreis rei transmissi. Ita pariter l. penult. supr. de executoribus; ligatus ferreis nexibus, cura Prouincia- lis officio sub elogio ad debitum mittatur examen: vbi plura notauit. ¶ Secundo notandum, quod in Illyricum transmitti, eum iubeat poenam dignum luiturum; quod quidem accipio de damnatione in me- tallum: Metalla scilicet in Illyrico fuere: quod docet subscriptio legis 9. supr. de indulg. debet. & lex 7. 8. supr. de Metallis: quibus locis dixi plura. Tertio, exploranda ratio est, cur tam grauis poena à Constantino M. proposita fuerit, Mensam Olea- riam emptam vicenis follibus, cariore pretio ven- denti? Nempe, ne ita publica olei praebitio, quae vel gratuita prorsus, vel leniore saltem pretio cuiusdam beneficij genere fiebat, paulatim ven- nalis prorsus fieret, immensoque pretio vende- retur: & sic fiscus gratiam beneficij amitteret, oleique adeo pretium in Gymnasia & Balnea, quibus Roma maximè delectabatur, quibusque Principes fauorem plebis sibi maximè concilia- bant, nimis augetetur; denique Ludorum & Bal- neorum

neorum vsus rarefceret, exoleret. Aliam ratio- nem nunc non comminiscor. ¶ Exemplum hic interim ad praesens habemus, vbi quid emptum cariore pretio, postea quis retrò vendere prohi- betur. Et haec quidem de Caducis Mensis Olea- riis: & sic de Prima huius leg. parte.

Secundo capite definitur, in haeredes aequo iu-

re cum reliquis rebus transmitti Mensam Olea- riam, neque Caducam fieri. Breuiter ergo & vendi (quod priore capite ostensum est) & transmitti in haeredes Mensae Oleariae poterunt. Quod ipsam aliquando etiam de annonis ciuicis in commune statutum, l. 1. 10. 12. supr. de annonis ciuicis: aliter- quam l. 7. 9. Cod. eod. tit.

DE FRUMENTO CARTHAGENENSI.

TITVLVS XXV.

Abest hic titulus à Cod. Iustin. Porrò post Romam & Constantino- polim de Carthagine prius hoc titulo agitur, quàm de Alexandria de quâ duobus postea titulis. Carthago scilicet, Tertia vrbium in Imperio Romano extitit. Aufonius de claris vrbibus.

Prima Vrbes inter Diuum domus aurea Roma:

Constantinopoli assurgit Carthago priori,

Non toto cessura gradu, quia TERTIA dici

Fastidit, non ausa locum sperare secundum

Qui fuit ambarum.

Et mox:

Nunc quoque si cedat, Romam vix passa priorem.

Iam olim certamen de gradu inter has duas Vrbes fuit. Herodianus

lib. 7. p. 596. de Carthagine ἡ γὰρ πόλις ἐκείνη ἢ διωάμει χρημάτων ἢ πλῆθει τῶν κατοικούντων, ἢ μεγέθει μόνῃς Ρώμης ἀναλέπεται Φιλονικίαι πρὸς τὴν ἐν Λιβύῃ αὐξάνουσα πόλιν ἀπὸ Ἰουδαίων.

I. * Imp. CONSTANTINVS A. ad Catulinum "Proc." Africae.



I quis corpora "aeneo" frumento obnoxia detraxerit, ab omni inter- pellatione liber sit, quamuis alia corpora possederit, siue coemerit, libera ab aenei frumenti inquietudine: Comparatores enim rerum ob- noxiarum teneri oportet, pro modo eius rei quam adepti sunt, etiam si extra liberalitate" rem fuerint consecuti. ¶ Sed quia plerique ex Ma- gistratibus, si frumenti pensitatione" obnoxij, vel ipsi sibi dum administrant, alios subrogarunt, vel redempti" pro aliis alios creauerunt, rescissis subrogationibus ad eius- dem aenei frumenti pensitationem teneantur: Illos enim solos ex subrogatis perseue- rare oportet, quos constituerit idoneos esse facultatibus, & minus idoneorum loco non à redemptis Magistratibus subrogatos. Dat. Prid. Id. Dec. SirmI, Constantino, A. 1 v. & Licinio 1 v. c o s s. [315.]

NOTÆ.

- * Abest hac lex à Cod. Iustiniano.
Catulinus Proconsul Africae sub Constantino M. vid. Protopogr.
in Til. P. V. malè: vbi nihilo melius tentabat quis P.P.
Corpora hic, & mox inf. pro rebus, vt postea vocantur.
De hac voce mox dicam.
de. distinxerit.
possideat.
de. liberalitatem, id est, titulo oneroso, non lucratiuo.
dum Magistratus gerunt.
Magistratus.
id est, corrupti pecuniâ aut gratiâ.
Ex hac voce colligo, hanc aenei frumenti pensitationem, seu inquietudinem incubuisse hominibus aliquem Carthagine gerentibus, qui à Magistratibus creati fuerant.

DE ÆNEO frumento, cuius quater hęc leg. mentio discretè fit, nullibi præterea, neque hoc Codice, neque apud alios Scriptores; est hęc singularis Constantini M. constitutio scripta, Ann. D. 315. tertio post fidem Christianam à se susceptam anno. Cuius Inscriptio statim ostendit, quod *Primo* hęc notandum, de hoc æneo frumento, id in Africâ fuisse: inscribitur enim hęc lex *Cautilino Proconsuli Africae*.

Imò, quod secundo loco obseruandum; *Titulus* sub quo hęc lex posita est, ostendit, hoc æneum frumentum ad Urbem Carthaginensem spectasse: est enim hic Titulus, *de frumento Carthaginensi*.

Tertio ex hęc leg. discimus, huius ænei frumenti præstationem, *penstationis* vt hęc leg. vocatur, speciem fuisse: quæ inquam Reipublicæ seu Urbis Carthaginensi præstabatur: Et quidem grauem, quæ & idè sæpè, quod *secundo capite* ostenditur, nonnulli sese liberare nitentur, subrogatis aliis.

Quarto obseruandum, certa tantum Corpora huic ænei frumenti præstationi obnoxia fuisse, non omnia promiscuè Corpora, non omnes res: & quidem possessiones certas, certos fundos: Nam ita *Corporum* vox hic accipienda: est enim sæpè aliàs *Corporum* appellatione non tantum agri, aut domus, fundi denique, sed etiam mancipia & mobilia quæcunque comprehendantur, breuiter quæcunque bona & facultates, vt docent vel hoc Codice, *lex 5. supr. de iis qua administr. l. 3. supr. de bonis proscriptor. l. vnic. supr. quorum bonorum: l. 1. supr. de legitim. hered. attamen Corpora*, vbi de penstationibus publicis agitur, & de rebus alicui rationi & præstationi obnoxii, propriè sunt prædicia: quo sensu sanè vox ista accipitur, *l. 1. supr. de curator. Kalend. & alibi: vid. & quæ dixi ad l. 17. supr. de Prætoribus*: sed & apud Symmachum eodem sensu *lib. 6. epist. 12. lib. 10. epist. 29. 32. 46.* Igitur certis tantum prædiis hęc ænei frumenti præstatio, penstatio, inquietudo, interpellatio incumbat: eorumque nomine possessores obnoxij erant; non aliorum Corporum nomine: vel si ea alienassent.

Quinto notandum, *Quocunque titulo* possessores ea Corpora possiderent, huic penstationi obnoxios fuisse, quocunque inquam titulo, non tantum si lucratiuo, quibus aliquin facilius melius in Reipublicâ tributa imponuntur, quam in rem vide *Titulum, de imponenda lucrativis descript.* verum & si emptionis titulo: *comparatores*, enim, vt hęc leg. dicitur, *rerum obnoxiarum teneri oportet pro modo eius rei quam adepti sunt, etiam si extra liberalitatem rem fuerint consecuti.*

Sextò, vt ad *secundæ capitæ*, quod hęc leg. continetur, explicationem accedamus: de hoc æneo frumento notandum est, *Magistratus* huic penstationi obnoxios fuisse: *Magistratus*, id est, Duumviros: hoc enim sensu *Magistratum* fermè vox effertur: inter alia, *l. 8. 21. 29. 39. 76. 151. 169. supr. de Decurionib. l. 3. 5. 6. supr. de exhib. reis: l. 1. 1. supr. de Medicis & Professorib. & alibi passim: de quo vid. Paratit. tit. de Decurionibus: & Glossar. Theod.*

Sed hęc quæri potest, an soli Magistratus seu Duumviri certorum Corporum nomine, huic ænei frumenti præstationi obnoxij fuerint: & sic vtrum caput quoque *primum huius leg.* de his accipiendum sit: quomodo certè Magistratus seu Duumviri penstationibus variis obnoxij erant, & inter alia qui-

dem ludicris, de quo vid. *Paratit. de Decurionib. & tit. infr. de Spectaculis*, an verò & priuati quidam possessores Corporum, & Magistratus: vt ita *primum caput huius leg.* de aliis accipiendum sit: *Si quis*, inquit *lex, &c.* hoc posterius de Magistratibus: atque adè duo personarum genera huic functioni, seu penstationi obnoxia fuerint. Quod quidem mihi verosimile sit.

Postremo loco de hoc æneo frumento notandum, quod *secundæ capitæ huius leg.* argumentum est, duas fraudes in fraudem huius penstationis à Magistratibus quandoque admissas. Nam vel ipsi sibi Magistratus dam administrabant, alios subrogabant, qui scilicet hanc ænei frumenti præstationem agnoscerent, subirent, atque ita eos adigerent, tanquam muneris sui vicarios, cum tamen nulla Corpora possiderent huic præstationi obnoxia: vel alios non idoneos pro aliis idoneis & corporum possessoribus, *creabant*, id est, nominabant Magistratus, vti moris erat, vt Magistratus seu Duumviri periculo suo successores nominarent: de quo vid. *Paratit. de Decurionib.* Et quidem redempti id faciebant, nempe auro corrupti ab idoneis ad euitandam hanc functionem. Huic vtrique fraudulentæ subrogationi occurrit hęc leg. Constantinus M. hoc constituto, vt rescissis huiusmodi subrogationibus Magistratus isti ad huius ænei frumenti penstationem teneantur.

Et hęc quidem hætenus, de istâ ænei frumenti penstatione ex hęc leg. discere vel colligere licet. Nondum tamen liquet quid fuerit æneum frumentum istud, quænam hęc penstatio, quæ in vsum, facta fuerit, quæ tandem nominis istius ratio sit: De Nominis ratione variæ coniecturæ sunt. Prima est, hęc pro *æneo frumento*, reponentium *Pænum*: Quod non admitto: est videm hoc quoque apud Victorem dixisse, *apud Pænos Alexandrum Pro-Prefecto egisse*: Esti apud Claudianum quoque legam in hoc ipso frumenti argumento,

Punica Nilivæ concurrere carbasa ventis.

Nam vt omittam in constitutionibus nupiam hanc vocem vsurpari, agitur hęc de frumento in Carthaginensis vrbis vsum aliquem, non de Africanis in vniuersum frumento.

Secunda coniectura est eorum, qui *æneum frumentum* dictum perhibent à *modiis æneis* frumenti, de quibus in *l. modiis æneis, de Susceptoribus: & l. 1. Cod. de condicionalib.* cuiusmodi Romæ modius æneus erat in Minucia frumentaria, ad quam populus stans diebus frumentatum veniebat, à Menforibus & Caudicariis frumento dimetiendo: Quem describit Suidas: *ἔρδα*, inquit, *ἵνα μὲν & ἄλλης*, quo loco agit de Valentiniario: Quomodo & Basilica *καλλὴς ἢ λιβύης* vocant.

Tertia sententia est eorum, & in his Ciconij *4. Obseru. Iuris Canon. cap. 3.* qui *æneum frumentum* dici putant *popularem* annonam, quæ ex *ænea* seu *æreæ* tabulæ præscripto populo Carthaginensi diuidebatur, quomodo sanè ea Romæ ita præbita: *l. 5. supr. de annonis ciuicis*: seu ex tessera fortè *ænea*: quomodo Alexandriæ frumentum seu *annonæ* ita diuisa: *l. 2. infr. de frum. Alexandrino*: Verum id ad æneum frumentum istud nil facere putato: neque enim hęc agitur de *annonæ* quæ ex fisco, seu de publico, populo præbebat; verum contrà, de eo frumento quod à priuatis ex certis Corporibus & rebus penstabatur. Huc magis facere putet quis leges de modo munerum ciuilibus, quæ æneis

æneis tabulis publicatæ ex eiusdem Constantini M. *l. 2. supr. quemadm. mun. ciuil.*

Quarta coniectura nonnullis fortè placeat, *æneum frumentum* dictum eo sensu quo *æreæ annonæ*, quæ videlicet non ipsæ, verum adæratæ in pecunia præstabantur: de quibus *tit. de erogat. mil. ann.*

Quintam Tertiar coniecturæ addidit haud ita pridem Ciconius *lib. 4. Obseru. Iuris Canonici, cap. 3.* idè *æneum frumentum* dici, quod olim omnes illationes & tributa ære expendebantur. Existimet quis *æneum* seu *oneum* frumentum hęc indicari, quod extra ordinem vendere quis publico cogebatur; quod aliàs *Synoneton*, de quo *suo titulo*. Tentaret alius *æneum frumentum*, quod dicatum Bacchi Sacerdotibus & ministris: *ἄν* enim ἰ *δουόν*, cuius præcipuus in Africâ cultus. Alius *æneum*, quasi graue ab *αιδὸν* deriuet.

Ego, quidquid tandem hoc nominis sit, putem paganicæ superstitioni & voluptatibus seu ludicris ministeriis, quibus Carthaginenses maxime indulgebant: vbi & peculiaris Tribunus voluptatum erat, de quo *infr. tit. de Scenicis*, hoc *æneum frumentum* dicatum destinatumque fuisse Carthagine: ad cuiusmodi certè voluptates & ludos, Magistratus, de quibus hęc leg. agitur, teneban-

tur: de quibus vid. *tit. de Decurion. & tit. de spectaculis*. Carthagine certè hoc sæculo etiam miræ superstitiones, nouæque superstitionum vocabula inoleuerunt: videatur saltem *lex 20. infr. de Paganis, sacrific. & templis*, vbi de Fredianis & Dendrophoris, de quæ re ditibus qui ephosis deputati: & *lex 21. supr. de Collegiatis*, vbi de Vitulariis & de Nemesiacis agitur, & de Cantabraris. Et quid si ad animalium voluptatibus publicis ibi seruientium pabulum hoc æneum frumentum pertineat? Vnde quis *arinum frumentum* hęc legendam censet: quomodo *arina* farina, Plinio, *lib. 22. & 26.* quæ ex *ære* arâ confecta, id est, lolio quod tritici vitium est, quodque cum in pane est, celerimè vertigines facit, &c. de quo idem Plinius, *lib. 18. cap. 17.* & ante eum Theophrastus *de causis plantarum, lib. 5. cap. 22.* Verum nil temerè mutem. Peculiaris hæc proinde *ænei frumenti* appellatio: quomodo & panis varia & peculiaria nomina, qui in publicâ erogatione erant, fuisse hoc ipso æuo: Ita *panis gradilis, Ardiensis, Ostiensis, Ficalis: & panis Castrensium: ἄν* qui Alexandriæ sub Diocletiano præbitus, teste auctore Chronici Alexandrini, & Farragine Alexandrina: scilicet qui ex castris seu Palatio Principis præbitus.

DE FRUMENTO ALEXANDRINO.

DE FRUMENTO ALEXANDRINO.

TITVLVS XXVI.

XI. COD. IVST. XXVII.

"in vsum Urbis Constantinopolitanæ: de quo est *lex 1. hoc tit.* vel in vsum ipsius Urbis Alexandrinæ.

1. * Imp. Honor. & Theod. AA. Anthemio PP. P."

IN æstimatione" frumenti, quod ad ciuitatem Alexandrinam conuehitur, quidquid de Chritologia, & Zygoftasij munere, & pro Naucleriarum" tuendâ substantiâ" Eminentia Tua disposuit, roboramus. Adque vt Curialibus prædæ auferatur occasio, iubemus, eos ad huiusmodi sollicitudinem adfectandam nunquam accedere, sed designata Officia tuis prouisionibus, examinata, sollicitudinem prædictam implere. Dat. v. Kalend. Febr. Constantinop. Honorio IX. & Theodosio V. AA. COSS. [412.]

NOTÆ.

* *Lex 1. Cod. Inst. eod. tit.* Iungenda fortè huic *lex 32. supr. de Nauicular.*

" *Anthemius PP. Orientis sub Theodosio Iun. vid. Protopogr.*

" *26. Naucleriarum, vt in Cod. Inst.*

" *ad est, tuendis facultatibus, & sic Naucleris indemnibus seruandis.*

" *XIV. Kal. Febr. Honorio VII. & Theodosio III. AA. COSS.* Ita habet subscriptio *dl. 32.*

COMMENTARIUS.

DE ALEXANDRINO frumento, seu canone Alexandrino frumentatio Urbis Constantinopolitanæ potissimum destinato, est hæc Theodosij Iun. constitutio. Qui quidem Urbis Romæ, cui antea destinatus erat, de quo dixi ad *l. 7. supr. de Nauicular.* detractus Constantinopoli attributus fuit. De quo pauca è multis hæc norasse sufficiat. Omitto calumniam Athanasio obiectam, quod *Ægyptiacum* hoc frumentum

retinisset; *Vetus Orbis descriptio sub Constantio*, quam in lucem extuli, de *Ægypto & Thracia* agens: *Et aliis*, inquit, *Prouinciis vilis est: Constantinopolis enim Thracia ab ea quamplurima pascitur: similiter & Orientales partes, maxime propter exercitum Imperatoris & bellum Persicum: propter id non posse aliam Prouinciã sufficere, nisi diuinatam Ægyptum.* Præter Theonistum quoque *orat. 13. p. 291. 292.* Sozomenum, *lib. 3. cap. 6.* Euanapius

in Aedestio p.36. 38. 40. cum conuicio : ἡ μὲν γὰρ Κωνσταντινέως τὸ ἀρχαῖον Βυζάντιον, καὶ μὴ τὰς παλαιὰς πόλεις, Ἀθῆνας, Ἀδριανούσας, ἢ τὴν ἑσπερίαν, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς ἑσπερίας ἀγορῆς : ἐν ᾧ τῶν κατὰ ἡμᾶς χωρίων, ἐπὶ τὸ ἀπὸ Ἀργυρίου καὶ τῆς ἑσπερίας, ἐπὶ τὸ ἐξ Ἀσίας ἀπαγωγῆς, Συρίας τε καὶ φοινίκων, καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν συμπεριλαμβανόμενον οἶτον, καὶ ἀπαγωγῆς φέρεται, ἐπιπέσει καὶ κορέσει τὸν μεθόνον δούματα δῆμον, ἐν Κωνσταντίνῳ ἐπὶ τὸ Βυζάντιον μετέστησε, &c. id est, Constantinopolis, vetusto nomine Byzantium, antiquitus sup-

pedibat Atheniensibus annonam, fidemque omnem excedebat frumenti inde aduecti vis : at nostro saeculo, neque onerarie naues, quas Aegyptus mittit, totaque Asia cum Syria, & Phoenice, neque frumentaria copia ex aliis Prouincijs vectigalibus comportata, explere valent aut satiare circumfluentem & copiosam populi multitudinem, quam Constantinus Byzantium transtulit. Claudiani locus insignis de bello Gildon. vbi Romam inducit loquentem, & querentem de erepto sibi canone Alexandrino : Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere, Et dominam plebem, bellatorumque Senatum Classibus astitis alerem, geminorque vicissim Littore diuersi complerent horrea veni. Stabat certa salus : Nemphis si forte negasset, Pensabam Pharium Getulis messibus annum. Frugiferas certare rates, lateque videbam PUNICAM NILIACIS concurrere carbasia velis.

Cum subito P A R R O M A mihi, diuisaque sumpsit Equales Aurora togas, Aegyptia rura In partem cessere NOVÆ : spes unica nobis Restabat Libya. Et pōt : Nunc quid agam, Libyam Gildo tenet, ALTERA NILVM.

Quare non nisi extra ordinem & raro hac tempestate ex Alexandria Romam aliquid subuectum : cuius rei exemplum apud Symmachum, lib.10. epist.22. & epist.50. De hoc Alexandrino Canone seu stolo in vltim Vrbis Constantinopolitanae sunt innumeræ constitutiones hoc Codice : inter alias Constantini M. d. lex 7. sup. de Nauicular. vbi vid. Nouella : & lex insignis eiusdem Theodosij Junioris : puta lex 32. sup. de Nauicular. quæ, vt mox ostendam, huic iungenda videtur.

¶ Porro huic annonæ probè administrandæ multa constituta reperite licet. In hunc sanè quoque finem Praefectus annonæ Alexandriae constitutus est : ad cuiusmodi Praefectum Claudium extat lex Constantij 3. sup. de Susceptoribus. Quomodo & Praefectus annonæ in Vrbe Romæ fuit : & tertius Africae, vt docet lex 12. sup. de Nauiculariis : & lex 2. de Naufragiis. Hunc eundem in finem (quod haec lex testatur) Aestimatiōni frumenti prouisum : Quod scilicet non tantum ex Aegypto Alexandriam conuehebatur, vt quidam hic tradunt, verum ex alijs quoque Orientis Prouincijs, vt antea ostensum, Orientales Nauarchi Alexandriam deuehebant, vel inde Constantinopolim subuehebant : Aestimatiōni, inquam, id est, quā quantitate & qualitate inferretur, rursusque efferretur. In hunc igitur finem fuere Alexandriae & Chrithologi & Zygoftatae. Χαρίλογοι, qui & Annotatores dici videntur, l. 3. sup. de Susceptorib. tum suscipiendo, tum emittendo frumento, & vtriusque rationibus excutiendis praepositi fuere : quale Χαρίλογοι apud Operarios fuisse refert Plutarchus in Hellenicis. Ζυγοστάται, ponderi & quantitati frumenti exigendæ, admittendo denique frumento tum ad-

uecto tum euehendo praerant. A quo alius est Zygoftates, et si similis, ad ponderationem Numerorum Zygoftates, de quo l. 2. sup. de ponderatoribus.

Secundò, viceversa in hunc eundem Aestimatiōnis frumenti finem, ne Naucleri ipsi in fraudem seu damnum incidere, pro eorum substantiā tuendā, id est, pro indemnibus eis seruandis, quod Interpretes hic non cœpère, Epimetton eis ali- quod datum pro iustis diametris, pour la descente vt docet dicta lex 7. sup. de Nauicular. vbi dixi plenè : patiter vt datum Vrbis Romæ canonem subuehentibus, l. 36. 38. dicit. vt & Susceptoribus quoque datum docet lex 3. l. 14. 15. 21. sup. de Susceptorib. & lex 4. sup. de Suariis.

¶ Vt ad sententiam leg. nostræ descendam, circa vtrumque aliquid noui disposuerat Anthemius PP. Orientis : non quidem quasi is nunc primum aut Crithologum aut Zygoftatam instituerit, idque Theodosius Iun. hanc leg. prober, quomodo censent Viri docti, etiam Graeci Interpretes : Rursum, non quasi is Epimetton Naucleris primum dederit, quod antea datum probat dicta lex 7. sup. de Nauiculariis. Circa vtrumque, inquam, aliquid statuerat, & aduersus fraudem Nauiculariorum, & vt à fraude seu damno ipsi vindicarentur. Anthemius PP. Orientis annonæ Constantinopolitanae studio : cuius hac in re studium ingerunt seu testantur Anno 409. lex 4. sup. ne conlat. trans. lex 33. sup. de Nauiculariis : & lex vnica, sup. de Nili aggerib. non rump. Neque minùs hæc ipsa lex : cui parum abest quin iungam legem 32. sup. de Nauiculariis : quæ eiusdem Theodosij Iun. est, & huic omninò argumento conuenit eidemque Anthemio inscribitur, & eiusdem Anthemij dispositionem probat : seu vt disertè sine leg. dicitur firmat : patiter vt hanc leg. quod is disposuerat, roboratur. Quid autem ab eo dispositum fuerit circa Epimetton modum vel circa Chrithologiam & Zygoftasij munus, id omne hanc leg. non exprimitur : nisi vnicum illud, quòd Curialibus Crithologis & Zygoftatis esse vetuit, vt videlicet Curialibus prædæ occasio auferretur. Curialis scilicet prædis noti & notati hoc æuo, quod ostensum non vno loco, titulo, sup. de Decurionib. Quid igitur ? Idem Anthemius certa quædam officia designauerat, quæ suo examine sollicitudinem hanc implerent. Quæ omnia firmat hanc leg. Theodosius Iun. Neque tamen adhuc officia illa hic exponuntur, quæ relatione Anthemij expressa seu designata fuerant. Quare fidentiùs dicitur quàm certius à Viris clarissimis, Praefectianos ad id munus ab Anthemio probatos & ordinatos : quod tamen statuunt proculdubio ex prædæ huius leg. interpunctione & interpretatione : ibi : Sed designata Officia iuis prouisionibus examinata sollicitudinem prædictam implere.

Huius tandem legis occasione, exhibere hic iuuat omnia munia per Aegyptum & in Vrbe Alexandria, quæ hoc Codice memorantur Graecis nominibus omnia, & quidem in solius rē Theodosij Iunioris constitutionibus : Archigerontes l. 2. prox. Cephalotæ, l. 6. de patroc. vicorum : Copiatæ l. Crithologia, hanc leg. Diocetæ Ergafiotarij, l. 2. prox. Hypommematographi, l. vltim. sup. de Decurionibus. Irenarchæ, dicta leg. 6. & tit. de Irenarchis. Logographi Chomatum, dict. l. 6. Monazontes, d. l. 63. sup. de Decurionibus. Parabolani, l. 42. 43. inf. de Episcopis. Zygoftata hanc leg. His adde & homologos colonos, dict. l. 6. de patroc. vicorum : Diacatoghos, l. 1. sup. de fisci debitoribus. Adda-

mus

mus & Elemptoriam, & Ospraturam, patrimonio nija munerata, ita apud Alexandrinos vocata, vt testatur Arcadius Charisius l. vltim. §. 19. π. de

muneribus & honoribus : Alias non iam personarum vel munerum nomina, sed Rerum vocabula Graeca alibi in lineam conuicio.

II. * Imp. THEOD. & Valentinianus AA. Isidoro PP. P."

DIURNOS centum & decem modios alimonis Alexandrinae ciuitatis ad di decernimus : vt nemo priuetur eo quod nunc vsque percepit, & per rissochoregia nomen penitus amputetur, & tessera designentur, & nostræ pietatis nomine censentur. Dat. Prid. Non. Iun. Constantinop. Isidoro & Senatore COSS. [436.]

NOTÆ.

* Lex 2. Cod. Justin. eod. tit. Iungenda huic lex 3. sup. de indictionib. lex 2. inf. de Alexandr. pl. primat. & lex 189. 190. 191. imò & 192. sup. de Decurionibus. Imò & l. vlt. sup. de indulg. debitorum. Isidorus PP. Orientis sub Theodosio Iun. vid. Protopogr. Nunc vsque hanc leg. & l. 45. inf. de Episcopis : l. 54. inf. de hereticis : alias, vsque nunc : vt l. 2. inf. de fide Cathol. Itaque quoque d. l. 2. & d. l. 3. & l. 189. 190. 191. At d. l. 192. Prid. Non. Aug. & d. l. vlt. Prid. Id. Iul.

COMMENTARIVS.

DE GRATVITA ANNONA Vrbis ALEXANDRINÆ est hæc Theodosij Iun. constitutio : Anno D. 436. Quæ quidem ipsa, pars est prolixioris constitutionis, quæ is non tantum Aegyptiorum in commune commodis consultum iuit (quod docet lex 3. sup. de indiction. inde desumpta ;) verum etiam speciatim Alexandrinorum : vt docent quinque leges inde pariter desumptæ, præter hanc, inquam, & l. 2. inf. tit. prox. de Alexandr. pl. primatibus : lex 189. 190. 191. sup. de Decurionib. (quibus adde & l. 192. eod. tit.) Quæ sub Constantio Ammianum lib. 22. extremo leges omnes inter se coniungendæ, atque adde huic nostræ coassandæ veniunt. Ac nominatim Curialibus Alexandrinis consultam iuit d. l. 189. 190. 191. 192. Corporatis Alexandrinis, d. l. 2. inf. tit. prox. Hæc verò leg. popularibus Alexandrinis : seu populari eius vrbis annonæ : aucta videlicet eâ. ¶ Nemp sicut Vrbi Romæ & Constantinopolitanae annonæ ciuica gratuita data, ita data quoque Alexandriae Vrbis, de cuius œgyptiis alibi plenè dixi. Videnda interim duo insigniora eius elogia apud veterem orbis descriptorem sub Constantio cap. ... & Ammianum Marcellinum, lib. 22. extremo. Huius verò annonæ Alexandriae dandæ auctor Diocletianus fuisse videtur : Auctor Chronici Alexandrini, Constantio c. 14. & Maximiano Ionio c. 14. COSS. id est, Anno D. 302. τὴν πρὸ τῆς ἑσπερίας & ἑσπερίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀπὸ Διοκλητῆρος ἐδοξείν. Farrago Alexandria edita à Scaligero, Constantio & Maximiano nouis Cæsar. 14. Castrius in Alexandria donatus est & Diocletiano balneum adificatum est. Eodemque ex parte refero, quod Fasti Idaciani habent. Constantio IV. & Maximiano IV. His COSS. vilitatem iusserunt Imperatores : vbi vilitas propriè de annonæ vilitate : vid. Lamprid. Alex. Severo, & Capitolinum in Perinace. Procopius in ἀναδύτοις nuper editis, p. 119. Διοκλητῆρος Ρωμαίων γαρ τὸν αὐτοκράτορα οἶτον μέγα χεῖμα διδόντα ἐπὶ τῆς ἑσπερίας Ἀλεξανδρείαν τοῖς δουλοῖς ἀνα παῖν ἔπαισι δώρησε : τὰντα δὲ δῆμον τινικὰ δὲ διεδωκεν αὐτοῖς ἐν σφίαν αὐτοῖς εἰς ἀπογόνους τὰς μέγας δούρο παρέπιμλιν : ἀλλ' ἠφείσθη ἐβένδε μισθίου εἰς διακείας ἐπιτοῖς μισθίων τὰς ἑσπερίας ἀναπαύσοντος ἀφελείν. τὸ δὲ δημοσίον ἐπέδωκε. Quânam veto occasione annonæ seu panis hic gratuitus Alexandriae datus fuerit : docent Socrates & Synodus Chalcedon. quorum verba mox proferam : puta εἰς διασπορὰν ἦσαν

πρωτων. Quod nomen attinet, Castrensium panis hic dictus, vt ex Chronico Alexandria, & Farragine Alexandria discimus. Quem Graeci more suo καστρινον dixerunt. Quomodo καστρινον, quod Romanis Circensè : καλυσθρον Miliaresè, id genus alia. Quomodo & καλυσθρον καστρινον dicitur apud Ablytium Hippitric. lib. 2. cap. 129. Castrensium autem idè quia ex castris seu domo Principis præbitus. Castrum pro domo Principis eiusque penitrali : vid. quæ dixi sup. ad tit. de Castrensianis. Quare his Castrensianis panibus rectè aptetur Palatinorum panum descriptio quæ apud Suidam extat, de quo ad l. 7. sup. de annoniis ciuicis.

¶ Igitur Castrensium hic panis data Alexandrinis à Diocletiano Anno 302. de cuius mora Alexandriae fidem facit insignis eius lex ibi data apud Auctorem coll. legum Mosaic. tit. de maleficis & mathem. item Sex. Aurelius Victor. p. 153. Nempe, vt iure existimo, post Achilleum superatum interfectum, qui apud Alexandriae dominationis insignia induerat : quem Ionio, id est, Diocletiano Alexandriae profecto, facili negotio pulsum pœnas iussit ait Sex. Aurel. Victor, Eutropius lib. 9. Hieronymus Chronico, Achilleum à Diocletiano obfessum Alexandriae, octauo ferè mense superatum, eumque interfecisse. Quæ hanc victoriam secuta sunt ita narrat Eutropius : Victoriâ, inquit, acerbè usus est : totam Aegyptum grauib. proscriptioibus cadib. que fœdauit. Ea tamen occasione ordinatiè prouidè multa, & disposuit que ad nostram aratem manent. Quod de grauib. proscriptioibus & cadibus aiunt Eutropius & Hieronymus : id ipsum & Graecus Auctor apud Suidam ferè totidem verbis extulit in vit. Διοκλητῆρος, vbi etiam addit, eodem tempore eum libros ἀπὸ χυμίας in Aegypto petferatatum combussisse, ne hæc arte Aegyptij diuitias amplius sibi pararent ; nève pecuniarum copiâ freti in posterum aduersus Romanos rebellarent. At vnus Eutropius ait à Diocletiano in Aegypto ordinata multa prouidè & disposita quæ ad suam aratem manserint, Valentis scilicet. Horum numero proculdubio fuit hic panis Castrensium, seu hæc annonæ gratuita quam Diocletianus Alexandrinis popularibus dedit. Quòd & Dispositionis seu disponendi vox propriè pertinet. Et hæc de populari annonæ Alexandriae data, Certè Constantinum M. quoque motum aliquem pauperibus Ecclesiarum Alexandriae dedisse testatur

L1 3 Socrates,

Socrates, lib. 2. cap. 13. Τῆ Αλεξανδριῶν βασιλικῆς...
Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς πόλεως...
Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς πόλεως...
Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς πόλεως...

Nos ad Popularem Annonam Alexandrinam, & sic ad legem nostram redeamus. Hanc vero à Diocletiano primum institutam, auxere insecuti Principes. Quod augmentum...
Theodosius M. similiter additis solito canonici Constantinopolitano, 125. modis frumenti diurnis, nomen...
Theodosius Jun. hac leg. Alexandrinis consularis: neque quidquam his detractum cupiens...

pietate & liberalitate. Quâ parte tamen lapsus Interpres doctissimus.


Interim & illud obseruandum nominis aboliti exemplum, seu de solo rei nomine latæ legis: At non idèd & rei: vt alioquin res cum nominibus abolerentur, imò cum nomina abolerentur, & res simul abolerentur: vt Patroni vicorum, l. vlt. supr. de patrocini vicorum: Competitorum, l. 33. supr. de petition. Irenarcharum, l. vnic. supr. de Irenarchis: Cenaticorum, l. 12. supr. de erog. mil. ann. Compulsorum, Nouella Iustin. 128. Quare error est Fornerij 4. quoridian. ij. qui hæc postrema exempla connumerat Legibus, quæ de solo nomine latæ: quo in censu quidem est hæc lex nostra, ac non illæ. Inuisa scilicet sæpè sola nomina & minus conuenientia legibus abolita & cum aliis mutata: sic Niseparchi nomen mutatum cum appellatione Prætoris plebis, Nouell. 13. sic Theodorici inuisum populo Tertiuarum nomen sustulit, & in pecuniæ tributariæ functionem conuertit apud Cassiodorum, l. v. variarum 14. sic extraordinariam collationem quandam canonicam deinceps vocari & haberi voluit... Imp. l.

Hic tandem perisochoregias nominis occasione apponere iuuat Græca omnia Rerum vocabula, quæ hoc Codice per Ægyptum & Alexandriam usurpata docemur: quomodo ad superiorem leg. functionum seu munium ibidem propriorum vocabula congesti. 1. Arvæ l. vltim. supr. de patrocini. vicor. 2. Chomata, d. l. vltim. 3. Dinummiarum, l. 2. infr. de Alexand. pleb. Primor. (quæ huic iungenda est:) 4. Liturgi, d. l. vltim. 5. Metrocomia, d. l. vltim. 6. Perisochoregia, hæc leg. 7. Phibicon, l. 32. supr. de Nauicular. 8. Stolum, l. 7. supr. de Nauiculariis.

DE ERGASIoTANIS, eorumque Primatibus, in Vrbe Alexandrinâ, est hæc Arcadij constitutio ad Præfectum Augustalem, id est, Ægypti, cuius metropolis erat Alexandria, Anno D. 396. Ergasiotanis, inquam vel ergasiotariis. Hi verò voce Græcâ ἐργασίωταις, (quomodo Paratitla Græca bis vetterunt, ἑργασίωταις:) ita dicti apud Alexandrinos: nam & ita à Græco ἑργασίωταις parabolariis apud Firmicum Mathes. 8. & Parabolanus apud eosdem Alexandrinos l. 42. 43. infr. de Episcopis. Quamquam malim ergasiotariis hæc legere: nam vt maximè Gentium quoque quarendam nomina illo modo inflectantur (quomodo quos Græci κωριπύται Latini Mauritianos vocant) etiam Græci quoque dixerint ἐργασίωταις, pro ἐργασίωταις teste Hesychio & ἐργασίωταις: attamen Artificum nomina etiâ à Græcis mutuata hoc modo inflecti solent: hinc à Græco λιπέωταις, Linifarius, l. 16. supr. de Mutilegulis. Et cæteroque eadem terminatione, linicariis, calceolariis, soleariis, molochinariis, & alia innumera. Verùm in hoc non sunt sitæ opes Græciæ. Ergo ab ἐργασίωταις Ergasiotariis, vel Ergasiotanis, quam vocem tamen hæc malè expungebat Leonclaius Paratitl. p. 194. Idemque hæc substituebat vocem Ergasiotarum, quia scilicet ita haberent Paratitla ἐργασίωταις. Denique hæc vox est Alexandrinorum, quorum peculiariis Dialectus fuit, nouæ & peculiariæ voces, veris Græcis incognitæ & insolitæ. Qua de re est quoque Croij obseruatio in Nouum Testamentum. c. 33. Et si Suidas memoret Libros septem Irenæi Grammatici Alexandrini ab eo scriptos, vt probaret Alexandrinam ab Atticâ deductam: sic & ἐργασίωταις, & ἐργασίωταις apud Hesychium ἐργασίωταις.

Ergasiotarij porò, vel Ergasiotani isti Alexandriæ, erant de plebe, vt docet Rubrica huius tit. de Alexandria PLEBIS PRIMATIBUS. Erant enim ἑργασίωταις Operarij seu Artifices cuiuscunque artis in Vrbe Alexandrina: Sic & Paulus Diaconus historia miscella initio, lib. 23. p. 718. in Anno D. 775. vbi exhibet iurandum ab omni populo præstitum. Et iuravit, inquit, omnis populus in honorandis & viuificis lignis, tam scilicet ex Thematibus & Senatu quam etiam exterioribus Ordinibus & ciuibus omnibus, & ERGASTERICIS, Imperatorem non admittendi, excepto Leone, seu Constantino, ac semine ipsorum. Ergasteriaci ἑργασίωταις, qui aliàs ἐργασίωταις, iudem cum ἐργασίωταις, Ergasiotanis vel Ergasiotariis: ab his Ergasteriacis ἐργασίωταις, tributum quod pro officinis soluebant Artifices. Mentio in diplomate Andronici Iunioris apud Phran Zen. Chron. lib. 3. cap. 24. De his verò Alexandrinis Artificibus est & hic locus ex epistola Hadriani apud Vopiscum in Saturnino, vbi de Alexandrinis istis Artificibus agens, Ciuitas, inquit, opulenta, diues, facunda, in qua nemo vniat otiosus: alij virum constant, ab alijs charta conficitur, omnes certè Lymphiones cuiuscunque artis & videntur & habentur: podagogi quod agant, habent: habent cæci quod faciant: ne chiragrici quidem apud eos otiosi viuunt. Quo loco primum ex Lymphiones, fecerunt, Lymphiones: deinde quia hæc non responderet videbant, quasi diceretur Lymphiones seu linteones fuisse cuiuscunque artis & professionis homines Alexandriæ, quod non verisimile sit ex MSS. ita reposuit Vir Doctissimus: alij Lymphiones sunt: omnes certè cuiuscunque artis & videntur & habentur. Quæ scripti Codicis auctoritas si obstitet, veterem lectionem proximè tuear: voce Lymphiones tantum in Lymphiones mutata, nullo præterea inuerso, aut immutato: & Lymphiones dictos purem Artifices Operarios eosdem cum Ergasiotariis, à voce λύπη, quæ laborem seu operam significat: Hesychius Alexandrinus ipse Grammaticus, apud quem multa Alexandrina verba occurrunt, λύπη πόνος. Hæc vtunque sint, Ergasiotarij seu Ergasiotani sunt Artifices. Operarij Alexandriæ quicunque, quorum distincta Corpora erant, de quibus & Gregorius Nazianz. orat. 2. 1. p. 390. Quare valeat Accursij interpretatio, qui damnatos ad metalla interpretabatur: valeat Alciati dispendio lib. 3. cap. 18. reponentis in Cod. Iustin. ἐργασίωταις τιμωτάς. Neque audiendus Hottomannus qui reponerat Ergastiorum, id est, Eaborum qui regis ferè publicisque operibus præerant, curatores operum publicorum, redemptores, vt alius hanc interpretationem adornat, quos Galli vocant Entrepreneurs. Horum verò Ergasiotanorum numero Alexandriæ maximè celebres fuere Vitriarij, & chartæ confectores: de quâ præter alios extat insignis præterea locus apud Auctorem veteris orbis descriptionis, quem illustraui p. 24. Fuerunt reliqui Artifices Lymphiones, Ergasiotarij. Quorum singulorum Artificum certa Corpora fuerunt Alexandriæ. Neque tamen cum his, Corporatos, de quibus agitur l. prox. ciuitatis Alexandriæ, quod hæctenus sit, etiam à Cujacio 23. Obseru. 3. & post eam à Burgio 1. Elest. 3. misceri velim: Corporati enim ab Artificibus diuersi sunt, vt docuit clarè supr. tit. de priuileg. Corporat. V. R. & alter de excusationib. Artificum: Corporati enim (de quibus ad d. l. prox.) dicebantur ministeria Vrbis necessitatibus seruientia veluti Pistores, Carabolenfes, Suarij, Pecuarij, Susceptoros, Mancipes Thermarum, calcis coctores in publicos vsus: quibus idèd certa priuilegia data, atque idèd Corpora ad vrbis priuilegia pertinentia dicuntur. Nolo etiam misceri cum Collegiatis, de quibus tit. de Collegiatis 7. supr. quia neque horum opera in artificio consistebat. Multò minus misceri volo cum Curialibus: de quibus sanè Curialibus Alexandrinis agitur l. 89. 190. 191. supr. de Decurionib. Scilicet Vrbs Alexandrina, vt aliæ vrbes, Curiam habuit, & Plebem: de quâ postremâ est hic Titulus. E Plebe porò alij Artifices seu Ergasiotani fuere, alij Corporati, alij Collegiati.

Istorum autem Artificum Ergasiotanorum, fuere quidam Primates, vt vel Rubricâ huius tituli vocantur: Non verò quod quidam censent, & in his Cujacius, Tribuni, aut Defensores plebis: ab his enim plebis defensores omninò diuersi sunt: de quibus suo titulo, supr. de defensorib. ciuitatum: & inaudicium, Defensores in ciuitatibus fuisse singulorum artificiorum, etiam Patroni quidam fuerint certorum Corporatorum: imò qui Defensores plebis erant, totius plebis Defensores erant. Igitur plebis seu Ergasiotanorum Primates quidam fuere: non Defensores. Verùm, Primates, quorum nomina fuerunt Alexandriæ, Archigerontes & Diaceta. Archigerontes, non quasi γερωντας seu Senatus Curiaque Principes, seu Principes γερωντας, id est, Senatorum municipalium, & sic principales Curia Alexandriæ, seu quinquæ Summates Ordinis Alexandrini (quod quidam opinati, à quibus quàm diuersi fuerint illi iam ostensum est,) verùm quasi Principes summòque honore, & loco inter Artifices: id enim γερωντας vox sibi vult, non ætatis, verùm honoris & venerationis



DE ALEXANDRINÆ PLEBIS PRIMATIBVS. TITVLVS XXVII

XI. COD. IVST. XXVIII. De Alexandria Primatibus.

I. * Impp. ARCAD. & Honor. AA. Gennadio' PF. Augustali.

ARCHIGERONTES, & diacetæ, "ergasiotanorum numero" delignantur: Quod, Officium Tuum sollicitis obseruet excubiis. Dat. Non. Febr. Constantinop. PP. Alexandria Eutycheo. "Arcad. IV. & Honorio III. AA. COSS. [396.]

NOTÆ.

* Lex 5. Cod. Iust. de Episcop. audiendi: hinc in alium planè sensum detorta est. "Gennadius PF. Augustalis sub Arcadio. Ad huic eundem extat Epigramma Claudiani, quod inscriptum ad Gennadium Proconsulem: ex quo liquet etiam de Præfectura hæc Augustali seu Ægypti ab eo gesta: Italia commune decus, Rubiconis amoni Incola, Romani fama secunda fori. Graiorum populis, & nostro cognite NILO, Viraque gens FASCES, horret, amasque tuos. De eodem & Synelius epist. 73. & initio ἑργασίωταις: vid. Proseogr. "Diacetaque, Cod. Iustin. "pro, ex ergasiotanorum. "nominis Christiani diligantur, ita Τελεβον: planè contra mentem Arcadij: de quo mox. "Hanc subscriptionem mox excutiam.


rationis index: ἑνταυτοῖς ἀφίσταται, ut vel ex Hesychio discere licet. Quomodo & apud Suidam ἀνωτάτους οἱ τῷ δήμῳ ἐπιτάτταται. Diacetæ verò διοικηταί, quasi Administratores: Proprium certè iam olim Diacetæ διοικητῆ nomen Alexandriae fuit, quo indicabatur is, qui à Rege esset constitutus, quique ab eo pecuniae curationem & dispensationem suscepisset: ut exerte docet Cicero pro Rabirio Postumo, cap.8. vbi de Ptolemæo R. agit, cui Postumus pecuniam mutuam dederat: At DIOECETES, inquit, fuit Regius. Et cap.10. Nam, ut ventum est ALEXANDRIAM ad Aulam Iudicis, hæc una ratio à Rege proposita Postumio est servanda pecunia, se curationem, & quasi dispensationem Regiam suscepisset: id autem facere non poterat nisi DIOECETES: hoc enim nomine virtur qui à Rege esset constitutus. Odiosum negotium Postumo videbatur, sed erat nulla omnino recusatio: molestum enim nomen ipsum, sed res habebat nomen hoc apud illos, non hic imposuerat. Sic & Phalaris ad Polyetum medicum 70. ait se Tenoro τῷ ἐπι τῆς διοικήσεως scripsisse, ut ei annum stipendium, &c. Sic & Athenis Magistratus erat ἐπι τῆς διοικήσεως, qui pecuniam ararij administrabat: cuius meminit Demosthenes pro corona. Dinarchus in orat. τῷ Διονυσίῳ τῷ ἐπι τῆς διοικήσεως, apud Dionysium Halicarnass. in Di-narcho, Diogenes in Dionis Citici vita, & Pollux, lib.8. sic & sub Regibus Egypti rursus, Polybius lib.27. in excerptis Valef. p.126. horum diceceton meminit, vbi agit de Ptolemæo Cypri Praefecto, quem ait cogendæ pecuniae studiosissime incubuisse, neque cuiquam quidquam dedisse, etsi à Diacetis læpissime flagitatus τῷ τῷ βασιλικῶν διοικητῶν, grauitèrque inculatus quod rederit insulæ penes se retineret: verum postquam Rex adoleuit, collatam magnam pecuniae vim Alexandria misisse. Quin & in veteri inscriptione, quæ est Neapoli, p.125. διοικητῶν τῆς φρησίας Ἀριστῶν, iodahtatis seu corporis Aristæorum memorantur: καὶ ἔξωθεν ἡ χεῖρ τῶν φρησιῶν, ἡ δὲ χαλκοδόρη, ἡ φρησιῶν, ἡ δὲ διοικητῶν, ἡ δὲ ἀλλοτῆ τῆς φρησίας τῆς ἀριστῶν τῶν εὐστῶν ἡ τῶν διοικητῶν τῶν φρησιῶν τῶν ἀριστῶν. Et deinceps ter. Quod vtiq; ad hanc legem proximum: vbi Diacetæ Ergastorum memorantur. Simili quoque sensu διοικητῶν apud Leonem Nouella 61. & Cantacuzenum, lib.3. cap.14. & Codinum, pro tributorum videlicet exactoribus, quomodo & apud Hesychium διοικητῶν ἢ ἀνάλογοι τῶν χρημάτων. Ergo Diacetæ ergastorum non iam à Rege constituti, verum plebis & artificum corporis διοικητῶν: Non Curatores Corporatorum. Fortè qui communem corporum arcam & pecuniam administrabant. Quomodo διοικητῶν φρησιῶν, qui iunguntur in inscriptione Neapolitana φρησιῶν, χαλκοδόρη, φρησιῶν. ¶ Nunc de sententia huius leg. Igitur Arcadius definit, Primates hos, Archigerontas, & hos in quâ Diacetæ, ex ipso Ergastorum numero, seu Corpore, deligi oportere: non verò aliunde. Sua scilicet cuique rectè committuntur, ad quam rationem collineat Arcadij lex 10. infr. de Iudicis: neque alicui Corpori Caput dandum nisi ex eodem Corpore, & homogeneum. Nempe Patroni hi ex eo ipso Corpore iubentur hæc leg. sumi: Quomodo & aliàs definitum de aliis Patronis, vnde desumi debent: vid. l.9. de Suariis. Cum hæctenus proculdubio per ambitum Archigerontes & Diacetæ aliunde sumerentur. Nam quod Cujacius 23. Obseru.3. putat, id hæc leg. statui, vt Tribuni seu Defensores plebis, ex Artificum numero deligantur, præterquam quod vel eo iam satis refutatur,

quod non hic agi de Tribunis seu Defensoribus plebis ostensū est: quis quæso putet, Tribunos seu Defensores plebis ex Artificum numero sumptos, ac non potius ex alio sumendos qui auctoritate valerent? qui miseram plebem ab iniuriâ vindicarent? Sed enim neque hanc Defensorum institutionem ferre poterit vrbis Alexandria: quæ cæteroquin vulgò turbida. Eiusdem Cujacij ibidem lapsus est, cum hanc huius leg. mentem & scopum esse putat, vt Archigerontes Ergastorum numero deligantur cura & diligentia Praefecti Egypti: Nam hic scopus est huius leg. vt officiales Praefecti Egypti inuigilent, vt ab ipis Ergastoribus deligantur Archigerontes, &c. ex Ergastorum numero. ¶ Ex his quoque iam apparet, quàm in alium planè sensum hanc leg. traduxerit Tribonianus, cum ita eam immutauit, Archigerontes diacetæque ergastorum, non nisi Christiani deligantur: hac sententiâ, huiusmodi Primates & Diacetæ Artificum, non nisi Christianos esse deligendos, non Gentiles scilicet, non Iudæos, cuius similis quædam ratio est legis 19.20. Cod. eod. tit. de Episc. aud. Sed licuerit id Triboniano facere pro potestate sibi à Iustiniano indultâ: Atenim grauissimus error est P. Burgij 1. Elect.3. qui ita quoque hæc leg. reponendum contendit, ex Christianorum numero. Nil moror ultra crassios aliorum errores, veluti Accursij: imò & Alciati 3. Disput.18. & Panciroli 2. var.173. Diuinabat Maynardus siue quis alius in excerptis Notarij ad Theodosianum, hæc reponendum, ex Arfinoitano nomo, vel ex Saitanorum nomo: quasi ex omnibus Egyptiacis nominis soli Arfinoitani, vel Saitani ius Alexandriae ciuitatis consecuti, eos honores, eamque curationem διοικητῶν seu ἀρχιερωντων in Alexandria ciuitate consecuti fuerint. Quod nullâ ratione aut exemplo stabiliri potest. Stet igitur, id hæc leg. iuberi, vt qui Archigerontes & Diacetæ erant, & dicebantur Alexandria, ex Ergastorum numero sumerentur: & proculdubio ex eodem Ergastorum Corpore, cui Primates illi præesse debebant. Haud absimili prorsus ratione cautum quoque l.5. Cod. de commerc. & mercatorib. Collegiatis ex eodem Corpore subrogados. Nempe quod politicum scemina hinc educendum, sua cuique rectè committi, & ex eodem Artificum vel in arte peritorum Corpore Archigerontes & Diacetæ præficiendos. Apage enim hinc quæ Burgius 1. Elect. c.3. ¶ Superest singularis admodum huius leg. quæ ad Praefectum Augustalem seu Alexandrinum data est, subscriptio: Proposita Alexandria Eutycheo. Hanc subscriptionem ita iam olim accepit Franco Pithæus, cuius sententiam quoque amplexus est Cujacius 23. Obseru.3. Propositam hanc legem in Praetorio Praefecti Augustalis, quod Eutycheum, vocabatur: Adductâ eam in rem insuper Synesij epistolâ 29. ad Anastasium, vbi de Andronico Pentapoleos Egypti Praefide; Ανδρονικῷ ἐπερχόμενῳ τῆς ἐντυχῆς τῶν ἐργαστῶν οὐκ ἔσβηθη. Eam verò sententiam olim & ipse amplexus sum. Verum alia mihi nunc stat sententia. Nam quod Synesium attinet, cum Petanio, ἐντυχῶν τῶν ἐργαστῶν οὐκ ἔσβηθη, accipio fortunatam Praefectorum domum: aperte enim eò loci Synesius id vult, Andronicum Pentapoleos Rectorem, ad quem atcanum Praefecti Praetorio Anthemij somnium perlatum fuerat, vt bene mentem de fortunatâ Praefecti Anthemij domo, commissum negotium posset exequi: ἐργαστῶν scilicet vox ibi alijque eius epistolæ locis, pro ἐργαστῶν vno daudienda: quomodo & Praefectus Augustorum dicitur, qui vnus tantum erat. Quod huius leg. subscriptionem attinet, nihil est quod persuadeat, Eutycheum

Eutycheum Praetorium fuisse Praefecti Augustalis. Etsi aliàs legamus in Secretario quoque iudicum lectas & allegatas quasdam leges. Quare putet quis Templum id fuisse Alexandriae, quomodo in Templis Gentilium, pariter vt in Ecclesiis Christianorum lectæ quoque leges: quasi Felicitatis Bonique euentus Templum: quomodo, & ἐντυχῶν τῶν ἐργαστῶν à Lucullo excitatum memorat Strabo, lib.8. p.263. quod τῶν ἐργαστῶν vocat Dio lib.45. p.224. & in excerptis Valefianis, p.618. Cicero vocat Adem Felicitatis, orat. in Verrem, de signis: & Pli-nius lib.34. cap.7. p.609. & lib.36. cap.8. p.644. & Augustinus 4. de ciuitate Dei, cap.23. Sic & Tycheum inter octo templa Deorum Gazæ Marcus Gazensis memorat apud Baronium, Ann.401.n.39. Sic & Pamycheum locus in Bythinia, vbi ab Arcadio Consistorium habitum, de Eutropio testatur Philostorgius lib.11. cap.6 in fin. (& ex eo Nicephorus lib.13. cap.4.) & Sozomenus lib.7. c.21. cuius mentio quoque in Itinerario Antonini & Hierosolymitano, & apud Dionysium Byzantium. Sic & Ammianus Marcellinus sine lib.29. ait, Claudium P. V. Porticum ingentem Romæ excitasse, lauacro Agrippæ contiguum, Euentus boni cognominatum, eâ re quod huius nominis prope

visitur Templum: Quis Templi Boni euentus mentio quoque apud Victorem Regione 9. De boni Euentus quoque simulacro Romæ Plinius lib.34. cap.8. de quæ Bono Euentu, quem agricolæ inuocant, Vatro initio de re rustica. Huius generis igitur fuerit Eutycheum Alexandriae; vel Templum, vel certè locus solemnus ad id Templum Boni euentus, vbi hæc lex Proposita dicitur: quo Artifices & Ergastorani conuenirent frequentes; quibus in mercimoniis suis bonus euentus, ἐντυχῶν seu ἐντυχῶν, feliciter rem gerere, votum est. ¶ Ex superioribus interim apparet, quàm suauis sint aliorum interpretationes. Accursius Archigerontes interpretatur, Archipresbyteros, & Episcopos, vel minores Sacerdotes qui damnatum in metalla confitentium peccata audiebant vnde iam hunc textum allegant ad hoc, quod Iudex post sententiam laram contra reum debet mittere ei Sacerdotem vel Religiosum, vt confiteatur peccata sua. Alij accipiunt de his qui mensam Principis, vel alia negotia procurant. Pancirolus 2. var.173. Senes interpretatur, qui Gyneciis præerant, vbi vestes Principis & linea texebantur: praefectos ad obseruandam mulierum pudicitiam. Quæ omnia inania sunt.

II. * Imp. DD. NN. THEOD. & Valentinianus AA. Isidoro PP. P."

 R P O R A T O S ciuitatis Alexandriae repurgandi fluminis onere liberamus: & pro tenore & dispositione tua, quadringentos solidos ex dinumario vectigali memoratæ ciuitatis præcommodari decernimus, ita vt ex titulo nauium omnibus modis repensetur. Dat. Frid. Non Iun. Constantinop. Isidoro & Senatore C O S S. [436.]

NOTÆ.

* Lex vnic. Cod. Iustin. eod. tit. Iungenda huic lex 3. supr. de indictionib. lex 2. supr. de sum. Alexand. lex 189.190.191. imò & 192. supr. de Decurion. Quinimò & lex vlt. supr. de indulg. debitorum. Isidorus PP. Orientis sub Theodosio Iun. vid. Proposita. Nili. Dispositionis tua, ita Cod. Inst. Praecommodari: vt prædelegatio, d.l.3. supr. de indict. quæ huic inter alius iungenda est.

COMMENTARIUS.

DE CORPORATIS Alexandriae ciuitatis est equidem pars prior huius constitutionis, quo sine hæc lex in hunc titulum coniecta est: neque tamen adhuc rectè, cum Titulus sit de Primatibus plebis Alexandriae: Sed & tota de Nili fluminis repurgatione est: sic vt ab hoc titulo prorsus aliena sit. ¶ Illud ante omnia sciendum est, eam esse partem prolixioris constitutionis, quâ Theodosius Iun. non tantum Egyptiorum commodis in commune consultum iuit, quod pertinet lex 3. supr. de indiction. quæ inde desumpta est: verum etiam ac speciatim Alexandrinorum, ac nominatim Curialium Alexandrinorum: l.189.190.191. supr. de Decurionib. Popularium, seu populi & plebis Alexandriae, l.2. supr. de sum. Alexandria: Corporatorum, quod pertinet pars prior huius leg. quæ quidem leges omnes inter se coniungendæ sunt: atque ad eò huic coassandæ. Nili fluminis denique repurgationi consulit hæc lege: de quo flumine dictum affatim supra, tit. de Nili aggeribus non rumpendis: scilicet Nilus in fossas quasdam exæstuat, hisque recipiebatur, quæ longa vetustate Nilo trahente limum, oblimabantur. Eas Augustus olim militari opere deterfit, quod Egyptus feracior & vrbicæ annonæ habilior redderetur: teste Suetonio in Tom. V.

Ostauio, cap.18. Quemadmodum & classis Selectæna erat ad auxilium purgandi Orontis, vt docet lex vnic. supr. de Classicis. Igitur de harum fossarum repurgatione hæc leg. accipio cum Magio 1. Miscell.10. vt ita flumen, hic pro fossis prædictis accipiam, quibus aqua admittebatur, & per quas in Nilum & Alexandriae frumentum conueheretur. ¶ Hoc onus repurgandi inquam fluminis Nili, Corporatis Vrbis Alexandriae incubuisse videtur, quod Theodosius Iunior eos hæc leg. liberat ad relationem Isidori PP. Corporati, de quibus tit. peculiari supr. de priuileg. Corporatorum, erant ministeria vrbis necessitatibus seruientia: veluti Pistores, Catabolenses, Suarii, Pecuarij, Susceptores, Mancipes thermarum, Calcis ad publicum vsu coctores, & similes. Ac vt in aliis Vrbibus, ac nominatim in Vrbe Romæ, & Constantinopoli: Ita & Alexandriae: quorum Alexandrinorum Corporatorum non tantum hæc leg. fit mentio, verum etiam l.42. infr. de Episcopis. Hi, vt ab vnâ parte priuilegiis quàm plurimis gaudebant, veluti vt ne quid nouum, id est, extraordinarium sustinerent, vt ne ad militiam cogentur, nisi ad murorum & portarum custodiam, de quo dictum plenè dicto tit. de priuileg. Corpor. V. R. ita viceuersa variis oneribus obnoxij erant. Et quidem


quidem in Vrbe Alexandrina, repurgio fluminis Nili, à quo eos nunc liberat Theodosius Iunior. ¶ His ita liberatis, ad relationem Iſidori PP. secundum eiusdem relationem & dispositionem iubet Theodosius Iun. inuicem, eam in rem, ad repurgium inquam Nili fluminis 400. solidos ex dinummio vectigali ciuitatis Alexandrinæ *præcommodari*: mox verò ex titulo nauium id restitui. Vbi de tribus videndum est.

Primum de vectigali ciuitatis Alexandrinæ. Nempe vt alia Ciuitates sua vectigalia habuere, de quibus dixi ad *tit. infr. de operib. publ.* ita & sua habuit Alexandria: suos itaque proculdubio agros vectigales & reditus Alexandria habet, more aliarum Ciuitatum.

Cæterum (quod secundo loco obseruandum) vectigal istud *Dinummiu* hinc vocatur, siue pro omni vectigali, siue pro singulari quodam vectigalis genere. Proculdubio *Dinummiu* à præstationis quantitate & modo sic dictum: Glossæ *Philoxeni*, Binio *δινυμια*: Biniones, *δινυμια*: Ita *διδραχμων* in Euangelio, tributis & præstationis genus. Ita quoque *siliquaticum* dictum à modo vectigalis, de quo dixi ad l. 2. *supr. de Veteranis*, *κεεραπιδι*: *κεραπιδι* & siliqua vicefima pars solidi. Ita *δικεερον* Constantinopoli pro reficiendis vrbis muris, cuius auctor Leo Iconomachus, teste Cedreno; vel Nicephorus, teste Constantino Manasse. *Dinummiu* etiam meminit Egesippus *lib. 1. cap. 1.* Dinummiu ergo denarius: & ab eo di-

nummiu vectigal, sic à *donario* merces ipsa *denariata*, vulgò *denrée*, in adnunciacione Caroli apud Soſtas 862. vid. Pithæum in *leges salicas*, p. 92. *Dinummiu* autem eadem formâ quâ *adnummiu*, etli diuerso sensu.

Ergo, quod tertium *hæc leg.* & dispositionem *legis* continet, cum hoc tempore Nilus repurgatione opus haberet, vt Iſidorus PP. disposuerat, ita & Arcadius *hæc leg.* vult, ad id, quadringentos solidos ex dinummio vectigali Vrbs Alexandrinæ *præcommodari*, id est, antecessum erogari, eòsque ex titulo nauium *reperſari*, seu restitui. Ex *titulo nauium*, id est, ex mercibus importatis & exportatis: Dicta ea *εισαγωγικά*, *εξαγωγικά*, hæc enim ad Principem proculdubio spectabant: hincque *Titulus nauium* dicitur: de quibus alioquin non tantum Iustinianus in *Edicto de Alexandrinis*, sed etiam Strabo *lib. 17. p. 549.* de Alexandria & Ægypto: *ναυ ἢ καὶ εἰσοδοὶ μεγάλοι εἰσδοῦναι μέγιστοι τῆς Ἰνδίας καὶ ἢ ἀπὸ τῶν Ἰδιοτικῶν, ἐξ ὧν ἡ πολυπραγία καμίζεται φέρουσι εἰς τὴν Ἀγορὴν, κατανύθει πάλιν εἰς τὰς ἀλλοτρίους πόλεις: ὡς τὰ τέλη διαπάσαι συναγούσιν: τὰ μὲν εἰσαγωγικά, τὰ δὲ εξαγωγικά: τῶν δὲ βαρυτίμων βάρεια καὶ τὰ τέλη: καὶ ἢ δὴ καὶ μονοπώλειος ἔχει. Μόνη γὰρ ἡ Ἀλεξάνδρεια τῶν τοιούτων, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἢ ὑποδοχὴν ἔχει καὶ χρονοῦ τοῖς ἑσπέραις.* Ergo *titulus nauium* ad Principem seu Imperatorem spectabat: *dinummiu* vectigal ad ciuitatem Alexandrinam. *Titulus* dicitur solemnis species tributorum quæ fisco inferebantur: de quo vide *tit. de annonæ & trib.*



CODICIS



CODICIS
THEODOSIANI
LIBER DECIMVSQVINTVS.

HOC LIBRO AGITVR DE TRIBVS.

- I. De OPERIBVS & ornamentis publicis; idque quatuor Titulis prioribus: putà *Tit. 1. 2. 3. 4.*
- II. De VOLVPTATIBVS & SPECTACVLIS, LVDISQVE publicis, Titulis nouem sequentibus: putà *Tit. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.*
- III. De PACE publicâ tuendâ, Titulis duobus postremis: putà *Tit. 14. & 15.* seu *vlt.*

HVIVS LIBRI TITVLI.

- | | |
|---------------------------------|---|
| I. De operibus publicis. | X. De equis curulibus. |
| II. De aqueductu. | XI. De venatione ferarum. |
| III. De itinere muniendo. | XII. De Gladiatoribus. |
| IV. De imaginibus imperialibus. | XIII. De usu sellarum. |
| V. De spectaculis. | XIV. De infirmandis his quæ sub tyrannis aut barbaris gesta sunt. |
| VI. De Maiuma. | XV. Quorum usus interdictus est. |
| VII. De Scenicis. | |
| VIII. De lenonibus. | |
| IX. De expensis ludorum. | |

DE OPERIBVS PVBLICIS.

TITVLVS I.

VIII. COD. IVST. XII. & Nou. Maiorani VI.

Huius porrò *Tituli* sex constitutiones ad HISTORIAM ECCLESIASTICAM refero: putà, Constantini M. l. 3. Iuliani l. 8 9. 10. Arcadij l. 36. Honorij l. 41.

PARATITLON.

OPERA publica, Rubr. & l. 2. 5. 6. 10. 24. 33. 40. hoc tit. & l. unie. *supr. de Comit. ordin. prim. lib. 6. t. 20. l. 2. supr. de Veteranis*: (quæ & Opera, absolute, l. 3. 7. 11. 15. 16. 18. 19. 26. 29. 31. 34. 50. 51. Fabricæ, l. 12. 14. 16. 18. 31. 37. & l. 136. *supr. de Decurionibus* Tom. V. M m 2

curionibus: Fabricæ publicæ, l.30. Moenia, l.1. Moenia publica, l.32. 33. 39. Ædificia publica, l.21. 41. 46. l.13. *supr. de Metat.* Ædificia, absolutè, l.30. 31. 39. Fabricatio publica, l.2. *supr. de Sepulc. viol.* Ædes publicæ, d.l.46. Loca publica, l.22. 41. 43. Balnea publica, quo pertinet quoque *l. ultim. de custodia reor.* ut Balnea Zeuxippi Constantinopoli, l.52. *hoc tit.* Loca fiscalia, l.13. *supr. de Metall.* Hæc speciatim hoc Cod. memorantur: Aquæductus, l.23. 36. (de quibusque proximè *suo titulo*;) Auditoria, *l. ultim. hoc tit.* & *l. unic. supr. de Professor.* Baphia *l. ultim. de Murileg.* Basilicæ, l.50. *hoc tit.* l.3. *supr. de Pæf.* Burgi, vid. *tit. de Burgariis.* Capitolium, l.3. *supr. de Stud. liber. V.* & *l. unic. de Professor. qui in Urb. Constant.* Castra Castella: vid. *parat. de re milit.* Ecclesiæ, vid. *infr. tit. 2. lib. 16.* Ergasteria publica, l.9. 42. *hoc tit.* Carceres de quibus vid. *tit. de custod. reor.* (alia enim priuata fuere, l.5. *supr. de Metat.* vbi de his dixi plenè: & l.3. *supr. de conlat. Patrim.* & l.14. *supr. de Episcop.*) Exedrae, *l. ultim.* Fora, l.22. l.13. *de Legatis*: Horrea, l.4. 17. 35. 37. vid. *supr. tit. de cond. in publ. horr.* (quæ & horrea fiscalia, l.12. *hoc tit.* & l.16. *supr. de Susceptor.* & l.1. *infr. de Equis Curul.*) horrea publica, l.38. (qualia per Picenum memorantur, l.17. per Præfecturam Prætorianam Italiae, l.37. Orientis, l.35. 38. apud Urbem Romam & Portum, l.12. *hoc tit.* & *supr. tit. de Patron. Horreor. Portuens.* & *tit. 5. lib. 14. de Condit. in publ. horreor.* 51. lib. 11. Per Affricam, quod pertinet l.16. *supr. de Susceptorib.*) (Alia enim priuata horrea fuerunt, de quibus d. l.3. *supr. de conlat. donatar.*) Martyria, l.52. *infr.* Militaria opera, de quibus vid. *Paratitlon de re milit.* Muri, l.34. l.36. 49. 57. *hoc tit.* l.13. *supr. de Metat. l. ultim. de equorum collat.* l.35. 47. vid. *supr. tit. Ne quis in Palat. man.* Palatia Principis, veluti Romæ, l.1. *infr. de Pagan.* l.3. *supr. de Bon. vacant.* Parapetasia, l.39. Pharus portus ostiensis, l.3. *de calcis coctoribus*: Plateæ, l.39. Pontes, l.36. vbi dicam: & l.2. *ne opera à collator.* Porticus, l.19. 44. 45. 50. 52. & l. *ultim.* Porticus publicæ, l.12. *infr. de Scenic.* quæ variis operibus publicis additæ veluti Senatui, d. l.14. Circo d. l.45. Thermis, d. l.50. Lauacris, 51. Auditoriis, d. l. *ultim.* Ecclesiis, l.4. *de his qui ad Eccles.* Portus, l.23. Prætoria Iudicum, l.8. 35. *hoc tit.* & l.3. *supr. de Offic. Iudic. omn.* & l.6. *supr. de Metat. l.2. ne quis Palat. l.1. de domib. ad rem priu. pertim.* seu Domus Iudiciariæ, d. l.8. Stabula, l.16. 17. 35. 37. & l.34. *supr. de Curs. Publ.* id est, receptacula publicorum animalium [cursui scilicet publico destinatorum] ad l.35. Item stabula Urbis Circensium factionum, l.2. *infr. de Equis Curul.* Tempia, l.3. & 36. *hoc tit.* vid. & *infr. tit. de Pagan. Sacrif. & Templ.* Thermæ, l.32. 50. *hoc tit.* & l. *ultim. supr. de Sepult. viol.* seu Lauacra, l.52. Turres murorum, l.51. in limite, l.13. Xysti, l.8. *supr. de Medicis & Professoribus.*

OPERVM publicorum alia erant in ciuitatibus, l.14. 18. 19. 27. 28. 41. 42. 43. seu in urbibus, l.1. 7. 11. 12. 16. 17. 19. 22. 25. 26. 32. Oppidis, l.14. 32. Et ex iis nonnulla intrâ muros, alia muris cohærentia, l.41. vid. & l.3. *infr. de Pagan. sacrif. & Templ.* Alia in Imperij limite, ut Turres, l.13. *supr. de Prætor.*

In illis consistebat ornatus Ciuitatis, l.37. 41. 43. Decus, l.1. & 16. Splendor publicus, l.25. Nitor publicus, d. l.25. Ornamentum, l.16. 37. Nempe quod in his ornamenta varia essent, l.1. veluti sigaa, marmora, columnæ, imagines, l.14. 16. 37. 44. Et quidam Principum imagines, de quibus *suo tit. infr.*

His verò operibus publicis additi Tituli de Principis nomine, l.31. *hoc tit.* quandoque & eorum, qui ad fabricam vrbis contulissent: ut in sp. l.13. *supr. de Prætor.* de quo vid. & l.2. 3. §. 2. l.4. & l.7. *in fin. eod. tit.*

EXCITABANTVR verò hæc opera, I. vel sumptu publico, Expenfis ciuitatum & vectigalibus, l.26. E viribus Reipubl. l.26. & l.1. *supr. de Præb. Salar.* vnde aliquando affectata destinataque ei rei certa pensionis Reipubl. seu de redditibus & vectigalibus pars l.26. & 48. puta tertia, l.18. 32. 33. Ex fundorum Ciuitatis Reipubl. locatione, pensione, l.1. *supr. de locat. fund. iur. Emphyt. & Reipub.* Ex Ergasteriorum seu Tabernarum locatione. vnde *Nov. Theod.* 30. Ex titulis solitis, l.2. *hoc tit.* & *Ammian. lib. 27. p. 361.* Ex vectigalibus, vel aliis titulis; l.2. *supr. de Sepulc. viol.* II. Qui tituli soliti si non sufficerent, noui tituli prouidebantur: l.2. Sicquidem, ut aliquando ex aliarum Ciuitatum minorum tertia portione infumerentur, l.18. 26. III. Aliquando Prouincialium sumptu, veluti stabula, l.34. *de curs. publ.* adscriptione factâ per possessiones Ciuium, l.17. 34. Sic ut nullus ab eâ immunis esset, l.5. (Senatoribus tantum exceptis, l.7. & Veteranis, l.2. *supr. de Veteranis*;) Quo casu non pecunia, sed species ipsæ postulabantur, l.17. Operæ etiam ad instauracionem alicuius operis conferebantur, nullo ab ea re immuni: l.23. & 49. At opera militaria, adiumentis militum, l.13. IV. Priuatâ pecuniâ seu largitate, l.19. *hoc tit.* V. Item Constantinopoli Prætores nonnulli pecuniam ad publicas fabricas conferre iussi, l.13. 29. 30. *supr. de Prætoribus.* VI. Tandem etiam, quandoque Iudices multas publicis operibus specialiter deputabant, l.5. *Cod.*

Cod. de modo multar. Cura extruendorum operum publicorum in vrbe ad Iudices vrbanos pertinebat; velur ad P. V. l.11. 12. 19. per Prouincias ad Iudices, l.2. 7. 11. 14. 15. 16. 18. 21. 28. 29. 31. 37. ad Prouinciam destinatos, l.20. Rectores, l.35. Rectores Prouinciarum, l.15. 18. 33. veluti Consulares, l.17. Item ad ordines Ciuitatum, l.33. Militarium verò, ad Duces rei militaris pertinebat, l.13.

CVRATORES speciatim extruendis operibus publicis præponebantur, seu operis publici cura temporalis iniungebatur, l. *unic. supr. de Comit. ord. primi art. diuers.* qui ab opere perfecto vsque ad 15 annos, si quid vitij in ædificio emerisset, tenebantur, l.24. Contra pro præmio, quandoque Comituiâ primi Ordinis donabantur, & Consularibus exæquabantur, d. l. *unic.* vid. & *Symmach. lib. 10. epist. 38. 39. lib. 5. epist. 76.* Missi & extra ordinem aliqui ad inspicienda opera, ad renuntiandum Principi, quæ opera desideria corrupta essent, l.2.

CIRCÅ EXTRVCTIONEM Operum publicorum IVDICIBVS sequentia inculcata: I. *Petera* opera ab his instauranda, reparanda: l.2. 3. 11. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 27. 28. 29. 30. 31. 35. 37. Idque statim inconsulto Principe, l.2. 44. alioquin Iudex iam priuatus ea reparare cogebatur, l.35. II. Vt & inchoata pariter opera à decessoribus suis complenda: l.3. 21. Inchoato operi consummando tempus quandoque statutum, ut monumentis reficiendis, l.2. *supr. de Sepulc. viol. lib. 9. tit. 17.* III. Nouum verò opus de quo sunt *leges sedecim*: puta *lex 3. 11. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 27. 28. 29. 30. 31. 37.* sumptu publico à Iudicibus non adgrediunda, nisi *Primò* veteribus reparatis, d. l. 14. 15. 16. 17. 19. 21. 29. *Secundò* Inchoatis completis, d. l. 3. 21. 29. (exceptis tantum Templis, d. l. 3. stabulis, d. l. 16. 17. 37. *in fin.* horreis, d. l. 16. & 37. aliisque necessariis, d. l. 18. *Tertiò*, nisi ex permisso Principis, d. l. 11. 27. 30. 31. 37. *Quartò*, Aliquando tamen Iudicibus id concessum, ut tertiam partem noui operis construere possent, d. l. 20. Alioquin nouum opus à se inchoatum suis sumptibus etiam priuatum complere debere, d. l. 9. 27. 28. 31. IV. Non dirutis aliis operibus, noua publicè excitanda, nisi ex permisso Principis, l.30. veluti Templis, l.36.) seu ornamentis suis non spoliandas Ciuitates; adeoque neque ad alia oppida ornamenta transferenda, l.1. 14. 30. 31. non monumentis [id est sepulchris] deiectis, l.2. *supr. de Sepulc. viol.* V. Non occupatis item priuatorum locis, nisi permutatione facta, ut in specie l.50 vel pretio refuso, in *spec. l. unic.* vel immunitate inuicem quadam tributa, ut in *spec. l. 1. infr. de aqueductu.* VI. Non in scripto suo nomine, sed Principis: l.31.

DE EXTRVCTIS iam Operibus publicis sequentia notanda. I. Priuatos ea ad vsus transferri non posse, l.8. 12. Exceptis casibus, l.50. 51. 52. neque à Principe peti seu impetrari; l.10. 40. 41. 42. 43. II. Siue propter ornatum publicum, siue propter incendiorum metum, siue alia de causa, Ædes priuatorum his non adiciendas, l.25. 39. 46. Spatiūque ideo & interuallum certum ab Operibus publicis, priuatorum ædificiis extruendis constitutum; nempe in communes 15. pedum, l.46. ab horreis, centum pedum, l.4. vide & l.38. sic ut ex quatuor lateribus priuatorum consortio separata esse deberent horrea, d. l. 38. III. Loca publica, Palatia, fora priuatis ædificiis non occupanda, l.22. 46. IV. Operibus & locis priuatorum ædificia non superponenda, l.22. (exceptis casibus, l.9. & 41.) Parapetasis vel aliis operibus platearum spatia non angustanda, vel porticibus latitudo minuenda: l.39. Adhærentia alioquin vel superposita, vel imposita, extructiue ita ædificia, destruenda: l.4. 22. 38. 39. 46.



DE OPERIBVS PUBLICIS.

¶ De ORNAMENTIS vnius Ciuitatis ad aliam non transferendis.

I. * Imp. CONSTANTINVS" A. ad Flavianum" Proc. Afric.

NEMO" propriis ornamentis esse priuandas existimet Ciuitates: Fas siquidem non est, acceptum à veteribus decus" perdere ciuitatem," veluti ad Urbis alterius mœnia" transferendum. Dat. I V. Non. Febr. Med. Acc. VIIII." Id. Iul. Constantino A." & Cæs. COSS.

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iustiniano. Concordant autem illi l. 14. c. 37. infr. hoc tit. Et lex 6. Cod. de adif. priuat.
- "Flavianus Proconsul Africa: vid. Profopogr.
- "Iudex vel Rector quicumque.
- "Decus, de ornatu publico ex operibus hæc leg. & l. 7. 16. hoc tit. & l. 6. Cod. de adif. priuat. & apud Cassiodorum 1. Var. 18. 2. Var. 7. 3. Var. 29. vide similia in Paratitlo.
- "Aliquam, seu quamcumque.
- "Mœnia hic, & l. 32. infr. hoc tit. sunt opera publica seu ædificia: & quidem maioris meriti, pariter vt apud Victorem Schotti in Decio: Symmachum lib. 10. epist. alterum Victorem in Adriano: vide plura in Glossar. Theodos. & quæ dico ad d. l. 31.
- "Nota interuallum quinque mensium inter latam legem Mediolani, eandemque post Acceptam in Africa, & Carthagine vt puco.
- "Referendum vti mox dicam Constantio IX c. Cæs. II. COSS. id est, Anno D. 357.

COMMENTARIVS.

UB CONSTANTINI M. nomine quatuor de Operibus publicis Constitutiones hoc tit. primo loco occurrunt. ¶ Hæc sanè (quam tamen CONSTANTIO potius, eo quod dicam mox argumento, adscribam) TRANSFERRI publica vnius ciuitatis ornamenta vetusta, seu (vt lex ipsa loquitur) à veteribus accepta, ad alteram Ciuitatem, idque per Africam Proconsularem speciatim, prohibentur: pariter vt duabus aliis huius tituli constitutionibus: puta Valentiniani Senioris lege 14. hoc tit. & Honorij lege 37. hoc tit. Vnius scilicet Ciuitatis, quamlibet Metropoleos vel splendidioris (vt docet d. lex 14.) ornatus, alterius, vt maximè abditæ & obscuræ, nuditate redimendâ non est: denique (vt eadem d. lex 14. ait,) nisi adeo aliquid fuerit inchoandum, ab aliis ciuitatibus temperari conuenit. Eadem sanè quoque ratione, vnius ciuitatis Equos Aurigas, publicæ voluptati lætitiæque dicatos, denique spectacula, vel spectaculis in ciuitate aliquâ destinata, ad aliam ciuitatem transferre Iudices vetiti: l. 1. c. 3. Cod. de spectac. Ad eundem rursus modum & Clericatu in vno vico idoneos, ad alium vicum transferre non licet, l. 33. infr. de Episcop. Et Religioni igitur, & festiuitati, & ornatui seu decori publico cuiusque Ciuitatis, alterius splendidioris fortè, obtentu, nil detrahi oportet: est reditibus sæpè detrahi possit, l. 18. 26. infr. Item, etsi de Româ sciimus, eam publicâ autoritate, translatio huiusmodi ornatu cum maximè decoratam, de quo inter alios locus est apud Plinium l. 35. cap. 14. Lacedæmone excisum lateritiis parietibus opus rectorium, propter excellentiam picturæ, ligneis formis inclusum, Romam deportauere in ædilitate ad comitium exornandum Murena & Varro. Quod opus cum per se

mirum esset, translatum tamen magis mirabantur. Quod & ipsum Constantinopoli postea euenit, quæ aliarum Ciuitatum nuditate excitata, ornataque; de quo vid. Libanium orat. τὰ ἐπὶ τῶν, ubi iam dixi Zosimum lib. 2. & Hieronymum Chronico: de quo etiam Gentiles questi maximè. Sed quid mirum? aliarum ciuitatum ornatu vtrique Romæ cessisse, quæ sui cuiusque orbis Regina, Metropoleon Metropoles, ἀρχὸν πῶτα fuerunt? & de quarum prærogatiuâ in commune docuit liber 14. supr.

¶ Quod huius leg. dispositionem attinet: Neque dispari etiam ratione Vlpianus negabat in d. l. 41. §. 5. π. de Legat. 1. Permittendum priuatis ad Opus Reip. legare, vt de alia ciuitate in aliam ornatus transferretur. Neque ab similibus rursus, imò maiore adhuc ratione Constantinus M. Anno D. 321. l. si quis 6. in pr. Cod. de adif. priu. Priuatis interdixit, ne ciuitate spoliata ornatum ad rura transferrent: nève quis ex vnâ in aliam ciuitatem stantium parietum marmora vel columnas de propriis domibus in propria transferret, arg. à contrario, d. l. 6. Denique nec ab simili ratione Maiorianus Nou. 6. de adif. publ. Ædes publicas & antiquas, quæ propter vsum vel amenitatem publicam olim surrexerant in Vrbe Româ, alterius publici operis causâ dirui vetuit: Quod pertinet quoque Cassiodori epist. 7. lib. 1.

Contrà cum hac prohibitione perperam à nonnullis commiscetur. Primò Hadriana illa prohibitio, de qua l. 52. c. de contrab. empr. l. 41. 43. π. de Legat. 1. l. vltim. π. de damn. infect. & Spartianus, in Hadriano: & l. 2. cod. de adif. priu. Ea quippe prohibitio priuatis, priuatæque opera respiciebat aliâque iam ratione nitēbatur, id scilicet notissimo illo

illo Aciliano SC. quod sub Adriano conditum est, constitutum fuit, vt ne materiam, seu ædibus iuncta, tollere promercij seu negotiationis causâ liceret. Atenim huius legis prohibitio Iudices & publica opera respicit: Nempe priuatis interdicitur priuata ædificia promercij causâ diruere; ne alioquin ruinis vrbis facies deformaretur: Atenim publica ornamenta vnius ciuitatis, alterius ornandæ causâ Iudices detrahere, aliôque transferre alia ratione prohibiti, nempe quod suus ita cuique Ciuitati constaret ornatus, non alterius nuditate redemptus. ¶ Alia rursus ratione Iulianus, in l. nemini. 7. Cod. de adif. priu. aliquando cauendum credidit, vt ne cui columnas vel statuas cuiuscunque materiæ, siue ex aliâ, siue ex eadem Proinciâ auferre, vel mouere liceret. (Quæ alioquin lex cum aliis vulgò pugnare videtur, & quidem cum l. 2. 6. Cod. eod. tit. & l. cetera, §. item queri, π. de legat. 1. Deque ea conciliandâ adlaborant Interpretes, vt videre est apud Cuiacium 19. Obseru. 19.) Nempe extraordinariæ illius constitutionis Iulianæ ratio hæc fuit, (quod etiam ex sine leg. 15. supr. de curs. publ. quæ cum illâ l. 7. coniungenda est, colligere licet) ne otiosis ædium cultibus cursus publicus laceraretur.

Tandem, vt casus hi omnes, seu interdicta, legèque, de quibus suprâ egimus, quibusque ornamentorum translatio prohibita, accuratè distinguantur, neque quod fieri ad solet, turbidè commisceantur; tres rationes, seu fines spectandi sunt. Primus est, ne negotiationis commodique priuati obtentu vrbs ruinis deformetur: eò spectat Adriani interdictum. Secundus, ne cursus publicus, qui in viâ publicâ & directâ erat, his ornamentis transferendis laceretur; eò pertinet Iuliani prohibitio, l. 7. Cod. eod. tit. de adif. priu. (quæ coniungenda est cum l. 15. supr. de curs. publ. vbi plura.) Tertius, ne vnius loci nuditate alterius ornatus redimatur: quod refertur hæc lex, cum l. 14. 31. hoc tit. & d. l. 6. in pr. Cod. de adif. priu. Nouella Maioriani, de adif. publ. l. 41. §. 5. vers. Sed videamus, π. de legat. 1.

Excipiendus tantum est casus d. l. 6. vers. Si quis autem, Cod. de adif. priuatis: nam si quis ex vnâ

ciuitate in aliam LABENTIVM parietum marmora vel columnas de domibus propriis in proprias transferre voluerit, id Constantinus M. eâ leg. permisit. Quoniam, inquit, hæc vtrubique esse publicum decus sit. Vtrubique, id est, vtrubius.

¶ Ex superioribus interim apparet, Spartianum, Adrianeam constitutionem turbidè factis retulisse, cum de eâ sic scriberet: Constituit inter cetera, vt in nullâ ciuitate, domus aliqua, transferenda ad aliam urbem vllius materiæ causa, diruerentur. In quo vnus error admissus ab eo est. Primum enim non nisi priuatis hæc constitutio respexit. Secundò, non nisi promercij causâ ædes dirui Adrianus vetuit. Tertio, non vetuit si de vnâ vrbe ad aliam ornamenta transferri, imò contrà constitutum ostendit Vlpianus d. l. 41. §. 5. in fin. π. de legat. 1. Quare Spartianum ita scripsisse ex fide oportuit, vt in nullâ Ciuitate [à priuatis promercij ergo] domus aliqua, transferenda ad aliam [domum scilicet] vllius materiæ causa, diruerentur. Sed passim obseruare est, Historicis, & in his Historia Augusta Scriptores, constitutiones Principum, non modò non plenè exprimere, sed etiam falsè scripsisse. Quod aliis exemplis pluribus alibi firmo: & inter alia exemplo Victoris, ad l. infr. de scenicis.

¶ Illud tandem monendum, puto hanc Constitutionem non Constantino M. verum Constantio adscribendam videri: argumento Flauiani PC. Africa, cui ea inscribitur. Nulla scilicet sub Constantino Flauiani PC. Africa mentio mihi occurrit, cuiusmodi alioquin Proconsulum Africa aliorum frequens mentio sit, apud eos præsertim, qui res Donatistarum sub Constantino, memorarunt: ac nominatim Anulini, per hæc ipsa tempora Anno D. 313. xv. Kalend. Mai. Verum sub Constantio tantum, Flauiano PC. Africa per Annum D. 358. & 359. inscribuntur lex 10. supr. de cursu publ. & lex 14. supr. quor. appellat. Quare hanc legem Constantio adseram, & referendam censeam ad Annum D. 357. seu Constantium IX. & (Iulianum) Cæs. 11: COSS. Et sic fuerit hæc error admissus ab huius Codicis Conditoribus. De quo in Prolegomenis.

¶ De RECTORVM Prouinciarum officio & diligentia in instaurandis publicis Operibus.

II. * Idem" A. Menandro."

ROPTER negligentiam Iudicum," qui Imperialia præcepta" differunt, ad diuersas Prouincias diuersos misimus," qui ad Scientiam Nostram referant, quæ vel diligentia" promotâ viderint, vel desidia corrupta culpa uerint." ¶ Monendi" autem Iudices sunt, qui instaurare publica opera debent, vt de effectis" eis potius, quàm inchoatis ad Nostram Scientiam referant: nisi forte iustâ ratione petendum sit, aliquos" (si forte defuerint) in pensarum titulos" prouideri. ¶ De rebus" autem præcipuis maximisque, non de quibuscumque vilissimis, nostrum debent interpellare consilium." Dat. I I. Id. April. Sirmio, Crispo I I. & Constantino I I. VV. CC. COSS. [321.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iustiniano.
- "Imò alius: vid. quæ notati ad l. i. supr.
- "PP. vid. l. 2. supr. de alim. qua inop. par. idque etiam sequentia ostendunt.
- "Iudicium, id est, Rectorum Prouinciarum.
- "id est, Mandata, quæ Præsidibus, &c. dabantur.
- "Mittendariorum & Inspectorum genus obserua.
- "Iudicum scilicet.
- "viciant, & culpa uerint.

à te P.P. pariter vt l. 3. *infr.* Nempe enim, Iudices seu Rectores Prouinciarum sub Praefectorum Prætorio dispositione erant: id est, Perfectis.
 * Nouos, & præter solitos.
 * Tituli, sunt reditus alicui rei destinati: vid. *Gloss. Theod.*
 * & quidem Operibus.
 * Relatio, & referre ad Principem, quid? Interpellare consilium Principis? vt hic dicitur; vid. *tit. de Relationibus sup. lib. 11.*

COMMENTARIUS.

IUDICVM, seu Rectorum Prouinciarum, in INSTAVRANDIS publicis Operibus negligentia, hæc enixa constitutione sua occurrit Constantinus M. A. D. 321. sc. Rectoribus hæc inspiciendorum instaurandorumque publicorum Operum cura ex officio incumbat: vt præter *hanc leg.* docet *lex 3. 11. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 27. 28. 29. 31. 33. 35. 37. in fin. b. t.* & Vlpianus, *lib. 2. de offic. Procons.* l. 7. §. 1. *π. de Offic. Procons.* Idque etiam præceptis Imperialibus (vt *hæc leg.* vocatur,) id est Mandatis Principum, quæ Rectoribus de more dabantur, nominatim continebatur, vt præter *hanc legem* ostendit *lex 6. hoc tit.* coniuncta *legi vnic. sup. de præb. Salar.* & *lex 20. in fin.* (coniuncta cum l. 80. *sup. de Deotionibus*: item l. 7. *π. eodem titulo.*) Idem & Basiliius *epist. ad Heliam Rectorem Prouincie* 372. indicat, vbi agit de Ecclesiâ tum excitata cum adiunctis operibus: *ὅτι γε ἰδὲ τὸ τε ἐνεκεν τοῦ πλοῦτος ἐπισημαίνον ἡμῶν ἐξελιγμένων ἀπὸ μόνου ἐξαρῶν τῶν μεγάλων τῆς γυναικὸς τὰ τε κτηρῶν καὶ τῶν ἐργῶν τῶν ἁγίων ἀναλαβῆν, καὶ διῆσαι τὰς διοικήτους, καὶ ἕλως εἰς πάλαι τὰς ἐρημίας μετασῆσαι.*

¶ Id verò cum hæc tempestate Constantinus M. negligi à Iudicibus videret, coercendæ eorum negligentia tria *hæc leg.* constitutum iuit: Primum, quidem *Inspectores* publicorum Operum per diuersas Prouincias misit, quod *hæc leg.* testatur, qui ad se videlicet referrent, quænam opera publica desidia Iudicum corrupta deprehendissent. Nempe huiusmodi Inspectores extra ordinem à Principibus mittebantur, inspiciendis operibus publicis, num facta recta ea essent. Quod Inspectorum genus addendum aliis compluribus, de quibus alibi. ¶ Secundò, *Referre* Iudices ad se Principem de effectis, non de inchoatis operibus iubet: Ne alioquin scilicet inter has moras atque hoc obtentu ad Principem de singulis referendi, operam publicorum instauratio negligeretur. Relationum seu Consultationum ad Principem vsus hac parte

damnosus est, de quibus alioquin Relationibus fuit *tit. peculiatis, lib. 11. sup.* Atque hic casus addendus est iis casibus singularibus, quibus de effecta & perfectâ consummatâque re potius ad Principem referendum est, quàm de inchoatâ. Hic tantum casus *hæc leg.* excipitur, si forte noui impensarum tituli prouidendi sint: id est, si soliti & ordinarij, atque assignati tituli, siue pecuniæ & reditus non sufficiant factis rebus. Soliti scilicet tituli, certique reditus ad facta recta publica in singulis Ciuitatibus destinati erant, vt per Prouincias; (de quibus agitur quoque *leg. 6. 18. 26. infr.*) ita & in ipsâ Vrbe Roma quoque. Meminit Ammianus Marcellinus *lib. 27. p. 361.* vbi de Lampadio P. V. *Ædificia*, inquit, *erigere exoriens noua, vel vetusta quadam instaurans, non ex titulis solitis parari iubebat impensas*: vid. & Symmachum *lib. 10. epist. 33. & 50.*

¶ Ex hoc interim loco illud quoque discimus, non fuisse in potestate Iudicum ad opera publica quidquam aliunde eò transferre, vel eo nomine quidquam indicere: denique rem hanc omnem Principi referuatam fuisse: sic in Gallia vocantur *Deniers d'Ostroy qui se leuent par les Villes, par permission du Roy, pour estre employez aux ouurages & reparations d'icelles.*

¶ Postremò constituit *hæc leg.* Constantinus M. vt si referendum ad Principem necessariò sit; non nisi de rebus præcipuis & maximis, non verò de quibuscunque & vilissimis ad se referatur. Scilicet consuli se, vt Principes alij, ita & Constantinus M. non de omnibus promiscuè voluerunt, vt *h. l.* docet, & *l. 27. 30. infr. hoc tit.* itémque *l. 1. sup. de Relation.* quæ eiusdem Constantini M. est: vbi plene dixi: & quàm Princeps iste superfluis relationibus occupationes suas diffindi ægrè tulerit, ostendi: Apud Ammianum quoque Marcellinum, *lib. 20.* simili sine, *infra Imperiale culmen esse, minutius causarum mutare*, dicitur.

De RECTORVM Prouinciarum officio, in cæpris Operibus absoluendis potius, quàm NOVIS excitandis.

III. * Idem A. Secundo" P. P."

PROVINCIA RVM Iudices commoneri" præcipimus, vt nihil se noui operis ordinari" ante debere cognoscant, quàm ea compleuerint, quæ à decessoribus" inchoata sunt: exceptis dumtaxat Templorum ædificationibus. Dat. 11. Kalend. Iul. Constantino A. V. I. & Constantio Cæs. C O S S. [326.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à *Cod. Iustiniani*, prælatâ Leonis *l. vit. C. eod. tit.* quæ de eadem re est, & adhuc amplior: & vbi nulla Templorum mentio fit. Omisit & *hanc leg.* Baronius.
 * Eidem Secundo P.P. inscribitur biennio post Ianuario & Iusto Coss. A. 328. *lex 6. sup. de Accusationibus*: v. *Prosopogr.* à te P.P. pariter vt *leg. 2. sup.*
 * *Ordinare*, nisi *suprà* relictus, à se: *Ordinare* autem, est condere, ordiri, instituire, incipere, inchoare.
 * *Complere*, est perficere.
 * *Propria hæc Decessorum* vox: vid. *Gloss. Theod.*

COMMEN

COMMENTARIUS.

NOVA Opera excitare Rectores Prouinciarum, (sumptu scilicet publico) antequam INCHOATA à decessoribus suis compleuerint, à Constantino M. vetantur *hæc leg.* Anno D. 326. vt & à Theodosio M. *l. 21. infr.* à Leone *l. vit. Cod. eod. tit.* pariter vt noua inchoare vetantur, antequam vetera instaurauerint: *l. 14. 15. 16. 17. 19. 21. 29. infr.* & *d. l. vltim. Cod. eod. tit.* vide & *l. 7. π. de offic. Procons.* Imò & aliquando constitutum, ne omnino noua sine iussu Principis extruere eis liceret: *l. 11. 27. 30. 31. 37. infr.* & olim iam *l. 3. §. 1. π. de Operibus publicis.* ¶ Excipiuntur tantum *hæc leg.* à Constantino M. *Templa*; pariter vt Horrea & stabula à Valentiniano Sen. *l. 16. & 17.* & ab Honorio, *l. 37.* Imò necessaria quæuis alia Opera ab eodem, eadem ratione; *l. 18. infr.* Horum scilicet operum maximè necessariorum fabricæ, ac nominatim (faore Religionis) Templorum fabricæ aliorum Operum structura cedere debent. ¶ Templorum porro appellatione quidnam *hæc leg.* veniat, quæri potest, Gentiliumne, an verò Christianorum? De *Gentilibus*, id omnino accipiendum sequentia ostendunt videntur: nempe & nominis ipsius, & horum temporum, ipsorumque Iudicium ratio: Nominis inquam; Templorum enim appellatione hoc æuo Gentilium templa propriè intelligenda, docet *l. 1. infr. de fid. Cathol.* imò & *Rubrica* seu *titulus* integer de *Pagan. sacrifici.*

¶ *Templis*, (oppositus titulo de *Episcop. Eccles. & Cleric.*) ac nominatim *l. 3. 4. 8. 16. 19. illius tituli*: Sed & *l. 2. 3. infr. de Apostat.* & *l. 112. sup. de Decurionib.* vide & quæ dicam ad *Rubric. infr. de Paganis.* Tempora dein adhuc ista sub Constantino M. & quidem hoc Anno 326. fuere, vt & Ciuitates pleræque magnam partem; & Iudices, quibus *hæc lex* scripta est, plerique Gentiles essent. Quare & ex eo liquere potest, hisce temporibus, Anno D. 326. nondum Templa Gentilium à Constantino M. euerfa fuisse. Quod tamen huic ipsi Anno adscribit Baronius, qui *hanc leg.* prætermisit. Quod quando factum fuerit? disquiro ipse ad *leg. 2. sup. de sepulc. viol.* & plenius ad *tit. de Paganis infr.* & ad Libanij *orat. cæp. 12. p. 1.* vbi iam dicere cœpi. Quin & noua subinde erecta excitataque, quod *hæc lex* ostendit. Quamquam videri cui possit Constantinus M. de Ecclesiis Christianorum hic sensisse. Hoc enim omnino tempus est, quo magno studio ædes Ecclesiarum excitabantur. Verum priori interpretationi ipse adhæreo: Tantò magis etiam, quod videam *hanc leg.* à Triboniano Ipretam, prælatâ Leonis *leg. vltim. Cod. eod. tit.* quæ etiam amplior est. Quicquid sit, ad historiam Ecclesiasticam Constantini M. temporum *hæc lex* deinceps referenda est, quam omisit Baronius in *Annales* suos referre.

De INTERVALLO centum pedum vacuo ab HORREIS publicis relinquendo.

I V. * Idem A. Hauc" Felix K. NB.



MNES" intra centum pedes vicinitus, quantum ad Horrea" pertinet, arceantur: ac si quid constructum fuerit, diruatur: quoniam experimentis nuperrimis" palam factum est, ædificiorum, quæ horreis adhærebant, incendiis, fiscales copias" laborasse. Quod si quis ædificandi amore publica damna neglexerit, non solum quod construxit, sed omnes res eius, & quidquid in suo iure habuit, fisco adjudicari præcipimus. Dat. xi. Kalend. Aug. Sirmio, Constantino A. I V. & Constantio Cæs. C O S S. [329.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à *Cod. Iustin.* causam mox dicam.
 * Felici huic inscripta, pari affatu, Anno superiore 326. *l. 1. sup. de erogac. militar. annonæ.* Eidemque inscribitur, Anno 333. *l. 3. sup. de Admin. & Peric. Tut.* vbi agitur de possessionibus iuris emphyteutici. Dicitur autem *Felix Procurator rei priuatae*, in *Inscript. l. 2. Cod. de Marileg.* Quæ dignitas forte & hic supplenda fuerit: quia & de hortis publicis, & fiscalibus copiis sicòque agitur.
 * *Ædificia* scilicet excitantes, ædificantes, cuiuscunque ordinis, dignitatis.
 * Ex quatuor lateribus, vt *l. 38. infr.* seu in circum, & quaquaversum: Nonnulli hic tentabant, *vicinitates.*
 * Nam quantum ad alia opera publica attinet, quindecim tantum. *l. 46. infr.*
 * Huius incendij nulla, quod sciam, alibi mentio occurrit.
 * *Copia fiscales*, id est, annonæ & condita publicis horreis: vid. *Gloss. Theod.*
 * *Laborandi* vox propria, pro detrimentum pati, vel etiam periculum adire: sic & Luna *laborare* dicitur: vid. *Quintil. Glossar. Theod.*
 * *Sed &*

COMMENTARIUS.

INTERVALLO, seu SPATIO, ambituque, non nisi legitimo quodam intermisso, vt cæteroque ab Operibus publicis priuata ædificia rectè excitantur, *l. 35. 38. 39. 46. infr.* tum ob alias causas, (vt docet *d. l. 39. infr.*) tum ob incendiiorum potissimum metum, seu vt ab sit periculum incendiij, (quod plerumque à vicino ædificio & proximo pariete in vicinum diffunditur,) vt præ-

ter *hanc legem* docet insuper *d. l. 39. & 46. infr. hoc tit.* Ita nominatim priuata ædificia HORREIS publicis coniungi vetuere Imperatores Constantinus M. *hæc leg.* Arcadius *l. 38. infr.* Et Constantinus M. quidem *hæc leg.* ob eundem incendiij metum, intra centum pedes ab horreis publicis nominatim ædificari vetat, Anno D. 329. Ambitus seu spatium legitimum ab Operibus publicis in com-

Tom. P.

N n

munus

mune erat quindecim pedum vicinitas, seu qua-
 quaversum, d. l. 46. (vbi dicam adhuc aliquid.)
 Atenim laxiore iam multò ambitu seu spatio ab
 horreis publicis (de quibus agitur quoque l. 12.
 17. 35. 37. & 38. *infr.*) ædificia privata secreta esse
 iubet Constantinus M. putà centum pedum. Nemp-
 pe quoddam maius periculum his imminet: utpote
 in quibus *fiscales copias* (vt *hac lex* loquitur,) id
 est, species ad annonam publicam pertinentes,
 conditæ essent: de quo dictum *peculiari suo titulo*,
lib. 1. 1. de conditis in publicis horreis. Et verò diserte
 profertur Constantinus M. ad *hanc legem* descen-
 disse sese, quoddam nuperrimis experimentis palam
 factum esse, incendiis ædificiorum, quæ horreis
 adhærebant, fiscales istas copias laborasse, seu
 damnum passas esse, periculumque adiisse. ¶ Pro-
 pter idem verò incendij periculum olim *notissi-
 mæ* l. 12. *Tabular. vetitum, rogum bustumque nouum
 propius sexaginta pedes ad ades alienas adici*, pro-
 pter metum, inquam, incendij, vt *Cic. de legib.* ex-

pressè testatur. Atque hic est ille legitimus mo-
 dus, cuius meminit l. 3. §. 1. *de mort. infer.* Ex ea-
 dem causa *eadem lege* 12. *Tabul.* vetitum fuit, *ho-
 minem mortuum in vrbe vii.* In Vrbe non fuerunt
 Vsticeta, culinæ, vstrinæ. Et Principe Augusto,
 etiam postea SC. cautum, *μήτε τὰς κούρας μή
 νεκρῶν πέντε καὶ δεκά ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς αὐτῶν γίγνεσθαι*.
 Et hoc quidem quod dixi interuallum ab horreis
 publicis statuit, *hæc leg.* Constantinus M. Verum
 l. *Maniana*, 15. *Cod. de adific. priuat.* indistinctè in-
 teruallo quindecim, pedum priuatorum ædificia
 & quidem Maniana à publicis disungi iubentur,
 eodem quindecim pedum interuallo seu in-
 tercapedine ab horreis quoque publicis statu-
 to. Quæ causa est cur *hæc lex* à *Cod. Iustin.* ab-
 sit. ¶ Illud non omittendum, *hanc legem* in id tem-
 pus incidere, quo Constantinus M. Constanti-
 nopolim ædificabat; vt videri possit eò quoque
lex ista pertinere. Quod tamen haud temerè
 adferam.

¶ De IMMUNITATE à collatione ad opera publica nemini
 à Iudicibus concedenda.

v. * Impp. Constantius & CONSTANS AA. Hæc Catuline" K. NB.

RLVRII inimmunitates operum publicorum concessione Iudicum" adepti
 sunt: Itaque" omnes iubemus inquiri, vt eorum nomina, adque etiam pri-
 uatas" indulgentias Lenitudo Nostra cognoscat. Et" *infr.* iam" nunc ta-
 men iussimus, vt aduersus fas elicitas inimmunitates per detrimenta" si" con-
 perissent, & in lucro" habere desistant, in" posterum aditus similia cupientibus obstrua-
 tur. Dat. vi. Kalend. Aug. Sirmio, Vrso" & Polemio c o s s. [338.]

NOTÆ.

* *Lex 1. Cod. Iust. eod. tit.*
 Ad *Catulinum* *Cod. Iustin.* Catulinus hic Vicarius Africæ fuit, vt hoc ipso Anno ostendit l. 24. & 26. *supr. de Decur.*
 l. 2. *supr. de honorar. Codicil.* vid. *Prologop.*
 Iudicum, id est, Rectorum Prouinciæ, qui sub dispositione Vicarij fuerunt.
 Et idem iubemus in posterum illicitas inimmunitates nullius esse momenti: ita *Cod. Iust.* omnibus reliquijs detractis, quæ
 tempori huic illigata.
 A re Vicarij.
 Iudicum, seu à Iudicibus datas: *Privatum* scilicet est quilibet alius à Principe: vid. *Gloss. Theod.*
 Ita hic locus constituendus est, tum interpunctione, tum & literarum distinctione: Nemp his verbis, seu hæc formulâ.
 Et *infr.*: (ide quâ in *Prologomenis*) indicatur, ab *huius Cod.* Compositoribus, nonnulla ex serie huius constitutionis
 detracta: sic vt ex priore & posteriore aliquâ constitutionis parte, ea quæ ad hunc titulum facerent, excerpserint.
 Iam nunc: de vi huius formulæ dixi ad l. 1. *supr. de offic. Reç. Prou.*
 Immunitas paucorum, cæterorum detrimentum est.
 ne qui, vel sequi.
 ne. *Competissent*, vt *infr. cupientibus*, vel etiam, *comparassent*. Sed prius illud malo: vid. *Gloss. Theod.*
 in lucro habere, vid. *Glossar.*
 & in posterum: translata huc vocè &
 Vrso Lupulo & Polemio, ita *Cod. Iust.*

COMMENTARIVS.

IMMUNITATEM operum publicorum,
 id est, à COLLATIONE ad opera pu-
 blica privata Iudicis, indulgentia in po-
 sterum concedi vetat *hæc leg.* Constans Imperator.
 Eamque omnem quæ concessa hæcenus petenti-
 bus fuerat, vt per Africam hoc tempore factum,
 vitibus carere, eorumque simul nomina qui huius-
 modi inimmunitatem impetrauerant, ad se referri
 iubet sedula inquisitione. Principis scilicet so-
 lius indulgentiæ huiusmodi inimmunitas rectè qua-
 ritur, id quod *hæc leg.* indicatur, eo ipso, dum con-
 cessiones huiusmodi Iudicum, priuatæque indul-
 gentiæ nominatim prohibentur: *Privata indul-*

gentia & *Dasoldi* indulgentiarum Principis di-
 cuntur. Sed & queritur sæpè ea inimmunitas ope-
 rum publicorum dignitatis alicuius vel militiae
 priuilegio: nam & Senatores ab hac collatione
 immunes erant, l. 2. *infr.* aliæque dignitates; (ex-
 ceptis certis casibus, vt in *specie* l. 23. 49. *infr.*)
 vt & Veterani, l. 2. *supr. de Veteranis*. Extra hos
 collatio hæc omnibus ex æquo incumberebat. De
 quâ collatione eiuſque forma erat quoque *lex* 17.
 & 34. *infr.* ¶ Cæterum non temerè est, quod
hanc legem Constanti Imperatori adfero: quan-
 doquidem in Imperij diuisione Africæ diuicis
 ei cesserat, quò pertinet *hæc lex*.

¶ De

¶ De RATIOCINIIS operum publicorum.

VI. * Idem AA. ad Marcellinum" Com. Orientis."

VÆ operibus publicis inpenſa conſtiterit, accepto" ferri" oportere cognoscas.
 Dat. v. Non. Octobr. Conf. Limenio & Catulino c o s s. [349.]

NOTÆ.

* *Lex 2. Cod. eod. tit.* Iungenda autem huic legi est *lex unie. infr. de prob. Salar.* vbi malè inscriptio habet ad *Mar-
 cellinum Corr. pro Com. or.*
 Marcellinus Comes Orientis sub Constantio Anno Domini 349. An hic Marcellinus, cuius meminit Epiphantius
 hæref 71.
 cuius caput Anriochia.
 vide *leg. 27. & 28. infr.*
 An à te? An verò impensa à te, ferri à me Principe? Illud malo.

COMMENTARIVS.

EXPENSA in opera publica accepto ferri
 oportere definit Constantius *hæc leg.* Quod
 vt intelligatur, sciendum est, EXPENSIS Ciuitatis,
 seu Reipubl. opera publica cuiusque ciuitatis
 excitari solita, & viribus Reipubl. vt loquitur
 Vlpianus l. 7. §. 1. *de off. Procons.* & *lex un. supr. de
 prob. Salar.* (quæ huic nostræ coniungenda est:) &
lex 26. infr. atque ita expensis proprijs & vesti-
 galibus Ciuitatūque viribus: l. 18. 26. *infr. hoc
 tit.* Affectata scilicet huic rei constitutionibus
 pars quædam erat, vestigialium seu Canonis, (pa-
 riter vt in Vrbe Româ ex *Æratio: lex 25. infr.*)
 & quidem tertia redituum Ciuium: ex d. l. 18.
 (vbi dicitur) & l. 32. 33. 48. *infr.* Hæc verò im-
 pensâ ita iusta, ita necessaria fuit, vt & Decuriones
 per Curatorem Kalendarij seu Reipubl. & Recto-
 res Prouinciarum, sine vilo Principis iussu, pecu-
 niam in id optimo iure erogarent: cum tamen
 (quæ differentia notanda est) nulli Salarium ex
 viribus Reipubl. tribui possit, sine Principis
 iussu: d. *l. unie.* quæ huic nostræ vt dixi coniungen-
 da est: ceu vnus & eiusdem constitutionis pars:
 & vt existimo, *Mandatorum*, quæ Comiti Orien-
 tis Marcellino à Constantio data portio. De cuius-
 modi Mandatorum capite, super operibus, inquam,
 publicis, fidem facit *lex 2. supr. hoc tit. lex vltim.
 in fin. de Operib. publ. lex 20. infr. hoc tit.* iuncta
 l. 30. *supr. de Decurionibus*. Et ita quidem *hæc lex*
 accipienda est de Rectoribus Prouinciarum, &
 de Decurionibus Curatoribusque Reipubl. seu
 Kalendarij, dispenſatoribusque, vt loquitur *lex 28.
 infr.* iisque, à quibus sumptus ex *Æratio* præ-

bentur: l. 27. *infr.* Non etiam de Orgæpistâ-
 tis, siue Curatoribus, operum publicorum,
 quod tamen Græcos voluisse video. Huiusmo-
 di proinde impensas in opera publica factas,
 accepto ferendas definit Constantius *hæc leg.* id
 est, vel ab ipso Principe, si Iudices eas fecerint; vel
 sanè (quam *huius leg.* speciem puto) si Decuriones
 aut minores Iudices, à Maioribus Magistratibus,
 veluti in specie *huius legis* à Comite Orientis, ad
 quos videlicet stans temporibus ratiocinia singu-
 larum Rerumpubl. seu Ciuitatum pertinebant.
Accepto ferre hîc, & l. 27. & l. 18. *infr.* est, cum
 rationes alicuius putantur, eas adprobare.
 ¶ Hoc autem, quod *hæc leg.* statuitur, ita ve-
 rum esse sequentes constitutiones voluerunt, si in
 vetera opera pecunia erogata fuisset. Alioquin si
 in noua, absque permissu Principis erogatum quid
 fuerit, id accepto ferri noluerunt alij Principes;
 & in his Valentinianus Iunior, d. l. 27. & 28. Alio
 verò pertinet, Constantij eiusdem Epistola, etiam
 verborum formulâ alioquin similis, quam Sym-
 machus adfert, lib. 9. *epist. 121.* itemque lib. 10.
epist. 147. quâ ait, *id quod operibus publicis consti-
 tuitur impensum*, Constantium, *integrari per P. V.
 statuisse*. Eius quippe loci sententia est, iussisse
 Constantium, vt reliqua *Arceæ* vinarie exige-
 rentur, & sic id quod operibus publicis aliunde
 fuerat impensum, integraretur.
 ¶ Cæterum, quia *hæc lex* est de ratiocinijs ope-
 rum publicorum, nonnulla alia eodem pertinen-
 tia repeti velim à *titulo* in id expresso *Cod. Iustin.*
de ratiocin. oper. public.

¶ De SENATORVM IMMUNITATE à collatione ad opera publica.

VII. * Idem AA. ad Senatū."

VONIAM diuersi Iudices" nonnulla opera, in quibusdam æstimant" vr-
 bibus extruenda, ad huiusmodi necessitatem" Senatorum substantia non
 vocetur. Eos" quoque Senatores, quibus per diuersas Prouincias fuerit
 sollicitudo" commissa, fretos sanctione nostrâ, huiuscemodi tempraementis"
 decet constanter obſistere: ne Senatoriæ facultates harum rerum contemplatione ve-
 xentur. Dat. v. Non. Maij, Tauro & Florentio c o s s. [361.]

NOTÆ.

* *Lex 7. Cod. de dignitat.* hinc decurtata est. Iungenda autem huic legi sunt complurimæ aliæ, puta; *lex 3. Cod. de iustit. et
 collat. l. 12. 13. supr. de Prator. l. 1. supr. de Proconsulibus: l. 1. supr. de Metat. l. 7. supr. de Ammon. & tribut. l. 1. supr. de public.
 comparat. l. 48. supr. de Decurionibus.*
 Tom. V. N n 4 Rectores

"Rectores Prouinciarum.
 "Existimant: Cod. Iustin.
 "Necessitatem, id est, collationem ad huiusmodi opera.
 "Sequentia abfunt à Cod. Iustin.
 "defendendi Senatus: de quibus Senatus Defensoribus: vid. l. 2. 3. *supr. de præd. Senatorum.*
 "Temperamentum, attentatio, conatus: vid. *Gloss. Theod.*
 "Vexari facultates dicuntur: vid. *Gloss. Theod.*

COMMENTARIVS.

SENATORES, & Senatorias facultates, per Prouincias, IMMUNE à collatione ad opera publica esse, seu immunitate operum publicorum, quæ Iudices in vrbibus excitant (de qua immunitate dictum semel ad leg. 5. *supr.*) frui iubet Constantius *hæc leg.* Nempe vt Rectores Prouinciarum hac tempestate noua opera prout æstimassent, excitare in vrbibus ponere, non expectato etiam Principis aut Præfeci Prætorio arbitrio (quod ex *hæc leg.* liquet, at postea prohibitum fuit l. 1. 27. 30. 31. 37. *infr.*) Ita possessores ad operum istorum publicorum sumptum aliquid conferre adigebantur, vt cæteroquin ad opera publica collatio hæc exigebatur, vt præter *hanc legem* ostendit l. 5. *supr.* & l. 17. & 34. *infr.* Quod Traiano tamen olim displicuisse ex eius Rescripto ad consultationem Plinij discere licet: *Si instructio, inquit, noui balinei oneratura vires Præsentium non est, possimus desiderio eorum indulgere, modo ne quid ideo intrubant,* id est conferant. Atenim hac tempestate, vt ab hac collatione ad opera publica nonnulli inanes erant, veluti *Veterani*, constitutione Constantini M. l. 2. *vers. iam nunc. supr. de Veteranis*, ita & *Senatores* fuisse, hæc Constantij *leg.* quos sanè Senatores & aliis oneribus veluti *Metati*, & *Synoneti* onere idem liberatos voluit: l. 1. *supr. de Metat.* & l. 1. *supr. de publica comparatione*: quas huic, cum multis aliis, vt iam dixi, coniungi oportet.

Et verò (quod obseruandum) sunt hæc *leges* omnes *Constantianæ Orationis ad Senatam* partes, quæ Senatoria Dignitati Princeps iste enixè consultum voluit, prolixèque aded definitum iuit, quibusnam oneribus Senatores subiacerent, vicerensâ, à quibus immunes essent: Aded quidem, vt ex *hac ipsâ lege* liquet (quod etiam comprobatur *lex 2. & 3. Cod. de præd. Senator.*) nonnullos è Senatorum numero per Prouincias fuisse, quibus *solicitudo* defendendi scilicet Senatus mandata erat, seu commissa, qui inquam obstitissent aliquid vsurpantibus aduersus Senatorum priuilegia, vt ad *has leges* docuit, quod & *hæc lege* his verbis inculcatur: *Eos quoque Senatores quibus per diuersas Prouincias sollicitudo fuerit commissa, &c.* pariter, vt suos habuit plebs *Defensores*, de quibus *suo tit. dictum, de Defensor. Ciuitat.* Suos, *Ecclesia*; de quibus l. 38. *infr. de Episcop.* Suos, *Pauperes*, de quibus *Canon. 75. Cod. Africani.*

¶ Tandem obseruandum, sicut operum publicorum obtentu Senatorias facultates à Iudicibus contra Ius attritas *hæc lex* docet, ita & *Curialium*, (id est, Senatorum municipalium) facultates eodem obtentu sæpè *vexatas*; de quo extat *Libanij locus Oratione in Tsamenem, ad Theodosium Imp. pag. 447.* Eodemque pertinet *lex 39. infr.*

De PRÆTORIIS arario paulò ante vindicatis, per Ægyptum, publico iuri restituendis, iterata Iuliani constitutio.

VIII. * Idem AA. Ecdicio" PF. Ægypti.

PORTVIT, Prætoria Iudicum, & domos iudicarias, publico iuri adque vsui vindicari: Sed quia salubris nostra dispositio dilata est, nunc saltem tradatur effectui, &c. PP. IV. Non. Decembr. Antiochiæ, Mamertino & Neuitta COSS. [362.]

NOTÆ.

* *Lex 4. Cod. de operibus publicis.* hinc interpolata est; fungendâque huic, *lex prox. seq. 9.*
 "Emendanda *huius leg.* & *sequ.* inscriptio: Tribuendæ quippe eæ sunt, vt & *lex 10. Imperatori Iuliano.*
 "Ad hunc *Ecdicium Præfectum Ægypti* extat *Iuliani epist. 6. & 9.* Hic idem indicari videtur apud *Ammianum Marcellinum lib. 23. p. 245.* in gestis huius ipsius Anni. Eadem inscribitur *d. lex prox. 9.*
 "Iam antea scilicet iuxta anteriorem dispositionem nostram.
 "Et, pro id est.
 "Publicas, Ita *Cod. Iust.*
 "Publico, id est, Ciuitatum seu Reipublicarum.
 "Dispositio, id est, iussio.
 "Ita quoque *lex prox.* sed hoc pro *Dat.* accipiendum est, neque enim Antiochia ad præfecturam Ægypti pertinuit: Et *Iulianus Imp.* (cui *hæc leges* restituendæ sunt:) hoc ipso Anno & tempore Antiochiæ constitit, quod vel *Ammianus Marcellinus* testatur, *lib. 22. p. 238. & lib. 23. p. 257.*

COMMENTARIVS.

IULIANI tres constitutiones ordine sequuntur, in eandem sententiam: de publicis videlicet *Ciuitatum* operibus, siue arario vindicatis, siue occupatis, siue impetratis, sub Constantino videlicet & Constantio, publico iuri resti-

tuendis, quæ ad Historiam Ecclesiasticam omnes quoque pertinent, vt deinceps ostendetur. De *ARARIO* vindicatis est hoc *caput*: De occupatis l. *prox.* (quæ huic nostræ ceu eiusdem constitutionis pars coassanda est) de Impetratis seu Donatis,

natis, l. 10. *Aratio* igitur *VINDICATA* sub his *Imp.* publica opera nonnulla per Ægyptum, putà Prætoria, publico vsui reddi, vt anteriore quâdam iussione *Iulianus* iam iusserat, ita & *hæc leg.* rursum, iterata iussione, quia id nondum factum fuerat, iubet, Antiochiæ ipse constitutus, sine Anni D. 362. Pariter vt *Ergasteria d. l. prox.* aliâque opera publica, l. 10. sed & initio huius anni, l. 1. *supr. de locat. fundor. iuris Emph. & Reipubl. & Templ.* possessiones publicas Ciuitatibus restitui iussit, quæ quarta *Iuliani*, verum tempore omnium prima constitutio super hæc re occurrit. Quod pertinet etiam *Ammiani Marcellini* locus *lib. 25. p. 315.* in *operibus* illa de *Iuliano, vestigialia ciuitatibus restituta cum FVNDIS, absque his, quos velut iure vendidit præterita Potestates: vbi Potestatum* appellatione non magis Iudices accipio quàm Principes ipsos: Adenda & hanc in rem *lex quinta* putà *lex 1. C. Iust. de diu. Præd. vrb. & Rust.* de quâ ad l. *prox.* Tandem & *Sexta, l. 2. diu.* Aded res hæc *Iuliano* curâ fuit, vt Ciuitatibus crepta iura sub Constantio, & in his fundi operaque publica ciuitatibus restituerentur: de quo vide & *Libanium* *περοφαντικῶς*, cuius verba alibi refero. ¶ Est verò *hæc lex* nominatim de Prætoriis. *Prætoria* Iudicum notum est fuisse domos *Iudicarias*: & verò hîc *ἑκατονταῖοι* pro eodem sumuntur: Ea & alibi vocantur *Iudicum mansiones*, l. 1. *supr. de domib. ad rem priuata pertinenibus.* Eodemque sensu *Novell. Iustinian. 24. διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς πόλεως.* Verum de his plenius ad *legem 3. supr. de officio Iudicum omnium: l. 6. supr. de Metatis: l. 2. supr.*, *Ne quis in palat. maneat.*

¶ Hæc cum ita perspicua sint, Historica tantum *huius legis* causa eruenda; atque aded quoniam proprie *hæc lex* pertinet; inuestigandum venit. Tenendum igitur, Constantium *Imp.* maxime Ciuitatibus vestigialia quamplurima fundisque ademisse: vtpote quæ fermè superstitioni Gentilitiæ dicata erant, vel erroris illecebras præbebant (sic quidem etiam vt possessiones & redditus quidam agonotherici essent; id est, ludis in honorem Deorum edendis destinati forent, vt docet *d. lex 1. supr. de locat. fundor.*) Aliisque etiam rationibus Ciuitatum iura imminutum iuit, non

tantum aliis operibus publicis ademptis, & inter cætera *ergasteriis*, verum etiam Prætoriis ipsis, & quidem per Ægyptum. Et verò huc omnino pertinet id quod idem *Ammianus Marcellinus lib. 22. p. 240.* de *Georgio Episcopo Alexandrino*, scribit; *Inter cætera, inquit, dicebatur (Georgius Episcopus Alexandrinus,) id. quoque malignè docuisse Constantium, Quod in vrbe prædicta (Alexandriâ scilicet) Aedificia cuncta (publica) solo coherencia, à conditore Alexandro magnitudine expensarum PVBLICARVM extracta; emolumentis ERARII proficere deberent ex Iure.* *Georgio* itaque hoc Episcopo interfecto, Prætoria *aratio* vindicata, publico rursus vsui vsique *Iulianus* vindicari hæc *lege* voluit, pariter vt *ergasteria, d. l. prox.* idque *Alexandriæ*, & per Ægyptum vt in commune alia opera publica, impetrata, donataque; *lege prox. 10.* Neque hæc etiam interpretationem abnuunt eiusdem *Iuliani Epistolæ*, ad hunc ipsum *Ecdicium Præfectum Ægypti*, duæ, putà 6. & 9. in quibus & de hoc eodem *Georgio* & de *Athanasio* agitur, & ex quibus apparet, *Ecdicium* hunc *Præfectum Ægypti*, *Gentilem* fuisse. Denique tres hæc *leges*, putà *hæc lex 8. & diu. sequ. 9. & 10.* *Iuliani*, omnino reuocant, quæ sub Constantio in præiudicium Ciuitatum operumque publicorum facta fuerant, siue quia *Aratio* vindicata, siue quia à priuatis occupata, siue donata; de quo iam quoque dixi ad *Libanium, τῶν ἐργασίων.*

¶ Ab eadem certè *Iuliani* mente est, vt id quoque addam, quod *Libanius Oratione funebri in Iulianum, p. 291.* memorat, *Iulianum*, statim vt *reum* potitus est, inter cætera, quæ ad instaurantium titum *Gentilitiam* molitus est, id constituisse, vt qui ex lapidibus Templorum domos sibi extraxissent, eas quoddam penderent, vnde noua Tempora excitarentur: *νῶς τὰς πόλιν, τὰς ἱερὰς ἀναστάσεις, εἰ δὲ τὰς ἀνάγκας ἐθνῶν (ἡσ) ἡρώματα ἤτέλειον: οἱ τῶν ἐπὶ ἱερῶν κτίσας οὐρανὸν αὐτοῖς οὐκ ἐπέστρεψεν.* Cui simile id quod ab eodem statuitur, nempe vt pensio seu *solarium* soluatur pro extructis in solo *Reipublicæ* seu profuperficie, l. 1. *Cod. de diuers. grad. vrb. & rustic.* Quæ & ipsa *Iuliano* tribuitur: de quo ad *legem proximatam 9.*

De SUPERFICIE seu SUPERSTRUCTIS à priuatis super ERGASTERIIS publicis Alexandria: Iuliani lex.

IX. * Idem AA. Ecdicio" PF. Ægypti. Post alia.

COMPERIMVS, super Ergasteria publica, quæ ad ius pertinent Ciuitatis, plerosque sibi domos extruxisse: Præcipimus ergo, eas inconcussio iure quæ edificauerunt, possidere. PP. IV. Non. Decembr. Antiochiæ, Mamertino & Neuitta COSS. [362.]

INTERPRETATIO. Si quis in ciuitate consistens in locis publicis sibi domos fortè construxerit, eas sine inquietudine aliqua possideat.

NOTÆ.

* Iungenda huic legi est *lex proximè præcedens. 8.* Tribuenda autem ea, pariter vt superior, *Iuliano Imperatori.*
 "De hoc *Ecdicio PF. Ægypti*, dixi ad l. 8. *supr.* quæ eidem inscribitur.
 "Malè, in nonnullis editionibus huius, nisi legamus *butus*, id est, *huius ius*: de quo mox.
 "Alexandriæ.
 "Plerosque, id est, plurimos passim.
 "Eos, qui extruxerunt scilicet, nisi ita legas, eas (scilicet domos) inconcussio iure qui edificauerunt, &c.
 "pro *Dat.* de quo ad d. l. 8.
 "Interpres, generaliter nimis *hanc leg.* accepit, quæ tantum est de *Ergasteriis*: & quidem adhuc temporaria & localis.

SUPERFICIEM seu SYPERSTRVCTA à priuatis super Ergasteriis publicis Alexandriae, priuatis relinqui iubet Iulianus Imp. *hac lege*, quæ inter Iulianæ *hoc titulo* secunda est: Et si scilicet Ergasteria ipsa iuri publico proculdubio vindicari voluerit Iulianus; non minus quam Prætoria Iudicum, & domos iudiciarias *lege superiore*; quæ huic, ut dixi, coniungenda est: imò & tertio loco *alia loca publica* priuatis donata, l. 10. *infr. prox.* quæ in priuatorum iura sub Constantio potissimum transierant, & nominatim Ergasteria publica in Vrbe Alexandrinâ, & ad ius Ciuitatis (Alexandrinæ scilicet) pertinentia; Attamen domos, quas sibi priuati super iis extruxerant, iis *hac leg.* possidendas inconcussio iure relinquit. Aliam proinde rationem haberi voluit Iulianus ipsorum Ergasteriorum, aliam verò eorum quæ his superstructa essent: & sic aliam soli primæque superficiei, aliam alterius superficiei; & ut Græci loquerentur, aliam *καταγέμων* seu *καταγέμων*, aliam *αυτογέμων*: quæ quidem Iuliani indulgentia similis est alteri illi, quæ sub eiusdem Iuliani nomine extat *Cod. Inst. l. 1. Cod. de diuers. Præd. urb. & Rustic.* quæ iubetur, pro ædibus, quas nonnulli in solo Reipubl. extruxerant, placitam præstare pensionem: quod alioquin etiam conuenit *d. legi 52. infr. hoc tit. & l. 5. §. 1. π. de operib. public.* Parumque abest, quin huic legi, ut & superiori, coniungendam putem *prædictam leg. 1. Cod. Inst. de diuers. Præd.* quæ Attici nomen præferre videtur, loco, *Ecdici.* Et certè argumentum omnino conuenit: *Hac scilicet lege*, domus à priuatis ædificata super Ergasteriis publicis stare iubentur: & sic *superficiarium* hoc ius seu *ικαταστρατευ* toleratur: *Illà verò leg.* superficiei, seu domibus ita extructis *pensio* quædam imponitur, vel imposita probatur: *Pensio* inquam, quomodo etiam imponitur in simili specie *d. l. 52. infr.* & in priuatâ superficiei, *l. 74. π. de rei vindic.* Quod aliàs in commune *solarium* dicitur, pro solo scilicet cuius mentio fit *l. 7. §. 2. π. de usufr. l. 15. π. qui potiores in pign. hab. l. 39. §. 5. π. de legatis l. 12. §. 17. π. ne quid in loc. publ. vel itin.* quæ & merces soli vocatur *l. 17. π. de pignor. act. redditus*, quantitas, *d. l. 52. infr.* (vbi dicam de eius modo, & à quo imposita:) vectigal, *l. 5. §. 1. π. de operib. public.* Vbi interim notanda venit species hæc iuris superficij, non quidem ex conuentione vel voluntate priuatâ & præcedenâ descendens per venditionem, locationem, donationem, vltimam voluntatem; vel etiam ad tempus, de quo sunt fermè *leges Digestorum*; & Edictum, vel Interdictum *de superficiei*; verum extra ordinem ex sequente consensu, & ex potest facto auctoritate Imperatoris, vel Magistratus, inque perpetuum, sub lege pensionis, vectigalis, quantitatis, & redditus seu solarij, ad compendia ararum publici, vel Rerumpubl. augenda; pariter ut *d. l. 52. infr.* Et Tertiâ adhuc *lege*, putâ *d. l. 2. §. 17. π. ne quid in loco public.* Et Quartâ, putâ *d. l. 5. §. 1. π. de operib. publ.* (quomodo & pensio imposita in alia specie, *l. 41. in fin. infr.* in nonnullis Galliæ consuetudinibus *Droit de Festage*, dici videtur.) ¶ Ad rem: Ergo solum, seu proxima solo superficiei, *καταγέμων*, ad se superiorem

superficiem seu *αυτογέμων* hoc casu non trahit, cum aliàs regulariter *superficies*, seu superædificatum solo cedat: Et Theodosius M. speciatim *l. 22. infr.* omnia quocunque in loco publico Ciuitatis extructa dirui iusserit. Ergo superimpositas fabricas antea à priuatis, locis publicis, tulit Iulianus in *huius leg.* specie, Proculdubio superimpositas Principum anteriorum permisso. Extat sanè quoque similis huius permissionis exemplum *superimponenda* fabricæ Porticui cuidam, apud Cassiodorum *4. var. 30.* si modo res petita non officeret utilitati publicæ vel decori: quæ omnia interim obseruanda sunt ad argumentum *de iure superficiario.*

¶ Cæterum præter ea, quæ ad *huius leg.* historiam è superiore huc accersiri debent, ac nominatim Ammiani Marcellini locus, Tria notanda veniunt. Primò, de Ergasteriis: Ergasteria scilicet (quorum alia publica erant, seu ad Ius Ciuitatum pertinentia, de quibus *hac leg. & l. 3. supr. de contrat. donatar.* quas & idè tabernas ad Ius Civile pertinentes vocat Theodof. *Novell. 30.* Alia verò priuata, de quibus *l. 5. supr. de Metatis*; & *l. 14. infr. de Episcopis*; & *l. 21. Cod. de operibus publicis*;) fuerant officinæ, seu tabernæ, mercimoniis vel exercitiis deputatæ, ut vocantur disertè *d. l. 5.* ex quorum locatione pensiones colligebantur, & publica quidem publicitatis; *dist. Nouell. 30.* Neque ambigo, cum Constantij mentem intueor, hæc Ciuitatibus adimentis, & retrò Iuliani ea festituentis, Ergasteria ista ad superstitionem quoque Gentilitiæ pertinuisse, atque inibi merces seu opera fabricata venumque exposita, quæ superstitioni inferuient. Secundò, hinc colligere licet, ergasteria ista ita comparata fuisse, ut nudæ fermè tabernæ essent, quibus tamen aliquando ædes superstruerentur. Tertio, obseruandum, *Ciuitatis* appellatione *hac leg.* Urbem Alexandrinam nominatim intelligendam, quæ *κατ' ἐξοχήν* Ciuitas seu *Vrbs* vocabatur, ut præter *hanc legem* docet quoque *l. 13. supr. de legat.* Præsertim vbi *lex* ad Præfectum Ægypti emitteretur. Stephanus quoque de Alexandria: *ἐλέγχο ἡ κατ' ἐξοχήν ΠΟΛΙΣ αἰς τὴν ἐπι Ράμης κέραι* Ο Τ Ρ Ψ. Item Eustathius *Iliad. 3. 669.* *ἰσορία πάλιν τὰς ἀρχὰς αὐτὸ τὴν δὲ κατ' ἐξοχήν καλεῖται οὖν Ἀλεξάνδρειαν.* Et alioquin in Diocæsibus sola Metropolitana hoc nomen fermè tulit. ¶ Quæ cum ita sint, non est *huius legis* lectio sollicitanda; neque intrudenda vox, *huius*, ibi, ad *huius ius* pertinent *Ciuitatis*, quod nullo modo stare potest, quia *hac lex* dicitur *Proposita*, seu *Data* Antiochiæ, ad quam *lex* ipsa non pertinet, verum ad Ægyptum: cuius etiam Præfecto *hac lex* inscribitur.

¶ Tandem obseruandum, *hanc legem* merè temporariam & localem esse: Alexandrinæ scilicet ciuitati propriam & huic tempori adstrictam, quo scilicet Ergasteria sub Constantio Alexandrinæ ædificiis occupata, ad iura ciuitatis reuocantur, intactis his quæ superædificata. Et sic suum cuique seruatum æquitate quædam Iuliani, qua is commendabatur.

¶ De DONATIS à Principibus operibus publicis reuocandis: Iuliani lex.

x. * Idem" A. ad Rufinum."



VICVMQVE, cuiuslibet Ordinis, Dignitatis, aliquid opus publicum, quoquo genere, obscurâ interpretatione meruerit, fructu talis beneficij, sine aliquâ dubitatione, priuetur: Non solum enim reuocamus quod factum est, verum etiam in futurum cauemus, ne qua fraude temptetur." Dat. vii. Id. Decemb. Aquil. Mamertino & Neuita c o s s. [362.]

NOTÆ.

- * Abest *hac lex* à *Cod. Iustiniano.*
- "Et hæc ex Iuliano tribuenda est, pariter ut *dua superiores.*
- "de hoc Rufino in Commentario *infr.*
- "An pro *maligna*, ut Amm. Marcellinus (loco quem laudauit ad *l. 8. supr. malignè doctissimè* Minimè. *Obscura*, id est, *obrepitita*.
- "Repono *impetratione.*" sub Constantio. "simile quid teneatur.
- "an *Aquila*? neque enim Iulianus *Aquila* fuit hoc tempore? Quid si *Dat.* pro *Acc.* hæc intelligamus?

COMMENTARIUS.



DONATA (à Principibus scilicet Christianis, Constantino M. & Constantio,) priuatis opera publica, cuiuscunque ordinis, dignitatis, quæcunque tandem, & quocunque genere (etiam adnotatione speciali scilicet) reuocari iubet *hac leg.* Iulianus, quæ Tertia est *hoc titulo* è Iulianis; quæque eodem pertinet quò *dua superiores*, & ad historiam Ecclesiasticam: quibus similiter idem & Prætoria Arario ante vindicata, & Ergasteria à priuatis occupata in iura ciuitatum reuocari iussit. Quod alioquin tralatitij iuris est, ut ne priuati publica opera, quocunque tandem genere à Principe petere seu impetrare possint. De quo tamen erunt quatuor præterea *leges infr.* putâ *l. 40. 41. 42. 43.* ¶ Hæc verò *lex* speciatim pertinet ad Iuliani odium, quo Constantini & Constantij actibus bellum indixerat, à studio superstitionis Gentilitiæ, cui cum hæc opera publica fermè inferuissent, à Christianis istis Principibus in priuatos quoque plurima collata fuerant; de quo dixi iam ad *Libanium* *κατ' ἐξοχήν*: & ad *titulum*, *supr. de collat. donatar.* à Iuliano verò reuocata: & id quidem in duabus præcipuis Orientis Ciuitati-

bus; Antiochiæ videlicet, si modò hæc *lex* pertinet ad *Rufinum Comitem Orientis*, illum nempe cuius meminit Marcellinus: & Alexandriae, quò apertè spectant *due superiores leges.* De quo Rufino paulo prolixius. Rufinum scilicet, qui integro nomine *Arcadius Rufinus*, Iulianus Imp. in locum Auunculi sui Iuliani Comitem Orientis recens prouexit, ut restatur Ammianus Marcellinus *lib. 23. p. 256.* Eidemque inscribitur & Iouiani *lex 2. supr. de Metall.* vbi malè edictum *Comiti Officiorum* pro *Comiti Orientis.* Eius etiam mentio in veteribus Inscriptionibus. Verum de hoc *hac lex* non videatur accipienda. Iulianus enim superiore adhuc die Comes Orientis erat *VIII. Id. Decembr.* quo data ad eum *l. 3. de contrab. empt.* Imò Iuliani istius mortem Anno 363. refert disertè Marcellinus. Quid igitur? Fortè hic *Vulcauius Rufinus*, de quo Marcellinus quoque *lib. 21. p. 210.* quem fortè *Aquila* Iulianus præfecit, argumento eorum quæ ibi Marcellinus de *Aquila* scribit; ut & subscriptionis *huius legis* *Dat.* [Reddita] *Aquila.*

¶ De NOVIS operibus ROMÆ, nisi Principis permisso à quoquam non excitandis.

XI. * Imp. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Symmachum" P. V.



INTRA Urbem Romam" æternam" nullus" Iudicum nouum opus informet," quotiens Serenitatis Nostræ arbitria" cessabunt:" Ea tamen instaurandi, quæ iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, vniuersis licentiam damus. Dat. v. III. Kalend. Iun. Philippis, Diuo Iouiano & Varroniano c o s s. [364.]

NOTÆ.

- * *Lex 5. Cod. eod. tit.* Iungenda huic videri possit *l. 19. supr. de cursu publico*: emendata eius subscriptione: Nisi non tam coniungenda videatur, quam proximo consilio coherere. Concordat huic *lex 19. & 27. infr.*
- "Symmachus hic P. V. Romæ pater Epistolographi fuit, (vide *Prosopograph.*) cui inscribitur & *lex prox. 32.* de quo vide inter alios *Ammianum Marcellinum*, & *Veterem Inscriptionem.*
- "*Veterem & nouam*: ita *Cod. Inst.* aduersus veritatem Historicam *huius legis.*
- "*Æterna* Vrbs Roma: vide *Gloss. Theod.* sublata autem hæc vox *æterna*, ciuili animo, *Cod. Inst.*
- "etiam Præfectus Vrbi, de quo ad *l. 19. infr.*
- "*Informare*, est de nouo excitare: vide *Gloss. Theod.* pariter ut *ordinare*, in *l. 3. supr.*
- "*Arbitria*, id est iussa, auctoritas.
- "*Nisi ex suis pecuniis huiusmodi opus conseruare volueris*: Hæc exceptio addita *Cod. Inst.*
- "Philippis *d. l. 19.*

VALENTINIANI Sen. octo constitutiones sequuntur de operibus publicis, puta lex 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. Et hæc quidem vt & proxima 12. ad opera publica Urbis Romæ pertinet. ROMÆ igitur NOVÆ opera publica sumptu scilicet publico (quod Tribonianus rectè vidit) Iudices quicumque (etiam Præfct. Vrb. cui hæc lex inscribitur, itémque Præfct. Prætor.) excitare, à Valentiniāno Sen. hæc leg. prohibentur: patiter vt à Gratiano & Valentiniāno Iuniori, intra eam ipsam Urbem Romam, l. 19. 27. *infr.* nisi Principis permissu, hæc leg. & d. l. 17. Haud aliter atque alij Iudices per Prouincias, l. 30. 31. 37. *infr.* Quod antiquis quoque constitutionibus cautum fuisse docet l. 3. §. 1. *π. de operibus publicis.* Et si vetera ruinis deformia instaurare quilibet arbitrato suo possit: Quamlibet scilicet potestates in excelsis locatæ sint, (vt loquitur d. l. 19.) quamlibet de Româ ipsâ agitur. Attamen quod Triboniani insertum quoque ingerit, inanis Iudicum sumptibus publicum fatigari *Ærarium Principes noluerunt.* Noluit

Valentiniānus hæc leg. etiam ab ipsomet PV. Quod & ipsum noluit in aliâ re simili, in l. 19. *supr. de cursu publico*, quæ altera eiusdem constitutionis pars, huic locianda videri possit: Cuius verba hic apponenda sunt: *Magnifica Sedes tua euectionum faciendarum arbitrium in publicis tantum causis vsurpet. Verum ingenti procurabitur cautione, ne parum considerata facilitas ita publicis incipiat visceribus immorere, vt fatigatione nimia penitentiam huius concessionis suscipere cogamur.* Cæterum quicquid hæc leg. cauetur, ab eodem sæpè Symmacho PV. cui hæc lex inscribitur, memorat Ammianus, lib. 27. p. 360. *excitatum pontem Roma ambitiosum, atque firmissimum, quem ipse condidit, & cum magnâ ciuim latitiâ dedicauit:* Sed proculdubio Valentiniāni arbitrio seu permissu.

¶ Illud hîc semel notandum, quatuor tantum leges, ad opera publica Urbis Romæ hoc titulo pertinentes occurrere: puta Valentiniāni Sen. hæc legem, & prox. 12. Gratiani legem 19. Valentiniāni Iun. legem 27.

¶ De HORREIS Urbis Romæ, & Portus, à priuatis vsurpatis, dirutis, restituendis reparandisque. Et de ANNONA vrbica rectè condenda, & vsurpata restituenda.

XII. * Idem AA. ad Symmachum PF. V."

HORREA fiscalia, apud Urbem Romam, necnon etiam Portus, in vsus translata priuatos cognouimus: Hæc ad pristinum. ¶ *** Inferioribus horreorum frumenta condantur, quæ natura loci & humore vitiantur. ¶ Annonas quoque horreis antiquitus deputatas hos rethibere" conpelles, qui eas in damna publica ausi sunt occupare, quarum substantiam entechæ" populi Romani proficere præcipies. ¶ Sanè quos inueniens" fabricarum destructionis auctores, ad reparationem necessariò tenebis." Dat. v. Id. Iun. Naïffo, Diuo Iouiano & Varroniano c o s s. [364.]

NOTÆ.

* Absit hæc lex à Cod. Iust. Iungenda verò ei sunt lex 5. 6. *supr. de Pistorib.* l. 2. *supr. de calc. coctior.* l. 1. *supr. de canon. frum. Urb. Rom.* l. 1. *de Saccariis Port. Rom.* Et proculdubio etiam, l. 5. *supr. de Pæn. Imò & alie,* vt existimo; puta lex 3. & 4. *supr. de Pistorib.* l. 8. *supr. de Annon.*
 "Urbis Romæ scilicet cui inscribitur & lex 11. *supr.* de quo vide *Ammianum Marcellinum, Veterem Inscriptionem, & Indicem nostrum personarum.*
 "Fiscalia horrea; hæc leg. & l. 16. *supr. de Susceptorib.* & l. 1. *infr. de Equit. Curul.* quæ alia publica. Quomodo in genere fiscalia loca dicuntur l. 13. *supr. de Metall.* Quæ aliâ opera publica: Sic & fiscales copiar. l. 4. *supr.* vide *Gloss. Theod.*
 "Urbis Romæ.
 *** Locus, partim mutilus, partim malè interpunctus: Itaque sic restituam: *Hæc ad pristinum restituas:* id est, publico vsui atque iuri rursus vindicabis: vt l. 8. *supr.* Ad pristinum verò, vt ad speciem pristinam, lib. 16. *infr.* ad statum pristinum vitioris, l. 20. *infr.* ad formam pristinam, l. 45. *infr.* Mox ita locus legendus: *Nec in inferioribus horreorum:* vel, *in inferioribus horreorum:* de quo mox.
 "id est, Conditas: vt *supr. conduntur.*
 "Redhibere, id est, Restituere: vid. *Gloss. Theod.*
 "al. Entechæ: vtrumque pro *Entheca.* Entheca est ἀφῆμα, & quicquid sepositum, conditumque vsus alicuius & præsidij causa: *Entheca* igitur Pop. Rom. hic est annona publica, seu Canon Vebicarius: Ita pistrini entheca, l. 7. *supr. de Pistorib.* quæ aliâ dotalia, d. l. 7. *supr. de Pistorib.* Ita mensariorum *entheca:* Libanio agrorum seu prædiorum *entheca,* quæ aliâ vocantur dotes prædiorum, l. 1. §. 1. *π. de Infruct.* l. 34. §. 1. *π. de legat. 1.* & Non. *Iust.* 128. seu Reposita, l. 92. *in fin. π. de legat. 1.* vt & apud Columel. lib. 1. cap. 8. vel etiam peculium agrorum, l. 31. *π. de legat. 3.* Ita rursus nauis entheca dicitur apud Augustinum ad fratres in Eremito: *entheciam nobis habere non licet,* & mox, *nauiculam nolui esse Ecclesiam Christi.* Leontius in Ioann. *Eleemosyn.* *Nauicularum emitt. Enthecam,* id est, onerabit nauem empris mercibus.
 "π. Inuenies.
 "Adtinges, coges.

HORREIS (σποροδοκίαι, ἀπέροι) fiscalibus Urbis Romæ (quæ P. Victor hoc ipso tempore cccxx. vel cccvii fuisse testatur;) item Portus Urbis Romæ seu Ostiensis, est hæc lex Valentiniāni Sen. Anno D. 364. ita quidem, vt eâ nonnulla contineantur, quæ ad hunc titulum de operibus publicis minus pertinent, & titulo de Cænone frumentario reddi oportuit: quem errorem & aliâ sæpè admiserunt huius Codicis Conditores: de quo, peculiari capite in *Prolegomenis.* Et est ea ipsa, pars prolixioris Valentiniānæ constitutionis (vt ex tot illis legibus, sex ad minimum, liquet, quas eî coniungendas dixi:) quâ in vniuersum, Annonæ Urbicæ Valentiniānum enixè prospectum inisse deprehenditur, tum ipsiusmet annonæ curâ susceptâ; quod pertinet lex 1. *de Canon. frum. P. R.* tum eorum qui annonam pinferent, seu pistorum, d. l. 5. & 6. *supr. de Pistorib.* & d. l. 5. *supr. de Pænis,* tum eorum qui annonam portarent; quod spectat lex vnic. *de Saccar. Port. Rom.* denique horreorum, vbi annona recondebatur, quod potissimum pertinet hæc lex, & vt puto *dicit. lex 2. sup. de calcis coctiorib.* Idque omne Symmacho proculdubio P. V. adcurante: cui hæc constitutiones inscribuntur; patiter vt lex 2. *supr. Trib. in ips. spec. & lex 8. sup. de annon. & vrbic.* quæ & ipsæ ad Annonam Urbis Romæ spectant. Huc scilicet pertinet Symmachi istius elogiū apud Ammianum Marcellinum lib. 27. p. 360. *Symmachus, inquit, apromiano successit (in Præfecturâ Urbis scilicet) quo instante urbs sacratissima otio COPIS QVÆ abundantius solita fruebatur. Copiis, id est, vel l. 4. sup. & l. vltim. in fin. sup. de Saccariis,* docuit, annona Urbicaria, ad quam omnino pertinet hæc lex. Addit Ammianus (quod iam notatum ad l. *superiorem*) excitatum à Symmacho Roma pontem ambitiosum & firmissimum, quem ipse condidit, & magnâ ciuim lætitiâ dedicauit. Itaque & annonæ & operibus publicis Urbis Romæ Symmachus multifariam prospexit: ad quod vtrumque sanè spectat hæc lex: ac nominatim ad horrea fiscalia, in quibus videlicet annona publica recondebatur, de quibus est *tit. sup. de condit. in public. horr.* de quæ iisdem actum iam l. 4. *supr.* Atque vt alibi huiusmodi horrea erant, ita & apud Urbem Romam, atque in Portu Urbis Romæ, vt hæc lex ostendit. Illa horrea vrbis dicuntur, l. 1. *d. tit. de condit. in publ. horr.* Seu horrea Romana Symmacho lib. 3. *epist. 55.* Hæc dicuntur horrea Portuensia: *supr. tit. de Patron. Horreor. Portuens.* vbi plenè dixi.

¶ De his itaque horreis, eorūque annonâ Quatuor hæc hæc leg. constituuntur. Primò, publico iuri atque vsui ea vindicari iubet, quæ à priuatis nonnullis vsurpata fuerant, vel etiam impetrata; cuiusmodi vsurpationum vel impetrationum operum publicorum exempla nobis præbuerunt iam tres Iuliani leges, puta l. 8. 9. 10. *supr.*

Suppedabit & lex 41. 42. 43. *infr.* Patitet Honorius, l. 4. *infr. de canon. frumens. P. R.* poenam seu multam quinque librarum imponit iis, qui quid ex his horreis, cellulisve, quæ intra Urbem Romam, atque in Portu constitutæ pistorio iurè tenentur, subimet tanquam possessione priuata, ausi fuerint vindicare.

Secundò, Valentiniānus Sen. hæc lege, vt ea hæcenus haber, frumenta condi iubet in inferioribus horreorum: Verum ipsa ratio naturalis, quæ etiam hæc ipsâ lege, redditur, Quæ, inquit, natura loci & humore vitiantur, apertissimè euincit, viciosam esse hanc lectionem: Nempè enim frumena natatà loci inferioris & humore vitiantur, quod experientia satis testatur: vnde & quid de re Rusticâ scripsere omnes, Vairro lib. 1. cap. 57. Columella lib. 1. cap. 6. Palladius lib. 1. cap. 19. Plinius lib. 18. cap. 38. monent, *triticum condi oportere in granaria SVBLIMIA, quæ persentur vento ad exortu, & Septentrionum regione.* Vitruuius lib. 6. cap. 9. *Granaria,* inquit, *SVBLIMATA, & ad Septentrionem aut Aquilonem spectantia disponantur; ita enim frumenta non poterunt citò concallescere, sed afflatu refrigerata diu seruantur.* Namque cætera regiones procreant curculionem, & cæteras bestiolas, quæ frumentis nocere solent. Philo quoque libro 2. *περικουίων: φυλάττει* ἀστὴρ ἐν ἰσημερινῶν διακεκαμημένος ἐν ἀμύργῃ τῆς τήχης, ἢ τὸ ἔδαφος, ἢ τὰς σφίδας ἔχων, ἢ ἀσπίδος πάλιν ἐπαμύρδους σφίδας Βερβάν, ἢ ποσειδωνίους διατύους, ἢ ἀπὸ τῆς ἀπιδου μὴ κατέδνη, μὴτε θηρία ἐγγύων. Ita quoque Tarentinus apud Georgium Bassum, *Περικουίων lib. 2. cap. 21. σποροδοκίαι 25. καλῶς ἀποθήσει* ἀστὴρ ἐν ἰσημερινῶν, &c. Quare hîc legendum fuerit, non in inferioribus, additâ negatiuâ, vel, in editioribus, vel sanè, in interioribus. Scilicet horrea hæc fiscalia Romana & Portuensia, Tiberi marique proxima erant: itaque ne frumenta congesta ex vicino Tiberi & mari humorem traherent, & sic vitiantur, voluerit Valentiniānus, in partibus interioribus horreorum frumenta condi, non in primoribus.

Tertiò, annonas ipsas horreis conditas à priuatis nonnullis ita restitui vult, vt vsurpationum bona proferbantur, & annonæ addicantur: Quod ipsum ius repetitum postea constitutione Arcadij, l. vltim. *supr. de condit. in public. horr.* Ammianus quoque Marcellinus lib. 28. p. 385. Exemplum memorat Hymethij Proconsulis Africæ, ob hanc siue causam, siue prætextum, parte bonorum multati. Notandum interim multâ genus, Entechæ populi Romani, seu Annonæ destinatum, quomodo & aliis publicis vsibus sæpè multâ destinata, l. 2. *de Iudiciis: l. 5. de Episcopis: l. 20. quorum appellat. v. & l. 3. Cod. de modo multarum.*

Postremò reparati horrea ab his iubentur, quæ destructionis auctores extiterant.

¶ De TURRIBVS LIMITANEIS per Daciam Ripensem partim reficiendis, partim nouis excitandis, Valentiniāni Sen. lex.

XIII. * Idem AA. Tautomedi" Duci Daciæ" Ripensis."

IN limite" Grauitati" Turæ commisso, præter eas Turres, quas refici oportet, (si fortè indigeant refectione) Turres, administrationis" tempore quorannis" locis oportunis" extrue. Quòd si huius præcepti auctoritatem neglexeris, finitâ administrationis

ministracione reuocatus" in" limitem, ex propriis facultatibus eam fabricam, quam ad- ministracionis" tempore, adiumentis militum, & impensis, "debueras fabricare, extruere cogēris. Dat. xii. Kalend. Iul. Med." Diuo Iouiano & Varroniano c o s s. [364.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iustiniano: quia temporaria, & historica est.
Forè, Tantomari: Forè is Testomer Francus, Protector Domesticus: de quo Ammianus Marcellinus lib. 15. p. 39. in Anno D. 355, Et ita sentit quoque Vale sius de gestis vet. Franc. lib. p. 44.
de Dacia Ripensi, vide saltem Vopiscum in v. Aureliani, cuius iam ætate (id est, sub Constantio Imp.) Dacia diuisa erat: Ammianum Marcellinum lib. 26. p. 347. in gestis Anni sequentis 365. in rebus Procopij: Rufum Felt. in Breniario. De Duce Dacia Ripensis, vid. Notit. Imperij.
ad differentiam mediterance: cuius meminit idem Ammianus Anno prox. lib. 26. p. 340. & Iornandes.
Dacico, Seythico.
Gratius Tuae, titulus Ducis.
nouas scilicet.
Tuae.
Duces igitur plures annos in administratione fuere.
necessariis: ita pariter Marcellinus loco quem mox apponam, Turresque adsiduas per habiles locos & OPPORTVNOs.
retractus, & reductus per Protectores, vt l. 3. sup. ad leg. Iul. Reper.
ad limitem.
administracionis vox competit quoque Ducibus.
publicis scilicet, Impensarum vox de publicis.
An Mediolanum hic accipiendum? Discrete enim scribit Ammianus Marcellinus lib. 26. p. 339. Cum Valentinianus & Valens Sirmium introissent, diuiso Palatio, vt potiori placuerat, Valentinianum Mediolanum, Constantinopolium Valentem discessisse? Non. Quid igitur? MEDIANA suburbanum Naissi hic accipiendum: de quo vid. Ammianum Marcellinum d. lib. 26. p. 339. de quo mox plura.

COMMENTARIVS.

VRRES LIMITANEAS (& quidem in specie huius leg. per Dacia Ripensis limitem) non veteres modò refici, verum etiam nouas quotannis locis opportunis seu necessariis, adiumentis militum & impensis à Duce Dacia Ripensis excitari, iubet hac constitutione Valentinianus Sen. Anno D. 364. proposita pœnâ Ducis eas propriis facultatibus extruendi depositâ administracione; atque eo sine eò retrahendo, reuocandòque ad limitem.

Hæc huiusce legis sententiâ est. In quâ obseruandum primò, legem hanc latam à Valentiniano, Imperij sui initio, lacescentibus vbique ferè tum Romani Imperij limitem Barbaris. Testatur quippe Ammianus Marcellinus, lib. 26. p. 338. in huius ipsius Anni gestis, hoc tempore, velut per vniuersum orbem Romanum bellicum canentibus bycincis, excitat gentes tenuissimas, limites sibi proximos persulasse: Gallias Rhetiasque simul Alemannos populos: Sarmatas, Pannonias & Quados: Pictos, Saxones & Scotos & Attacottos Britannos arumnis vexasse continuis Austrianos Mauricadsque alias gentes Africam solito acvius incurfasse: Thracias deripuisse predatorios globos Gothorum, &c.

Itaque (quod secundum) cum Dacico quoque limiti Thraciæ contermino vel metueretur, vel infectus esset hostis, limitis Dacici tutelam quoque suscepit Valentinianus, Turrium nominatim curâ habitâ.

Turres scilicet (quod tertio obseruandum) in Imperij Romani limitibus erant: Turres, inquam, sparsæ locis opportunis, vt hæc lex testatur. Quod in Gallicano limite factum ab hoc eodem Valentiniano, quem Alemanni & Franci persulabant, vt testatur Ammian. Marcellin. lib. 28. p. 392. loco huic simillimo. At Valentinianus magna animo concipiens & vtilia, Rhonum omnem à Rhetiarum exordio; ad vsque fretalem Oceanum magnis mobilibus communiabat, castra extollens altius, & castella, Turresque adsiduas per habiles locos & opportunos, (quomodo hæc leg. locis OPPORTVNIS extrue) quâ Galliarum extenditur longitudo: nonnunquam etiam ultra flumen adificiis positis subradens barbaros fines. De Turribus his alioquin passiva iam obseruatio est: vide etiam Ammian. Marcellin. lib. 23. p. 262. In Glossis Cyrilli αὐρῶν, turris,

burgus, & frequens earum in Itinerario Antonini mentio, p. 107. 108. 114. 150. 155. 157. Ambrosius 6. Hexæmer. 9. de omni generis Turribus, Latronum, inquit, quoque canentur incurfui, si exploratores in muris, in turribus sint locati, vt desuper spectent plana Regionum, in quibus insidia latronum latere non possunt. Cum burgis itaque turres eadem fuerunt. Sidonius, cap. 23. de burgo Leontij. Celsè transmittent aera turres, Quorum culminibus sedent, commuue micantes Pompa, vel auxilium.

Procopius de adificiis, agens de propugnaculis ad Danubium, τὰ πύργα ἢ ἐπιπέδιον ἀπὸ τῆς εἰς αὐτὸν ἕνα. Vnicâ scilicet turre burgos constituisse ait. Idè postea dicta κοινὸν ὄρα: vide Constantinum Porphyrogenetam in Chorographiâ. Denique Paulus Diaconus lib. 10. Senerum, inquit, magnam fossam firmissimamque vallum crebris insuper turribus per 132. millia passuum à mari ad mare duxit.

Quarto obseruanda pœna reuocandi ad limitem Ducis depositâ administracione eâ malè gestâ. Cui geminum exemplum præbet l. 3. sup. ad leg. Iul. Reperit. vbi de Natali, Praside Sardinia agit, ad quam dicta huc quoque accessi possunt.

Quinto obseruetur inter cætera militaria exercitia, Adiumentis militum Opera militaria apud Romanos facta, de quo operis & adiumenti militaris genere, vide & Vopiscum, in vitâ Probi, locis duobus, p. 236. 241. & Aurelium Victorem in eiusdem vitâ, imò & Ammianum, non vno loco: inter cætera sub hoc ipso Valentiniano Sen. circa Annum Domini 369. lib. 28. p. 392. & 393. Eaque officij Ducum pars fuit, inhætere & incumbere militum exercitationibus; vt præter hanc legem testatur Theodosij Iun. Nouella 31. de ambitu. Dèque eo opere exercitij militaris ex professo scripsit Lipsius lib. 5. de re militari, cap. 13. p. 302. Verùm quid remotiora colligo? Huc omninò pertinent Veteres Inscriptiones duæ, quæ in idem tempus incidunt, & proximos Consulatus, & ad eundem limitem spectant: ex quibus apparet de hisce Turribus seu Burgis, ordinantibus & disponentibus Magistris militum, insistentibus Præpositis Legionum à fundamentis ad summam manum,

manum, à militibus constructis & perductis. Prior

extrac Viennæ in Gymnasio publico bonarum literarum, in corp. Inscr. p. 164. num. 3.

DDD. NNN. VALENTINIANI. VALENTIS. ET GRATIANI PERENNIVM. AVGVSTORVM. SALVBERRIMA IVSSIONEM. X. [IVSSIONE] HVNC BVRGVM. A FVNDAMENTIS. ORDINANTE VIRO. CLARISSIMO. EQVITE. [X. EQVITIO] COMITE. ET VTRIVSQVE. MILITIÆ. MAGISTRO. INSISTENTE. ETIAM LEONTIO. PP. MILITES. AVXILIARES LAVREACENSES. CVRE. EIVS COMMISSI. CONSVLATVS BORVNDI DOMINORVM. PRINCIPVMQVE NOSTRORVM TERTII. [id est, A. D. 370.] AD SVMMAM MANVM PËR DVX SERVNT PERFECTIONES.

Altera non procul Strigone, p. 164. n. 4.

IUDICIO PRINCIPALI DDD. NNN. VALENTINIANI. VALENTIS. ET GRATIANI. PRINCIPVM. MAXIMORVM. DISPOSITIONE. ETIAM INLVSTRIS. VIRI. VTRIVSQVE. MILITIÆ. MAGISTRI. COMITIS. FOSCANVS. PRÆPOSITVS. LEGIONIS. IMÀTIORVM. VNA. CVM. MILITIBVS. SIBI. CREDITIS. HVNC. BVRGVM. CUI. NOMEN. COMMERCIVM. QVA. CAVSA. ET. FACTVS. EST. A FVNDAMENTIS. ET CONSTRVXIT. ET. AD. SVMMAM. MANVM OPERIS XLVIII. CONSVLATV D. N. GRATIANI AVG. II. ET PROBI, V. C. FECIT PERVENIRE.

In priore portò Inscriptione, EQVITVS Comes & Magister vtriusque Militiæ hic ille est cui inscribitur lex 8. sup. de re militari, cuiusque multa mentio apud Ammianum Marcellinum, Zosimum; Hieronymum: vt ad eam leg. notavi: & quidem in rebus Procopij Anno D. 365. 366. Ac nominatim apud Ammianum lib. 26. Anno D. 365. vbi (quod & ipsum notandum summoperè) Dacia mediterranea meminit p. 340. & Dacia Ripensis, pag. 347. quò hæc lex pertinet: Refert enim Equitium relatione Antonij Tribuni regentis in Daciâ mediterraneum militem edoctum Procopium Constantinopoli Tyrannidem adsumpsisse, mox & Thracias, quæ Daciæ vicinæ, occupasse. Dein subiicit: Adiungit his [Procopius] aliud velocè diligentia maturandum; & electi quidam soliditates precipites ad capeffendum Illyricum missi sunt, nullo præter penultiam adiumento confisi, aureos scilicet nummos. effigatos in vultu noui Principis, aliâque ad illecebras aptantes: quos correptos Equitium per eas regiones militum Reçtor, exiitit genere diuerso pœ-

Nunc tandem succedat Consularium nostrorum Theodosianorum pars.

¶ D. Iouiano & Varroniano C o s s.

VIII. * Kal. Iun. Dat. PHILIPPOPOLI * lex 11. de operib. publ. } ad Symmachum P. V. * al. IX. vel PHILIPPIS. lex 19. de cursu publ.

II I. Kal. Iun. * Dat. S E R D I C A lex 3. de legatis, ad Mamertinum PP. * Ian. hæc tenus,

... Kal. Iun. Dat. Bona mansione * lex 1. de prinil. Corp. P. R. ad Symmachum P. V. PP. in forâ Traiani.

VI I. Kal. Iun. Dat. BONA MANSIONE * lex 12. de erog. mil. ann. ad Victorem Mag. milit.

IV Non. Iun. Dat. N A I S S O lex 3. de Pistoribus, ad Symmachum P. V.

V III. Id. Iun. Dat. Naiffo lex 4. de Pistoribus.

V I. Id. Iun. Dat. Naiffo lex 2. de calcis coctioribus. l. unic. de Saccariis.

lex 12. de operib. publ. lex 5. 6. de Pistoribus. } ad Symmachum P. V.

lex 1. de canone frum. P. R.

V. Id. Iun. Dat. Naiffo lex 5. de Penis. Tom. P.

narum. Pariâque dein metuens, obstruxit tres aditus angustissimos, per quos Provincia teniantur Arctoer vnum per R I P E N S E M D A C I A M; alterum per Suecos notissimum: tertium per Macedonas, quem appellant Aconitina. Hâcque cauelâ vanâ persua-sione rapiendû Illyrici deficturus vsurpator indebita potestatis, magna perdidit instrumenta bellorum. Vbi vides alterum militaris operis & munimenti in eadem Daciâ Ripensi genus, intra biennium sub eodem Valentiniano.

¶ Postremò, Ammiani locus hîc suspiciendus nobis est, tum & Itinerarij Burdigalensis, & Antonini locus hic citandus: ex quibus huic legi vniuersæ lux magna adfulgebit: tum explicandæ Inscriptioni, tum Subscriptioni, denique circumstantiis omnibus huius legis penè firmandis. Quid scilicet in subscriptione per M E D. accipiendum sit; quam è vicinâ Dacia Ripensi hæc leg. Valentinianus consultum ierit: tandem & T Y R R I V M istarum in hoc limite situm intueri licebit. Ammiani locus est: Aetha tranquillius hyeme, concordissimi Principes percursis Thraciis, Naissum aduen-runt: Vbi in suburbano, quod appellatum MEDIA-NA, à ciuitate tertio lapide distarum, quasi mox separandi, partiti sunt Comites.

Itinerarium Hierosolymitanum missis mutationibus.

- Ciuitas N A I S S O. Mansio Romaniana. Mansio T Y R R I B V S. Mansio Meldia. Ciuitas S E R D I C A. Mansio Buragara. Mansio Iliqa. Mansio BONA MANSIONE. Mansio Basapare. Ciuitas E V E P O P P L I.

[X. Filopopuli.] Hisce quoque mirè concordat Itinerarium Peutingerianum.

Itinerarium Antonini.

- Masia. N A I S S O. Remisiana. T Y R R I S. Melipia. Thracia. S E R D I C E A. Bagaraca. Helice. Lissus. Bessapara. Philippopola.

III. Id. Iun. Dat. Naiffo l. 6. de Pœnis, Arthemio.

Id. Iun. Dat. Naiffo l. 6. de Medicis, ad Mamertinum PP.

XIII. Kal. Iul. Dat. M. E. D. l. 13. de operib. publ. Tautomedi Duci Dacia Ripensis. Et hæc quidem est lex nostra Data à Valentiniano MEDIANÆ, prope NAISSVM, constituto, proximè apud DACIAM, de TVRRIBVS in Dacia limite excitandis.

De ORNAMENTIS vnius ciuitatis quamuis abdita, ad aliam quamuis Metropolim non transferendis.

XIV. * Idem AA. ad Mamertinum PP. P."

RAPVPTIONEM Iudicum" vltèrius prohibemus, qui in euerfionem abditorum" oppidorum, Petropolis, vel splendidissimas" ciuitates ornare se fingunt, transferendorum signorum, vel marmorum, vel columnarum materias requirentes. Quod post legem nostram sine pœna admittere, non licebit: præsertim cum, neque" nouam constitui fabricam iusserimus † antequam vetera reformentur: Et, si adeò" aliquid fuerit inchoandum, ab aliis ciuitatibus conueniat temperari. Dat. Kalend. Iuniar. Med. Valentiniano & Valente C O S S. [365.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iustin. Concordat huic legi, l. 1. sup. hoc tit. & lex 31. infr.

De hoc Mamertino PP. vid. Prospogr. Eidem inscribitur l. 16. infr. vid. & Ammianum sepè.

Id est, Rectorum Prouincialium, qui sub Præf. Prætorio fuere: l. 37. infr.

deinceps portò.

Ad est villiorum, minorum.

De Metropolis, mox vt ostendam, Metropolim autem pro Metropoles: de quibus alibi.

vid. l. 11. sup. de Medicis & Profess. l. 12. & 13. sup. de legatib.

Signa sunt statua.

Neque iusserimus, id est, etiam prohibuerimus: vt l. 5. sup. vlt. sup. Quibus equor. vsus: vbi equinis animalibus, non inbe-

mus, pro captiuis, de quo ad eam legem pleniùs: & in Glossario.

vt l. 16. infr. institui.

Legis huius cursum fit mentio l. 15. prox.

Tam necessariò, tanta necessitas fit, &c.

COMMENTARIVS.

ORNAMENTA (cuiusmodi tria memorantur, Signa, Marmora, Columnæ:) Ciuitatis vnius ad alteram transferri à Iudicibus prohibet Valentinianus Sen. hæc constitutione, pariter vt Constantius l. 1. sup. Honorius l. 31. infr. de quo ad d. l. 1. pleniùs dictum fuit. In tantum, vt id quoque obseruari velit Valentinianus, et si nominatim (id enim hæc leg. singulariter notandum) de Metropoli ipsa Prouinciæ (ita enim hic legendum, Metropolim, pro Metropoles) vel splendidissimâ aliâ Ciuitate ornandâ agatur, & viceuersâ et si abditum sit oppidum, è quo ornamenta transferuntur; de cuius rei ratione vt & exceptione Vrbs Romæ & Constantinopolitanæ; ad d. l. 1. quoque dictum fuit; quam & ipsam rationem hæc lex indicat his verbis: qui Metropoles vel splendidissimas Ciuitates ornare se fingunt. Nempe color etiam hic à Iudicibus quæstus, cum ærpiùs tamen & reuera in sinum suum domiciliæ suas ornamenta hæc vertent: vetus hæc

alioquin querela est de Rectoribus Prouinciarum, & Ciuitatum ornamenta in sinum suum conuertentibus: videatur saltem Ferrina Ciceronis, de signis: Et nota quoque querela Iuuenalis, Satyr. 8. inter cætera. Sed & Laberius in Cophino, quo Rectorum Prouinciarum furta & adulteria perstrinxerat, apud Nonium in verbo: Lenis. Quum Prouincias dispolianit, columnas (de his quoque hæc leg. agitur) monolithas, labella, lenis, &c. vide & quæ scripti ad l. 15. de curf. publ. vide & l. 7. Cod. de adific. priu. Hanc portò insuper rationem Valentinianus hæc leg. reddit, quod vetera potiùs reformari debeant, quam noua institui, idque etiam à se prohibitum; de quâ prohibitione vt aliorum Principum constitutiones extant, putà l. 3. 11. sup. l. 19. 20. 21. 27. 28. 29. 30. 31. 37. infr. Ita tres insuper aliæ eiusdem Valentiniani; putà lex 15. 16. (quæ eidem Mamertino inscribitur) & 17. dicam ad d. l. 15. prox.

De NOVIS operibus publicis à Iudicibus omnibus etiam Spectabilibus, per diocesim Africa, non prius excitandis, quam vetera reparata fuerint.

xv. * Idem AA. ad Dracontium."

Ex † sancientibus nobis rogata" est, quæ Iudices omnes, & Rectores Prouinciarum Edicto suo adque auctoritate cohibet, aliquid noui operis adripere" prius, quam ea quæ victa senio" fatiscerent, repararent: Quæ nunc etiam credidimus repetenda. Dat. x i v. Kalend. Mart. Med. Valentiniano & Valente C O S S. [365.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iustiniano.

Vicarium Africa: vid. Ind. personar. Interim vide l. 33. sup. de appellat. & l. 10. sup. de cohortal. l. 10. 11. & 13. sup. de Annon. l. 9. sup. de Susceptorib. l. 10. sup. de iure fisci.

* Legu huius seu Edicti fit quoque mentio superiore lege 14.

Promulgata.

Eciam Spectabiles, veluti Proconules & Vicarios.

Ita quoque l. 18. infr. Quodcumque opus inchoandum esse necessariò viderint in aliquâ Ciuitate, id arripere non dubitent & l. 37. infr. Horreorum vel stabulorum fabricas arbitratu proprio arripiant.

Senio victa; vt l. 1. sup. Ne quis in Palat. man. Item senium temporis sentiunt: l. 16. infr. Etatis senio concussa ædest l. 44. infr. Symmachus lib. 7. epist. 20. vbi de Idibus. Perge igitur vt facta & VICTIS ano reddo nouitatem. Multo hoc factu promptius quam quod Hosiodum ferunt passio SENIO in virides annos rediisse: vide alia apud Iuenerum in Symmachum: & congruentia apud Cassiodorum l. 1. var. 26. vbi inter cætera, versibus SENECTVTE fufcata.

COMMENTARIVS.

NOVA opera non prius à Iudicibus Prouincialibus quibuscunque, etiam Spectabilibus, excitari iubet Valentinianus Sen. quam vetera reparata fuerint: vt hæc leg. ita & l. 14. sup. & l. 16. & 17. infr. & aliorum Principum constitutionibus, putà l. 19. 21. 29. infr. Imò quàm cœptis à decessoribus completis l. 3. sup. l. 21. 29. infr. Imò vltèrius quandoque porrectum, nempe vt nunquam noua liceret Iudicibus ex-

citare, nisi iussu Principis, l. 11. 27. 30. 31. 37. Ratio autem istius prohibitionis duplex est, partim ne inanibus sumptibus Prouinciales vexentur, quorum alioquin securitati hanc in partem per Africam enixè variisque rationibus prospectum voluit idem Valentinianus, variis constitutionibus ad eundem Dracontium datis, quas paulò ante cumulaui; partim ne reditus Retumplicarum eo obtentu exhaurirentur.

De NOVIS operibus, præterquam stabulis, non inchoandis à Iudicibus, sed veteribus reparandis.

xvi. * Idem AA. ad Mamertinum PP. P."

ENSVRA tua ac" Iudicibus licentiam penitus amputabit, ne aliquid" nouellum" adgrediantur opus, veterum inlustrium" fabricarum reparatione neglectâ. In eo sanè larga ac benigna his licentia tribuetur, vt ornamenta vrbium, ac decora marmorum, quæ in aliquo senium" temporis sentiunt, ad speciem pristinam" & vsu congruæ vtilitatis instaurent. Cæterum, nihil auspiciari quemquam noui operis patieris: exceptis Stabulorum fabricis, quæ ex vsu publico (si ita res tulerit) non prohibemus institui. Dat. Id. Mart. Senigalia, Valentiniano & Valente AA. C O S S. [365.]

NOTÆ.

* Abest à Cod. Iustin.

Italix, Illycici, & Africæ, vt hoc ipso Anno docet Ammianus Marcellinus lib. 26. p. 339. Eidem inscribitur lex 14. sup.

ge. hanc. "aliquod.

Nouellum opus: vid. Gloss.

Ita l. 19. infr. Nobilia opera.

vide quæ dixi ad l. 15. sup.

vide quæ dixi ad l. 12. sup.

vt sup. l. 14. constitui.

Senigalia, vel Senogallia, vel Sina Gallica, in Vmbria olim maritimâ: de qua vid. quæ collecta iam Italix Antiquæ lib. 2. cap. 5. p. 607. 608. His verò temporibus in Piceno ea erat.

COMMENTARIUS.

NOVA opera non prius à Reſtoribus Pro-
uinciarum inſtitui, quàm veteribus repara-
tis, vetat rursùm *hac leg.* Valentinianus Sen. pari-
ter vt l. 14. (quæ eidem Mamertino PP. inſcribitur)
& 15. *ſupr.* & l. 17. 19. 21. *infr.* 29. de quo ad
d. l. 14. & 15. ¶ Satis ſcilicet habent Iudices, in
quo ſeſe ſuamque induſtriam exercent, ſeu *larga*
ac benigna ſatis licentia ſeu materies eſt Iudicibus,
in eos, ſi inquam ædificandi libidine teneantur, ve-
terum reparatio, quod *hac leg.* his verbis indica-
tur: *In eo ſanè larga ac benigna his licentia tri-
buitur.*

¶ Excipiuntur tantùm *hac leg.* Stabula, quæ
ex vſu publico noua inſtitui poſſunt, pariter vt
l. 17. *prox.* itémque l. 37. Stabula inquam, anima-
lium ſcilicet quæ curſui publico deſtinata erant,

de quibus affatim *tit. de curſ. public. ſupr.* (Quo
titulo & altera eiſdem Valentiniani lex ad eundem
Mamertinum PP. occurrit, ante quingue dies data,
puta *lex 23. eo tit.*) Pariter vt excipiuntur hor-
rea, d. l. 7. & 37. quæ Iudices *ſtudio laudandæ de-
uotionis* arbitratu proprio adripere poſſe vel de-
bere dicuntur. Nempe quia in his vtilitas pu-
blica eaque vrgens vertitur annonæ & curſus pu-
blici ratione: Quam vtilitatem publicam pro-
mouere *deuotionis* genus eſt, & quidem laudandæ:
de quo adhuc ad *leg. prox.* vbi de *Horreis* nomi-
natim. Imò & cætera opera neceſſaria excipiuntur
l. 18. *infr.* Similique quadam olium ratione ſub
Constantino M. & Tempa, l. 3. *ſupr.* Tandem
huius rei cura PP. *hac leg.* indicitur, quia ſcilicet ſub
eius diſpoſitione fuerunt Reſtores Prouinciarum.

¶ De NOVIS operibus, per Picenum, non inchoandis, exceptis Sta-
bulis & Horreis, Sed veteribus reparandis: & de COLLATIONE
in ipſis ſpeciebus ad opera.

XVII. * Idem AA. ad Valentinianum Conf. Piceni."

SI quid Sinceritas Tua his vrbibus" quibus præeſt, putauerit deferendum,
inſtaurare antiquum opus rectius" poterit, quàm nouum inchoare. ¶ Sanè
ſi quid reparationi alicuius operis poſtulandum" erit, non in pecuniâ, ſed in
ipſis ſpeciebus poſtulare te par eſt. ¶ Si loca aliqua indigent nouis Stabulis
aut Horreis, videris" exædificare etiam, ſi emolumenta publica aduerteris poſtulare.
Dat. Prid. Non. Octobr. Valentiniano & Valente COSS.

NOTÆ.

- * Ab eſt à *Cod. Iuſtiniano.*
- "Alibi Valentiniano, de quo dixi ad l. 2. *ſupr.* de *Exhib. rei.*
- "Annonarij, non ſuburbicarij, de quo dixi ad d. l. 2.
- "Piceni ſcilicet annonarij: quarum numero eſt & SENIGALIA, vbi *ſuperior lex* data eſt.
- "id eſt, poſitæ.
- "Extra ordinem.
- "videtur exædificare, id eſt, ædificari cura.
- "Locus hic ita diſtinguendus, *videtur exædificare etiam, ſi, &c.* id eſt, & illa ædificato, ſi, &c.

COMMENTARIUS.

DE NOVOVVM operum inſtitutione, VET-
TERVMQUE reparatione à Reſtore Pro-
uincie, eſt hæc rursùm Valentiniani Sen. conſtitu-
tio, de quo affatim ad *leges ſuperiores*: Idque
hac leg. nominatim per Picenum [Annonarium]
& ad Conſularem eius Prouinciam, Tribus in id
conſtitutis. I. *Noua* ſcilicet opera non ante in-
ſtitui, quàm antiquis inſtauratis, oportere; de quo
iam ſæpè *ſuprà.* Neque abſimilis etiam eſt *lex*
vltim. π. de operibus publicis. II. *Collationis* ad
reparationem operum publicorum formam *hac*
leg. præſcribit: Nempe, vt non pecunia in id
conferatur, ſed ſpecies ipſæ, id eſt, ferrum,
plumbum, æs (de quarum ſpecierum ad opera
publica collatione, vide l. 16. *ſupr.* de *Piſtoriu-
bus*: & Ammiani Marcellini locum, lib. 27. p. 361,
quem ſeruo, ad l. 19. *infr.*) & ſimiles ſpecies, qui-
bus adde & lapides: quomodo Theodoricus R.
apud Caſſiodorum 1. *variar.* 28. ſaxa in agris iac-
centia, vniuerſi Gothi & Romani ad ædificium
muroꝝ, ciuitatis ſuæ concedat. Proculdu-

bio, tum quod non tam facilè in alios vſus hæ
ſpecies conuerti poſſint, neque tam facilè di-
ripi, dilapidari, quam pecunia: tum, ne im-
modico fortè pretio hæc adærarentur, ſeu taxa-
rentur. De collationis alioquin in genere in
ipſis ſpeciebus faciendæ neceſſitate; fuit *ſuprà*
lib. 11. *tit. peculiaris 2. tribus. in ipſ. ſpeciebus in-
ferri.* III. *Stabula* tamen & *Horrea*, ſicubi ne-
ceſſaria ſunt, noua, etiam veteribus operibus non
reparatis, extrui iubet. De *Stabulis* ad l. 16. *prox.*
ſupr. Nunc de *Horreis*: Horum ſcilicet peculiaris
quoque ratio fuit & quidem apud Valentinia-
num, vt pote in quibus condita eſſet annona
militaris. Eademque hæc parte mens poſteà fuit
Honorio l. 37. *infr.* Hinc & idem Valentinianus
voluit l. 2. *Cod. Inſtit. de cond. in publ. horr.* Iudi-
cem ſeu Præſidem Prouincie, cum ad quam-
libet vrbem ſeu manſionem acceſſiſſet, pro-
tinus horrea inſpicere, eaque ſarta tecta habere,
alioquin negligentia eius ad damnum eius refe-
renda.

¶ De

¶ NOVA opera neceſſaria à Reſtoribus Prouinciarum Excitanda,
etiam ex aliarum ciuitatum canone.

XVIII. * Impp. VALENTINIANVS Valens & Gratianus AAA.
ad Probum PF. P."

RECTORES Prouinciarum quodcumque opus inchoandum eſſe neceſſa-
riò" viderint in aliquâ Ciuitate, id arripere" non dubitent. ¶ Si ciuitatis
eius Reſpublica tantum in tertiâ penſionis" parte non habeat, quantum
cœpræ fabricæ poſcat inpendium, ex aliarum" ciuitatum Reipublicæ ca-
none" præſumant, tertiæ videlicet portionis. PP. V. I. Kal. Feb. Sirmio, Gratiano A. III.
& Equitio COSS. [374.]

NOTÆ.

- * Ab eſt *hac lex* à *Cod. Iuſtin.* Concordant autem l. 26. 48. *infr.* meminit huius legis *lex 33.*
- "*Probus* PP. ſub Valentiniano Sen. Illyrici, vt docet vel *huius legis* ſubſcriptio, PP. Sirmio: vide Ammianum Marcellinum
hoc ipſo tempore lib. 29. p. 438.
- "*Quæ vrgent*, in loco Ammiani mox.
- "Inſigniore; puta ſplendiſſimâ, vt dicitur l. 14. *ſupr.* clariore, l. 26. *infr.*
- "Eadem voce vtitur *lex 15. ſupr.* & *lex 31. infr.* & Ammianus mox.
- "Reditus & vectigalium, & vt mox vocatur, *Canonis.*
- "Minorum ſcilicet, l. 26. *infr.*
- "*Canon*, *hac leg.* & l. 33. id eſt, penſio annua: vid. *Gloſſar. Theod.*
- "De hac ſubſcriptione mox dicam.

COMMENTARIUS.

NOVA Opera NECESSARIA, & quide-
m in ſpecie huius legis, *Militaria*, ad
tutionem vrbium, Iudices ſeu Reſtores
Prouinciarum in Ciuitatibus excitare, inconfulto
Principe, hæc conſtitutione à Valentiniano Sen.
conquiſtis etiam ex aliarum Ciuitatum canone
impenſis, ſi tertia penſionis pars huic rei deſti-
nata non ſufficiat, non ſupperat, permittuntur,
imò iubentur: pariter vt Stabula, vel horrea, &
Tempa: l. 3. 16. 17. *ſupr.* Dixi *Militaria*; Nempe
enim pertinere *hac lex* proprie ad opera *Militaria*
in Ciuitatibus, quibus hoſtes arcerentur, & ad
Quadorum motus hac tempeſtate repellendos.
Quod omninò perſuadet *Probi* ipſius PP. nomen,
cui *hac lex* inſcribitur, & ſubſcriptio legis PP. *Sir-
mio*, item vox *neceſſario* in *hac leg.* Poſtremò ipſa
horum temporum ratio: Nempe Auctor eſt Am-
mianus Marcellinus, in horum ipſorum tempo-
rum historia, lib. 29. p. 437. 438. 439. Quados præ-
ſidiatorum Caſtrorum trans Danubium in ſuis
terris Valentiniani iuſſu ædificatorum iniuriâ ta-
ctos, dein Gabinij Regis ſui cæde efferatos, vnâ
cum gentibus circumſiſtis Danubium tranſgreſ-
ſos meſſis tempore, cæde, præda, *Sirmium* vſque
fermè progreſſos: mox de Probo PP. hæc ſubii-
cit: *Per omnia itaque propinqua malorum ſimilium*
diſperſâ formidine, PRÆFECTVS PRÆTORIO,
agens tunc apud SIRMIVM, PROBVS, nullis
bellorum terroribus adſuetus, verum nouarum lugubri
viſu præſtrictus, oculosque vix atollens, hærebat diu
quid capeſſeret ambigens: & cum paratis velocibus
equis noctem proximam deſtinatæ in fugam, monitus
*vultore conſilio manſit immobilis. Didicerat enim om-
nes ſecuturos conſeſſim, qui MOENIBVS clauden-*
banur, regendas latebris opportunis: quod ſi conti-
giſſet, impropugnata CIVITAS veniſſet in ma-
nus hoſtiles. Proinde parumper lenito panore, ad
ARRIPIENDA QVÆVRGEBANT
acri animo adſurgens, reſeſt obrutus vaderibus FOS-
SAS; MPROBVMQUE maximam partem pacis
diminutione contemptam, & ſubuerſas ad vſque cel-

ſarum TVRRIVM mēnas expetiit, ſtudio AEDIFI-
FICANDI coalitus. Hac ratione opere velociter
abſoluto, quod IMPENSAS AEDIFICANDI
Theatri cauſa dudum congeſtas ſufficientes ad id,
quod efficere maturabat, inuenit. Arque huic ſpectato
conſilio ſalutare addidit aliud: & ſagittariorum co-
hortem ex ſtatione proxima, adſuram obſidio, ſi ve-
niſſet, acciuit. His velut obicibus Barbari ab oppu-
gnandâ VRBE depulſi. Sirmij igitur egreſſe Pro-
bum ex hac leg. & ſuperiore Ammiani loco li-
quet, & tertio Auſonij in carmine, quod ſubdi-
tum epiſtola. Valentinianus igitur ad ſuggeſtione
nem Probi PP. hanc legem emiſerit, tutandis Illy-
rici Prouinciis. Aded quidem, vt ad opus neceſſa-
ſarium inchoandum non ſufficiente Canone Ci-
uitatis, & aliarum Ciuitatum reditus, in id impen-
dere Reſtores & vſurpare velit, puta minorum;
vt docet l. 26. infr. Tertia ſcilicet Redituum Reip.
vbi Tria ſunt obſeruanda.

Primò notandum, ſuos habuiſſe reditus Ciui-
tates, ſuas penſiones, ſuam canonem: penſiones
inquam, & in his vectigalia, l. 26. 48. *infr.* l. 2. *de*
ſepulc. viol. & Symmachus loco quem mox lauda-
bo. De huiusmodi Ciuitatum vectigalibus; quæ
deſtinata Ciuitatum vſibus vel functionibus Cu-
rialium Ordinum, denique ad anguſtiarum ſua-
rum ſolatia, eſt quoque inſignis *lex* Arcadij, *vec-ti-*
galia 10. Cod. de vectigal. quæ verat peti: contra,
firma his & perpetua manere decernit. Pete-
re ſcilicet ea nonnulli auſi, ſiue quia paganiſ vſi-
bus ea in partem inferuient, vel his redundare
viderentur.

Secundò notandum, certam reditus Reip. (qui
ciuitales reditus dicuntur l. 1. *Cod. de ratiocin. oper.*
publ.) cuiuſque partem operibus publicis fuiſſe
deſtinatam affectatamque, & quidem Tertiam à
Valentiniano noſtro: quod iuxta *hanc leg.* etiam
comprobat l. 32. 33. & 48. *infr.* E quibus *lex 33.*
huius noſtræ meminit, & Valentinianum huius
rei Auctorem nominatim facit. Atque ad hanc
rem deſtinatæ certæ poſſeſſiones, vt docet *lex 1.*
ſupr.

supr. de locat. fundor. Huc pertinet etiam quod Symmachus scribit lib. 10. epist. 10. Habenda est ratio vectigalium publicorum, & lanacri astini in-
stratio, cum Reip. viribus conferenda, ut si quid re-
dundat, expensis cateris, in sumptum operis conferatur. Huic non absurdum est, quod de rebus Eccle-
siarum cautum olim veteribus Canonibus & legibus. Ut de his quatuor partes fiant: 1. Pontifici, ad sui sustentationem. 2. Presbyteris, Diaconis, Clero. 3. Templorum & Ecclesiarum reparationi. 4. Pau-
peribus, infirmis, & peregrinis. Item legum Longobardicarum, lib. 3. 4. tit. 3. l. 4. ut decima populi in quatuor partes diuidantur. Prima pars Episcopis derur, alia Clericis, tertia Pauperibus, quarta in fabrica ipsius Ecclesie: vid. & 12. qu. 2. cap. 23. 25. 26. 27. 28. 29. 10. & 16. q. 3. cap. 2. Vide & quæ

notat Paponius lib. 1. tit. 1. & quæ ad ipsum Papam notant alij.

Tertio obseruandum, minorum Ciuitatum redditus, non sufficiente maiorum reddito, ad vtilitatem maiorum derivari iussos, ut à Valentiniano hæc leg. ita & à Valentiniano Iuniore, l. 26. infr. Quod clariorum vrbium dignitati tributum, et si ornamenta & minoribus Ciuitatibus ad maiores transferri vetita, l. 11. 14. 37. hoc tit. Facilius scilicet pecuniam quam ornamenta minoribus Ciuitatibus detraheatis, detrahi que voluerunt Imp. Ab hoc verò non abluat, quod tractant Doctores, vtrum Episcopus de bonis inferioris Ecclesie pro alterius constructione, vel pro alterius Ecclesie sustentatione conferte possit: de quo vid. Marci decisiones. q. 1013. 1014.

¶ De Novis operibus etiam ab Illustribus Roma non excitandis sumptu publico, vel aliorum operum nuditate.

XIX. * Imppp. Valens, GRATIANVS & VALENTINIANVS AAA. ad Senatum. Post alia.

NEMO Præfectorum Vrbis, aliorumve Iudicum, quos potestas in excelso locat, opus aliquod nouum in Vrbe Roma inclyta moliat, sed excolendis veteribus intendat animum. Nouum quoque opus qui volet in Vrbe moliri sua pecunia, suis operibus absoluat, non contractis veteribus emolumentis, non effosis nobilium operum substructionibus, non rediuiis de publico faxis, non marmorum frustis (spoliatarum ædium reformatione) conuulsis. Lecta in Senatu, Valente v. & Valentiniano AA. c o s s. [376.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iust. Iungenda autem est l. 8. supr. de Metall. forte etiam (quod non temerè adfero) l. 13. supr. de Accusation. Vbi dies diuersus ab eo, qui subscripsit d. l. 8.
- "Vrbis Roma.
- "Quæ sublimissima in Vrbe potestas erat.
- "Veluti Præfectorum Prætor. cur etiam argumentum præstat d. l. 13. supr. de Accusar.
- "Inclyta potestates, d. l. 13.
- "Scilicet expensis publicis, quod pertinet hæc prima huius legis sententia.
- "itaque: vel quodque.
- "Iudicum scilicet, ut supr. initio legis.
- "Moliri opus.
- "Est qui tenet, contractus. Malè.
- "Putabam aliquando hic legendum, monumentis, aliquando aramentis, aliquando sumptis, id est, columnis. Sic fulmen-
ta Aquitanica, apud Sidon. lib. 2. epist. 10. Fulmen, à fulciendo. Sed emolumentis & hic, & d. l. 8. de Metall. rectum est. Emolumenta vel potius emolumenta sunt molitiones, ut vocantur l. 31. infr. ab emoliti. Symmachus lib. 10. epist. 9. Veror ne operi emolendo astuta opportunitas subrahatur. Et in l. 1. Cod. de Stat. & imagin. (quæ coassanda est cum l. 37. infr. hoc tit.) emolumentorum vox de Statuis & Imaginibus effertur. Si quis iudicum accepisse aeneas, vel argenteas, vel marmoreas statuas, extra Imperiale beneficium, in administratione postius, detegerit, emolumenta, quæ accipit, in eâ postius dignitate, quam polluit, cum extortis titulis vel præsumptis, in quadruplum sisco nostro inferat, &c. putet ibi emolumentorum vocem pro commodis accipi. Denique emolumentum nihil aliud est, quam structura: proculdubio proprio significari, in re architectonica, et si apud Vitruuium nusquam ea occurrat.
- "Ita leg. 16. supr. Veterum illustrium fabrica.
- "Substructionis vox hæc in re propria; etiam alicubi apud Quintilianum: de quo vide Gloss. Theod.
- "Rediuii vocem hæc in re usurpat quoque Cassiodorus 3. var. 9. & 4. var. 24.
- "Quid si crustis? Crusta marmorum, cum apud alios, cum apud Cassiodorum 1. var. 6.
- "de formatione. Ut etiam habet Editio Tiliiana; quanquam & hæc lectio sustineri posse videatur.
- "Id. Aug. ut d. l. 8. de Metall.

COMMENTARIVS.

GRATIANI hæc elegantissimo & Galliano cothurno conscripta constitutio est, ad opera publica Vrbis Romæ pertinens, pariter ut tres aliæ hoc titulo eodem pertinent: putà, lex 11. 12. supr. l. 2. infr. ¶ Est autem hæc lex pars prolixioris Gratianæ orationis ad Senatum; vnde etiam desumpta est lex 8. supr. de Metallis, quæ huic proinde iungenda venit. ROMÆ igitur NOVA opera publica, excitare omnes hæc leg. ventantur: nisi suo sumptu, non per aliorum publicorum operum ruinas ut hæc leg. disertè exprimi-

tur, vel etiam speciebus (quod addendum) corrogatis & extortis à priuatis. Omnes inquam, etiam Iudices excelsi; pariter ut à Valentiniano Sen. l. 11. supr. & rursum à Valentiniano Iuniore, l. 27. infr. quod idem & per Prouincias constitutum, l. 3. 14. 15. 16. 17. 21. 27. 30. 31. & l. 3. §. 1. Tit. de operibus publicis, ac nominatim inter alios quoque PRÆFECTVS Vrbis Romæ: cum aliàs Præfecti Vrbis hac in re nimio plus sibi indulgerent, ut patet vel exemplo Lampadij P. V. ante decennium ferè, de quo Ammianus Marcellinus, lib. 27. p. 361.

la 10. De hac ipsa re est quoque 3. variar. epistola 49.

¶ Interim ex l. 8. supr. de Metall. (quæ huic, ut dixi, coassanda est) apparet, quàm ratione inter alias Gratianus vti que huic malo (quod nimium frequens in Vrbe Romæ erat) occurrere fategerit, ut ita non tantum vetera Romæ excollerentur, sed etiam noua excitarentur, citra aliarum ædium deformationem. Eo scilicet sine data ab eo Senatoribus potestas, eo Orationis suæ ad Senatorem capite, quod continetur d. l. 8. per Macedoniam & tractum Illyrici, (quæ marmoribus abundabant) etuendorum marmorum & lapidum, proposita etiam vectigalis & portorij immunitate, de quo ad eam leg. 8. plenius. Portoriorum scilicet & vectigalis opera, ut in causâ ferè esse solent, ne lapides aut marmora etuatur, ita contra, proposita demum horum immunitate, lapidinas feruere, atque à veteribus ædificiis temperari necesse est.

¶ Illud tandem ad hanc quoque legem notat cupio: sicut eâ Gratianus Præfectis Vrbis, quamlibet in excelso locatis, modum quandam ponit, ita contra hoc ipso Anno, Præfecturæ Vrbis dignitatem adferum iuisse, l. 3. Cod. Iust. de officio Præfecti Vrbis: constituto videlicet, Ut Præfectura Vrbis cunctis que intra urbem sunt, antecelleret dignitatibus: Ideò proculdubio, quod Maximinus Præfectus Prætorio Romæ intoleranter sese effertens (de cuius nimio fastu videndus est Ammianus Marcellinus lib. 20. 28. & 29. quem & sub Gratiano damnatorio iugulatum ferro scribit,) supra Præfectum Vrbis sese extulerat. Nam & alios nonnullos eiusdem Maximini actus hoc ipso Anno, & proximo, Gratianus Imperator (huius legis Auctor) infirmavit, ut ad alias iam leges plures ostensum est. Imò & hæc quoque ipsa lex eodem non improbabiler referri possit. Atque ut legem illam 3. Cod. de officio P. V. pertexam, posteriorum eius sententiam corruptissimam ita restituendam censeo: Tantumque, ex omni parte, dignitatis, quantum sine omni iniuriâ ac derimento honoris alieni erit, v surpet.

¶ De Novis Operibus: pro quâ parte ea à Rectoribus Prouinciarum excitari possint.

XX. * Imppp. Gratianus, Valentinianus & THEOD. AA. Iuliano PF. Ægypti.

IVDEX, qui ad Prouinciam fuerit destinatus, duas partes, vel incuriâ vel vettitate conlabas, ad statum pristinum nitoris adducat: adque tertiam confrat * nouitatis: si tamen famæ & propriis cupit laudibus prouidere. Dat. xv. Kalend. April. Thessal. Gratiano A. v. & Theod. A. r. c o s s. [380.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iust. Iungenda autem ei est l. 80. supr. de Decurion.
- "Iuliani huius Præfecti Ægypti in d. l. 2. p. 1. epigrammata extant 4. Antholog. cap. 23. & cap. 31. & alibi. Fortè de hoc accipiendus Libanius epist. ad Anatholium 73.
- "Iulæ, id est, Rector Prouinciæ: sic Cornelius Nepos in v. Attic. cap. 20. Cum ades Ionis Fereij, vettustate atque incuria detecta prolaberetur.
- "de constructione nouitatis. Nouitatis, id est, noui operis. Cassiodorus quoque 4. var. 24. in eadem re: Ut rebus antiquitatè confusus, NOUITATIS facies adulta reddatur: & 4. var. 30. Et antiquis manibus NOUITATIS creata aspectus.
- "In industria captare famam: l. 31. infr. quæ eiusdem Theodosij M. est.

THEODOSII M. nouem constitutiones de operibus publicis sequuntur, puta *lex 21. 22. 23. 24. 25. 29. 30. 31.* E quibus hæc ad Ægyptum pertinet: *Lex 21. 24. & 31.* ad Præfecturam Prætorianam Orientis: *lex 22.* ad Antiochiam & Dicecesin Orientis: *lex 23. 25. 29.* ad Urbem Constantinopolitanam. ¶ *Hac lege* cui iungenda est seu coassanda *lex 80. supr. de Decurionib.* quatenus *NOVA* opera Iudices per Prouincias excitare possint, (de quo ad *legem superiorem*, aliâque plures dictum est) definit. Scilicet duas saltem partes labantes eos instaurare iubet: tertiam, si velint, nouam institucere permittit, ex sumptu videlicet publico: Nempe istud, vt *proinde de re possit fama, propriisque laudibus*, (vt *hac lex* loquitur) quas sanè Iudices nouis operibus enixè captabant; vt docet quoque *lex 31. infr.* (his verbis: *Licet nouis molitionibus industria captare famam, &c.*) Quod idem tamen postea reuocauit, *d. l. 31. infr.*

Ex huius portò legis coniunctione, cum *d. l. 80. supr. de Decurionibus*, apparet, hanc vtramque esse partem *Mandatorum*, quæ Iuliano cum imperio in Ægyptum destinato, à Theodosio M. data fuerunt. Sanè, vt de Decurionum pœnis, mandatis Principum aliquid comprehendi solitum fuisse, docet apertè *lex 15. 27. supr. de Decurionibus*:

l. 1. supr. de Pœn. (quo pertinet *d. l. 80.*) ita & de operibus publicis, docet apertè non tantum *lex 2. supr.* Verum etiam *lex vltim. in fin. π. de operibus publicis.* Si quis, inquit, *opus ab alio factum adornare marmoribus, vel alio modo ex voluntate populi facturum se pollicitus sit; nominis proprii titulo scribendo, manentibus priorum titulis, qui ea opera fecissent, id fieri debere Senatus censuit. Quod si priuati in opera, quæ publicâ pecuniâ fiunt, aliquam de suo adiecerint summam: ita titulo inscriptionis vti eos debere, iisdem Mandatis cauetur, vt quantam summam contulerint in id opus, scribant.* Sic & *legem 6. supr. Mandatorum* pariter partem esse censico; cui iungenda alioquin & *l. vnic. supr. de prob. salario.*

¶ Illud ad *hanc leg.* notari cupio, ab hoc Anno 380. Rectores Prouinciarum per Orientem ad Arcadij Imp. initia vsque, septemdecim annorum spatio Operum publicorum instaurandorum curam à se passim abdicasse, quæ causa fuit tot deinceps Theodosij M. *legum* de operibus publicis reparandis, puta *l. 21. 29. 31.* & lancindæ *legis 36. infr. hoc tit.* ab Arcadio Filio eius, qua negligentia Iudicum in reparandis operibus publicis à primo Theodosij *C O S.* (qui huic legi subscriptus est) vsque ad *legis* illius tempus eâ pœna plectitur, vt de suo ea reparare iubeatur.

¶ De NOVIS OPERIBVS non prius excitandis, quam veteribus reparatis, cœptisque à decessore absoluedis.

XXI. * Idem AAA. Eutropio PP. P.

SINGVLI quique Iudicum primò omnium in tuendis veteribus ædificiis publicis impendant propriæ sollicitudinis curam, tum adgrediantur nouarum adque studio cautæ celeritatis quidquid à superiore reppererint inchoandum, quasi à se cœptum nouerint explicandum. Dat. xv. Kal. Septemb. Hadrianop. Gratiano A. v. & Theod. A. r. c o s s. [380.]

NOTÆ.

* Abest *hac lex* à *Cod. Iustin.* Concordat verò ei *lex 3. supr.* maxime, itémque *l. 11. & 15. & 16. & 19. & 29. supr.* Id est, *decessore.* "92. XLI. Kalend. Decembr.

COMMENTARIUS.

NOVA opera à Rectoribus Prouinciarum non prius extrui, quam veteribus reparatis, & *hac leg.* Theodosius M. iubet; de quo tot iam fuerunt *hoc tit.* leges. Item (quod in *hac leg.* singulare est) quam cœptis à decessore, absolutis. Quod ipsum cauetur & *l. 3. supr.* & *l. 29. infr.* Breuiter vt vetera reparare, ita cœpta ab aliis expli-

care, seu absoluere prius Rectores Prouinciarum tenentur, quam noua inchoent. Re proinde cœptâ ab aliis quasi à se cœpta, id est, haud aliter, atque si ipsi cœpissent, absoluere iubentur: quod Rectores Prouinciarum in grauido sæpè habebant, seu fastidiebant, nouis potius Operibus, auram popularum, propriæque industriæ famam captantes.

¶ De LOCIS publicis non occupandis priuatorum operibus; imò & hisce diruendis, non obstante præscriptione, vel Rescripto.

XXII. * Idem AAA. Haue Proculo" K. NB.

RESCRIPTIO temporis iuri publico non debet obistere: sed ne Rescripta quidem: Adque idè diruenda sunt omnia, quæ per diuersas Vrbes, vel in Foro, vel in quocumque publico loco Ciuitatis, extructa noscuntur. Dat. III. Id. Iun. Constp. Merobaudæ II. & Saturnino C O S S. [383.]

NOTÆ.

* *Lex 6. Cod. vob.* Concordat *lex 47. infr. & 51.*
 * Proculus hic non erat Præf. Vbi, quod voluit Contius (cui alioquin inferibitur *lex 25. infr.*) Verùm Comes Orientis, cui inferibitur hoc ipso Anno *l. 14. supr. de cohortal.* itémque *lex 103. supr. de Decurion.* & Anno superiorè *382. lex 90. supr. de Decurion.* Eiusdem meminit Libanius de *vitâ suâ*, p. 66. 68. & *orat. ad Icarium*, noua semel: qui Icarius ei in Comitium successit.
 * Nec, in *Cod. Iustin.*
 * vide *l. 1. 6. 7. supr. de diuers. rescript.* vbi dixi.
 * Contra ornatum & commodum, ac decoram faciem Ciuitatis: hæc inserta in *Cod. Iust.* Antiochenæ.

COMMENTARIUS.

CONPARI priuatorum ædificiis loca publica prohibentur *hac leg.* à Theodosio M. Anno D. 383. Loca, inquam, publica, veluti forum, aliæve similia; *hac leg.* Porticus, *l. 32. infr.* pariterque palatij loca, quæ priuatis ædificiis occupari prohibentur à Theodosio Iuniore, *l. 47. infr.* quæ sæpè occupabantur auiditate cogendæ pecuniæ, *l. 25. infr.* vbi vid. quæ dico; adè vt ædificata locis illis subruui seu destrui iubeantur: & *hac leg.* & *dict. l. 47.* vide & *l. 2. π. ne quid in locat. sac. vel public.*

¶ Hæc ita indistinctè *hac leg.* Atenim Tribonianus hanc exceptionem addit, si videlicet opera illa priuatorum contra ornatum & commodum ac decoram faciem Ciuitatis extructa fuerint: quod & ipsum iure antiquo, & postea quoque obtinuit. Nam vt sæpè publica loca priuatorum ædificiis occupabantur; quem in finem etiam olim sæpè, Curatores locorum publicorum persequendorum, ita nuncupatim dicti mittebantur: vel huiusmodi ædificiis vestigal imponi solebat, vt docet *l. 52. infr.* vbi dicam: itémque *l. 5. vltim. π. eod. tit.* quod Solarium dicebatur, seu Pensio, vt *l. 41. in fin. infr.* vbi dicam; vel huiusmodi ædificia in publicum vindicabantur: *l. si legatum 5. §. vltim. π. eod.* Redditis etiam ædificatori impensis ex Plebiscito veteri, cuius meminit Dionys. Halicarnas. *lib. 10.* Cuius hæc verba sunt: *ἕνα βεβιασμένους πνὴς ἢ κλοστῆ λαβόντες ἀποδομήσαντες ἀκροαυθούς τὰς διαπαύας, ἀς αὖ οἱ διατητὰ γυῶσι, τῆ δὴμῳ ἐξουδύναυ.* Adè autem loca publica seu fines publici priuatorum ædificiis occupari non oportet, vt neque præscriptionem temporis hac parte vllam obistere posse, *hac leg.* definit Theodosius M. Quæ Regula alioquin notissima est. Sed hîc eleganter proponitur: Præscriptio temporis iuri publico non debet obistere, de quo alibi: vid. & quæ dicam ad *l. vltim. 7. infr. tit. prox. de aqueductu.* Neque etiam Rescripta, nam & hæc iuri publico damnosa non valent, quomodocumque fuerint impetrata, *l. 1. 6. 7. supr. de diuers. rescript.* vbi dixi.

Est igitur hic casus addendus ad eas exceptiones, quibus publicum ius præscriptione non tollitur: de quo Interpretes ad *l. 4. Cod. de præsc. 30. ann.*

¶ Potèd pertinere *hac lex* ad Comitium & Vrbes Orientis: & in his ad urbem Antiochiam, quæ Orientis metropolis & apex erat, Nam & Proculus, cui *hac lex* inferibitur, Comes Orientis erat: quod docet *lex 14. supr. de cohortal.* & *l. 90. 103. supr. de Decurionibus*: & Libanius de *vitâ suâ*, pag. 66. 68. & ad *Icarium* non semel: Cuius Libanij etiam plures ad eum extant epistolæ: puta *719. 743. 748. 752. 781. 803. 819. 835.* Et proinde Ciuitatis appellatione *hac leg.* Antiochia intelligenda venit: vbi vel in foro vel alio publico loco extructa dirui iubet. Vnde fortè etiam angariarum genus illud enatum, ad rudus effeendum, in quod inuehitur Libanius, *orat. ad Ἰκαρίων*, & *orat. aduersus Icarium*, huius Proculi in Comitium successorem. Sanè *hanc legem* extorsisse videntur angustia viarum Vrbis Antiochenæ, ἡ σφόδρα, cuius causâ Libanius de *fortuna suâ*, p. 66. 67. periculum vitæ adiisse se memorat hoc ipso tempore, cum ex Senatu seu Curia Antiochenâ prodisset; cum eo ipso loco Proculi Com. Orientis mentionem faciat; cui *hac lex* inferibitur, vt non inani coniecturâ putet quis *hanc legem* eò spectare, seu *hanc legem* ex hoc vel simili casu elicitam.

Post hæc ita scripta, compos iam epistolatum Libanij factus; Proclum hunc commentari video à Libanio *epist. 748.* ob vias, Porticus, balnea, FORA ipsius sumptibus Antiochiæ excitata: *πάλιν οὐδ' ἴππ' ἑταίρων ἔργων ἠρέδου Πτόκλ' ἔσ' αὐτῶν ἴππ' ἐν τῇ σβλαί παρ' αὐτῆ πεποιημένων ἰδῶν τε ἡ σφόδρα, ἢ λυπητῶν ἢ ἀγερῶν: φιλῆν μὲν ἰδ' ἀνάγκη ἔχει τὸν γὰρ αὐτῆ σόνον.* Et mox *ὡς μὴ μόνον ἐν τῇ σφόδρα τῆ σβλαί σὺ φεινέσθαι τῆ δὴμῳ τῶν εὐδυμῶν ἐστέρας ἐκάστου ἀσπασιν, ἀλλὰ ἢ τῆς βουλῆς δι' ὧν αὖ βελῆ σφάπται.* Quare pertinet omninò *hac lex* ad hoc Proclij Comitris Orientis studium in excitandis Antiochiæ publicis operibus, tuendisque.

¶ De PORTV & AQUÆ DVCTV Constantinop. instaurando, operarum ab omnibus collatione facta, citra cuiusquam IMMVNITATEM Theodosij M. lex.

XXIII. * Idem" AAA. Cynegio." PP. P.

D PORTVS & Aquæductus instauracionem, omnes ceteratim, factâ operarum collatione, instare debent: Neque aliquis ab huiuscemodi consortio, dignitatis priuilegiis, excusari. Dat. xv. Kalend. Februar. Constantinop. Richomere, & Clearcho C O S S. [384.]

* Lex 7. Cod. eodem tit. Iungendâque huic legi est l. 5. *supr. de auro coron.* Extat etiam hæc lex in corpore Constitutionis de Aquaductibus.
 "Malè: Reponenda enim hæc Imppp. nomina. VALENTINIANVS, THEODOSIVS & Arcadius: vide Chron. Theod.
 "Prima hæc lex est, quæ Cynegio PP. hoc Cod. inscribitur. Et sanè ante tres Septimanas Postumianus adhuc Præfectus Prætor. erat, vt docet lex 7. *supr. de honor. codicill.*
 "Et murorum: hoc amplius in Cod. Iust. ex l. 49. *infr. hoc tit.* sed contra veritatem historicam huius legis.
 "Sine extruentionem. Hoc additum Cod. Iustini.
 "Ita quoque Cod. Iust. & in corpore Const. de Aquaduct. & sustineat quis, repetitâ & non rē voce debet. Sed malim Nec quæat quis.
 "Alicuius.

COMMENTARIVS.

AD publica VRBIS CONSTANTINOPOLITANÆ opera seu ædificia, pertinent deinceps hoc titulo quatuordecim sequentes Constitutiones: puta, quatuor Theodosij M. lex 23. 25. 29. 30. Arcadij quinque: lex 38. 39. 44. 45. 46. Theodosij Iun. quinque lex 47. 50. 51. 52. 53. seu vltim. Ex quibus apparet, quàm enixum horum trium Principum, (post Constantinum, Constantium, Iulianum, & Valentem) in exornandâ vrbe illâ studium fuerit, quod alij quoque Scriptores memorant, vti suo de singulis loco dicitur. Idque partim in excitandis Nouis in eâ Operibus publicis, quò pertinet Theodosij M. lex 23. & Theodosij Iun. lex 50. 51. partim in reparandis veteribus, vel incendio consumptis, quò spectat Theodosij M. lex 29. & Arcadij lex 44. partim in ornatu vsûque eorum tuendo, ampliandoque: quò pertinet Theodosij M. lex 25. & Arcadij lex 38. 39. 40. Theodosij Iun. lex 47. 52. & vltim. denique in ruinis & incendiis auerendis; quò spectat Theodosij Magni lex 30. & Arcadij lex 39. & 45.

Cæterùm varia Opera publica Vrbs Constantinopolitana hisce legibus partim nominantur, partim indicantur, nouem scilicet. *Primo*, Portus *Secundo*, Aquaductus (Theodosiani scilicet) mentio fit l. 23. *Tertio*, ad Porticum Senatus pertinet lex 44. *Quarto*, ad Porticus Cini lex 45. & 46. *Quinto*, de Palatio est lex 47. *Sexto*, de Thermis Honorianis & Porticu earum, lex 50. *Septimo*, de Nouo muro, eiusque turribus, lex 51. *Octauo*, de Lauacro Zenippi & Porticibus eius lex 52. *Nono*, de Auditoriis Professorum in Capitolio, Porticibus eius, & exedris, lex vlt.

Hæc nostra, vti dixi, est de PORTV & AQUADUCTV Theodosiano, ad quorum instaurationem omnes, nullo excepto, operas conferre iubet, Theodosius M. A COLLATIONE scilicet operarum vel sumptuum, ad opera publica immunitatem, vt cæteroquin nulli, quæcunque tandem dignitas tribuit, seu nullius Dignitatis priuilegio quis ab huiusmodi consortio excusatur, vt hæc lege, ita rursus l. 49. *infr.* Cassiodorus 5. var. 9. consortio inquam, id est, communi onere & communione: Ita ad Portus & Aquaductus Theodosianorum instaurationem nominatim omnes, citra vllam immunitatem, instare iubet hæc leg. Theodosius M. Anno Domini 384. Omnes, inquit, certatim factâ operarum collatione. Quare neque cuiquam, Iudicum indulgentiâ, hæc immunitas tribui potest: vt l. 5. *supr.* Neque vlla dignitas

excusationem præbet, vt in huiusce legis specie, ita & d. l. 49. & sic in subitis & extraordinariis huiusmodi, ac Nobilibus Operibus, de quibus vt hæc leg. ita & illâ agitur. Aliàs enim Senatores ab huiusmodi collatione immunes erant, in specie l. 7. *supr.* & Veterani, l. 2. *supr. de Veteran.* Portum scilicet Constantinopoli Theodosius M. hoc tempore instaurare cepit: Portum inquam, qui & ided postea Theodosianus vocatus fuit, in veteri descriptione Constantinopoleos, duodecimâ regione, vbi perperam scriptum, Portum Theodosianam, loco, Portum. Eundem intelligit Themistius orat. 6. p. 162. (quam hoc ipso Anno 384. habuit.) § Aquaductum pariter (Valentianum scilicet) hoc tempore instaurauit Theodosius, vt hæc lex docet, de quo est quoque lex 3. 4. *infr. de Aquaduct.* Nam postea alium aquaductum idem Theodosius M. instituit, quî Theodosianus vocatus fuit, cuius fit mentio l. 29. & 30. *supr. de Prætor.* Deque eodem accipio l. 7. Cod. de Aquaduct. de vtroque l. 6. *infr. de Aquaduct.* His duobus scilicet operum publicorum generibus Constantinopolim Theodosius M. inter cætera hoc tempore ornauit: de quo, quam multis, inquam, operibus publicis Theodosius hanc vrbe ornauit, fidem facit quoque præter hanc legem & l. 25. *infr.* quod Gregorius Nazianzenus scribit orat. 25. quam Theodosio M. imperante habuit, (vt disertè præfert Schol. Thomasoniani Editio, p. 435.) vbi Aquaductum, de quo hæc leg. disertè memorat, ἡ τὸ ἀγῶν (inquit) ἄνθη ἔργον, ὃ τὸ ἀγῶνι & ἀπὸ ποταμοῦ. Quibus verbis eleganter & verè Aquaductum describit. Item Portum his verbis διαστυπῆς, δάλασος ἢ πῶς ἀνεβήθη ἡμῶν αὐτῶν. Et Themistius d. orat. 6. 160. 161. (hoc ipso Anno, vti dixi, habita:) & deinceps veteris Vrbs Constantinopolitana descriptio, vbi multa Theodosij nomine Opera designantur: quanquam ex his etiam nonnulla sunt Theodosij Iunioris. Ad illorum igitur duorum operum excitationem, instaurationem, omnes sine vllâ exceptione, & quidem dignitatis, operas conferre voluit. Atenim idem diuersum aliquid statuit in collatione auri coronarij: l. 5. *supr. de aur. coron.* (quæ aliquin huic nostræ coniungenda est:) Idem sanè in constructione murorum à Theodosio Iuniore constitutum, l. 49. *infr.* Quod etiam Tribonianus huic legi addendum putauit: pariter vt hanc legem porrexit quoque ad extruentionem nouam operum publicorum illorum.

De VITIO operis publici, & vt de eo Curatores operum publicorum, eorumque heredes teneantur, ad 15. annos vsque.

XXIV. * Idem AAA. Cynegio PP. P.



MNES, quibus vel Cura mandata fuerit operum publicorum, vel pecunia ad extruentionem solito more decreta, vsque ad annos quindecim ab opere perfecto cum suis heredibus teneantur obnoxij: ita, vt si quid vitij in ædificatione infra præstitutum tempus prouenerit, de eorum patrimonio (exceptis tamen his casibus, qui sunt fortuiti) reformetur. Dat. x. i. Non. Febr. Constantinop. Arcadio A. r. & Bautone c o s s. [385.]

NOTÆ.

* Lex 8. Cod. eod. tit.
 "Et hæc lex tribuenda est Valentiniano, THEODOSIO, & Arcadio.
 "Orientis.
 "Credita in Cod. Iust. Ita in l. 3. *infr. de sum. Vrbs Constantinop.* Mutuum appellatur, quod datur mancibus in coëntationem frumenti: Estque id propriè Promutuum, quod prorogatur: de quo ad eam legem 3. Pecunia scilicet à Magistralibus & Decurionibus decreto Ordinis dabatur in Opus publicum.
 "Intra. Cod. Iust. Sed rectum quoque est.
 "Prouenerit. Cod. Iust. Sed nostrum istud melius.
 "Reformetur, id est farciatur: vid. Gloss. Theod.

COMMENTARIVS.

VITIO Operum publicorum nouiter extruitorum (fortè in Vrbs Constantinopolitana, quod temerè tamen non adfero) occurrit hac constitutione Theodosius M. Anno 385. CURATORES scilicet Operum publicorum eorumque quibus pecunia ad extruentionem solito more decreta creditæ (vt habet Cod. Iust.) est, de vitio operis, (nisi id fortuitum sit) ad quindecim annos vsque tam ipsos quam heredes eorum teneri iubet hac constitutione: Quæ singularis omninò est, & singularem profecto præscriptionem continet quindecim annorum. Quanquam Harmenop. lib. 3. tit. 8. §. vltim. decennalis tantum præscriptionis hac parte meminit.

Curatores operum publicorum erant, Mechanici qui à Republ. operi perficiendo præstuebantur; quibusque ad extruentionem pecunia dederetur, qui scilicet impensas operis tractabant. Cuius generis apud Symmachum sunt Cyriades, Auxentius, & Aphrodisius lib. 4. epist. 71. & lib. 5. epist. 76. & lib. 10. epist. 38. & 39. quibus locis multa ad huius legis illustrationem occurrunt: atque inter alia, de Discussoribus extra ordinem missis, qui de vitio Operis quærerent. Hic Curator rursus sub se redemptores habebat, qui Opus faciendum conducebant, quos Ergolabos dicebant: cum his Curator negotium habebat, at Respubl. cum Curatore: l. 2. §. 1. π. de operibus public. Curator itaque hic de vitio Operis tene-

tur, nisi si à fortuito casu id vitium procedat. Itaque si quis Opus, quod perfecit, semel adfirmavit, id est approbavit, deinde id fortuito casu aliquid passum sit, periculum ad eum, qui perfecit, non pertinet: l. 1. §. vltim. π. de pollicitat. quæ huc egregiè facit, nihil verò ad ritulum, de pollicitationibus, verum ad officium Curatoris Respublicæ: qua causa lex hæc desumpta ex libro singulari Vlpiani de officio Curatoris Republic. Neque ipse tantum, sed & heredes ipsius tenentur. Vtrumque hoc ita constitutum, obseruari æquissimum est, eò quod opera publica, vt cætera publica, segnè fermè accurari solent: (Et nihilominus ad priuata quoque opera decennalem præscriptionem, cuius meminit Harmenopolus, pertinere existimem:) Alioquin apud Symmachum lib. 10. epist. 39. Cyriades mechanicus pro argumento stabilitatis pontis ædificari, triennij stabilitatem proponebat. Interea Cyriades V. C. facilem prospectum esse suggestit operis sarcienti, cuius stabilitatem sicut assertum est, hyems tertia non resoluit.

Tandem illud notandum superest, nisi Cynegij nomen huic leg. inscriptum obfisteret, quem vti que PP. Orientis fuisse liquet, hanc leg. oprimè referri potuisse ad eam ipsam Basilicæ Ponticæ Romæ discussionem, de quâ Symmachus distis locis: Nam & res omninò congruit, & temporis ratio: hoc enim tempore Symmachus P. V. erat.

De priuatis ædificiis non ADICIENDIS seu extruendis ad opera publica Constantinop. & de adiectis, diruendis Theodosij Magni lex.

XXV. * Imppp. Valentinianus, THEOD & Arcadius AAA. Proculo P. v. Constantinop.

VRBE est, publici splendoris ornatum, priuatarum ædium adiectione corrumpi, & ea quæ conspicuæ Vrbs decori, vel nostri temporis, vel prioris seculi ætate creuerunt, auiditate cogendæ pecuniæ, sociari. Vnde sublimis Eminentia

mentia tua, quidquid talis astutiae deprehenderit fraude violatum, id si publicis nitorebus faciem aspectus deterioris inducit, siue illud voluntaria praeumptione temeratum est, siue expressam coactis adnotationibus, occasionem fraudis obtinuit, iubebit amoveri: Tuo enim arbitrio relinquimus, à quibus temperandum, quæve diruenda, diiudices. Dat. xv. Kalend. August. Rom. Timasio & Promoto c o s s. [389.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Inst. Fortè iungenda huic legi lex 9. sup. de annonis civitatis: Concordat sanè huic, l. 4. & 9. sup. & l. 38. 39. 46. & 47. infr.
 "Proculo huic P. V. Constantinopol. inscribitur hoc ipso anno d. lex 9. sup. de annonis civitatis: & plures aliæ hoc anno 389. 391. 392. De eo agit Zofimus lib. 4. p. 769. 774. Facti Alexandrini sit quoque mentio l. 12. sup. de annonis civitatis. "veluti Tabernarum.
 "Conspicua, *αμνησ*.
 "Intelligit Urbem Constantinopolitanam.
 "Sub Constantino M. Constantio, Iuliano, & Valente.
 "Exstructa sunt: quo ipso sensu & surgendi vox usurpatur.
 "Haud dubio, tabernis ibi positis.
 "id est, citra Principis adnotationem.
 "22. expressum. "id est, extortis.

COMMENTARIUS.

NITORE seu SPLENDORI operum publicorum in Urbe Constantinopolitanâ consulit hæc constitutio Theodosius M. prohibita privatarum ædium ad publica opera ADICTIONE, & si quæ adiectæ, imperatâ destructione, arbitrio Proculi PV. Constantinop. Anno D. 389. Scilicet INTERVALLO seu ambitu non nisi certo intermissio, à publicis operibus privati rectè ædificant, hæc leg. & l. 4. 22. sup. l. 38. 39. 46. 47. infr. Non tantum propter incendiorum metum; ad quam rationem spectat lex 4. & l. 39. 46. infr. Verum etiam propter ornatum publicum, seu publicum nitorem, quod pertinet hæc lex; Turpe est, inquit Theodosius hac lege, publici splendoris ornatum, privatarum ædium adiectione corrumpi, & ea que conspicua Urbis decori, vel nostri temporis, vel prioris sæculi ætate creverunt, auiditate cogenda pecunia sociari. Cui respondet & locus Ammiani Marcellini, quem mox subiicimus. Quare cum publicis urbium, & quidem summarum, ædificiis privata ædes sæpè adiecerentur, vel voluntariâ praeumptione, vel extortis à Principe adnotationibus, atque ita publicis earum ornatus corrumpeteretur, subinde Principes, atque utriusque Romæ Præfecti, huic rei occurrendum putavere; inter quos Theodosius M. hac constitutione, vel etiam ipse Proculus Præfectus Urbis Constantinopolitanæ, vt ex huius constitutionis sine liquet. Ita & Prætextatus Præfectus Urbis Romæ sub Valentiniano Sen. Anno 367. teste Ammiano Marcellino lib. 27. p. 374. Adolebat, inquit, gloria clari Reitoris plura & villia disponens: Nam & maniana sustulit omnia, fabricari Romæ pristis quoque vetina legibus: & discrevit privatarum parietes ab ædibus sacris, iisdem inuerecundè connexas. Ita & Arcadius l. 38. 39. infr. & l. 46. Eademque ratio in Palatii in l. 47. infr. Alia verò ratione coniungere aliquid muris municipalibus vetum l. 9.

in fin. π. de rerum diuis. nempe tum sanctimoniam, tum securitatis gratiam.

¶ Illud obseruandum, quod hæc leg. dicitur, privata ædificia publicis adiecta seu sociata, auiditate cogenda pecunia: Scilicet, vt in aliis urbibus, ita & in Urbe Constantinopoli tabernas suas negociatores mercibus suis exponendis huiusmodi locis publicis, multitudine hominum frequentatis, veluti foro de quo est l. 22. sup. Palatio, quod spectat lex 47. infr. balnearum porticibus, l. 52. infr. sociatas ambitiosè voluere, auiditate cogenda pecunia: quod & hodie fieri videmus, sic vt magno huiusmodi loca locentur, vendantur. Sic & in pastoforiis seu porticibus Templorum, res sacro vsui destinatas & olim præstitisse, & nunc videmus. Sic & circumiecta adhærentiæque loca Basilicis, vbi iura redduntur, officinis occupantur.

¶ Denique obseruandum, fieri hæc leg. mentionem Operum publicorum, quibus Urbem Constantinopolitanam Theodosius M. ornauit; cuius rei fidem facit quoque lex 23. sup. & vt ad eam notari, Themistius quoque orat. 6. p. 160. 161. Et Gregorius Nazianzenus orat. 25. In his sanè fuere Portus, Aquæductus, Palatium Theodosianum, Balnea, Porticus, Gymnasia, forum etiam Theodosiacum (cuius mentio fit in veteri Urbis Constantinopolitanæ descriptione.) Atque eo nomine Themistius Theodosium vel maximè commendat, eâ oratione, quam quinquennio ante hanc constitutionem habuit; Anno 374. Eodem pertinet & columna in Hippodromo Constantinopoli extinctis Tyrannis erecta à Theodosio M. IVDICE SVB PROCLIO, id est, ab hoc ipso videlicet Proculo P. V. cui hæc lex inscribitur: de quo duæ sunt Inscriptiones, seu duo Epigrammata: vnum Græcum, alterum Latinum in Corpore Inscriptionum, p. 185. n. 6. 7. Græcum extat quoque lib. 4. ad *ἱστορίας*: cap. εἰς κλονί.

¶ Ad CLARIORVM urbium opera absolueda, quando quibusve conditionibus ex minorum reditu quid usurpari possit.

XXVI. * Idem AAA. Polemio FF. P. Illyrici & Italiae.

QUOTIENS clariores" urbis, per singulas quasque Prouincias, expensis propriis & vectigalibus" maiorem pecuniam, absoluedi cuiuslibet operis necessitate deposcunt, id ex minorum viribus" vindicetur: Ita vt, non ante poscatur, quam omnis

omnis summa, quæ hisdem ex suis compendiis" quæri" solet instaurandis ædibus, adsumatur." Consequens verò erit, vt in notissimam Serenitatis Nostræ, quociens habitata fuerit hæc vectigalium vsurpatio, deriuetur, quantum fuerit aliunde præsumptum, per quos expensum, quatenus consummatum. Dat. xv. Kalend. Febr. Med. Valentiniano A. I V. & Neotherio c o s s. [390.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Inst. Concordat huic l. 18. sup. Antiquari videatur hæc lex, & d. l. 18. per l. 48. infr.
 "De hac Praefecturâ Pratorianâ Illyrici & Italia dixi plenè ad l. 2. sup. de Constit. Princ. Eidem Polemio, FF. P. Illyrici & Italiae inscribitur lex 28. infr. hoc ipso Anno. Et l. 9. Cod. de off. Reitor. Prouinc.
 "Splendidissima, l. 14. sup. & l. 32. infr. Ita Aulonij poema extat de Clari Urbibus.
 "Pro, Vrbes. Intelligit autem Metropolitanas portissimum.
 "Illyrici & Italia.
 "de vectigalibus his in hac ipsa re l. 48. infr. l. 2. sup. de sepulcro viol. Symmachus loco quem mox laudabo.
 "Urbium.
 "Viribus, id est, redditibus: Propria hæc vox *bêc*, & *l'onic*. sup. de prob. salar. (quæ lex alioquin iungenda est cum l. 6. sup.) & apud Symmachum in eadem re, lib. 10. epist. 10. Habenda est ratio vectigalium publicorum & lauarii assium instauratio, cum Reipubl. viribus conferenda, vt si quid redundat expensis ceteris, in sumptum operis conferatur.
 "Terria vectigalium, vt l. 18. sup. 32. 33. 48. infr.
 "vectigalibus. " & seponi.
 "id est, infumatur.
 "Deriuari in notissimam.

COMMENTARIUS.

VALENTINIANI Iun. tres ordine de Operibus publicis Constitutiones sequuntur. Hæc est de SVMP T I V S ad opera clariorum Ciuitatum. SVMP T V S scilicet Reipubl. & vectigalia nominatim (de quibus iam ad l. 18. de que. iisdem l. 48. infr. & l. 2. sup. de sepulcro viol.) si operibus publicis necessariis absoluendis clarioris alicuius Urbis non sufficiant, è minorum Ciuitatum viribus, id est, redditibus & vectigalibus, adsumi suppletique iubentur, hæc leg. Valentiniani Iun. pariter vt à Valentiniano Sen. l. 18. sup. Id quod clariorum urbium dignitati datum. Sub duabus tamen conditionibus.

Primâ, vt non ante eò deueniatur, quam exhausta omni summa in eâ Ciuitate ex suis compendis, id est, vectigalibus omnibus instaurandis, seu instituendis ædificiis infumpra. Est hoc scilicet remediū subsidiarium, cui locus non est, nisi solito, solenni, canonico & ordinario deficiente.

Secunda conditio est, vt posteaquam subsidaria hæc impensa vsurpata fuerit, ad Principem diligenter referatur, quantum fuerit præsumptum,

per quos seu in quæ expensum, & quatenus Opus publicum consummatum sit: Scilicet, vt Clarioribus per singulas Prouincias urbibus ac Metropolitanis priuilegium hoc tribuerunt Principes, (Valentinianus Sen. l. 18. sup. & Valentinianus Iun. hæc leg.) vsurpandi canonis minorum in eâ Prouinciâ ciuitatum, ad exornandas fortè Metropolitanas, quam velut matrem cæteras venerari oportet; suisque adeo redditibus detrahi quid hac occasione minores Ciuitates patienter ferre debent, suâque vires subiicere, vt in cæteris subiiciuntur. Ita id non temerè fieri debet, sed duabus illis conditionibus seruatis, ne alioquin hoc obtentu maiorum Ciuitatum exornandum, minores viribus suis seu rebus spoliarentur. Quo ipso obtentu ne ornamentis suis minores spoliarentur, prouisum fuit l. 114. sup. & l. 37. infr. à Reitoribus videlicet Prouinciarum, aliisque Iudicibus & Magistratibus, quorum partim spoliis, partim negligentia, partim profusione potissima pars legum hoc ipso opposita sunt: puta, l. 1. 2. 3. 7. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. hæc leg. l. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 35. 37. infr.

¶ De NOVIS operibus Romæ, non excitandis sumptu publico, sed veteribus reficiendis.

XXVII. * Idem AAA. Albino P. V. Rom.

VGVSTÆ" in partibus ciuitatis magis antiqua reddi conuenit, quam inchoari superuacua. Nosse itaque par est Officium Magnitudinis tuæ, & cæteros, à quibus sumptus huiusmodi operibus de ærario præbebuntur, accepto omnino non ferri, si quis per vsurpationem opus præter conscientiam nostram intra æternam Urbem voluerit publicâ conlatione construere. Ideoque summam omnem, quæ illi contra interdictum fortè præbebitur, pecuniâ suâ, & propriis facultatibus pendet, sequestratâ condemnatione libratum auri decem, quæ plectet sacrilegam contemnentis audaciam. Dat. Prid. Non. April. Med. Valentiniano A. I V. & Neotherio c o s s. [390.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Inst. Coniungenda verò ei lex proxima, et si ad alium data sit.
 "Urbem Romam intelligit.
 "Partes Urbis Romæ.
 "Nouis.

"Populi

"Populi Romani. Aetarium Urbis Romæ: vid. l. 6. *supr.* & l. 28. *infr.*
 "vid. l. 6. *supr.* & l. 28. *infr.*
 "Supernacuum, vt *suprà.*
 "Aeterna urbs, Urbis Roma: vid. *Gloss. Theod.*
 "id est, publicis pecuniis & impensis, ex *Arario*, vt *supr.*
 "restituere.
 "Sequestrata condemnationis, id est, præter condemnationem.
 "Sacriligium est, publicas pecunias in superuacua infumere.

¶ *Idem, de Novis Operibus intra PP. Illyrici & Italia.*

XXVIII. * Idem AAA. Polemio PP. P. " Illyrici & Italiae.

SI quis nouum opus in qualibet ciuitate sustollere audaciùs, quam consultiùs molietur, de proprio se conlaturum sumptus, & perfecturum quod cœperit noscat. Nihil quippe Dispensatoribus ex hoc vsu feremus accepto: & contra, Officium, adque ipsum Iudicem auri pondo dena constringent: vt saltem metu, quod facere sponte debuerant, rescindis vetustioribus inpendant laborem. Dat. Prid Non. April. Med. Valentiniano A. I V. & Neothério V. C. C O S S.

N O T Æ.

* Iungenda, vt dixi, *lex superior*, cuius eadem sententia est, etsi ad alium data sit.
 "Dixi de hoc Polemio PP. ad l. 26. *supr.*
 "Iudex scilicet.
 "Illyrici vel Italiae. "extollere.
 "De l. *prox. supr.* *Sacriligam contemnentis audaciam.*
 "id est, iis, à quibus sumptus Operibus de Arario præbentur: vt l. *prox. supr.*
 "Vt l. 6. & l. *prox. supr.*
 "de *ocant.*
 "Vt l. 1. de *Iura*: Bonos metu poenarum efficere cupientes.

C O M M E N T A R I V S.

NOVA opera à Iudicibus quibuscunque, vt in Vrbe Romæ l. 27. ita & per Illyricum & Italiam, l. 28. Theodosio M. & repetitâ sanctione l. 31. *infr.* excitari prohibentur; vt à Valentiniano Iun. l. 19. *supr.* Pariter vt à Valentiniano Sen. l. 11. *supr.* ex Arario scilicet Urbis Romæ, & redditibus Rerumpubl. *Ararij* scilicet vox Romano propria; vestigialium, pensionum, reddituum, Rebuspubl. & Ciuitatibus aliis. Contra VETERA resciri seu reddi à Iudicibus iubentur. Et hæc quidem ita constituta: Tum ne nouis aedificiis redditus publici exhauriantur, tum ne vetera posthabeantur, quod vtrumque ab ambitione Iudicum nouitatis gloriam & industriam captantium, iam passim fiebat. Eum in finem tria *hæc duabus legibus* constituuntur, seu triplici metu Iudices compescuntur. I. Primum est, quod suo sumptu nouum Opus cœptum atque inchoatum

perficere cogendi sunt: quod & ipsum statuit l. 31. *infr.* II. Secundò, quod dispensatoribus pecunia publica in huiusmodi Opus erogata accepto ferenda non sit: cum alioquin, quæ Operibus publicis impensa constituit, accepto ferri oporteat: l. 6. *supr.* vbi dixi: Et hæc duo, quæ dixi, repetitâ sanctione iterantur, d. l. 31. *infr.* III. Tertio, multa Iudici, eiusque Officio imponitur, decem librarum auri, hanc inssionem contemnentibus. ¶ Porro sicut Iudicibus seu Reçtoribus Proninciarum, per Illyricum & Italiam fibula imponitur *hæc leg.* & l. 26. quæ ad Polemium PP. Illyrici & Italiae datae sunt, Anno Domini 390. ita & eodem Anno ad eundem Polemium PP. Illyrici alia fibula imponitur l. 9. *Cod. de Offic. Reçtor. Proninc.* putà, vt ne Augustissimam Urbem iniussa Principis adire audeant.

¶ *De Novis operibus à Iudicibus non excitandis.*

XXIX. * Imppp. THEOD. Arcad. & Honor. AAA. Aureliano P. V."

NE quis Iudicum noua aedificia molietur, cum opera nonnulla, aut cœpta pendere, aut neglecta nutarent. Dat. III. Kalend. Mart. Constantinop. Theod. A. III. & Abundantio C O S S. [393.]

N O T Æ.

* Absit *hæc lex* à *Cod. Iust.* Iungenda autem huic legi est *lex prox.* ac præterea sex aliæ constitutiones, putà l. 3. *supr.* de *Constit. Princ.* l. 1. *supr.* de *prad. Senator.* l. 26. *supr.* de *Prator.* l. 130. 131. 132. *supr.* de *Decurion.*
 "Ita quoque pleræque *pradictarum legum* habent: Sed aliæ habent PP. P. vt d. l. 31. 132. *supr.* de *Decurion.* Quæ de re dixi ad l. 3. *supr.* de *Constit. Princip.* l. 1. *supr.* de *prad. Senator.* l. 131. *supr.* de *Decurion.*
 "An qui sub P. V. dispositione erant in Vrbe Constantinopolitanâ: an qui sub PP.
 "id est, nondum absoluta essent. "id est, ruinosâ.

C O M M E N T A R I V S.

C O M M E N T A R I V S.

NOVA Opera extruere Iudices à Theodosio M. *hæc leg.* vetantur, nisi priùs iis, quæ cœpta sunt, absolutis: Item, quam reparatio veteribus, de quo iam toties ad *leges superiores*: vide saltem l. 21. *supr.* ¶ Cæterum, ex ipsâ temporum horum ratione, & coniunctione tot *illarum,*

quas modò notauimus, colligere licet, prauum hæc quoque parte morem, qui sub Tatiano PP. vel sub Proculo P. V. inoleuerat, *hæc leg.* emendari. De quo Proculo dixi ad l. 25. *hoc tit.* & ad l. 3. *supr.* de *constit. Princ.* quæ huic, inter cæteras, iungenda est.

¶ *RVINA aliarum domorum publica noua opera quando excitari possint.*

XXX. * Idem AAA. Aureliano P. V."

SI quando concessa à nobis licentia fuerit extruendi, id Sublimis Magnificentia tua sciat esse seruandum, vt nulla domus inchoandæ publicæ fabricæ gratia diruatur, nisi vsque ad quinquaginta libras argenti pretij æstimatione taxabitur: De aedificiis verò maioris meriti ad Nostram Scientiam referatur, vt vbi amplior poscitur quantitas, Imperialis extet auctoritas. Dat. III. Kalend. Mart. Constantinop. Theod. A. III. & Abundantio C O S S. [393.]

N O T Æ.

* *Lex si quando 9. eod. tit.* Quam autem *leges* huic iungendæ sint? ad l. *superiorem* iam dictum est, quæ & ipsa huic iungenda est. Concordat quoque l. 19. *supr.* huic *legi.*
 "Ita quoque in *Cod. Iust.*
 "Publicam fabricam scilicet: vt mox.
 "etiam priuata. "Pretij *Cod. Iust.*
 "Ita quoque *Cod. Iust.* Sed malim, *nosctur.* Quamquam & illud sustineri potest.

C O M M E N T A R I V S.

RVINA, seu destructione, (& sic nuditate, spoliatione) aliarum aedium noua opera publica, permissu Principis (nam id *hæc leg.* requiritur, pariter vt l. 11. 27. *supr.* & l. 31. 37. *infr.*) extrui vetat *hæc leg.* Theodosius M. quod & ipsum veterat Valentinianus Iun. l. 19. *supr.* Vbi plura iam diximus. ¶ Et modus tamen quidam huic rei *hæc leg.* adhibetur. Licentiâ quippe Operis publici noui extruendi factâ à Principe, alicui fortè Præfecto Prætorio, vel Præfecto Urbis, permittitur *hæc leg.* eas domos publici operis gratia diruere, quæ non excedant æstimationem quinquaginta librarum argenti, id est, ducentos quinquaginta solidos. Nam libra argenti æstimatur quinque solidis, vt docuit *lex vnic. supr.* de *argent. Prætor. quod thes. inf.* & l. 13. *supr.* de *Ty-*

ronibus, collata cum Symmacho *lib. 6. epist. 26. & 64.* Itemque l. 8. *supr.* de *deçtoribus.* Si maioris sint meriti, id est pretij, circa Principis auctoritatem id fieri non potest.

¶ Obseruetur itaque, ea aedificia maioris meriti vîsâ, quæ excederent quinquaginta libras argenti, seu ducentos quinquaginta solidos: Minoris verò meriti, quæ intra eam summam consisterent: In alia verò re Libræ 30. pro magna summa habentur: vt in *spec. leg. 49. de appellat.* Alia exceptio, seu limitatio continetur l. 37. *infr.* ¶ Interim ex his apparet, quàm malè interpretes *hæc leg.* abutantur, ad firmandam eam sententiam, quod publici operis gratiâ priuati domos suas vendere, & relinquere cogantur: de quo certè sunt l. 50. 51. *vt. infr.* *hoc tit.* & l. 1. *infr.* de *Aqueductu.*

¶ *Aduersus geminam Iudicum Ambitionem, circa INSCRIPTIONES & MOLITIONES nouas Operum publicorum. Theodosij Magni lex.*

XXXI. * Idem AAA. Rufino PP. P."

SI qui Iudices perfecto operi suum potius nomen, quam Nostræ Perennitatis scriberint, Maiestatem teneantur obnoxij. ¶ Illud * etiam repetita sanctione decernimus, vt nemini Iudicum liceat nouis molitionibus industriæ captare famam. Quod si quis in administratione positus sine iussu nostro aedificij alicuius iacere fundamenta temptauerit, is proprio sumptu etiam priuatus perficere cogatur quod ei non licuerat inchoare: Nec Prouinciâ permittetur abscedere, priusquam ad perfectum manucœptum perduxerit: & si quid de quibuslibet publicis titulis in ea ipsa fabrica præcepto eius impensum fuerit, reformari. Dat. III. Non. Iul. Constp. Arcadio III. & Honor. II. AA. C O S S. [394.]

Tom. P.

Q9

NOTÆ.

* Prima tantum huius leg. sententia in Cod. Iust. relata est; puta in l. 10. Cod. eod. tit. "Orientis."
 "publicis pecuniis": hoc additum à Triboniano.
 "Suum nomen sine nostri Numinis mentione inscripserint": Ita Cod. Iust. de quo mox.
 * Cætera desunt à Cod. Iust.
 "Nam hoc ipsum iam ab eodem Theodosio prohibitum: l. 27. 28.
 "Molitiones, pro ædificiis & operibus publicis: vid. Gloss. Theod.
 "id est, ad finem & æmulationem,
 "Mauuceptum, vnicâ voce. Nisi malis, ad perfectam manum, captum perduxerit: verum prius illud malo.
 "id est restituerit.
 "Nisi data, pro accepta accipias, tum dies huius legi subscriptus, vel locus victosus fuerit; iam enim Theodosius la Eugenum moturus, Constantinopoli digressus fuerat, ut docet subscriptio l. 18. sup. de eod. tit. l. 23. inf. de Heretic. l. 12. inf. de Scenic. Nisi forte hæc lex, pariter vt lex 24. Arcadio tribuatur, quod non puto, propter illa, repetitâ sanctione, quæ omnino Theodosium auctorem arguunt.

COMMENTARIVS.

V D I C T V M, id est Rectorum Prouinciarum in administratione positum (vt vers. Quod si quis, dicitur) ambitioni seu præsumptioni geminæ circa opera publica hæc Theodosij M. constitutione occurritur. Prima Iudicum præsumptio seu ambitio est circa INSCRIPTIONEM NOMINIS Operi publico. Nempe eò audaciæ deueniant nonnulli Iudicum, vt operi publico, publicis videlicet pecuniis (quod Iustinianus addidit, propter l. 2. 3. in fin. l. 7. in fin. c. eod. tit.) perfecto seu extructo, suum potius nomen quam Imperatoris inscriberent. Vbi Potius Senkôs accipiendum est, id est, suum nomen inscriberent tanquam Conditorum, obliuato Imperatorum nomine, quorum dispositioni meritoque Opus publicum adscribi oportebat inter cætera Imperij decora. Herbis igitur istis Parietarij, seu Parietinis id hæc leg. interdicitur. Iudicis eiusdem nomen, quo curante Opus factum est, inscribi iure potest, sed non tanquam conditoris, vel solum, quod hæc leg. prohibetur: vnde Tribonianus hæc huius legis verba ita rectè refinxit: suum nomen sine nostri Numinis mentione inscripserint. Quod & iam ab antiquo prohibitum fuit in Principio ipsum vel priuatorum quorum pecunia opus excitatum iniuriam fieri, vt docet Macri l. 3. in fin. & Modestini l. 4. c. de operibus public. sic vt non liceret Præsidio nomen superscribere. Super scribere dixit Modestinus pro inscribere, ceteris de re, id est tanquam conditorem inscribere. Breuiter, inscribi potest quiduis nomen, non tanquam conditoris, sed tanquam Curatoris: Quod pertinet etiam insignis Ammiani Marcellini locus lib. 27. p. 361. de Lampadio P. V. Romæ: Vanitatis, inquit, eius exemplum, ne latius euagemur, hoc unum sufficit poni, leue quidem, sed cauendum iudicibus. Per omnia enim Ciuitatis membra que diuorsorum Principum exornarunt impense, nomen proprium inscriberat: non vt veterum instaurator, sed conditor. Quo vitio laborasse Traianus dicitur Princeps, vnde eum Herbam Parietinam iocando cognominarunt. Vanitatis igitur & ambitionis argumentum istud in Iudicibus fuit. Quomodo & in Principibus notatum: in quibus econtrâ modestiæ id, & ciuilitatis signum fuit, ædes publicas instaurare, nusquam nomine suo inscripto seruatisque vbique titulis Conditorum. Quod de Seuro Imp. memorat Spartianus sine vite. Quo loco rescribo Magnum verò illud in ciuilitate eius, pro quo hæcenus legitur pessimè in ciuitate eius: quod etiam non mutem in vitâ eius. Ciuitatis enim vox hæc in re propria, quod notissimum, Ita Alexander Seuerus quo-

que pōntibus Traiani à se instauratis, nomen Traiani reseruarii teste Lampidio p. 122. Imò & eò ciuilitatis quidam Imperatorum processerunt, vt neque in suis quoque Operibus titulos amarent, quod Spartianus de Hadriano scribit p. 9. 10. Quandoque tamen extra ordinem id Magistratibus nonnullis permillum, vt videlicet operi ex eorum nomine titulus scriberetur, studio augendæ Urbis, quod factum à Constantio Imp. Anno 361. l. 13. sup. de Prætor. ibi: hæc pollicitatione duntaxat vt eidem operi ex eius nomine titulus scriberetur, vbi vide quæ dixi. Et hæc de prohibitione quæ huius leg. initio continetur: vbi & pœna notanda, Maiestatis videlicet criminis factum, quod hinc improbatum, imputari: Maiestatis scilicet crimen est ea vâsurpare quæ soli Principi reseruata sunt: quod aliis exemplis, vel hoc Codice firmatur: de quo vid. Paratilon; ad l. 1. l. maiestatis. ¶ Non omittendus hinc obiter locus Basilij in Psalm. 48. de huiusmodi operum inscriptionibus p. 285. ἡ δὲ ἔργα τὰς οἰκοδομίας ἐς τὴν πόλιν ἀγέρει: ἢ γυνάμνα τὸν ἀδελφὸν, ἢ ἐργαζόμενος ἐπισημαζόμενος, καὶ τὰ ὀνόματα ἐπιτὸν ἐπιπέδον τῶν χηνοῖς ἐπισημαζόμενος. Nempe priuatis de suâ pecuniâ opus aliquod molientibus, ius & mos fuit, nomina sua inscribere. ¶ Secunda Iudicum præsumptio, cui à Theodosio M. hæc repetita sanctione occurritur est, N O V O R V M operum absque Principis iussu, neglectâ veterum reparatione, excitatio; repetitis iidem pœnis, quæ iam l. 27. 28. constitutæ fuerant. I. Nempe refundendæ eius pecuniæ sumptus, vt, quod ex impensis publicis in id erogatum fuerit. II. Cæpti Operis propriis impensis absoluedi, quod & ipsum cauetur d. l. 27. sup. III. Eo fine (quod Tertium nunc primum constituitur) Iudices Prouinciâ suâ ante excedere prohibentur, quàm vtroque præstito, putâ refusa pecuniâ, ceteroque opere absolutò. ¶ Haud ab simili exemplo Duces, qui suæ administrationis tempore neglexerint in limite sibi commissis veteres Turres reficere, nouâque locis opportunis extruere, finitâ administratione ad limitem reuocari iussu, l. 13. sup. Haud ab simili planè exemplo aliâ in re, Iudices Prouinciarij finitâ administratione, excipientis Prouinciârum querelis in Prouinciâ certo dierum spatio commorari cogebantur, neque ante Prouinciâ discedere poterant: de quo dictum fuit ad l. vlt. sup. de Assessor. vide & Nouell. 13. Theod. in fin. & tit. Cod. vt omn. Ind. vt hic absoluedis operibus publicis à se excitatis citra Principis arbitrium.

De REDITVVM Reipublica tertiâ parte affectatâ ad reparationem Operum publicorum es succensionem Thermarum.

XXXII. * Imp. Arcad. & HONOR. AA. Eusebio Consulari" Siciliae.

E splendorum vrbes, vel oppida, vetustate labantur, de rebus fundorum iuris Reipublicæ tertiâ partem reparationi publicorum mœnium, & thermarum subuentioni deputamus. Dat. x. Kalend. Iul. Med. Olybrio & Probino C O S S. [395.]

INTERPRETATIO. Quotiens adificia vetustate consumpta necesse fuerit reparari, ad ipsam reparationem tertiâ partem de proprio fiscus impendat.

NOTÆ.

* Lex II. Cod. Iust. eod. tit. Concordat huic l. 18. sup. l. 33. c. 48. inf. "In Cod. Tit. & Edit. in Quario C. S. L. & expressius adhuc in Cod. Iust. COMITI Sacrarum largitionum, proculdubio rectè, non (vt hic habetur) Consulari Sicilia (de quo vide quæ dicam ad prox.) errore nato ex Nois.
 "de hæc Manium voce, mox.
 "vide quæ scripti, ad l. 131. sup. de Decurionib. quæ & ipsa est de calefactione Thermarum.
 "male in Iust. substitutioni; alij libri melius, substructioni, de quo mox.
 "Exemplo Valentianiani Sen. vt idem Honorius proficitur l. prox. 33.

COMMENTARIVS.

V M P T V S fartis testis Operum publicorum è tertiâ parte reddituum fundorum iuris Reipubl. hæc Honorij constitutione, & rursum l. 33. prox. (exemplo scilicet Valentianiani Senioris, cuius est eâ de re l. 18. sup.) deputantur. Denique tertiâ pars reddituum Reipublicæ operibus publicis destinata erat. Reddituum inquam, qui ex fundis ad Rempubl. spectantibus (de quibus suo titulo, lib. 10. c. 11.) quotannis colligebantur, seu qui ex locis fundisque Reipubl. quotannis conferri solebant, vt loquitur d. l. prox. Reparationi inquam publicorum mœnium, id est operum & ædificiorum publicorum, vt quoque lib. 1. sup. l. 33. 39. inf. vel l. 3. sup. de calc. coctorib. eodem sensu apud Victorium Scoti. Mœnia Romanâ potentia vix dignalandi vsui insinuit. Et Aggenus in Frontin. p. 74. In tutela rei vrbane assignata sunt syluæ, de quibus ligna in reparationem publicorum manium vrbem. Nam publica mœnia dixit Aggenus, quæ Frontinus ipse p. 55. publica opera. Symmachus lib. 10. epist. 34. Me cultum spoliatorum Mœnium inuestigare iussisti. In quibus locis explicandis, interpretandis, Viri docti frustra sudarunt. Ambrosius epist. 33. p. 156. Ad Imperatorem Palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesia: publicorum tibi [Imperator] manium ius commissum est, non sacrorum. Omitto alia. Neque tamen diffiteor & ipsos mutos hac appellatione venire. ¶ Reparationi publicorum mœnium additur hæc lege, Thermarum subuentioni. Hi scilicet duo expensarum tituli & præcipui quidem per vrbes splendiores oppidâque fuere: Reparatio, inquam, Operum publicorum, & subuentioni Thermarum. Subuentioni, inquam, si rectè habet hæc leg. id est, balnearum Publicarum calefactio, & vt Basilica habent

Thermae, vt monuit iam Cujacij 18. Obseru. 37. quem secutus quoque postea Leonclausius, Notator, lib. 2. p. 354. Ammianus Marcellinus dixit succensionem, initio lib. 31. Mandantium, inquit, tangeri ligna ad Valentini lauacri succensionem: de qua Thermarum calefactione vide & l. 131. sup. de Decurionibus: vbi fusiùs dixi, & l. 1. §. 2. l. 18. §. 5. c. de Munerib. vide & Paratilon. sup. lib. 1. 4. de Mancipib. Thermar. Et ita quidem vox subuentioni his defendi potest: Et tamen nonnulli Codices Iustinianei probabiliter hinc habent substructioni: proba enim hæc vox hæc in re: Glossar. ὑποδομή τῶν ἀναδούλων, substruo, refectio substructiones (nam ita ibi legendum) ὑποδομή. Item substructiones ἐμοδαὶ. Substructio est fabrica & refectio, Nempe Thermarum substructio, instauratio, alter titulus est expensarum in publica opera facta testâque: Symmachi locus huc facit lib. 10. epist. 14. Habenda est ratio vestigalium publicorum & LAVACRI æstiuu INSTAURATIONE cum Reipubl. viribus conferenda, vt si quid redundat expensis ceteris in sumptum OPERIS conferatur. Sic quoque hæc duo iunguntur apud eundem Symmachum lib. 10. epist. 53. Ne commoda populo Romano ciuitas que LAVACRIS publicis ligna & calcem reparandis MOENIBVS subministrat. Ad huius tandem legis argumentum facit quod Theodoricus Rex apud Calliodorum 2. variar. 48. Spoletinis ciuibus ad EXHIBITIONE M Thermarum supra consuetudinem aliam millenam deputari iubet. Duplici igitur huic vsui tertiâ ciuiliū reddituum pars ab Honorio hæc leg. deputatur, quomodo & eam deputauerat Valentianianus Senior dist. l. 18. sup. & rursum postea idem Honorius leg. prox. 33.

¶ De SUMPTIBVS ad reparationem Operum publicorum ex solâ
tertia ordinariorum reddituum Reipubl. parte, non ex
SUPERINDICTIONIBVS sumendis.

XXXIII. * Idem AA. Haue Vincenti" K. NB.

RÆCIPVA nobis cura est, ne, aut prouinciales nostri superindictionibus" prægraentur, aut opera publica pereant vetustate conlapsa. Singuli igitur Ordines" ciuitatum ad reparationem" mœnium" publicorum nihil sibi amplius nouerint præsumendum, præter tertiam portionem eius canonis," qui vt" locis fundisque Reipublicæ quotannis" conferri solet: sicut Diui Parentis" nostri Valentini" Senioris deputauit auctoritas. Dat. III. Non. Iul. Med. Olybrio & Probino CONS. [395.]

NOTÆ.

- * Lex 3. Cod. de diuors. Præd. Urb. hinc decurtata est.
"Vincentius hic Præf. Prætorio Galliarum fuit, de quo alibi dixi: vide & Indicem personarum.
"De superindictio, vide supr. tit. 6. lib. 11.
"Ordines, id est, Ciuitatum Curie.
"Restauratio, Cod. Iust.
"Id est, Operum publicorum: vide dicta ad l. 1. c. 32. infr.
"Canonis, hæc leg. & l. 18. supr. id est redditus, vt l. 32. supr. pensiones, d. l. 18. vid. Gloss. Theod.
"Ex, Cod. Iustin.
"Annua præstatione, ita Cod. Iustin.
"De hac Parentis appellatione dixi ad leg. unic. supr. de action. cert. temp. fin.
"Intelligit leg. 18. supr.

COMMENTARIVS.

DE SUMPTIBVS ad facta tecta Operum publicorum per Ciuitates est hæc rursus Honorij Imp. constitutio. Quâ vt tertiam partem integram Canonis, qui ex locis fundisque Reipubl. colligitur, factis tectis solis deputat, exemplo Valentini Sen. l. 18. supr. quomodo & l. supr. 32. factis tectis & substitutioni hermarum eam deputauit. Ita vice versa eo nomine quicquam à Prouincialibus exigi vetat. Eadem scilicet prouidentia curaque (quam & ipse præcipuam sibi esse eleganter profiteretur) & factis tectis re-

ditu sufficienti consulens, ne alioquin vetustate collapsa pereant, & indemnitati prouincialium, ne alioquin prouinciales superindictionibus collationibusque ad facta tecta prægraentur. Præcipua, inquit, nobis cura est, ne aut prouinciales nostri superindictionibus prægraentur, aut Opera publica pereant vetustate conlapsa. ¶ Ex hæc interim lege apparet, vestigalia Rerumpublicarum seu ciuitatum ex parte è locis fundisque Reipubl. collecta, & annuatim quidem,

¶ De MVRSIS per singulas ciuitates Orientis excitandis, vel renouandis:
deque modo COLLATIONIS ad id Arcadij Imp. lex.

XXXIV. * Idem AA. Cæsario PP. P."

MNES Prouinciarum Rectores litteris" moneantur, Vt sciant, Ordines" adque" incolas urbium singularum, muros, vel nouos debere facere, vel firmius veteres renouare: Scilicet hoc pacto inpendiis" ordinandis, vt adscribitio" currat" pro viribus" singulorum: Deinde" scribantur" pro æstimatione futuri operis territoria" ciuium, ne plus poscatur aliquid, quam necessitas imperauerit: neue minus, ne instans" impediatur effectus. Oportet namque per singula" iuga certa quæque" distribui, vt par cunctis præbendorum sumptuum necessitas inponatur." Dat. IX. Kalend. April. Arcad. IV. Honor. III. AA. COS S. [396.]

NOTÆ.

- * Lex 12. Cod. eod. tit.
"Cæsarius PP. Orientis sub Arcadio Imp. vid. Prosopogr.
"Tuis scilicet seu à te PP. sub cuius videlicet dispositione Rectores Prouinciarum erant.
"Ordines urbium, Curie seu Decuriones: vid. supr. tit. de Decurionib.
"His duabus appellationibus tota Ciuitas comprehenditur, Ordinis, inquam, & incolarum. Alioquin tribus designantur Decurionum, Honoratorum, Possessorum.
"inpendiis, id est, impensis, id est, sumptibus, vt infr.
"Adscribitio, id est, indictio: vid. Gloss. Theod. & supr. tit. de Annon. c. tribus. Sic mox infr. scribantur.
"Curere dicitur adscriptio, quæ per singulos fit.
"id est, viribus, facultatibus: vid. Gloss. Theod.

- "Ita quoque est in Cod. Iust. Neque mutem in proinde.
"adscribantur: Cod. Iust. vt supr. adscribitio.
"Territoria, & vt mox vocantur, iuga, pro agris priuatorum, vt & l. 18. c. supr. de Decurion. vbi dixi. Vide & Sicutum Flaccum, & alios.
"Instans, id est, qui imminet, necessarius.
"non sterilia, hæc limitatio, hic modus additus Cod. Iust.
"2c. quæque, non vt in Cod. Iust. quoque.
"Nemini excusatione, vel aliâ presumptione, ab huiusmodi immunitate [necessitate] præbendâ: hæc addita in Cod. Iust. ad maiorem lucem, ex Nouellâ Valentianiani.

COMMENTARIVS.

DE MVROVVM per Ciuitates singulas siue constructione, siue instauracione, est hæc Arcadij Imp. constitutio, Anno D. 396. quâ iubet is, per singulas ciuitates (Præfecturæ scilicet Prætorianæ Orientis) quâ nouos muros excitari, quâ veteres renouari firmatque; ob instantem scilicet utilitatem, seu necessitatem aliquam; Proculdubio aduersus impetus hostiles, cuiusmodi fuerunt hoc tempore Hunnorum; Auctor enim est Claudianus, in Rufinum: Zosimus lib. 5. p. 797. 798. Socrates lib. 6. cap. 1. & Sozomenus lib. 8. cap. 1. c. 15. Philostorgius lib. 11. cap. 8. Hunnos quasdam Orientis partes, & in his Armeniam, Melitenen, Euphratensem, Syriam Cœlen, Ciliciam; immittente, vt credebatur, Rufino, his ipsis temporibus incurfasse. Quod etiam pertinet l. 15. supr. de re milit. quæ inscripta est Remistheo Duci Armenie, cui eidem inscribitur & lex 57. supr. de cursu publico. Cuiusmodi item fuerunt hoc ipso fermè tempore in Libya Pentapolitana & Ægypto Mazacum & Ausurianorum motus; teste Synesio epist. 129. c. in Catastasi: & Philostorgio lib. 11. cap. 8. vbi etiam Ciues etiam intra muros & mœnia Ciuitatum continere se iussos coactosque scribit Synesius in d. Catastasi, & epist. 129. ¶ His igitur irruptionibus, ac nominatim priori, Rufino iam cæso, & Cæsario ei in Præfecturâ successo, (cui lex hæc inscribitur) Arcadius hac inter alias ratione hostibus instantique periculo occurrendum putauit, muris videlicet quâ veteribus reparari, quâ nouiter extrui

iussis: idque ex Collatione Decurionibus & incolis urbium singularum seu possessoribus indictâ. De quâ collatione ad Opera publica sunt præterea hoc tit. lex 5. 7. 17. 23. supr. Ac nominatim quoque ad murorum constructionem l. 49. infr. repetita l. vltim. infr. de equor. conlat. quæ Theodosij Iunioris filij eius est; cui idem in hac ipsâ specie constructionis murorum ob necessitates Illyricanas placuit. De quâ collatione pro reparatione murorum est quoque locus apud Cassiodorum 9. var. 14.

¶ Porro collationis istius formam nominatim Arcadius hæc leg. præscribit, idque duplici fine; tum vt ne quid instanti operi desset, tum ne Curiales & possessores iniquè grauarentur. Nempe 1. futuri prius operis æstimationem iniuriaber, id est, quanta pecunia ad opus seu murorum extruccionem & reparationem opus sit. Quod & ceteroquin in commune ædificantis cuiusque prudentiæ esse monet vel sacra Scriptura. At in hoc casu, idèd ne plus minusve à possessoribus poscatur. 2. Deinde adscriptionem seu indicationem fieri iubet, pro viribus & facultatibus singulorum, & pro modò iugorum terræ, seu territorij Ciuium: vt ita par cunctis præbendorum sumptuum necessitas inponatur. De quâ collationum forma & æquabilitate in genere, suo loco lib. 11. vt & de nullo excusando à murorum reparatione, vid. Nouellam Valentianiani inter Theodosianas de Pantapolis 43. in fin. quod exinde Tribonianus in leg. ex hæc desumptam retulit.

¶ NEGLIGENTIAM Iudicum in reparandis Operibus publicis quatuor generum, annis ab hinc 17. plectit Arcadius hæc leg. reparationis necessitate his de suo impacta.

XXXV. * Idem AA. Cæsario PP. P."

VIDQVID de Palatiis," aut Prætorij" Iudicum, aut Horreis," aut Stabulis" & receptaculis animalium publicorum, ruinâ labsum fuerit, id Receptorum facultatibus reparari præcipimus, qui à Primo" Consulari Diui Genitoris" nostri, vique" præsens tempus, gesserunt Iudiciariam potestatem. PP. Regio," Arcad. I V. & Honor. III. AA. COS S. [396.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iustiniano. "Orientis.
"De Palatiis dixi tit. Nequis in Palatiis: vid. & l. 47. infr. & l. 2. infr. de Aquaduct.
"de Prætorij Iudicum dixi ad l. vlt. supr. de Offic. Iud. omn. vid. & l. 8. supr.
"De Horreis dixi tit. de cond. in publ. horr. vid. & l. 12. & l. 17. supr.
"De Stabulis seu receptaculis animalium, vide & l. 16. 17. supr. dixi tit. de cursu publico.
Et, pro id est.
"id est, ab Anno D. 380. qui subscriptus lege 20. supr. ad quam dixi.
"Theodosij M.
"Regio, Regium hic est, quod prope Constantinopolim erat, duodecimo ab urbe lapide, vt docet Itinerarij Peutingerianum.

COMMENTARIVS.

DE REPARATIONE Palatiorum, Prætoriorum, Horreorum, Stabulorum, quæ intra Ciuitates Prouinciasque erant, est hæc Arcadij

constitutio, quâ quidem IVDICVM seu Rectorum Prouinciarum Negligentia plectitur: Negligentia, inquam, in reparandis quatuor istis Operibus

ribus publicis, quæ intra insigniores ciuitates in-

sumptibus reparare iubeantur. Scilicet ad Re-

MATERIA reparandis quatuor Operibus publicis extraurbanis per diocesim Orientis ex demolitione Templorum ab Arcadio deputatur.

xxxvi. * Idem AA. Asterio Com. Orientis.

VONIAM Vias, Pontes, per quos itinera celebrantur, adque Aquæductus, Muros quinetiam, iuuari prouisis sumptibus oportere signasti, cunctam materiam, quæ ordinata dicitur, ex demolitione Templorum, memoratis necessitatibus deputari censemus, quò ad perfectionem cuncta perueniant.

NOTÆ.

- * Abest & hæc lex à Cod. Iust. & ab Annalibus Ecclesiasticis Baronij, quò referti eam oportuit. Iungenda autem ei & subiicienda lex 7. infr. de Aquaduct. seu lex 4. Cod. eod. tit.
de Asterio hoc mox.
Celebrari itinera dicuntur per vias & pontes, per quos celebre iter est. Ita Murus celebrati dicitur l. 5. infr.
Valentiacum, Theodosiacum, de his Aquæductibus Antiochenis est etiam d. lex 7. infr. de Aquaductibus, quæ huic iungenda.
De Muris est quoque lex 34. supr. & l. 49. infr. seu l. vlt. infr. de Equor. cenlat.
Ordinata, id est, vel à te destinata, refectioni scilicet vel statuta, æstimata necessaria: vel ordinata, id est, seposita, id est, iubemus.

COMMENTARIVS.

MATERIA reparationi viarum, pontium, Aquæductuum, murorum, per Comitium Orientis, quibus reparandis Asterius Comes Orientis hoc tempore animum intendebat ex Templorum Gentilium demolitione, hæc Arcadij constitutione deputatur seu destinatur, ad suggestionem eiusdem Asterij Comitit Orientis: cuius Asterij Comitit Orientis mentio fit quoque apud Sozomenum lib. 8. cap. 2. Huius etiam operâ Ioannes Chrysoctomus ad Episcopatum Constantinopolitanum electus, ex Vrbe Antiochenâ eductus fuit: ἐδοξε Κωνσταντινουπόλει ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀποικισθῆναι. Ἐπιτοσαμίων ὃ σῆτο τὰ λαὸν καὶ τὰ κλήρον, καὶ ὁ Βασιλεὺς σωθῆναι, καὶ τὰς ἀξίους αὐτὸν ἀποποιεῖν: σωθῆναι καὶ ὃ σῶσθαι, καὶ τὴν σημανόεραν τῶν χειροτονίαν δεικνύς ἐκ αἰς μακρὰς τὰ Βασιλέως ἡγάματα δεξάμενος.
ΑΣΤΕΡΙΟΣ δὲ τῆς ἐκ ἡγέμενος ἐδήλωσεν Ἰωάννην ἐπιτοσαμίων ἄξιον αὐτῶν, ὡς ἀπὸ τῶν δημοσίων: ἐλθόντα δὲ αὐτῶν εἰς ὄχημα σὺν ἑαυτῷ ἀπέστειλε, καὶ σὺν ἑαυτῷ ἔλασσε, ἵκαν εἰς Παύλου καθῆκον ὑποκατάβουον: ἐν ταύτῃ δὲ ἔδωκε δὲ αὐτὸν τῆς ἐκ Βασιλέως ἡγουμένην, ἀνέστρεψεν: ἐδόξε δὲ τὰ ἀπὸ τῶν κληρῶν διακονῆσαι ἅπλην Ἀντοχίας μωθῶν, καλεπὰς τὸ ἀπὸ εἰσὸν καὶ δόλους ὄντας, ὡς ὅποτε αὐτῶν ἰωάννη ἀποκατάβουον, ὡς ἰωάννην τὸ ἡ δρῶσαι. Quo loco minus propriè Interpres Prefectum Orientis veritit. Hic idem Antiochiæ Comes est, quem in eiusdem rei historiâ memorat Palladius, & Georgius in vitâ Chrysocto-

mi. Eidem inscribitur Anno prox. 398. lex vlt. s. secund. nups.
Ex demolitione igitur Templorum Gentilitiorum materia hoc tempore destinata ab Arcadio Operibus istis publicis instaurandis. Ex quo apparet, per Orientem Gentilium Tempora hoc tempore sub Arcadio strenuè diruta. Quod factum etiam biennio post per Phœnicen, nominatim Orientis Prouinciam, vt docet l. 16. infr. de Pag. Sacrif. & Templ. quâ templa in agris posita diruî iubentur sine turbâ & tumultu: id quod etiam memorat Socrates lib. 5. cap. 2. de quo dixi plenius ad eam l. 16. & ad Libanij orat. κατὰ τὴν ἰερῶν, à me editam. Quare obseruanda iam hæc lex, velut ad historiâ Ecclesiasticam pertinens, quæ tamen abest hæctenus ab Annalibus Baronij.
Interim notanda hæc quatuor illa Operum publicorum genera, quæ hæc coniunguntur: Vias, Pontes, Aquæductum, Muri. Quæ in agris extra, & circa vrbes fermè erant: (vti contra quatuor genera suprâ l. 35. coniungi videmus, quæ intra vrbes ipsas erant.) Quorum instructio inter præcipuos titulos Imperatorios fuit: Viarum inquam, Pontium, Aquæductuum, & Murorum. Quod verò ad Tempa attinet: similiter Theodorici Rex apud Cassiodorum 3. variar. 31. ait, Tempa etiam à se, petentibus multis, ad reparationem Operum Urbis Romæ collata.

De Novis operibus publicis à Iudicibus non inchoandis ORNAMENTIS non euellendis vel transferendis.

xxxvii. * Idem AA. Theodoro P. P.

IN EMO Iudicium in id temeritatis erumpat, vt inconsultâ pietate nostra, notli aliquid operis existimet inchoandum: Vel ex diuersis operibus æramen, aut marmora, vel quamlibet speciem, quæ fuisse in vfu vel ornatu probabitur ciuitatis, eripere, vel aliò transferre, sine iussu Tuæ Sublimitatis audeat: Etenim si quis contrâ fecerit, tribus libris auri multabitur. Similis etiam condemnatio Ordines ciuitatum manebit, nisi ornamentum genitilis patriæ decreti huius auctoritate defenderint. Horreorum autem, vel Stabulorum fabricas arbitrâtu proprio Prouinciârûm Iudicis studio laudandæ deuotionis adripiant. Dat. Kalend. Ian. Msd. Honor. A. xv. & Eurychiano c o s s. [398.]

NOTÆ.

- * Lex 13. Cod. eod. tit. Iungendâque huic, mox vt ostendam, lex 1. Cod. de Statuis & Imaginibus.
vi d. l. i. exercitâ imperialis beneficium.
In Cod. Iust. ornamenta. Aramen hic dicitur, vt & Paulo 3. sent. tit. 6. §. instruit. Domo legata, ea legatio continetur, quibus domus munitior, vel cura ab incendio praestatur: tegula, specularia, vela legata continentur: Item aramenta, lecti, culcitra, pulvinaria, subsellia, cathedra, mensa, armaria, delphica, pelues, concha, aquimantia, candelabra, lux cerea, & similia quæcunque materia expr. ssa, apud Plinium lib. 35. cap. 15. aramentum; In glossâ Cyrilli ἀλάστια, aramentum. Apud Vincent. Lirinensem, Nolo pro auro impudens plumbum, aut fraudulenter aramenta supponi. Nolo auri speciem, sed naturam plumbi. Aramen igitur est ornamentum ex ære: vid. veterem ἱεραγῆν, totius Orbis sub Constantio Imp. quem nuper edidi, vt sunt ænea simulacta, & statua ænea: de quibus agitur d. l. i. Cod. de Stat. quæ huic iungenda est.
De marmoreis statuis agitur pariter d. l. i.
Sex. Cod. Iust.
Condemnatio, pro multa: vid. Gloss.
huiusmodi, Cod. Iust. malè.
Deuotio, ἡσθροσύνη, pro affectu & studio in publicum: vid. Gloss.
Eadem adripiendi vox, l. 15. 18. supr. hoc tit.
III. Kalend. Cod. Iust. & d. l. i. Cod. Iust. de Statuis: XII. Kalend.

COMMENTARIVS.

VDICVM seu Reçtorum Prouinciârûm Temeritati, Audaciæ, Ambitioni, circa Opera publica occurrit hæc leg. Honorius Imp. Anno 398. Quæ quidem pars est prolixioris Constitutionis, quâ in vniuersum nimis Reçtorum ambitioni circa Opera publica occurrit; putâ etiam in statuis æneis, argenteis, marmoreis, (nam lapideæ proculdubio concessæ erant) inconsulto pariter Principe, admittendis; vt docet lex 1. Cod. Iust. de statuis & Imag. quæ velut eiusdem constitutionis pars, huic coassanda, hocque adeò vinculo huic coniungenda venit. I. Igitur Nova Opera inconsulto Principe Iudices inchoare ab Honorio hæc leg. prohibentur, pariter vt statuas illas admittere verantur sibi delatas, extra Imperiale beneficium, d. l. i. Cod. de statuis. Exceptis tantum Horreis, & Stabulis: quæ Exceptio pariter continetur l. 16. & 17. supr. vbi vide quæ de his dixi prolixius. II. Item ORNAMENTA, veluti æramen, aut marmora, ex aliis Operibus eripere seu transferre Iudices prohibentur: atque ita aliorum Operum nuditate seu spoliatione alia ornate. Quod & ipsum prohibitum l. 1. 14. supr. vbi dixi; & quadamtenus l. 30. supr. Et si Exceptiones quædam hac parte additæ. Ac primò quidem d. l. 30. si minoris meriti ædes essent. Hæc leg. pariter, si in vfu & ornatu Ciuitatis non snt, quæ detrahuntur. III. iussu Principis, d. l. 30. vel Præfecti Prætorio: hæc leg.
Illud obseruandum Curis & Decurionibus quoque hæc leg. differt pœnam iudici, si ipsi or-

namentum genitilis patriæ suâ non defenderint id est, si ipsi sese non opposuerint Iudicibus ornatum Operum publicorum eripientibus, vel aliò transferentibus. Quomodo & d. l. i. Cod. de Statuis pariter pœnam minitatur iis, qui adulandi studio aut metu inconstantis ignauis in Statuas Iudicibus ponendas consenserint. Quod & ipsum proculdubio de Decurionibus accipiendum est: hi enim Statuas in Municipiis, honorandi alicuius gratiâ, decernebant: l. 13. §. 4. de Injur. Denique Decuriones plectendi, Iudicium ambitioni veliscentes, vel ignauâ inconstanti, vel adulandi studio: vt loquitur d. lex 1. Pro coronide, & vt liqueat quantopere ea lex huic nostræ conueniat, verba eius hæc apponere iuuat: Si quis IVDICVM accepisse æneas, vel argenteas, vel marmoreas statuas, EXTRA IMPERIALE BENEFICIUM in administratione positus derogatur, emolumenta quæ accepit in eâ positus dignitate quam polluit, cum exortis Tuulis vel presumptis in quadruplum fisco nostro inferat: simulque nouerit existimationis suæ pœnam se subiturum. Nec eos sanè periculo pudoris haberi volumus immunes, qui adulandi studio, aut metu inconstantis ignauis transire que sunt interdita, tentauerint. Interea & illud ex his ll. discimus, Principis non nisi beneficio & indulto noua Opera arripere, vt & statuas admittere vetitos Iudices: in detrahendis vel transferendis ornamentis, Præfecti Prætorio iussu suffecisse.

¶ De INTERVALLO inter PRIVATA ædificia & HORREA publica.

XXXVIII. * Idem AA. Eutychiano PP. P."

EXCELLENS Eminentia tua cuncta privata ædificia, quæ coniuncta Horreis publicis esse cognoverit, dirui ac demoliri præcipiet: ita ut ex quatuor lateribus" priuatorum" consortio" separata sint, ac libero spatio recernantur," vt à principio fuerant fabricata. Dat. v. Non. Iul. Constantinop. Honor. A. 111. & Eutychiano C O S S. [398.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à Cod. Iustin.
"Orientis. Eadem inscribitur in hoc argumento de operibus publicis lex 40. & 41. infr. & l. 9. Cod. de Aquaductu.
"Vicinitus, l. 4. supr.
"A priuatorum. "Connexitate. "Secernantur.

COMMENTARIUS.

INTERVALLO seu ambitu non nisi certo quodam intermisso, vt ab aliis Operibus publicis, l. 15. supr. l. 39. 46. infr. ita vel maxime ab HORREIS publicis seu fiscalibus, privati ædificare vetiti hæc leg. ab Arcadio pariter vt à Constantino M. l. 4. supr. causis, quas docent nos huius tituli lex 4. 25. supr. l. 39. 46. infr. Itaque si hoc spatio non intermisso connexa fuissent priuatorum ædificia, ea destrui subinde iussa, vt à Constantino M. d. l. 4. supr. à Theodosio M. d. l. 25. supr. ab Arcadio, hæc leg. & d. l. 39. infr. & 46. infr. Vt in aliis vrbibus, ita Constantinopoli l. 15. supr. hæc leg. & d. l. 39. 46. infr. Rursum, vt aliis Operibus publicis adiecta, ita & Horreis

nominatim, hæc leg. & d. l. 4. supr. Ad insularum itaque speciem, vt alia Opera publica, ita cum maxime horrea accedere voluerunt: quod his verbis hæc leg. exprimitur: ita vt ex quatuor lateribus priuatorum consortio separata sint, ac libero spatio recernantur. Quæ omnino Insularum definitio est, cuiusmodi priuatæ Insulæ Romæ plures quam domus fuere.

¶ Porro illud ex hæc leg. in fin. discimus, à principio seu ab initio ita Horrea Constantinopoli excitata fuisse libera & separata à priuatorum operibus, nempe Constantinianis temporibus quod etiam ostendit d. l. 4.

¶ De PARAPETASIS & similibus Constantinopoli diruendis, Arcadij lex.

XXXIX. * Idem AA. Seuero P. V."

ÆDIFICIA, quæ vulgi" more Parapetasia nuncupantur, vel si qua aliqua" opera publicis" mœnibus vel priuatis sociata" colerent, vt ex his incendium, vel insidias vicinitas reformidet, aut angustentur spatia platearum, vel minuat portibus latitudo, dirui ac prosterni præcipimus. Dat. v. Id. Octobr. Constantinop. Honorio A. 1 v. & Eutychiano C O S S. [398.]

NOTÆ.

* Lex adiecta l. 4. Cod. eod. tit. Videri possit huic legi iungenda l. 33. supr. de Prætor.
"Constantinopolitanae.
"Vulgo, Cod. Iust.
"Alia Cod. Iustin.
"Locus hic ita deformatus in Cod. Iust. Mœnibus, vel [ἐργασίας] publicis operibus: Malè; nam & mœnia priuatis ædificiis hic tribuuntur, & communis hæc lex est publicis & priuatis ædificiis.
"Ita sociata: Cod. Iustin.
"P. l. Cod. Iustin.

COMMENTARIUS.

PARAPETASIA, aliâque Opera publicis vel priuatis operibus SOCIATA, ex quibus incendium vel insidiæ metuuntur, spatiate platearum aut porticum arctantur, Constantinopoli hæc leg. ab Arcadio destrui iubentur Anno D. 398. Quæ & ipsa præcis Romæ legibus & nominatim quidem à Prætextato P. V. Romæ sub Valentinianno Sen. circa Annum D. 367. pariter sublata. Testis Ammianus Marcellinus lib. 27. p. 374. Alta quies, inquit, pari iam proposito Ci-

nium Romanorum aptissima adolebatur, gloria claræ Rectoris, plura & vilia disponens. Nam & mœniana sustulit omnia, fabricari Romæ præcis quoque vetita legibus, & discreuit priuatorum parietes ab adibus sacris iisdem inuerecundè connexas. Eodè quoque pertinent in partem lex 11. 12. Cod. de adific. priuat. ¶ Parapetasia autem sunt adientia & appensa opera, quæ aliis Operibus adhærent, & adfixa sunt: quæ aliàs ἐξωσι, id est subgrundia, & mœniana: in Basilicis ἀγανίονα, quod est, adplicita,

plicita, seu adplicita. Quod vtrumque et si legitimum sit, ex hoc tamen Codice, Codicis Iustiniani lectio constituenda venit, vt etiam nonnulli habent manuscripti, quicquid Cujacius contra contendat. Vocamus nos Saillies & Aduances, Appenils. Quæ pariter destrui iussa in Gallia ab Henrico secundo, Anno 1554. & Karolo IX. in Comitibus Aurelianens. art. 96. 97. & rursus Montpensulis, Anno 1564. & prohibita ab Henrico III. Anno 1586. iisdem omnino rationibus, quibus hæc leg. Mansit verò & hæc Parapetastorum vox hodiernum in militia. ¶ Cæterum de legitimo spatio & intervallo inter opera priuata & publica videatur quoque lex 4. 26. supr. l. 38. item-

que lex 56. infr. Ait lex, vt ex his incendium, vel Insidias vicinitas reformidet. Insidias nempe à latrocinii & raptu. Alio sensu, in præfat. Digestor. quæ incipit, Tanta. Post hæc ea quæ de operis noui nunciacionibus, damni que infecti, & pro ædificiis dirutis, & eorum insidiis, & quæ de aqua pluuiarum arcenda, veteribus Authoribus placita sunt. Pro quo Præfatio Græca Πίσωνα habet, & ἡ ἐν τῆς τοῦ ἀρχιεπισκόπου. Ibi enim Insidias sunt eorum, qui calumniosè damni infecti sibi cauere postulant, & ideo iurare prius coguntur. Errant enim qui ibi incendia substituant, vel qui eodem ibi sensu, quo hæc insidias accipiunt.

¶ PETI quamam opera publica possint.

XL. * Idem AA. Eutychiano PP. P."

SI aliquando operum" publicorum petitores emergant, non nisi diruta penitus, quæ" destructa, & quæ parum sint vsui" Ciuitatum, petitoribus" adsignentur." Dat. Id. Decembr. Honorio A. 1 v. & Eutychiano C O S S. [398.]

NOTÆ.

* Lex 15. Cod. eod. tit. hinc admodum interpolata est. Neque adeò malè iungatur huic lex 9. supr. de diuers. rescriptis. Nam & hæc est de Rescriptis. Concordat lex 10. supr. l. 41. 42. 43. infr.
"Orientis: vid. l. 1. supr. de nou. excus. Anno sequente. Eadem in hoc argumento de Operibus publicis inscribitur lex 38. supr. lex 42. infr. & lex 9. Cod. de aquaductu.
"Si aliquando homines emergant, qui à nostrâ clementiâ opus publicum sibi præberi postulauerint, non nisi, &c. ita Cod. Iust. propter sublatum scilicet petitionis & petitorum nomen: Cod. de petition. bon. sublat. lib. 10. tit. 12. de quo ad tit. de petition. lib. 10. supr. Propter quam ipsam causam lex prox. tota abest à Cod. Iust.
"29. (vt in Cod. Iust.) penitus, &c.
"Sunt in vsu: ita Cod. Iust.
"petitoribus: ita Cod. Iust. petitorum nomina rursum omisso.
"Inrimandis huiusmodi Rescriptis iudicio Amplissima tua Sedis: hoc additum Cod. Iustin. Quod abest à l. 41. prox. accessit ad l. 45.

COMMENTARIUS.

DE PETITIONIBUS Operum publicorum sunt quatuor ordine sequentes leges: putà; hæc Arcadij constitutio: pariter vt in eodem argumento versatur altera eiusdem Arcadij lex 42. & Honorij lex 41. & 43. versabatur & Iuliani lex 10. supr. PETITORES scilicet hæc tempestate seu impetrare priuati sæpè publica opera à Principibus, variis occasionibus soliti: & Christiani quidem sæpè petitores emergebant Operum publicorum, & quidem eorum quæ superstitioni Gentilitiæ olim seruiert: putà Templorum. Quod pertinere iam ostendi d. l. 10. supr. Eodè quoque apertissime pertinet d. lex 41. infr. de quo eo præterea fidem facit l. 19. & 24. supr. de petition. Idque etiam ex parte ostendit Aggenus Urbicus, commentar. in Front. lib. 1. pag. 78. & Maioriani Nouella 6. Atque id sibi factum, sanè factum pet Orientem, vt ostendit d. l. 10. supr. l. 19. 24. supr. de petition. De quo eo videndus Libanius orat. 2. & 3. vbi vide quæ iam dixi. Frequentatæque hoc æuo hæc Templorum petitiones, quod ea passim deponerentur, destruenturque: de quo ad tit. infr. de Pagan. sacrif. Et tamen præter hæc, & alia quoque opera publica peti subinde solita. ¶ Huic igitur petitorum auditioni seu inhiationi, in petitiem sæpè ornatus publici, Curiarum, & Collegiorum (vt ostendit d. l. 41.) variis Principum constitutionibus subinde occursum fuit, &

hæc quidem Arcadij inter cæteras, Anno Domini 398. occurritur, quæ definit, Non nisi penitus diruta destrueturque, & quæ parum sint vsui (vel etiam ornati) Ciuitatum, à priuatis peti posse. Nempe ea tantum priuati impetrare possunt, quæ nullum præstare valent vsuum, aut ornatum Ciuitatibus; quod & ipsum cauetur d. l. 41. prox. Alia verò vsuum aliquem, vel ornatum præstitura, in publicos potius vsus conuertenda, & sic Curialibus & Collegiatis poribus, quam priuatis adsignanda. Quod pertinet omnino Theodorici R. epistola apud Cassiodorum, 4. variar. 24. vbi Heliadio Diacono postulant in Spoletinâ ciuitate loca quæ iam longo situ squallor vetustatis obruerat, id concedit his verbis, & sub eadem taxatione: Atque ideò petitioni tuae robur presenti humanitate largimur, vt Porticum cum arcolâ posturum post Corasithermas, & TAMEN PUBLICO VSUI non deseruit, absolutâ liberalitate potiaris, &c. Hæc igitur auctoritate suffulcus, in supradictis locis adificandi sume fiduciam. Similis taxatio in epist. 30. eiusdem libri, si res petita aut vilitatibus publica non officit, aut decori, in eâ specie, de qua ad l. 9. supr. Eodem tandem pertinet Maioriani Nouella 5. vbi in posterum hæc competendi licentiam omnino interdixit intra Urbem Romanam.

¶ De PETITIONIBVS operum publicorum, & TEMPORVM:
deque eorum impetrandorum forma & conditionibus
Honorij lex.

XLI. * Idem AA. Hadriano PP. P."

MNIA ædificia publica, siue iuris Templorum, intra muros posita, vel etiam muris cohærentia, quæ tamen nullis censibus patuerit obligata, Curiales & Collegiati" (submotis competitoribus") teneant adque custodiant, suarum non inmemores fortunarum, ita ut eos nullus penitus inquietet qui" aliquem locum publicum, aut per sacram adnotationem meruerit, aut in arcibus vacantibus, quæ nullum" usum ciuitatibus ornatumque præberent, insinuata auctoritate Rescribi, propriis sumptibus ædificauerit. ¶ Si qua verò super huiusmodi locis fuerit orta dubitatio, non aliquid Municipis" siue Collegiatis volumus sponte præsumere: sed à Rectore Prouinciæ ortam dirimi quæstionem: vel Sublimem consuli Præfecturam, si iudicandi exegerit difficultas. ¶ Palatina" fanè Officia ab his locis abstinere oportet, nec præbendæ instructionis gratia cuique" subripiendi" aditum referari: Cum si quando à quopiam vacans locus, aut area postularur, consultius ad Ordinarios Iudices nostri mittantur affatus: ut si neque vsui, neque ornatui ciuitatis adcommo- dum" videtur esse quod poscitur, periculo Ordinis & Prouincialis Officij, absque vilius gratiæ concludio, competitori sub gestorum testificatione tradantur. ¶ Pensiones" autem, quæ deinceps" sublata" à competitoribus fuerint, rationabiliter impositas, reparationi iubemus proficere ciuitatis: videlicet" pensionibus præteriti temporis, quæ iam sollempniter sacro priuatoque debentur ærario. Dat. IV. Non. Iul. Med. Vincentio & Frauita C O S S. [401.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iustin. ob petitiones sublatas: Omisit eam quoque Baronius. Italiz.
"vide l. 2. 4. supr. de Petition.
"vide supr. tit. de Collegiatis. Vbi plenè: & l. 186. supr. de Decurion. & l. ult. supr. de exactionib.
"vid. supr. tit. de Petition.
"Curiales & Collegiatis scilicet.
"Priuatus qui.
"Municipis, id est Curiales: ut init. legis: & pari sensu, l. 5. Cod. de omni agro desert. & l. 1. Cod. de fugitiu. colon.
"id est, Palatini rerum priuatarum.
"Cuiquam, "obripiendi.
"Aditum, "adcommo- dum.
"Censues: vid. leg. 5. in fin. w. hoc tit.
"an intelligit post impetrationem? ut sic pro fuerint, reponamus fuerant? Minime.
"sublata, id est, exacta.
"exceptis videlicet.

COMMENTARIVS.

PETITIONIBVS Operum publicorum est hæc pariter Constitutio: Sed Honorij (pariter ut altera eiusdem constitutio ad eundem Hadrianum PP.) putà l. 43. infr. Et inter cætera, de petitionibus eorum, quæ iuris Templorum fuerant: de quibus iam dixi ad legem superiorem. Quorum alia intra muros posita, alia muris cohærentia fuere; de quo dicam ad l. 3. infr. de Pagan. sacrif. & Templ. Itémque de Arcarum vacantium petitione; cuiusmodi areas vacantes etiam priuatis olim quandoque occupare & ædificare permiffum; vide Sueton. in Vespas. cap. 8. ¶ De his igitur quatuor hæc leg. constituuntur, in gratiam Curiarum & Collegiorum. Primò scilicet Curialibus vel Collegiatis huiusmodi loca nullum usum vel ornatum ciuitatibus præbentia assignantur: sic ut ea ab aliis competitoribus amplius peti non possint, neque ea priuatis Curiales & Collegiati derelinquere debeant. Si modo loca illa nullis censibus sint obligata: nam si obligata sint, detrectantibus eos Collegiatis vel Decurionibus soluere, priuati ea iure impetrare possunt.

Cui omninò congruit altera eiusdem Honorij, superiore Anno 400. constitutio: putà lex 5. supr. de locat. fundor. Curialibus inquam, & Collegiatis, quæ duo Corpora per municipia & ciuitates fuere, per quos vtilitas & voluptas publica, cum magno fortunarum suarum dispendio, (quod etiam hæc leg. indicari puto, ibi *Suarum non immemores fortunarum*.) procurabatur; atque aded hæc leg. eis ea loca attribuuntur, De quibus suis titulis supr. de Decurion. & tit. de Collegiatis.

Et secundò tamen, dubitatione aliquà super eo exortà, prohibentur Decuriones & Collegiati loca hæc sibi sponte præsumere, ut cæteròquin nemini licet sibi ius dicere, seque vindicare; de quo dictum fuit supr. tit. vnde vi. & tit. de bon. proscript. Quin iubentur Rectores Prouinciæ hanc quæstionem dirimere, vel si aded difficilis ea sit, Præfectum Prætorio consulere: Nempe Rectorem Prouinciæ pars officij hæc erat, Præfectum Prætorio, vbi iudicandi difficultas exigeret, consulere, ut cæteròquin Præfecti Prætorio dispositioni suberant.

Tertiò,

Tertiò, rescripta concessionis huiusmodi Operum publicorum, si quando priuatis factæ, ad ordinarios Iudices seu Rectores Prouinciæ mitti iubentur; quod immutatum l. 43. infr. ad eundem Hadrianum; vbi ad PP. tantum hæc rescripta referri iubet, quod etiam probat l. 15. Cod. eod. quæ alioquin desumpta est ex l. 40. supr. Contrà Palatini rerum priuatarum scilicet, (de quibus suo tit. supr. de Palatinis:) huic rei sese miscere vetantur, ut ita cum iustâ causæ cognitione hæc res procedat: Nempe Ordine seu Decurionibus & Officialibus Rectoris Prouinciæ insistentibus, vtrum locus petitus non sit vsui aut ornatui Ciuitatis, deque eâ re gestis confectis. Nam his Rectorebus Prouinciæ hanc causæ cognitio demandatur potius quàm Palatinis, ad euitandum gratiæ concludium; ut loquitur hæc leg. quia scilicet Palatini plerumque ut quorum nihil interesset, hanc in partem gratiosi esse solebant, & poterant; de quorum colludiis in genere suo tit. Atenim Decuriones seu Ordines Ciuitatum, itémque Officiales perpetui, ornamentum patriæ gentialis (ut loquitur lex 37. infr.) vsu- que & vtilitatem strenuè defenduntur creduntur.

¶ Vltimum huius leg. caput est, de Pensionibus, quæ huiusmodi locis, à priuatis peritis, iisdemque concessis impositæ sunt: vult scilicet Honorius hæc leg. pensiones, id est, censum & vectigal huiusmodi rebus donatis à Principe rationale quoddam imponi: Quomodo & domibus in loco publico excitatis solarium seu pensio quædam im-

posita, l. 52. infr. hoc tit. & l. 1. Cod. de diuers. præd. de quo dixi ad l. 9. supr. Quomodo & aliàs rebus à Principe donatis canon quidam impositus. Sed tamen deinceps eas sublatas hæc leg. restitui iubet; sic quidem ut præteriti temporis pensiones priuato Principis ærario vindicentur: futuri verò temporis, reparationi ciuitatis assignentur. Quod notandum. Censum scilicet seu pensiones rerum à Principe donatarum factis rebus Ciuitatis, seu reparationi Operum publicorum destinatas fuisse: Quomodo & aliàs Principes factis rebus Operum publicorum, varia vectigalia subinde deputauere. Ita Lampridius de Alex. Seuero memorat, *Lenonum vectigal & metreticum & exoletorum in sacrum Ærarium inferri veniit, sed sumptibus publicis ad instauracionem Theatri, Circi, Amphitheatri, & Ærarij deputauit.* Vbi rectè legitur, *Ærarij*; quod & ipsum inter Opera publica Romæ erat: eique pariter instaurando vectigal istud deputatum. Imò & priuatas aliquando possessiones factis rebus iisdem Imperatores deputauere. Quomodo de Tacito Imp. Vopiscus scribit. *De proprio possessiones quas in Maurianiâ habuit factis rebus Capitolij deputauit.* ¶ Denique hæc Honorij lex tota est de Formâ & conditionibus Operum publicorum petitorum impetrandorum, in Ciuitatis vtilitatem. Operum inquam publicorum ac nominatim Templorum: quare notanda hæc deinceps lex ceu ad Historiam Ecclesiasticam pertinens; quæ tamen ab Annalibus Baronij abest.

¶ De ERGASTERIIS donatis EVDOXIOPOLITANIS in Thracia, deque iis deinceps non petendis. Arcadij lex.

XLI. * Idem AA. Eutychiano PP. P."

EVDOXIOPOLITANÆ ciuitatis ciues, pro oblatano" suam patriam Ergasteria condonamus. Ne quis igitur Ergasteria memorata à nostra Serenitate deinceps petere moliatur; eaque ratione ciuium (quorum censum cupimus ampliari) iura perturbet. Dat. Prid. Id. Iul. Constantinop. Honor. A. VI. & Aristinero C O S S. [404.]

NOTÆ.

- * Abest & hæc lex à Cod. Iustin. velut temporaria.
"Eutychianus sub Arcadio PP. Orientis: vid. Prosopogr. De eo mox etiam aliquid.
"Cuius condonamus: sustineri potest: alioquin melius Ciuium.
"De huius loci restitutione mox dicam.

COMMENTARIVS.

DERGASTERIIS, deque PETITIONIBVS Operum publicorum est hæc Arcadij Imp. constitutio, data Anno D. 404. pariter ut altera eiusdem lex 40. supr. & Honorij duæ constitutiones: l. 41. supr. & 43. infr. & ita quidem, ut non absimilis hæc sit, initio d. l. 41. supr. prox. Nempe, sicut ædificia publica siue iuris Templorum, iam Curialibus & Collegiatis concessa, ab aliis deinceps peti prohibentur; ita & hæc leg. EVDOXIOPOLITANIS nominatim Ergasteria publica ab Arcadio condonantur, & deinceps ab aliis peti prohibentur: vbi de tribus videndum est.

¶ Primò, de Eudoxiopolis ipsa: Eudoxiopolis scilicet (cuius hæc leg. mentio fit, & apud Socratem lib. 2.) fuit in Prouinciâ Thracia, quæ antea Selymbria. Idè & Romanus Eudoxiopolitanus inter Episcopos Prouinciæ Thraciæ Concilio Chalcedonensi subscripsisse legitur. In eâ vrbe postea constitit Theodosius Iun. filius Arcadij, huius legis auctoris, Anno D. 416. ut docet subscriptio legis 182. supr. de Decurion. & l. 23. supr. de Penia. Vnde Heracleam mox profectus, atque inde Constantinopolim: & rursum Anno 408. ut docet lex 4. Cod. de SS. Eccles. quæ omnino referenda est ad Honorium 12. & Theodosium Iun. A. VIII. C O S S. cuique iungenda lex penult. Cod. de com-merc. & l. 2. supr. de præd. Ciuialium: & iterum Anno D. 423. ut docet lex 61. infr. de heret.

¶ Secundò obseruandum Ergasteria, de quibus agitur hæc lege, & l. 9. supr. & l. 5. supr. de Metar. & l. 3. supr. de conlat. donatar. & apud Libanium, in Antiochico, p. ... fuisse tabernas mercimonis deputatas; ut etiam vocantur d. l. 5. & in his quædam ad priuatos spectantia, de quibus d. l. 5. alia publica, de quibus hæc leg. & d. l. 9. & d. l. 3. quæ

R r 2 alibi

alibi ad Principem seu fiscum pertinebant, alibi ad Ius Ciuitatum, vt dl. 9. quæ ided taberna ad Ius ciuile pertinentes vocantur, Nou. Theod. 30. & ex quorum locutione pensiones seu redditus in publica opera erogabantur, vt eadem Nou. ostendit.

Hæc igitur lege Arcadius Eudoxiopolitanæ Ciuitatis ciuibus Ergasteria, quæ Fiscalia erant, condonat: ob insignem videlicet aliquod, (quod Tertio loco hæc obseruandum) horum Eudoxiopolitanorum in se meritum, quod hac ratione pensatum voluit, vt hæc huiusce legis verba ostendunt. Pro oblatano suam patriam; item illa, quorum censum cupimus ampliari. Quæ priora corruptissima sunt, quæ ita quis refugenda putet: Eudoxiopolitanæ Ciuitatis ciuibus pro oblati nobis, vel pro oblatino, seu oblatitio, suæ patriæ Ergasteria condonamus: pro auro oblatitio (de quo supr. lib. 6. tit. de S.C.) coronario Principi oblato: de quâ aut coronarij oblatione fuit tit. supr. lib. 12. tit. 13. Quomodo & Cyrenæ apud Synesium lib. de Regno p. 2. eidem Arcadio autum coronarium obtulisse memorantur. Quomodo & hoc ipso Anno paulo post auream Coronam Arcadio donatam ab Vrso P. V. & Senatu Constantinop. memorat Auctor Chronici Alexandrini. Cuius etiam auri Coronarij meminit ipse Theodosius Iun. hoc Anno ipso, l. 15. supr. de legat. Et ita quidem hic locus legi posse videatur. Non vt quidam tentabat, pro oblatando. Verum legendum hic; Pro oblati nobis suâ patriâ. Vel, quod præferam, propter oblatam nobis suam patriam. Scilicet vfitatissimum hoc adulationis in Principes genus fuit, inter Ciuitates Romanas, sese Principi offerre, de ipsius Principis nomine, vel necessitudinum ipsius, veluti liberorum & coniugum designandas, Principisque nomen vel eius affectum epωνυμίας adsciscere; quod iam olim obseruabat Dio lib. 54. δὴ, inquit, καὶ τὰς ἐπωνυμίας ταῖς πόλεσιν ἢ γερουσίᾳ ἐν μέγιστον τιμῆς ἔνευε, καὶ ἕχ' ὡς αὐτῶν νόμῳ, αὐτοῖς ἑαυτοῖς κεφαλῶντος διατάττων ἢ ἐν ἐπιθέσει αἰσῶντες ποίοντες. Sic & Libanius orat. post conciliat. 13. p. 418. postquam summam erga Antiochenos multis prædicauit, optat vt de noui seu Iunioris Augusti, id est Arcadij nomine, Antiochenæ vrbi nomen indat: τὸ σὺν τῷ νέῳ Βασιλεῖ τῶν ἐκείνῳ, τῶν καὶ ἀπὸ βίαν δ' ὄσσης τῶν ἀπὸ τῶν παυδῶν ἐπωνυμίας.

Ad eum igitur motem, cum Arcadius Imp. propensissimo in vxorem suam Eudoxiam, (quæ & hoc ipso Anno à nonnullis mortua dicitur, 6. Nonas Octobris: ab aliis non ita multo post) studio esset, vt pote quam non tantum Augustam Anno 400. proclamari fecerat (vt restatur Author Chronici Alexandrini,) verum etiam præcedente hæc leg. Anno 403. argentea eius statua super co-

lumnâ porphyreticam iuxta Ecclesiam posita fuerat, teste Marcellino in Chronico: de quo vide & Socratem lib. 6. cap. 16. quæ res tumultuum maximorum, pellendi etiam Vrbe Ioannis Chrysofomi, Incendique, & Arsacij Episcopi ordinandi causa: fuit: etiam Ciuitates Principi hac parte gratificandi studium induerunt. Itaque & Selymbrienses Peryntheo seu Heracleæ & Constantinopoli proximi in Thraciâ mox mutato nomine Eudoxiopolitani suam Patriam seu Ciuitatem in id obtulere; de Eudoxia videlicet Augustæ nomine designandam. Hadrianus Valefius lib. 2. de gestis veter. Francor. p. 65. refert (ex quo Authore nescio:) Eudoxiam Selymbriam oppidum Thraciæ restitui, atque Eudoxiopolim appellari iussisse: fortè ex Zonara. Atque hic huius leg. sensus est: Quæ hæc obseruatione historicâ singularis est. Et alioquin de Augustarum nominatim nominibus designandarum Ciuitatum mos hoc saculo quantopere inualuerit, fidem faciunt inter alias, & duæ Helenopolis, de quibus Sozomenus lib. 2. cap. 1. in fin. De Urbibus, tum de suo, tum de filiorum suorum nomine à Principe designatis hoc æuo, fidem faciunt sub Theodosio M. patre Arcadij nostri, Theodosiopolis, & Arcadiopolis; de quibus Cedrenus pag. 266. Eodemque pertinet quod Libanius orat. ad Theodosium M. 13. ἐν ταῖς διατάξεσιν, p. 418. gratias agens pro indulgentia missâ Antiochenis, inter alia optat, imò petit ab Imper. vt Antiochiæ patriæ suæ, & sui præsentiam cum filio, & cognomen ab Arcadio filio suo tribuat: Πάλιν δ' αὖ τῶνδε μέγιστον, τὸ σὺν τῷ νέῳ Βασιλεῖ τῶν ἐκείνῳ, τῶν καὶ ἀπὸ βίαν δ' ὄσσης τῶν ἀπὸ τῶν παυδῶν ἐπωνυμίας, &c.

Quomodo & Chrysofomus homilia 20. p. 230. in eadem re, de Theodosij ipsius nomine ob humanitatem nominari postulat, in τῶνδε καὶ αὐτῶν καὶ αὐτῶν λαοῦν ἀπὸ τῶν οὐκ ἐπιφανῶντων, id est.

Neque hic etiam mos intra ciuitates singulares stetit; verum & Præuincia, imò & integræ Diœceses ex affectu aliquorum Imperatorum nominibus designatæ: Ita scilicet Diœcesim Ponticam Constantius ad honorem vxoris Eusebiæ, Pietatis cognomine dedicauit, teste Marcellino lib. 17. p. 106. Ita Valeria Præuincia cognominata ad honorem Valeriæ Diocletiani filiz; eodem teste, lib. 19. p. 161.

Omittere interea neque id possum, inscribi hanc legem Eutyphiano PP. qui, vt omittam alia, quæ de eo iam alibi, ab Eudoxiæ Augustæ partibus aduersus Ioan. Chrysofomum erat: cuiusque multa mentio in rebus Chrysofomi, etiam hoc ipso Anno, apud Georgium Alexandrinum, p. 61. Theodorum Dracontum, referente Palladio in Dialogo,

De PETITIONIBVS locorum publicorum & de RESCRIPTIS, quibus ea conceduntur apud Præfectum Prætorio allegandis, & examinandis.

XLIII. * Idem AA. Hadriano PP. P."

RETENTIBVS loca publica ea condicione adnuimus, ne quid vsui vel ornatibus, aut commodis ciuitatum auferatur. ¶ Et quanquam nullum opinemur existere, qui contra commoda, vel ornatum propriæ ciuitatis competitorum obreptionibus cohiberet, ad tamen huiusmodi Rescripta non nisi ad excellentiam Tuam referri præcipimus: scientibus Iudicibus, quòd si quis deinceps subrepticia voluerit allegare Rescripta, non nisi repræhensione"

sione" existimationis suæ, & pœna Officiorum suorum his adicum præbentur. Si in tradendis locis publicis, si qui fortè nostrâ liberalitate fuerint concessi, Excellentiz Tuæ non expectetur auctoritas. Dat. v r i r. Kalend. Octobr. Rau. Stilichone r r. & Anthemio c o s s. [405.]

NOTÆ.

* Absit hæc lex à Cod. Iustiniano, "Pro cohiberet, id est, cohiberet, vt multis aliis huius Cod. legibus, de quo vide Glossar. cohiberet autem, pro conuincere uelit. "Cum reprehensione.

COMMENTARIVS.

DE PETITIONIBVS locorum publicorum est hæc rursus Honorij constitutio, & quidem ad eundem Adrianum PP. data pariter vt lex 41. supr. Sed ita tamen, vt hæc leg. ei derogetur, quoad tertium eius caput, vers. cum sit quando. Nempe sicut eorum demum locorum publicorum donationem à se factam valere vult, quæ neque vsui, neque ornatui aut commodis Ciuitatum deseruiant, ita huius rei cognitionem, atque adeò Rescriptorum huius concessionem non iam ad Iudices ordinarios, vel eorum Officiales vel Curiales tantum pertinere vult; verum huiusmodi Rescripta ad Præfectum Prætorio ipsum referri, eiusque auctoritatem expectari: Nempe, quic-

quid in speciem contra protestetur, vers. & quantum: quod & Rectores Prouinciarum, eorumque Officiales & Curiales sæpè gratiæ colludio, vt loquitur, dist. l. 41. supr. itémque Curiales & Collegiati contra commoda & ornatum propriæ Ciuitatis obreptionibus petitorum conuincere. Præfecti itaque Prætorio iudicium hoc esse voluit, vt dignitate ipsâ Imp. proximi; ita extra suspensionem gratiæ alicuius positi, neque aliter iudicari pro sapientiâ ac luce dignitatis suæ, quàm de re cuiusque ciuitatis publicâ. Quod & ipsum probauit Iustinianus leg. 15. Codice eodem titulo, quam alioquin ex lege 40. suprâ desumpsit.

De IMAGINIBVS Principum Operibus publicis adherentibus, Quòd eas, cum opus aliquod publicum reparatur, deponere liceat inconsulto Principe.

XLIV. * Idem AA. Æmiliano P. v."

SI quando vsus exegerit, vel Porticus, vel quasilibet ædes, ætatis senio seu fortuitis concussas casibus, reparari, liceat etiam inconsulta Clementiâ Nostrâ cum reuerentia sui Imaginem deponere, vel nostram vel retrò Principum, reportatamque post resecta ædificia loco proprio denuò conlocare. Dat. v. Kalend. Iul. Constantinop. Arcad. A. v r. & Probo c o s s. [406.]

NOTÆ.

* Lex 16. Cod. eod. tit. "Constantinopolitanæ. "Publicas. Eo quippe pertinet hic titulus. "Putâ incendio; vt in specie huius legis: de quo mox.

COMMENTARIVS.

IMAGINEM Principis de Porticibus (nam in his Principum Imagines fuisse non hæc lex tantum, verum & lex 12. infr. de Scenic. ostendit;) alijsve ædibus, id est, Operibus publicis, reuellere seu deponere, instaurandi operis publici causâ, seu reficiendi, etiam inconsulto Principe licere definit Arcadius hæc leg. Anno Domini 406. Præfecto Urbis scilicet. Sic tamen vt reparato ædificio loco suo ea reponatur. Quod proculdubio Æmilianus P. V. inconsulto Principe Arcadio facere ausus non fuerat. Nempe vt superiorum sæculorum, ita huius Arcadiani & deinceps Theodosiani propria quædam fuit, nimiaque erga Principum Imagines veneratio, imò adulatio, de quo alioquin plenius dicendum erit suo titulo hoc ipso libro, de Imaginibus Imperialibus, (vbi etiam hæc lex melius posita fuisset;) quemadmodum & iam olim sub Gentilibus Principibus. Sic quidem inter alia, vt circa positas semel

Principum imagines, nil temerè auferent. Quapropter non rarò hæc criminum materies fuit, imò Maiestatis criminis species, si quis Imaginem Principis extraxisset, violasset; si quis eam conlasset, vendidisset, vt præter Tacitum r. Annal. docet l. 4. 5. 6. 7. r. ad leg. Iul. Maiest. itémque l. immodicus, r. de contrab. empr. de quo & similibus scripsit Bristonius 4. variar. r. r. Proinde & eas reficere, id est, deponere non licuit, etsi vetustate corruptas reficere liceret: dist. l. 5. in princ. r. ad leg. Iul. Maiest. Atque hæc hæsitandi Æmiliano P. V. ratio fuit; verum peculiaris adhuc magis, propter magnam ante biennium Anno Domini 404. Chrysofomi libertatem, quâ in statuam Eudoxiæ (de quâ l. 42. supr.) intonuerat. Igitur ne Ioannitis, seu Ioanni Chrysofomo accedere fortè videretur, consulendum Imperatorem ipsum putauit.

¶ Porro huius leg. species, quinimò & duarum

redeam, vt cæteroquin illicitè ædificata dirui constitutiones iubent, l. 11. §. 14. π. de legat. 3. ita id exemplum securus quoque Romæ Prætextatus P. V. sub Valentiniano Sen. teste Ammiano lib. 27.

qui non tantum Mœniana sustulit omnia, fabricati Romæ priscis legibus verita, verum etiam priuatorum parietes disreuit ab ædibus sacris, iisdem inuerecundè connexos.

¶ PALATIVM Imperatoris priuatis ædificiis occupari nullo modo; contra ibi extracta dirui, oportere.

XLVII. * Imp. Honor. & Theod. AA. Monaxio" P. V."



VICVMQVE locus in Palatio" huius" vrbis priuatis ædificiis incommodè occupatus est, is quamprimum, subruptis" omnibus quæ in eo sunt ædificiis, Palatio reformetur, quod priuatorum non est parietibus coartandum. Nam Imperio" magna ab vniuersis secreta debentur: vt hi tantum locum habeant habitandi, quos" legimus" Maiestatis nostræ vsus, & Reipublicæ disciplina delegit: In futurum etiam vniuersis ab huiusmodi vsurpatione prohibendis. Dat. ix. Kalend. Mart. Constantinop. Honor. v. 111. & Theod. 111. AA. C O S S. [409.]

NOTÆ.

- * Lex 17. Cod. eod. tit.
- "Meminit huius Monaxij P. V. Constantinopolitanæ, Author Chronici Alexandrini, hoc ipso Anno 409. Plures aliæ constitutiones eidem inscribuntur hoc Codice: & inter alias, hoc ipso anno, lex 1. de sum. P. Constant. & lex vltim. Cod. qui daretur: vid. Profopogr.
- "In Cod. Inst. perpetam PP.
- "De Palatio: vide & l. 35. sup. l. 2. infr. de Aquaductu: & tit. sup. Ne quis in Palat. man. & l. 1. infr. de Paganis.
- "Constantinopolitanæ.
- "Inuerecundè vt in loco Ammiani Marcellini lib. 27.
- "2º. Subruptis: vt rectè quoque in Cod. Inst.
- "Reformetur, id est restitatur: vid. Gloss. Theod.
- "Coartandum, Cod. Inst.
- "Imperium, pro Imperatore ipso, vel pro Sede & domo Imperiali.
- "In eo scilicet Palatio.
- "Obserua duo hominum genera circa Principem qui in Palatio habitabant.
- "Legimus, id est ordinarius, solemniter.

COMMENTARIVS.

¶ HODOSII Iun. sex constitutiones sequuntur, de Operibus publicis: quarum quinque ad publica Constantinopolitanæ Urbis opera pertinent, putà, hac lex, & lex 50. §. 1. 52. 53. seu vltim. Sexta, ad Illyricum spectat, putà lex 49. Hæc verò nominatim est de PALATIO Constantinopolitano, (cuius alioquin mentio fit quoque apud Zosimum, lib. 5. p. 801. & in Veteri Urb. Constantinop. descript. regione 14.) Quæ id Theodosius Iun. cauet, PALATIVM Principis seu Imperatoris priuatorum ædificiis occupari non debere, seu priuatorum parietibus coartari. Additâ ratione, Quod Imperio magna ab vniuersis secreta debeantur: id est, quod priuati à Palatio seu ab

Imperij & Imperatoris secreto, sedèque procul abesse debeant; Exceptis tantum, quos legimus Imperatoria maiestatis vsus & Reipubl. disciplina delegit: id est, quos ob Palatinam dignitatem, vel Officium, actumve Reipubl. in Palatio habitare necesse est. Vnde interim discimus, Imperij dignitates Principisque Officiarios Constantinopoli in Palatio habitasse. Alioquin ab aliis ædificata in Palatio hæc lege Subrupti seu dirui iubentur, quæ proculdubio extracta fuerant à negotiatoribus quibusdam auiditate cogendæ pecuniæ: quod factum quoque aliis in locis publicis docuit lex 25. sup. & docebit lex 52. infra.

¶ REDITVM cuiusque civitatis, antiquitus ad Opera publica destinatum, ei seruandum.

XLVIII. * Idem AA. Bonosiano P. V."

¶ NIHIL ex his" quæ instaurationi" ornatibusque singulis deputauit Antiquitas, nullius colore occasione, auferri volumus. ¶ Igitur futuro proximo Consulatu" vniuersa prædictæ" Vrbi debitorum vectigalium" inlibata augmenta" perualcant. Dat. 14. Kalend. Decemb. Rau. Post conf. Varanæ v. c. [411.]

NOTÆ.

- * Abscst hæc lex à Cod. Iustiniano.
- "Bonosiano huic P. V. inscribitur quoque Anno 409. lex vlt. sup. de Decurion. V. R.
- "Vectigalibus, vt infr.
- "Instauratione absolute, pro instauratione ædificiorum & Operum publicorum.

- "id est, quibuscunque.
- "Eodem modo altera illa lego, putà l. vltim. sup. de Decurionib. V. R. eidem Bonosiano inscriptâ, dicitur, Genies esse iniuria Antiquitati aliquid sociare. Ergo Honorius in huiusmodi causis Antiquitati neque detrahi, neque addi quidquam voluit.
- "Anno Domini 412. Honor. IX. & Theodos. V.
- "de qua Vrbe id accipiendum? mox inquiram.
- "Vectigalia: de his quoque hac in re, l. 26. sup. l. 2. sup. de sepulch. violat. Symmachi locus lib. 10. epist. 10.
- "Augmenta vectigalium, vocat pensiones vectigalium, propria voce in re tributaria & vectigali, de qua consulti Gloss. Theod.
- "perualcant inlibata, id est, permanent.

COMMENTARIVS.

¶ VECTIGALIVM seu Canonis Reipubl. seu Ciuitatis cuiusque partem aliquam in Orbe Romano, ab antiquo Operibus publicis destinatum fuisse, iam docuit lex 18. 26. 32. 33. sup. hoc tit. Quod & ipsum ex hac leg. discimus: sic vt neque aliò diueriti, neque atrodi vlla parte potuerit. Docet & Cicero in epistolis ad Brutum, vbi de Arpinatibus agit. Denique ita ab antiquo huic rei deputata fuit, vt ei nullius occasione colore auferri potuerit: vt hac leg. dicitur. Quæ quidem ipsa Honorij Imperatoris quoque hac leg. sententia est: Et sic submotâ omni exceptione: et si superiores leges nonnullæ exceptionem quandam admittant, veluti d. l. 18. §. 26. sup. Nempè vt non sufficiente maiorum Urbium reditu, minorum Ciuitatum reditus adsumantur. Et de facto tamen hæc vectigalia Operum publicorum instaurationi sæpè detracta, quæ ad suum & genuinum vsam subinde reuocari constitutionibus oportuit: vt ab Honorio hac leg. Et quidem, vt dixi, omnia occasione colore submoto: quibus verbis puter quis speciatim id indicari, Nequidem ad inclytarum vrbium ornamentum ea

transferri posse, veluti Urbis Romæ: idque tunc Inscriptionis argumento, tum & ipsa temporum ratione suadente: Nempè hoc tempore, recuperatâ iam Româ, vrbi instaurantæ incumbatur: cuius partem Alaricus incendio consumpsit, vt testatur Marcellinus Chronico, Anno super. 410. Possit tamen videri Honorius hac leg. agere de vectigalibus ipsius Urbis Romæ: & tum sententia eius fuerit, aded Urbis Romæ instaurationi incumbendum esse, vt vectigalis ed destinati pars ad nullum alium vsus traduci possit. Denique dubium quam urbem hic intelligat Honorius, an Urbem Romam, cuius Præfecto hac leg. inscribitur? An verò aliam Urbem in Diocesi tamen Urbicaria constitutam, cuius mentio facta fuerit in integra constitutione, cuius hæc non nisi particula est: sunt enim complures huiusmodi leges in Cod. hoc, quæ plenum sensum non habent; de quo peculiari cap. in Prolegom. Theod. vide saltem leg. vltim. infr. Mihi verosimile, Urbem, quâ de hic agitur, non Urbem Romam, verum aliam de Urbicaria Præfectura & Diocesi fuisse.

¶ IMMUNITATEM nulli tribuendam à collatione ad murorum constructionem, & à comparatione transeccionis specierum per Illyricum.

XLIX. * Idem AA. Herculio" P. Illyrici.



¶ ONSTRUCTIONI murorum, & comparationi transeccionis" specierum vniuersi sine vilo priuilegio coartentur: ita vt in his dumtaxat titulis" vniuersi portione" suæ possessionis & iugationis ad hæc mœnia coartentur: quò ita demum, à summis ad infirmos" usque sarcina decurrente, ferendi oneris non leue solatium, sed in commune omnibus profuturum, communi labore curetur. Quod in partibus" dumtaxat Illyricianis nostram Clementiam statuiffe Tua Sublimitas recognoscat. Dat. v. Id. April Constantinop. DD. NN. Hon. 1. & Theod. v. AA. C O S S. [412.]

NOTÆ.

- * Repetita extat hæc lex, sed paulò aliter l. vltim. sup. de Equor. collat. vbi dixi: itémque l. 1. Cod. de quib. munerib. lib. 10. tit. 48.
- "Herculio huic P. Illyrici inscribitur Anno 410. lex 172. sup. de Decurion. lex 5. sup. ne conlat. translat. & anno 408. lex vlt. sup. de Equor. collat. Ad eundem extat Ioan. Chrylostomi epistola.
- "2º. Transeccionis, & ita in d. l. vlt. De hac Transeccionis seu translatione specierum, dixi ad l. 10. sup. de extraordin. & dicam adhuc ad l. 40. infr. de Episcopis.
- "Coartentur, d. l. vlt. tum illa præterea subiciuntur, (quæ & sine huius leg. habentur) ad necessitates Illyricianus, nam in his dumtaxat, &c.
- "Sequentia longè aliter extant in d. l. vlt. & d. l. 1. Tituli autem sunt species collationum.
- "2º. pro portione, vt d. l. vltim.
- "Summa, vt d. l. vltim.
- "2º. Infimos, vt etiam extat in d. l. vlt. & d. l. 1.
- "Solatium ex communi & communicato labore. Quo ipso sensu Cassiodorus 5. var. Omnes in commune subeat, qui vicinitate iungimini, quatenus accommodato solatio securus impleatur, quod paucis inexplicabile forè cognoscitur.
- "Partes Illyricianæ, id est, tractus Illyrici; vide imaginem Imperij Rom. ex Cod. Theod.
- "In d. l. vltim. sup. de equor. collat. alius dies, aliique Consules adnotati 11. Id. April. Basilio & Philippo C O S S. vide quæ ibi dixi.

COMMENTARIUS.

DE MURORVM constructione est iam tertia hæc huius tituli, (& quidem ista Theodosij Iunioris) lex, præter legem 34. & 36. supr. erit & quarta lex 51. infr. Ita tamen vt d. l. 51. sit de muris Urbis Constantinopolitanæ, lex verò 34. & 36. de muris per Orientem; hæc nostra de muris per Illyricum. Rursum d. l. 51. itémque d. l. 36. de muris ad ornatum magis: atenim d. l. 34. itémque hæc 49. ad hostes repellendos: & hæc quidem, vt docet Inscriptio, & finis huius leg. & lex ultim. supr. de equor. collat. (vbi hæc lex repetita extat,) ad Illyticianas necessitates.

Nunc de sententiâ huius leg. Nempe à collatione ad murorum constructionem, cuiquam immunitatem tribui, vetat hæc leg. Theodosius Iun. & d. l. ultim. vetat pariter Valentinianus III.

Nov. De Pantapolis, 43. inter Theodosianas, versic. Cuius ordinatio. De quo Principe accipio, illius Nonella argumento, quod Vegetius prologo lib. 4. de re militari, scribit de muris Urbis Romæ reparatis: pariter vt à comparatione (de qua suo tit. supr. de publicâ comparatione) & transfectione specierum, de quibus ad d. l. ultim. supr. de equor. collat. vbi hæc lex repetita extat. Cum alioquin à cæteris collationibus nonnullis Dignitatibus immunitas tribuatur, de quo dictum fuit lib. 11. Idémque constitutum supr. l. 23. de portus & aquæductus instauratione: Idem de itinere muniendo, l. 5. de itin. muniend. De huius legis Historia, specie, & ratione, dixi ad l. 177. supr. de Decurionibus: & ad d. l. ultim. supr. de equorum collat. itémque ad l. 1. supr. de litior. & itiner. custod.

De THERMIS Honorianis, deque PORTICV ad eas, Constantinopoli absoluedis, occupatis priuatorum locis, concessaque inuicem, permutationis vice, priuatis, vetusta Basilica, Theodosij Iunioris lex.

L. * Idem AA. Isidoro P. V."

P vs" cœptum extruatur, & Porticus Thermas Honorianas præcurrat acie" columnarum: Cuius" decus tantum est, vt priuata" iuste negligere- tur paulisper utilitas: Sed ne census sui quisquam intercepta lucra deplo- ret, sed è contrario cum pulchritudine Ciuitatis" etiam fortunas suas au- ctas esse lætetur, pro loco quod quisque possederat, superædificandi" licentiam ha- beat: Nam in locum priuati ædificij, quod in vsum publicum translatus est, occu- pationem Basilicæ iubemus Verustæ succedere: vt contractus quidam, & permutatio facta videatur, cum dominus, qui suum dederat" Ciuitati, pro ea habiturus sit ex pu- blico, remotâ omni formidine, quod" inconcussò robore & ipse habere, & quibus velit tradere, habebit liberam facultatem. Dat. i v. Kalend. Nouemb. Constantinop. Honorio i x. Theod. v." AA. C O S S. [412.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Justin. vtpote localis & temporaria. Erit multæ aliæ leges certo alicui loco & tempori adstrictæ in tit. Cod. de oper. publ. relatæ sint. Concordat huic leg. lex prox. 51.
"Isidoro sub Theodosio Iun. P. V. Constantinopol. vid. & leg. 23. supr. de iur. liberor.
"Thermarum & Porticus.
"Acies columnarum in porticibus.
"operis Thermarum & Porticus.
"priuatorum. "Constantinopolitana.
"Basilicæ vetustæ, vide interim quæ dixi l. 46. supr.
"Fuic "Adertit. "Id quod.

COMMENTARIUS.

DE THERMARVM HONORIANARVM, deque Porticus earum Constantinopoli constructione, est hæc Theodosij Iun. constitutio Anno D. 412. cuius causâ cum priuatorum loca seu ædificia nonnulla occupari oportuisset, Imperator permutatione quadam Basilicam vetustam inuicem priuatis tribuit, & ab his occupari iubet. PRIVATORVM scilicet loca, ædificia, publici operis causâ sæpè olim iure occupabantur. Sed tamen compensato aliquo, triplici ratione: neque enim extorqueri possessoribus proxima operibus publicis mos fuit. Exemplum in Oikatio cap. 55. I. Vel enim Immunitas quædam inuicem iis tribuebatur, vt in spec. l. 1. infr. de

Aqueductu. II. Vel pretium competens pro his de publico præstatur, vt in spec. l. ultim. infr. Quò pertinet quoque Ciceronis locus ad Atticum: & hic Frontin. locus de Aqueductibus. Post hoc S. C. acquisitum videri, etiamsi ex rei tantum publicæ utilitate ea spatia indicarentur, multo magis cum Maiores nostri admirabili æquitate, ne ea quidem eriperent priuatis, quæ ad modum publicum pertinebant: Sed cum aquas perducerent, si difficilior possessor in parte vendenda fuerat, pro toto agro pecuniam intulerunt: ac post determinata necessaria loca rursum eum agrum vendiderunt, vt in suis finibus proprium ius tam Respubl. quam priuata haberet. III. Vel denique permutatio quædam cum priuatis

uatis instituebatur. Quod vt leg. mox sequ. 51. cui iungenda & lex 13. supr. de Metatis: ita & hæc leg. fit: vbi noranda illa, Vt contractus quidam & permutatio facta videatur. Et hæc quidem lege, ad absoluedam Porticum Thermarum Honorianarum Constantinopoli, pro possessionibus priuatorum occupatis vetus Basilica hæc Theodosij Iun. lege conceditur: Sic vt super eam superædificandi licentia plenòque iure & inconcussò robore fruendi alienandi eius quod superædificatum fuerit, ius tribuatur.

Ex hæc interim lege notentur, Primò Thermarum Honorianarum mentio. Hæc verò Regione 5. & 13. Urbis Constantinopolitana à veteri Urbis Constantinopolitana descriptionis Auctore collocantur. Secundò notandum, Porticum Thermis Honorianis his adiectam hoc tempore à Theodosio Iun. & quidem ingenti decore. Quomodo & alias ferè, ab aliis excitatæ Thermæ ab aliis Imp. adiectæ Porticus. Tertio notandum in genere Porticus lauacris quoque seu Thermis con-

riguas ferè constructas, seu vt hæc leg. dicitur Thermas præcurrisse, quod testatur & lex 52. infr. Sed & hic Ammiani Marcellini locus, sine lib. 29. Claudius, inquit, P. V. Porticum excitauit ingentem lauacro Agrippæ contiguam. Euentus boni cognominatam, ea re quod huius nominis prope visitur templum. Lampridius Alexandro Seuero, p. 122. Antonini Caracallæ Thermas additis sortionibus perfecit & ornavit, vbi pro sortionibus, Caulabonus portibus. In Heliogabalo quippe de iisdem Thermis idem Lampridius: Sed Porticus defuerant que postea ob hoc sub Antonino extructa sunt, & ab Alexandro perfecte. Quarto notandum, has Porticus acie columnarum constitisse. De columnis ex quibus Porticus constabant, res nota: vnde & varia quoque pro columnarum ordinibus porticibus nomina non tantum duplicibus, sed & vsque ad tetrastichis & pentastichis, de quo vide vel Capitolinum in Gallieno. De altitudine quoque harum columnarum vide Vitruuium, lib. 5. c. 7. vnde & Acies columnarum hæc leg. dicitur.

De MvRO Novo Constantinopoli excitato, occupatis alicubi ad id priuatorum terris, quibus inuicem Turrivm eius muri vsus deputatur, sub refectiois onere. Theodosij Iun. lex.

LI. * Idem AA. Anthemio PP. P."

V RRES Noui Muri, qui ad munitionem Splendidissimæ Urbis" extructus est, completo opere, præcipimus eorum vsui deputari, per quorum terras idem murus studio ac prouisione Tuæ Magnitudinis ex Nostræ Serenitatis arbitrio celebratur." Eadem" lege in perpetuum & condicione seruandâ, vt annis singulis hi, vel" ad" quorum iura terrulæ" demigrauerint," proprio sumptu earum" instaurationem sibi met intelligant procurandam," earumque" vsu publico beneficio potentes, curam reparationis ac sollicitudinem ad se non ambigant pertinere: Ita enim & splendor operis" & Ciuitatis munitio cum priuatorum vsu & utilitate seruabitur. Dat. Prid. Non. April. Lucio v. c. C O N S. [413.]

NOTÆ.

- * Lex 18. Cod. cod. tit. Inducatur verò hæc lex l. 13. supr. de Metatis. Concordat huic legi lex 50. prox. supr.
"Anthemius sub Theodosio Iun. PP. vid. Prosopogr.
"Constantinopolitana.
"celebrari murus dicitur: ita iter celebrari per vias, pontes, l. 36. supr.
"ita quoque Cod. Inst. id est. Eâ simul. Nisi malit quis, quod puto eâ demum, vel eâ tamen.
"Abest à Cod. Inst. Malè.
"ou ayant droit.
"Terrule, supr. terra, id est, priuatorum possessiones.
"Demigrare, pro simplici, migrare: vel de vno ad alium migrare.
"Id est, ad curandam.
"Turrium scilicet, Cod. Inst. eorum, vt mox, eorumque: quod longè aliud.
"eorumque Cod. Justin. vt dixi.
"Novi muri.

COMMENTARIUS.

DE TURRIBVS NOVI MURI Constantinopolitani est hæc Theodosij Iun. constitutio; quarum vsum permutationis iure quodam priuatis, quorum terra idè occupatæ fuerant, seu per quorum terras murus ille celebrabatur, ducebatur, concedit. PRIVATORVM scilicet terras publici operis causâ quandoque occupati mos fuit, sic tamen vt permutatio quadam cum his institueretur, quod hæc quoque lex, sicut & superior prox. lex 50. vbi dixi, testatur: Et quidem in spec. huius leg. turrium noui Muri Constantinopoli occasione. Murus scilicet nouus munienda Urbis Constantinopolitana, à Theodosio Iun. studio ac prouisione, non Cyri P. V. (vt Tom. V.

Cujacius scripsit) verum Anthemij P. P. extructus fuit, vt præter hanc legem, docet quoque Socrates, lib. 7. cap. 1. καὶ ἡ πόλις τὰ νέα θεοδοσίου δούλου παυλάτου, τὰ τῆς ΕΩΛΞ ἐτάπητο, ΑΝΘΕΜΙΟΥ ὃν ἀπέχετο τὴν διοίκησιν ποιησάμενος ἔτι τὰ μεγάλα ΤΕΙΧΗ τῆς Κωνσταντινουπόλεως περιέβαλετο: φρονιμώτατος ὃ ἔβη τότε ἀθρόα πονεῖν ἐδούει καὶ τὰ Νίκεφουρς etiam lib. 14. cap. 1. Rerum omnium administratio Anthemio Prefecto commissa est: Anthemius iste MOENIA Constantinopoli demolitur, Pomeria Urbis prolaturus. Lateritio ingenti, qui nunc cernitur, MvRO eam circumdedit, opere eo per menses duos magnâ & ferè incredibili celeritate confecto. Meminit & huius rei Tripartitæ Auctores S f 2 lib. 2. f.

lib. II. cap. 1. Igitur cum hic murus extrui cœpisset, eumque per priuatorum terras celebrari, id est, extrui, duci oporteret, Theodosius, velut contractu quodam & permutatione factâ, Turres eius muri, priuatorum illorum, quorum terræ occupatæ fuerant, vñi deputavit: hęc leg. & l. 13. *supr. de Metatis*: Sic tamen, vt onera earum Turrium ipsi deinceps agnoscerent, putâ, earum instaurandarum quorannis hęc leg. Itẽmque Metati omnis quod postea statutum d. l. 13. *supr. de Metatis*, quâ hęc indicatur, quãtque hic totam adscribi oportet: Idem Augusti Enstathio P. P. *Deuotissimos milites, ex proximâ redeuntes, vel proficiscentes ad bella, Muri noui Sacratissime Vrbs singule Turres in pedeplanis suis suscipiant. Nec aliquis possessorum grauius ferat, quasi illâ dispositione, que super publicis adificiis [re. beneficiis] processerat, violatâ, cum priuata quoque domus tertiam partem talis rei gratiâ soleam exhibere. Dat. V. Non. Mart. Constantinop. Honorio XIII. & Theod. X. AA. CONS. Anno 422.* Huius quoque muri noui fit mentio in l. 18. *Cod. de SS. Eccles. & Nou. 59. cap. 5.* apud Zonaram *tomo 2.* Meminit & Marcellinus in *Chronico*. Simul Turrium, *Ardabare & Gallegio Conf.* id est, Anno 447. *Ingenti*, inquit, *terre motu per loca varia imminente, plurimi Vrbs Augusta MVR I recentis adhuc reedificatione constructi, cum LVII TVRRIBVS corruerunt.* Et mox; *Eodem Anno, Vrbs Augusta muri, olim terra motu collapsi, intra tres menses, Constantino P. P. operam dante, reedificati sunt.* Meminit & Auctor *Chronici Alexandrini* Theodosio 17. & Festo *Coss.* id est, Anno 439. murorum à Theodosio hoc circumcirca factorum Constantinopoli

quâ mare spectat: *ἐν τέρῳ τῆς ἑταῖ ἐκκελεύσας Θεοδῶσιος Ἀυγύστῳ τὸ τεῖχος κύκλω σφύραξ ἐν ἕλω τῆς ἑταῖ λαοῖς Κωνσταντινουπόλεως.* De huius alioquin Principis sollicitudine circa muros excitandos dixi ad l. 49. *supr.*

Ceterum etsi lex hæc propriè pertineat ad Constantinopolim, & localis sit, potest tamen ad alias ea rectè in vsum accommodari præter locum communem de occupandis priuatorum locis publici operis gratiâ, & deque permutatione & compensatione eo nomine tribuenda. Primò quidem, vt ij, per quorum terras muri ducantur, Principe vel Curatore Reip. concedente, in Turribus eorum habitare possint. Neque tantum in pedeplanis (quod Cujacius perperam putauit, *arg. d. l. 13.* quæ vtique pedeplana adsignat non ipsis priuatis, sed militibus ibi metati iure hospitantibus) verum in totâ, quanta est, turre, etiam in edito turris, quod ex hęc leg. discere licet etiam *ἡσυχίῳ* fortè: erant enim turrium plura *tabulata*: Si videlicet ea sit Cinitas, cuiusmodi Constantinopoli, vbi nullus est ab hoste metus. Etsi sciam, in quibusdam Turribus muralibus Vibium humiliores quosdam homines videri habitantes in inferiori parte, non in eâ, quâ pinnae Murocum siue Turrium acies extant.

Secundò, aptari quoque potest hęc lex, si quando quærat de oneribus, quæ sustinere debent ij, qui publico fruuntur compensato.

Porro vt hæc Theodosij Iun. lex est de Turribus muri Constantinop. ita de Turribus muro- rum in Vrbe Româ: vid. *Valentiniani Nouellam* inter Theodosianas *de Pantapolis 43. in fin.* quò referam quod scribit Vegetius *prologo lib. 4. de re milit.*

¶ De BALNEO ZEUXIPPI Constantinopoli: deque SUPERFICIE seu priuatorum domibus & officinis in porticibus eius positis. Theodosij Iun. lex.

LII. * Idem AA. "Seuerino" P. V."

¶ VIA plurimæ domus cum officinis suis in Porticibus Zeuxippi esse memorantur, reditus memoratorum locorum pro quantitate, quæ placuit, ad præbenda luminaria, & ædificia, ac recta reparandæ gratia vrbs huius Lauacro, sine aliquâ iube- mus excusatione, conferri. Dat. v. Id. Ian. Victore *CONS.* [424.]

NOTÆ.

* Lex 19. *Cod. eod. tit.*
 "Perperam. Reponendum enim solius Theodosij, Iunioris scilicet nomen: vide *Chronolog.*
 "Seuerinus P. V. Constantinop. Eidem superiori Anno 423. inscribitur *lex Maximianæ 11. Cod. de adific. priuat.* vide *Protopogr.*
 "Præfecto Prætorio, in *Cod. Iust. d. l. 19. & d. l. 11. vid. Protopogr.*
 "Reparando Regia Vrbs huius Lauacro: ita *Cod. Iust.* & quidem meliùs. Fortè ita, & adificia ac recta reparanda *Egre- gia vrbs huius Lauacro.*

COMMENTARIVS.

DE LAVACRI seu Balnei ZEUXIPPI Constantinopoli porticibus: deque Porticibus positis in iis priuatorum domibus & officinis, est hæc Theodosij Iun. constitutio: quæ proinde ad locum communem pertinet de occupatis & ædificatis in locis publicis à priuatis: Et sic de *superficiario iure*. OCCUPARI equidem loca publica priuatorum ædificiis regulariter non licet: quod docet etiam *lex 22. 29. & l. 46. 47. supr.* quando- quidem tamen in nonnullis locis publicis ædificia extructa iam habere licuit, veluti domos & officinas, vt in specie *huius leg.* in porticibus pu-

blicorum Balneorum. Et id ipsum tamen sub onere certæ cuiusdam præstationis seu *reditus & pensiois*, seu canonis & *solarij* cuiusdam, de quo dicere antenuenti ad *leg. 9. supr.* plenè, quò recurri cupio. Et in spec. quidem *huius leg.* in porticibus Balnei Zeuxippi Constantinopoli: Nempe cum Zeuxippi balneum seu lauacrum (de quo mox plenius) Constantinopoli egrégium cummaximè foret, atque id porticibus circumdatum, in his porticibus domos & officinas priuati multas habebant extructas, seu cellulas, vt vocantur *l. seg.* Proculdubio vendendis, quæ ad lauacri maximè vsum

necessaria erant: haud aliter ac in pastoforiis seu porticibus Templorum res sacro vsui destinatas, & olim prostirissæ, & nunc prostare videmus. Aliisque locis publicis hominum multitudine maximè frequentatis ædificia priuati addebant, auiditate cogendæ pecuniæ, vt loquitur *lex 25. supr.* vbi plenè dixi. Igitur vctigal seu *solarium* huiusmodi domibus seu officinis quoddam à Theodosio Iun. impositum, vt solitum imponi publico fruentibus, & superficiem in solo publico habentibus, vt docet quoque *lex 1. Cod. de diuers. prad. l. 2. §. 17. ne quid in loco publ. vel itinere: & lex 5. in fin. π. hoc tit.*

¶ Ceterum huiusmodi solarium seu vctigal, modò operibus publicis reficiendis seu reparandis destinatum, modò in genere, vt in specie quoque *l. 41. supr.* modò speciatim alicui operi, *pour la fabrique*: vt in *huius leg.* specie eiusdem lauacri seu balnei reparationi, & præbendis ibidem luminaribus, in cuius porticibus domus & officinæ illæ erant. ¶ Vbi de tribus videndum est. Primò obseruandum, Thermas siue lauacra publica *Porticibus* circumdata fuisse, & quidem lauacra Zeuxippi Constantinopoli, quarum ipsarum meminit *Zosimus lib. 2. p. 686.* de quo ad *l. 50. supr.* Secundò, de luminibus Thermarum occurrunt & apud alios nonnulla testimonia, vt *l. 1. Cod. de lustrali collat.* vbi pars lustralis collationis huic rei destinatur. Sed & *Lampridius* eius meminit, in *Alex. Seuero. Addidit*, inquit, & *oleum luminibus Thermarum, cum antea non ante auoram (aliàs ante Nonam) paterent, & ante Solis occasum clauderentur.* Postremò de *Zeuxippi balneo* notandum, id balneum à Seuero Imp. Byzantij, quæ postea

Constantinopoli dicta, extructum, vt testatur *Suidas, in voce Ζεῦσιππος*, & *Codinus*; *Theodorus Merochita, hist. Rom. p. 94.* quarum Thermarum Seuerianarum Zeuxippi mentio in *Anthologia*, ac *veteri descriptione Constantinopoleos: secunda regione*, apud *Gregorium Nazianzenum orat. ad Arrianos, Sozomenum lib. 3. cap. 8. Socratem lib. 2. cap. 12. Procopium lib. 1. de adific.* *Cedrenum in Seuero, p. 207. Nicephorum lib. 9. cap. 9. Zonaram tom. 3. in Iustin.* *Suidam in voce Χριστόδωρος*. Præter omnes autem luculentè *Petrus Gyllius Aquitanus Vir doctissimus lib. 2. cap. 7. Topograph. Constantinop.* cur autem hæc dictæ Thermae Zeuxippi variæ sententiæ sunt, quas videre licet apud *Eusebium in Chronic. num. 157.* apud *Suidam, & apud Procopium lib. 1. de adific.* Incensum hoc lauacrum postea sub *Iustiniano*, teste *Cedreno. Balneum* quoque hoc vocatum *balneum Numerorum*, teste *Nicephoro, lib. 9. cap. 9.* quia ibi numeri militum, seu milites lauabantur.

¶ Vt ad sententiam *huius leg.* redeam, Pensio- nem seu solarium harum domorum & officinarum nomine præstari vult *Theodosius Iun.* Idque sine aliquâ excusatione: id est, sic vt ab eo nemo immunis sit. Quod modum verò huius solarij at- tinet non exprimitur is: *Pro quantitate*, inquit, *que placuit*, id est, quæ definita præscripta fuit vel ab Imperatore, vel à Seuerino P. V. Sic & in- definite placita pensio solarij in genere dicitur *l. 1. Cod. de diu. prad.* Curatorum verò Reipublicæ id muneris fuisse ostendit *lex 5. π. de operibus publicis*: vel Curatorum publicorum operum, *l. 2. §. 17. π. ne quid in loco publ. vel itin.*

¶ Ad AVDITORIA Professorum Constantinopoli, Capitolij Porticum exedra à Theodosio Iunioris deportantur: ita quidem, vt si quid his adhuc desit, cœmentis vicinis cellulis id suppleatur.

LIII. * Idem AA. & Valentinianus Cæs. Constantio P. V."

¶ XSEDRAS, quæ Septentrionali videntur adhærere Porticui, in quibus tantum amplitudinis & decoris esse monstratur, vt publicis commo- dis possint, capacitatis ac pulchritudinis suæ admiratione, sufficere, su- pradictorum concessibus deputabit. Eas verò, quæ tam Orientali, quam Occidentali lateri copulantur, quas nulla à platea aditus, adque egressus paramen, ipsisque humiliores aliquanto adque angustiores putantur, vicinarum spacia Cellularum ex vtriusque lateris portione oportet adiungi: ne quid aut ministris eorumdem locorum desit, aut populis. Sanè, si qui memoratas cellulas probabuntur vel Imperatoriâ largitate, vel quacumque aliâ donatione, aut emptione legitima, possidere, eos Magnificentia Tua competens pro hisdem de publico pretium iubebit accipere. Dat. 11. Kalend. Mart. Constantinop. DN. Theod. A. XL. & Valentiniano Cæs. *COSS.* [425.]

NOTÆ.

* Et hæc lex abest à *Cod. Iustin.* Iungendæque huic *lex vlt. supr. de Stud. liberal. Vrbs Roma vel Constantinopoleos.* Itæm *lex vnica. supr. de Profess. qui in Vrbs. Constant.* quibus titulis hæc lex commodius posita fuisset.
 "Inducendum alterum A. vt etiam docet *d. l. vlt. & d. l. vnica.*
 "Constantio huic P. V. Constantinop. inscribitur quoque *lex vlt. Cod. de offic. P. V.* vbi edicim *Constantino.*
 "Constantinopolitanæ. Hinc interim replenda *Inscriptio d. l. vlt.*
 "id est adhærere, sic & *d. l. vlt. qui videntur intra Capitolij Auditorium constituti*: vid. plura in *Gloss.*
 "an aliis? an magistracionibus & concessibus: hæc *leg. & d. l. vlt.*
 "Professorum seu Magistrorum, *d. l. vlt.* absque quâ hæc *lex* imperfectum sensum haberet. Simile exemplum *legis imper- fectæ l. 48. supr. de quo in Prolegom. Theodos.*
 "An concessibus, id est, quò concedunt? An concessibus? Sed malim *concessibus.*
 "Sublimitas videlicet tua, vel Magnificentia tua: Id enim repetendum cum ex *fine d. l. vltim.* tum ex *fine huius leg. nisi malis, deputabis.*
 "p. l. vlt. exedris scilicet, vel, *Ad eas.*
 "p. 2. na nullus, vel ad quas nullus à platea aditus, vel ad quas nullum à platea aditus & egressus paramen. "Paramen,

"Patamen, huius seculi vox, pro patente aditu & egressu. Sicut. foramen, ita patamen.
"Magistris scilicet vel potius concessibus.
"Fortè scribendum Magistris.
"Populæ, id est, discipulis & ad audiendum confluentibus.

COMMENTARIUS.

DE AUDITORIIS Professorum Constantinopolitanorum est hæc Theodosij Iun. constitutio, Anno D.425. Quæ quidem pars est prolixioris Theodosij Iun. constitutionis: quâ studiis liberalibus consultum iuit: unde duo adhuc capita supersunt, putâ lex ultim. supr. de Stud. liberal. P. Rom. & Constant. Imò & lex unica supr. de Profess. qui in P. Constant. doc. absque quâ lege ultim. foret, nullus satis certus huic legi sensus constaret. Quo argumento liquet, quæ quantâque sit coniungendarum inter se legum utilitas; parte alterâ, quam multa grauitur ab huiusmodi Codicis Conditoribus admiffa fuerint, quæ peculiari Prolegomenon libro collegi. ¶ Igitur Theodosius Iun. Academiam Constantinopolitanam bene fundaturus, in Capitolio Constantinopolitano Auditorium Professoribus assignatum iuit: quod etiam indicatur bis d.l. ultim. quod quidem Capitolium fuit regione ostendit, ut docet descriptio Urbis Constantin. Pariter vt Romæ, in octaua regione, vbi Vmbilicus Romæ erat.

¶ Nominatim verò Auditoria eis assignat hæc leg. in porticibus Capitolij, & earum porticum exedris, sub triplici ampliatione: Primò quidem, eas quoque exedras, quæ Septentrionali porticui adherent, quamlibet maximæ amplitudinis & decoris, capacitatis ac pulchritudinis, iis assignat. Secunda Ampliatio, quòd contra exedras Orientali atque Occidentali lateri adherentes, quæque angustiores erant, atque à plateâ aditum & egressum non habebant, ampliari velit; & (quod Tertium) coemptis à legitimis possessoribus vicinarum cellularum spatij. Qui casus singularis addendus est iis, quibus ob publicam utilitatem priuati domos vel officinas suas prædiâque cum alijs locis commutare, vt in spec. l. 50. & 51. supr. vbi dixi: vel pensato priuilegio aliquo vt in spec. l. 1. infr. de Aqueductu: vel pretio accepto vendere coguntur, & quidem ad Professorum Auditoria in sp. huius legis, sicuti & ad Religiosarum domorum incrementa: de quo vide vel Louerij arrestum 6. lit. A. verum de hoc plenius ad d. l. 50. supr.

¶ Et hæc quidem est sententia huius legis: quæ vt melius intelligatur, de tribus adhuc videndum est; de Porticibus scilicet, de Exedris, & Cellulis istis. I. Porticus, (quarum hæc leg. mentio fit,) lex huiusmodi eâ Capitolij parte & regione memorat Vetus Urbis Constantinop. descriptio. Ad eundem modum & inter alia παρρησια Capitolij Romani variæ Porticus fuisse, teste Virgil. 8. Æneid. L. i. v. 41. Velleio, lib. 2. Tacito 3. Histor. Suetonio in Casare, cap. 10. De quo vide Richium de Capitolio, cap. 34. Cæterum vt Auditorium publicum in Porticibus Capitolij Constantinopoli à Theodosio Iun. additum; ita & Romæ pariter Bibliotheca ad Capitolium addita, de quâ Eusebius Chronic. & ex eo Orosius lib. 7. cap. 1. in rebus Commodi. An in Porticibus Capitolij, non est qui exercitè dicar. Ibidemque recitationes poematum factæ, Poëtarumque commissiones: de quo idem Richius, cap. 35. Cuius hic error grauis est, quod hanc legem nostram de Capitolio Urbis Romæ accepit. Et hæc de porticibus Capitolij.

II. Exedra in his Porticibus erant loca seu Diæxæ, non deambulandi populæ gratiâ, vt ipsæ

Porticus, vel ipsa mediana in priuatis cœnaculis & habitationibus, verum loca prope Porticus ædificata confessus causâ, multorum hominum capacia, coire, docere, disputare, audire cupientium. Id enim sunt exedra. Sanè idèd cubicula, & exedra iunguntur, l. 5. §. interdum, 2. n. de his qui deiecer. Sed & Strabo lib. 17. p. 546. de Mufæo Alexandriæ, quod huc maxime facit: τὸ Μουσικὸν ἔχον ἀπέπατον ἢ ἐξέδραν, ἢ οἶκον μέγαν, ἐν ᾧ τὸ σωσπιον ἢ μετρίων τῶν Μουσικῶν φιλολόγων ἀνδρῶν. Cicero, quod huc pariter maxime facit, lib. 5. de finib. lib. 1. de Natur. Deor. & 3. de Orator. nominatim Exedram pro loco, in quo Philosophi disputantes sederent, locoque ad colloquendum, aut meridiandum, accepit. Iis quippe locis scribit, Crassum Oratorem in Tusculano, & Cottam Pontificem Romæ exedras habuisse. Sic vt rectè nonnulli Exedram scholam interpretentur. In Glossis quoque Philoxeni Ala, ἐξέδρα, βιβλία, σχολή, &c. Pollux idem affirmat esse ἐξέδραν, & πασάδου: πασάδου, ἢ δ' ἐξέδραν, ἢ οἰκὸν ἐξέδρας; & alibi, ἀδρῶνας, πασάδου, σπασίτια, συμπίσια, σεσεξέδρας, θύκας, seu σωθῶνας iungit, & πάλας κέρη facit. Idem lib. 1. cap. 4. λέγει δ' ἢ ἀδρῶν, ἢ αὐαῖασι οἰ ἀδρῶν: ἢ τῆ ἐξέδρα, ἢ αὐαῖασι τῶν συμπίσιων, &c. Est autem πασάδου cœnaculum: πασάδου enim pro νηπιῶν Hefychio. Quæ inde dicta, si fides Polluci lib. 6. cap. 1. & Scholiastæ Apollonij, δὴ τὸ ἐν αὐτῇ στήθεξ ἡμῶν, εἰσὶ πασάδου: etsi alij malunt, ἀπὸ τῆ πάσων, quod est, πακίλλων, quod opere intestino cœlatum, laqueariis & rectorio albariōque opere inductis pictisve & auratis ornata essent. Vnde Hefychio πασάδου διαμαρμαρῶσι ἔλαι: & πασάδου νῆξ ἐναυτῆς. Vnde & πασάδου velum variegatum plumario opere, quod thalami siue cœci foribus & sacrae calyxæ, id est, interiori cellæ obpanxæ erant: vide Pollucem. Vnde & Pastophorium in Gloss. Ididori, Aurium Templi explicatur, vel safarium, vbi rescribendum fortè safarium: nam safara sunt vexilla & vela, de quibus dixi ad librum 1. Tertull. ad Nationes. Verum ad exedras redeamus: Omnium manifestissimè Vitruuius eas describit in porticibus, lib. 5. de Architect. cap. 11. de Palæstrarum ædificatione: Constituantur, inquit, in tribus porticibus Exedra spatiosa, habentes sedes, in quibus Philosophi, Rectores, reliquitque, qui studij delectantur, sedentes disputare possunt. Exedrarum rursum mentio fit apud eundem lib. 6. cap. 5. & lib. 7. cap. 9. Interim ex hæc leg. & superiore Vitruuij loco liquet, Exedras has Porticibus adheruisse, vel in his fuisse: vid. & Iosephum lib. 1. de bello Iudaico, cap. 16. vbi agit de Herodis operibus, βίβλος δ' τεῖχος ἐξέδρας τῆς ἑσῶας [ἀνέδρα.] Quod etiam sequentes Inscriptiones ostendunt, & hæc quidem quæ Tibure visitur in Corpore Inscription. p. 172. num. 3.

PORTICVS P. CCLX. ET EXEDRAM ET PRONAON, ITER ET PORTICVM PONI SCENAM LONG. P. CXL. S. C. F. C. Item Altera hæc Romæ, p. 65. n. 3. SILVANO SANCTO C. AVSTVRNIVS MEDICVS LVDI GALLIC. PORTIC. ET EXEDR. ET SIGN. ÆN. VOTO SVSCEP. L. M. &c.

Augustinus quoque lib. 22. de Ciuit. Dei, cap. 2. disertè Exedram lectioni & prædicationi inseruisse,


uisse, in eâque gradus fuisse, ostendit: Sequenti die, post sermonem redditum, narrationis eius libellum in crastinum populo recitandum promisi: quod quam ex Dominico Pascha die tertio fieret, in gradibus Exedra, in qua de superiore loquebar loco, feci stare ambos fratres, quum eorum loqueretur libellus, &c. Idemque Augustinus initio libri de Gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo; de collatione suâ cum illo Cæsareæ præsentibus Episcopis Prouinciæ & plebe; Cæsareæ, inquit, in Ecclesia maiori, cum Deuterius Episcopus Metropolitanus Cæsariensis unâ cum Alipio, &c. & ceteris Episcopis in exedram processissent, presentibus, Presbyteris & Diaconis, & vniuerso clero, ac frequentissima plebe; adesset etiam Emeritus partis Donati Episcopus, Augustinus Episcopus Ecclesia Catholica dixit, &c. Itaque rectè Budæus & Philander notant, Exedras eorum locorum figuram referre, quæ in Cœnobij seu peristylis Monachorum aut Canonicorum Capitula dicuntur. Cæterum perflatile eas fuisse, si non omnes, aliquas certè, Vitruuij testimonio clarum, lib. 7. cap. 9. Apertis verò, inquit, locis, peristylis aut exedris, aut ceteris eiusmodi locis, quo Sol & Luna possit splendores & radios immittere, denigratur. Tandem à Græcâ origine dictas Exedras patet, nempe à frequentibus ibi sedibus, anaclinetis, &c. vt ex Vitruuij quoque loco clarum est. Et hæc de Exedris, quas etiam separatas & singulas singulis Professoribus deputari iubet Theodosius Iun. d.l. ultim. supr. de Stud. lib. V. R. cui hæc

non tantum coniungenda, verum immediatè subiicienda est. III. Cellulae hæc, & d.l. ultim. sunt domunculæ, habitationes, officinæ (de quibus etiam actum l. 52. supr.) & quidem in specie huius legis, publicis porticibus, cuiusmodi in Monasterijs videmus, eâdem voce retentâ; vt ostendit Hieronymus in vitâ Elilarionis, & Cassianus lib. 2. de institution. cap. 12. quâ singulorum Monachorum claustra significantur; ad quæ ex mediano vel porticu commue Monachis iter est. Quâ causâ Ennodius quoque lib. 1. epist. 5. Monachos Cellularios vocat.

Cæterum ex hæc leg. apparet, huiusmodi Cellulas porticibus publicis adherentes, publicas fuisse: & proculdubio exponendis mercibus, vel artibus sellulatis exercendis publicè locatas: Et tamen nonnullas ex his processu temporis ab Imperatoribus donatas, venditas.

Ex hæc interim quoque lege, iunctisque duabus alijs, quibus ea socianda, venit, apparet, quo quantoque studio Theodosius Iun. Constantinopoli studia, Professoresque amplexus sit: de quo Theodosij studio dixi ad l. unic. supr. de Respons. Prudent.

¶ Postremum notandum, hanc leg. inscribi Constantio P. V. ad quem data est quoque lex ultim. Cod. de offic. P. P. vbi Constantinus vocatur: ad quem pertinere videntur duo epigrammata, de opere quodam alio Constantinopoli excitato ab eo lib. 4. ἀδραγογ. c. εἰς ἄβλας.



DE AQUÆDVCTV. TITVLVS II.

XI. COD. IVST. XLII. Omnes hoc tit. constitutiones extat etiam post Frontini librum de Aquæductibus.

PARATITLON.



QVÆDVCTVS Rubr. & l. 2. 6. hoc tit. & l. 23. 36. supr. de Operibus publicis: l. 29. 30. supr. de Prætor. seu Aquæductus publici, l. 4. dicuntur & Aquarum ductus, l. 1. Formæ, l. 1. 8. 9. hoc tit. & l. 3. supr. de calc. coctor. Urb. Rom. Formarum meatus, d. l. 1. Aquarum meatus, l. 8. inter opera publica erant d. l. 23. 36. supr. de oper. pub. quæ ratio est, cur hic titulus superiori cohæreat. Dicuntur & Aquarum ductus; Aquæductuum partes hæc hoc titulo memorantur; Fistulæ, Matrices l. 5. Castella, l. 5. 6. seu Conceptacula, l. 2. sicut ipsius aquæ Moduli Aquarum, Obolus, l. 2. Vnciæ, l. 3. & l. ultim. Fistulæ adpotæ. Huiusmodi aquæductus erant Romæ, l. 1. 5. 8. 9. (& in his nominatim Augusta forma, d. l. 8. & Claudia, l. 9. seu ultim.) Constantinopoli, l. 3. 4. 6. hoc tit. l. 29. 30. supr. de Prætor. (in his Theodosiacus Aquæductus, d. l. 29. 30.) Item in Daphnensi Palatio vsus aquæ præstans, l. 3. hoc tit. Urbis Antiochenæ, l. 7. hoc tit. & l. 36. supr. de Operibus publicis. Item per Diocesim Orientis, d. l. 36. supr. de Operibus publicis, qui quidem per Priuatorum possessiones & fines quandoque ducebantur, l. 1. ¶ De Fabrica, & Reparatione & Tutela aquæductuum notanda sunt sequentia.

- 1. Impensas quandoque à Prætoribus in ludos antea fieri solitas, fabricæ aquæductuum destinatas: d. l. 29. & 30.
2. Operas aliquando ad id omnes conferre coactos, l. 23. supr. de Operib. publ.
3. Quandoque reparationem sumptu publico penitus factam, l. 8.
4. Refectioni aquæductuum Romæ, & pecuniam seu argentum reconditum fuisse; quæ formarum cordis a Symmach. lib. 10. ep. 33. de quibus ad l. 3. supr. de calc. coct. 1500. onera calcis, & sic dimidiam partem præstationis calcaris annuam deputatam, quæ ab Italia Regionibus præstatur, d. l. 3. supr. de calcis coctor. vnde Ager Formensis, in Nouell. Valent. 5. Quando

5. Quandoque materiam aliunde ex demolitione templorum deputatam, l. 36. *supr. de Operib. publ.*

6. Repurgandis illis obnoxios fuisse eos, per quorum fines transibant, l. 1. *hoc tit.* qui ideò ab extraordinariis oneribus immunes erant; *d. l. 1. hoc tit.*

7. Ne arborum radices eos corrumpent, dextrâ laevâque de ipsis formis, 15. pedibus non nisi intermissis, arbores haberi potuisse, *d. l. 1.*

8. Horum publicorum Aquæductuum curam, custodiam, tutelam pertinuisse ad Præfectum Prætorio, l. 8. *h. t. Romæ ad Præfectum Vrbi, l. 3. 4. 5. 6. 9.* ad peculiarem Consularem Aquarum, l. 1. *hoc tit. & l. 1. supr. de divers. offic. eorumque officia, l. 1. & l. ultim. hoc tit. & d. l. 1. supr. de divers. offic.* Aquæductuum ad Palatia Principis pertinentium, ad Comitem R. P. l. 2.

De *Modo utendi* Aquæ ductibus publicis, aduersus fraudes, vitiâque, vt loquitur Frontinus, & licentiam priuatorum, hæc constituuntur: Aquam deriuare, l. 4. 6. 8. seu elicere, l. 5. ad domos non licuisse, nisi ex licentia, l. 7. seu Principis Concessione, l. 2. 3. 5. 6. 8. seu Imperiali largitate, l. 2. per Principis indulta, l. 5. Iure BENEFICII (quæ vox huic rei propria est) l. 6. ex Rescripto, l. 8. Secundò, neque in agros deriuare licuisse, l. 4. 7. Tertio, neque maiore quantitate vsurpare, quam fuerat concessum, l. 2. 3. 6. 7. admotis fortè maioribus fistulis, l. 2. Quarto, non fistularum, quas matrices vocant, soliditate attentatâ, l. 5. Quintò, non ex aquæductu, l. 6. verùm ex castellis, l. 5. 6. seu ex conceptaculo, l. 2. & ex formis ipsis, *d. l. 5.* Quandoque etiam vetitum quamlibet ex Rescripto aquam ex Aquæductu vsurpare: vt in *spec. l. 7. & 8.*

¶ De TUITIONE Aquæductuum à sordibus & arboribus, deque possessorum, per quorum prædia illi transeunt, in id officio, & ideò immunitate.

I. * Imp. Constantinus A. ad Maximilianum "Conf."



QUARVM" possessores, per quorum fines" formarum" meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus volumus esse immunes: vt eorum opera aquarum ductus sordibus oblecti mudentur: nec ad aliud superindictæ" rei onus hîdem possessoribus adinendis, ne circa res alias occupari repurgium" formarum facere non occurrant." Quod si neglexerint, amissione possessionum multabuntur: Nam fiscus eius prædium obtinebit, cuius negligentia perniciem formæ congesserit, ¶ Præterea scire eos oportet, per quorum prædia ductus" com meat, vt dextra laevâque de" ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant: Observante Tuo Officio," vt si quo tempore pullulauerint, excidantur, nec" earum radices fabricam formæ conrumpant. Dat. xv. Kalend. Iun. Galliano & Symmachio c o s s. [330.]

NOTÆ.

* Lex 1. Cod. eod. tit.

"An idem ille, qui Maximilianus Maerobius dicitur, cuique inscribitur lex 2. *supr. de emendat. seru. Sed & Iulius Maximilianus Comes* memoratur in *veteri Inscriptione*, quæ in Cælio monte Romæ: quam ipse in gratiam Helenæ matris Constantini, Aux. Constantis & Constantij, fecit: extat ea in *corpore Inscriptionum*, p. 284. n. 1.

"id est Consularem, & quidem Aquarum, mox vt ostendam: retractâ voce Aquarum ab initio leg. ad hanc *Inscriptionem*. Fines. id est, fundos vt Interpretes, & *infr.* vel vt ipse malo prædia, terras, l. 5. *supr. de Operib. publ.* per extremos fines fundorum, ibi enim potius & humanius ducti aquæductus.

"Forma hîc, & l. 8. *infr. & l. 3. supr. de calc. coctor. & apud Frontinum Sidonium lib. 5. epist. 5. Symmachum lib. 10. ep. 33. & in Auctario epist. 12.* Cassiodorum, aliòque Recentiores, sunt Aquæductus. Vnde & Comes Formarum apud Cassiodorum *lib. 7. var. 6. & Notit. Imper. Romani.*

"Cuiuscunque superindicti.

"Repurgium, ait lex; pariter vt Ambros. in *Theodos.* Non audisti Imp. quia cum iussisset Iulianus reparari Templum Hierosolym, diuino, qui faciebant repurgium, igne cremarunt.

"Non curent, ita Cod. *Iust.* non ita propriè, de quo mox.

"Aquæductum, Cod. *Iust.* quod idem.

"vel Com meat, est illud quoque rectum est.

"Ex. Cod. *Iust.* minus rectè: rectius, de, id est, ab ipsis formis.

"Officium Consularis Aquarum obserua, cuius mentio quoque fit *d. l. 1. de divers. offic. supr.* vbi dixi. In *Cod. Iust.* hoc immutatum, in officio *Iudicis*: vt ita hæc lex generalis efficeretur.

"An Ne? Illud rectè sustineri potest.

COMMENTARIUS.

DE TUITIONE Aquarum & Aquæductuum est hæc Constantini M. constitutio

Anno D. 330. Et quidem, si mens non malè augurat, de tuitione Aquæductuum Constantinopolitanorum.

Horum. Hoc enim ipso mense Maio Constantinopolis dedicata fuit, eodemque mense etiam aperitur lauacrum Zeuxippi (de quo lauacro superiore titulo actum fuit) vt testatur Auctor Chronici Alexandrini: De Tuitione, inquam, Aquæductuum, tum à sordibus, tum & à confinio rerum noxiarum: quod vtiq; ad Consularem Aquarum perinet: non verò de tuitione, seu latis rectis formarum ipsarum, cui rei etiam Comes formarum specialis aliquando Romæ destinatus fuit, ideò lex hæc Consulari Aquarum inscribitur: vox enim Aquarum (quod Pancirolus quoque iam rectè indicauit, in *Consulari Aquarum*, in *Notitia*, pag. 121.) retrahenda est ad inscriptionem legis, & ita legendum: Ad Maximilianum Consularem Aquarum: Mox initium legis à voce, Possesores, deducendum: Nullus alioquin, imò falsissimus sensus hinc eliciatur, si legamus, Aquarum possessores: Neque enim Priuati vlli publicorum Aquæductuum possessores sunt, sed vt mox subiicitur, per possessorum fines formarum meatus, id est Aquæductus, transeunt. Vnde hoc metu Interpretes, Aquarum possessores hîc ridiculè interpretantur fundorum possessores per quos aqua labitur. Et sanè Maximilianum, cui hæc lex inscribitur, Consularem Aquarum fuisse, & lex integra ostendit, & illa nominatim verba *fin. leg. Observante tuo Officio*, &c. Consulari alioquin Aquarum inscripta est & altera huius Cod. lex 1. *supr. de divers. offic.* & quidem eiusdem Constantini M. vbi pariter officij Consularis Aquarum mentio fit. Meminit etiam *Notitia Imperij Consularis Aquarum*: quin & duæ Inscriptiones de Consulari Aquarum extant pag. 54. num. 6. & pag. 459. num. 7. Similes verò errores vocum perperam alibi positarum, ad initium verò legis retrahendarum, plures suo capite in *Prolegomenis* obseruamus: vide interea leg. 1. *supr. de bon. vacant.* Ergo Consularis Aquarum hoc æuo Constantinopoli fuit. Romæ enim iam olim Curatores præerant: de quibus vid. Frontinum pag. 118. &c. vbi omnes Curatores qui ad se vsque fuerunt, adnumerat.

Antequam verò hanc legem illustro, illud ex ipsâ præsupponendum est, priuatorum fines seu prædia occupata ad Aquæductus publicos: qui casus addendus est aliis, quibus priuatorum loca occupari possunt Reipubl. ergo: quo in argumento versantur tres præterea leges, puta lex 50. 5. 1. & lex ultim. *supr. de operib. publ.* ad quas vide quæ dixi. Qua parte tamen Romanorum æquitas admirabilis notanda, quam Frontinus de *Aquæduct.* p. 126. notat, qui ne ea quidem eripuere priuatis quæ ad modum publicum pertinebant; sed cum aquas perducerent, si difficilior possessor in parte vendenda fuerat, pro toto agro pecuniam intrulerunt, ac post determinata necessaria loca, rursus eum agrum vendebant, vt in suis finibus proprium ius tam Res publica quam priuata haberet. Sic & ex agris priuatorum, terram, limum, lapidem, testam, arenam, ligna, cæteraque quibus ad eam rem (ad Aquæductus inquam) opus esset, vnde quæque eorum proximè sine iniuria priuatorum tolli, sumi, portari poterant, viri boni arbitratu æstimata, dari debebant, tollique poterant, sumi, exportari. Quin & ad eas res omnes exportandas, earumque rerum reficiendarum causa, quoties opus esset, per agros priuatorum, sine iniuria eorum, actus parere, darique iussa Senatusconsulto sub Augusto: quod memorat Frontinus de *Aquæductibus*, p. 125. Nunc ad sententiam huius legis.

¶ Duo sunt huius leg. capita de Aquæductuum Tam. V.

tuitione. Primum est de Tuitione Aquæductuum à sordibus, seu de REPURGIO aquarum à sordibus: de quo Tria constituuntur: Primo desinitur, Possessoribus, per quorum fines seu prædia Aquæductus transeunt, Repurgium aquarum seu Formarum incumbere, id est, onus mundandorum Aquæductuum sordibus oppletorum; quod & ipsum testantur Mago & Megeia inter Auctores de *limitibus*, p. 263. loco, quem mox consignabo. Secundo, Pœna prædij confiscandi imponitur possessoribus id negligentibus. Tandem (& quod initio leg. proponitur) immunitas his inuicem ab extraordinariis oneribus seu superindictionibus tribuitur: Ne (vt eleganter adicitur) circa res alias occupati, repurgium formarum facere non occurrant. Seu vt Valentinianus Iun. *Novell. inter Theodosianam* 43. vt propitium deuotionem solita functionis agnoscant. Sic & Aquarum seu aquarum Custodes vsque p. 10. eod. tit. Ait verò lex, Non occurrant, in tempore scilicet, quam elegantiam sustulit in *Cod. Iust.* Tribonianus: occurrendi enim vox hæc in re propria: quale illud, Satis in tempore occurrere, quam post causam vulneratam remedium quærere; aliâque complurima similia. Item illud; Postica occurrere Sanna. Aquæductuum fauor hic est, vt quos repurgandorum eorum, opera spectat, ij extraordinariis oneribus non auocentur. Hinc & leuiora tributa propter hoc eos perfoluisse Mago pariter, loco, quem antea pollicitus sum, testatur: Aquarum ductus, inquit, per mediâ possessione diriguntur, quæ à possessoribus ipsis vice temporum repurgantur: propter quod & leuia tributa persolunt. Et hæc quidem ita hæc leg. constituuntur, ac nominatim de Repurgio Aquæductuum, cuius onus incumbere possessoribus prædiorum, per quæ Aquæductus transeunt. Alioquin & olim iam in ipsâ Vrbe Româ, & circa eam, à domorum & agrorum possessoribus, pro Aquæductu, seu ob formam Aquæductus, quæ infra domum, vel per agrum transeunt, pensitatio quædam annua præstabatur, vt docet l. 27. §. 3. *de usufruct. & l. in venditione* 41. *de action. empt.* itémque Vitruuius *lib. 8. cap. 7.* Et Frontinus de *Aquæductibus*, p. 123. *Commoda publica familia ex arario dantur, quod impendium exoneratur vectigalium reditu ad us; aquarum pertinentium: Ea constant ex hortis, edificiis, seu: quæ sunt circa ductus, aut castella, aut mœnera, aut lacus: quem reditu propè sestertium CCL. [al. cc.] millium salientem ac vagum, proximis retrò temporibus in Domitiani loculos versum, instituta Dini Nerva populo restituit, nostra sedulitas ad certam regulam redegit, vt constarent, quæ essent ad hoc vectigal pertinentia loca. Atque hoc est etiam illud proculdubio, quod voluit Valentinianus, d. *Novell. inter Theod. de Pamapolis*, 43, cum Cæspitem Formensem, Calcarium & Vecturarium ab extraordinariâ Tironum collatione, & ab exoluendis septem solidis per millenas indictis, immunem præstat. Illud quoque inquit, pro mendo statu venerande vrbi decernimus, vt à collatione tironum, & ab exoluendis septem solidis per millenas nuper indictis, cæspes Formensis, Atrinsis, Calcaris & Vecturarius habeatur immunis, vt propitium deuotionem solita functionis agnoscant. Nempe vt Calcaris & Vecturarius cæspes, ibi est ager qui obnoxius erat functioni calcis & vecturæ, vt docet lex 1. 1. & 3. *supr. de calc. coctor.* ita Formensis est, qui functioni Formarum Aquæductuum erat obnoxius. Quarum formarum etiam, vt antea dixi, specialis Comes erat, vt ex *Notitia & Cassiodoro* liquet. De Atrinsis cespitem, quisnam is fuerit, non liquet: nisi Atrinsensem (quod*

mihî succurrit) quis putet, cloacatio obnoxium, immunditiarum videlicet faciei & impuriore spiritui, causisque grauioris coeli, quibus infamis AER fit, remouendis: Nam & ita in Notitiâ Imperij coniunguntur, Comas formarum, & Comes riparum, alnet Tiberis, & Cloacarum: itémque in d.l.27. §.3. coniunctim agitur de fundis cloacarum debentibus, & ob formam aqueductus aliquid pendentibus. Si quid, inquit, Cloacarij nomine debeatur, vel si quid ob formam Aqueductus, qua per agrum transiit, pendatur: sed & si quid ob collationem via, puto hoc quoque fructuarium subiturum. Ergo & quod ob transfurum exercitus confertur ex fructibus. Sanè & ita à prius dictum, tributum ipsium, quod pro aère impositum agris: Cuius mentio apud Cedrenum Leonem Tactic. consilii.20. & Harmenopolium lib.1.4. Procopium: de quo à prius consule Cujac. 10. Obseru.7.

Alterum huius leg. caput est de CONFINIO rerum Aquis & aqueductibus noxio amolendo: atque adeo de SPATIO arboribus vacuo ab Aqueductibus relinquendo: quod pertinet duæ præterea Cod. Iust. constitutiones: vna Theodosij Iun. l.6. Cod. eod. Zenonis altera: l. decernimus 10. Cod. eod. Nempe & antiquis constitutionibus interdicitur, ne iuxta aqueductus qualescunque arbores plantarentur, ne alioquin arborum radices fabricam formæ corrumpere: quod etiam docet Frontinus: seu vt Zeno ait d.l. decernimus 10. Cod. eod. tit. Ne ex stirpibus labefactentur parietes Aqueductuum. In simili Cassiodorus 2. var. 39. Virgulea quoque noxia importunitate nascens, eunlis

cessibus auferantur, ne RADICVM quidam capilli paulatim iurgentes fabricarum visceribus inserantur. & more vipereo prolem sibi fecunditate contraria nutriat, unde se compago casura distumpat. In eadem verò omnino re, formarum, inquam, Verbis Romæ reparatione, idem lib.7. in formula Comitina formarum Urbis 6. quem locum iam Lucas de Penna hîc laudauit: In primis noxias arbores, qua inferunt fabricarum ruinas, dum sunt quidam mœnium importabiles arietes, censemus radicibus amputari: quia nulla lesio remouetur, cuius origo non tollitur. Imò & lib.5. epist.38. Theodorici Rex vniuersos possessores admonet vt de forma Rauenate arbores, imò virgulta amputentur: vbi inter alia, egregiè illud: Nam qua nunc virgulta sunt, erunt si negligantur & robora. Ac nominatim quindecim pedum spatium dextrâ laeuâque vacuam relinquij iussim, vt hâc leg. ita iure antiquo seu SC. quod memorat Frontinus lib. de Aqueduct. circa fin. vbi & hanc rationem præmittit: Arbores, inquit, magis nocent, quarum radicibus & concamerationes & latera soluantur. Quamquam Theodosij Iun. constitutione, d.l.6. Cod. eod. tit. decempedale tantum spatium constituitur à sulco publico aquarum. Quam legem cum hâc frustra aliter conciliant Interpretes nonnulli.

¶ Datur præterea hâc leg. negotium Officialibus Consularis aquarum (de quo ante dixi) vt arbores, si qua pulullauerint intra id spatium, excidantur. Quod negotium pariter datum Curatoribus Aquarum eo SC. quod memorat Frontinus.

¶ De DAPHNENSI Aqueductu, modòque aqua quem exinde priuatis ducere liceret: Valentis lex.

II. * Imppp. Valentinianus, VALENS, & Gratianus AAA. Fortunaciano Com. R. P."



QVÆDVCTVS, qui Daphnensi Palatio vsu aquæ præstat, quorundam auaritate tenuatur, adpotis maioribus fistulis, quam ex Imperiali largitate meruerunt: Consensu igitur omnium in tribus locis conceptacula reparantur: & Singulorum nomina, Modisque seruandus, tabulis adscribitur, & si vltra licitum aliquem vsurpare constiterit, per singulos obolos, libræ vnus auri dispendiis ingrauetur. Et si sacri tenore Rescribi aliquis certum modum aquæ meruisse nosceretur, non prius eidem accipiendi potestas aliquatenus tribuatur, nisi adito Rectore ex ipso conceptaculo quantitatem quam meruit possit adipisci. Dat. III. Kal. Nou. Antiochiæ, Valentiniano NB. P. & Victore COS S. [369.]

NOTÆ.

* Absit hæc constitutio à Cod. Iustin.
Per Orientem. Fortunaciano inscribitur hoc ipso Anno lex 5. supr. de Metallis: & Anno 365. vel 368. lex 2. supr. de Tyrone. vt & Anno 377. l.3. supr. de fisci debitor. Meminit etiam Ammianus Marcellinus in initio lib.29. p.410. in gestis Anni proximi 370. vbi & molestem Flagitatorum vocat Zosimus lib.4. p.743.
De Palatijs vid. Paratitulos plenissimum, sit. supr. ne quis in Palat. maneat. lib.7. tit.10.
Auida cupiditas, l.6. infr.
¶ Putet aliquis restituendum, admotus, vel adpotis: sed adpotis, rectum est: Adpotis, id est, ad potandum admotis: Plautus Rudente Actu 2. sc. 7. si probo adpotussem. Igitur Adpotis pro adpotatis, vt in epist. Alexandri ad Aristotilem: Sic & Vasa potoria, vulgò potatoria: sic & epotum, pro epotatum: Iuuenal.
Epota que flumina Medo.
Pollio in Claud.
Epota flumina consumptisque syluas.
Aque.
id est grauetur, feriatur.
vilo modo.
Consularem Syriæ intelligit, qui Antiochiæ.
An DATA, pro Accepta, vel Reddita vel Proposita? Sequente enim demum Anno 370. Valensem Antiochiæ hiemasse, testatur Ammian. lib.29. & Zosim. lib.4. p.743. Vt sic proposita fuerit hæc lex Antiochiæ, vt pote quæ ad eius suburbium Daphnense spectat, & ipsa idè Epidaphne cognominata.

COMMEN

COMMENTARIVS.

DE DAPHNENSI Aqueductu propè Antiochiam, (Palatio scilicet Daphnensi feruiente,) est hæc Valentis Imp. constitutio, data Anno D.369. qua consulit EROGATIONI seu iustæ IMPETRATIONI aquæ ex Aqueductu illo ducendæ, contra priuatorum vsurpationem: ne alioquin suis aquis Palatium illud destitueretur. Qui idem scopus est omnium sequentium huius tit. legum. Ita quidem etiam, vt lex 7. ad Aqueductus Antiochenæ Urbis propè Daphnem pertineat. Quando quidem ea lex inscribitur, Comitii Orientis, cuius vtiq; sedes, Antiochia erat. Ceteræ huius tit. leges pertinent ad Aqueductus publicos seu vrbanos Urbis Constantinopolitanæ, putà lex 3.4.6. & Urbis Romæ, nempe lex 5.8.9. seu vltim. quæ etiam leges idè Præfectis Urbis pleræque inscribuntur. Atenim hæc inscripta est Comitii Rerum priuatarum: quia & in eâ agitur de Aqueductu ad rem priuatam Principis spectante, Palatiij videlicet Daphnensis; pariter vt lex 12. supr. de iure fisci: quæ & ipsa est de luco Daphnensi. Vnde iam obseruandum ad Comitii R. P. curam & dispositionem pertinuisse Palatium Daphnense, & aqueductum Daphnensem.

¶ Porro quantam iustæ erogationis ex Aqueductibus publicis curam Veteres habuerint, in vniuersum docet Frontini liber de Aqueductibus, qui sub Traiano Imp. scribebat, & vt iustè patrimonium quodammodo aquæ erogaretur: de quo etiam segg. legibus. Sed hæc parè quoque habitam rationem Aqueductuum rei priuatae ostendit. Quem in finem Sex hæc leg. constituuntur. Primò Fistulas, de quibus plenè Frontinus, maiores non esse admoquendas, quam à Principe impetratæ fuerint, de quo mox. Secundò, Conceptacula aquarum in tribus locis reparanda. Tertio Tabulis publicis adscribendum modum aquæ cuique concessum. Quarto, Modum sibi concessum excedentem, in singulos aquæ obolos vnâ auri librâ multandum. Quintò, Rectori seu Consulari Syriæ insinuandum esse Rescriptum aquæ concessionis (ex l.5. vlt. C. eod. tit. insinuandum Præfecto P.) Sextò, ex ipso conceptaculo aquam ducendam; In quo multa obseruanda sunt.

Ante omnia de Palatio Daphnensi videndum est. Eius multa apud Veteres mentio, quod sanè erat in suburbio Antiocheni, quod Daphne vocabatur: sic quidem vt ipsa Antiochia, & diasorid ad aliarum Antiochiarum discrimen Epidaphne dicatur à Strabone, & Plinio lib.5. c.25. Quinimò & Laodicea apud Epiphanium; vt pote quod Daphne inter Antiochiam & Laodiceam media iaceret, mox vt dicam. Huius suburbani meminit quoque Ammianus Marcellinus extremo libro 19. Apud Daphnem (inquit) amœnum illud & ambitiosum Antiochiæ suburbanum, &c. Stephanus: δάφνη πρὸς τὸν ὀπισθόθεν τῆς ἑω ἀπὸ τοῦ ἀποχέου μνηστῆρα. De eo multa quoque mentio apud Strabonem lib.16. p.516. Dionysium lib.51. Capitolinum in Marco Antonino. Zosimum, lib.1. p.656. Eusebium, Chronico. Eutropium, lib.6. Sextum Rufum, in Breviario. Chrysoftom. homil. 17. tom.4. p.426. Sozomenum, lib.5. cap.18. in Itinerario Burdegalsi, Itinerario Pentingeriano, apud Ammianum lib.22. p.243. Socratem, lib.3. cap.16. Theodoretum, lib.3. cap.9. & 10. apud Libanium, in Monodiâ, & in Antiochico, pluribus p.380. 381. & in epistolis. Locus quinque millibus passuum distabat ab Vrbe Antiochiâ, atque is amœnissimus, aquis irriguis

& luco cupressis obitus, quod etiam ostendit ebd. Cod. de cupress. ex luco Daph. non excid. & Libanius de vitâ suâ. Eodémque pertinet lex 12. supr. de iur. fisci, quæ & ipsa Comitii Rerum priuatarum inscribitur: de quo iam suprâ. Id etiam pictura Itiner. Pentinger. ostendit, & præter alios testatur Sozomenus, lib.5. cap.18. & Libanius Antiochico, p.380. 381. ¶ Fuit autem in eo inter alia amplissimum Apollinis sanum, cuius mentio apud Strabonem lib.16. p.516. & Libanium d.p.380. de cuius conflagratione agit Libanius, singulari eam in rem Monodiâ: Ammianus Marcellinus lib.22. p.243. Sozomenus, lib.5. cap.19. Socrates, lib.3. cap.16. Theodoretus, lib.3. cap.9. & 10. ¶ Ipsâ igitur amœnitate loci inuitante, conciliante, Imp. Romanum Palatium ibi habuere, vt ex hâc leg. constat, & Itinerario Burdegalsi, vbi locus hic non aliter designatur, quam his verbis, Palatium Daphnens (quod quidem Itinerarium conscriptum est sub Constantino M. Dalmatio & Zenophilo CONS. Anno 333.) Eiusque meminit & Georgius Bassus Geoponicor. 11. cap.3. Aquis verò cum maxime irriguis Daphne amœnissima fuit, Strabone; Eutropio, Sozomeno, Procopio testibus. Quod Libanius in Antiochico pluribus pag.381. exequitur & Chrysoftomus d. hom. 17. tom.4. p.426. ἡ τὰ ἐθέλη (inquit) τῆς πόλεως (ἀπὸ τοῦ ἀποχέου) ἐπὶ τὸ ἐγκαταλεῖν, καὶ μὴ τὴν δάφνην εἶπαι τὸ πρὸς τὸν ἀποχέου, καὶ ἡ ἐστὶν ὑπερῶν, καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ ἀποχέου, &c. Denique ad luxuriam propè factus hic locus & lucus. Inde in epist. D. Marci ad Præfectum suum apud Vulcatium Gallicanum in Auidio Cassio, mores Daphnici, seu mores Daphnitæ, pro diffluentibus & luxuriosis. Auidio Cassio, inquit, legiones Syriacas dedi diffuentes luxuriâ, & Daphnicis moribus agentes, quas totas excandantes se reperisse Caesonius Vestilianus scripsit: Et mox de eodem Auidio Cassio luxuriæ infesto: Statim, inquit, ad signa educi iussit, & programma in parietibus fixit, vt si quis cinclus inueniretur, apud Daphnem discinctus rediret. Sed & Capitolinus, in Marco Antonino, pag.26. Et Verus quidem, posteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam & Daphnem vixit; armisque se gladiatoris & venatibus exercuit, quum per Legatos bellum Parthicum gerens, Imperator appellatus esset; quum Marcus horis omnibus Resipub. actibus incubaret, patienterque, deliciis fravis, & propè inuitus ac nolens ferret. Idem Capitolin. in vitâ Veri: Antiochiam posteaquam venit, se luxuria dedit, egie hyemem Laodiceæ, æstate apud Daphnem, reliquam partem Antiochiæ.

Obiterque notandum, huius loci occasione, sicut Antiochia Epidaphne ad aliarum Antiochiarum discrimen dicta fuit, ita & Laodiceam Cœliæ-Syriæ, ab eodem luco & diasorid ad aliarum Laodicearum discrimen designatam: nempe Daphne lucus inter Antiochiam & Laodiceam interiacebat. Epiphanius hæret. Semiarianorum 73. ἡ Γεώργιον ἢ Λαοδικεῖας, τῆς πρὸς Ἀπὸχέου δάφνης ἕνεκα Κείνης Συρίας. Nempe inter Laodiceam & Antiochiam ad Orontem interiecta fuit Daphne, Epidaphnen quoque ab Antiochiâ separat Tacitus extremo lib.2. Germanico, inquit, sepulchrum Antiochiæ constitutum, vbi crematus: Epidaphne tribunal, alio in loco vitam finierat. Et sic Epidaphne dicta, tam quæ supra, quam quæ infra Daphnem sita erat. Denique quod in Italiâ erant Baie, ad Alexandriam Canopus, id erat in Syriâ multò magis Daphne: locus ita infomis voluptatibus, vt Chrysoftomus

fortomus scribat, inaccessum modestioribus & frugi, δ'κατον δ' τοις συμφοροίς, & θ'μανίος βυλο-... quem locum imitatus est etiam Sozomenus. Vnde natum illud, de quo supra, Daphnicis moribus agere. Sed ut dixi, cum omnia ibi ad amoenitatem essent comparata, duo inprimis in admirationem & amorem cunctos rapiebant, arborum umbriferarum, & optimarum aquarum copia, ἡ δ'ἀπὸν ἀρχαί. Hodie locus hic dicitur Nero, propter aquarum scaturigines, ut linguarum Orientalium periti norant. Ita & Græcis hodie Nero est aqua.

Hinc jam igitur, ne Aquæductus ille Daphnensis Palatio usum Aquæ præstans, priuatorum vsurpationibus tenueretur, hæc leg. occurrendum Valens Imp. putavit: Nam & Priuati multi suas & eximias domos habuere apud Daphnem: cuiusmodi δ'καλον λαμπεράς τε ἡ μεγαλῶν ἐν Δάφνῃ ab Olympio constructam porticibus & fontibus illustrem, τῆς ἑστ' εὐάν ἡ κρητὴν ὄρε: memorat Libanius epist. ad Lyfimachum 564. in Cod. Regio. Hinc igitur Priuari modum aliquem aquæ exinde, ex Aquæductibus inquam Daphnensibus à Principibus imperrare soliti: sic tamen ut auiditate sua modum concessæ aquæ excederent: & quidem nominatim; quod hæc leg. dicitur adpotis vel admotis maioribus fistulis. Quam fraudem memorat & Frontinus de Aquæductibus, p. 122. In quibusdam, inquit, cum calices legitima mensura signati essent, statim amplioris moduli fistula subiecta fuerunt: unde acciderat ut aqua non per legitimum spatium coërcita, sed per leues angustias expressa, facile laxiorem in proximo fistulam impleverit. Ideoque illud adhuc quoties signatur calix, diligentia adiciendum est, ut fistula quoque proxima per spatium SC. comprehendens dixerimus, signentur. Quare sedulo cautum, quod & hæc leg. cauetur, ne fraus eâ in re admitteretur, maioribus fistulis admotis: quod cautum & eo Senatusconsulto, quod memorat Frontinus: NE CVI EORVM, QVIBVS AQVA DARETVR PVBLICA, IVS ESSET INTRA QVINQVAGINTA PEDES EIVS CASTELLI, EX QVO AQVAM DVGERENT, LAXIOREM FISTVLAM SVBIICERE, QVAM QVINARIAM. Et Frontinus ipse; sed neque statim adhuc liberum subiciendi qualemcumque plumbeam fistulam permittat arbitrium: verum eiusdem luminis, quo calix signatus est, eundem per pedes L. propè det. Modi igitur seu media aduersus hoc vitium seu fraudem, hæc ponuntur.

Primum est, quod à Principe solo modus aquæ concedendus sit, quod ipsum obseruatum & in Urbicis Aquæductibus; ut præter l. 8. l. 1. §. 42. n. de Aquæduct. quotid. docet cumprimis Frontinus de Aquæductibus: Circa ius ducende aquæ in Priuatis hæc obseruanda sunt, ne quis sine licentia Cæsaris, id est, ne quis aquam publicam non impetratam ducat: & nec: Qui aquam in vsus priuatos ducere valet, impetrare eam debet, & à Principe Epistolam ad Curatorem adferre. Curatores deinde beneficio Cæsaris præstare mansuetudinem.

Secundò, Tabulis publicis adscribi iubet Imp. cui & quantus aquæ modus à Principe indultus fuit, de quibus Principum commentariis multa Frontinus de Aquæductibus. p. 106. 109. &c.

Tertiò, Pœnam imponit libræ auri per singulos obolos aquæ vltra licitum quid vsurpanti. Vbi obiter obseruandi modi seu moduli aquarum, ad obolorum mensuram, itémque vnciarum: ut l. 3. & vlt. infr.

Quartò, Conceptacula aquarum in tribus locis reparari iubentur omnium consensu, Conceptacula

erant receptacula, in quibus aqua per formam Aquæductus ducta colligebatur, quorum mentio alibi nulla. Castella enim alibi dicuntur, & quidem tria illa conceptacula, quorum hæc leg. mentio, apud Vitruuium tria immisaria vocantur, lib. 8. cap. 8. Cum veneris, inquit, (aqua) ad mania, efficiatur castellum, & castello coniunctum ad recipiendam aquam triplex immisarium: collocenturque in castello tres fistulae matricæ aequaliter diuise intra receptacula coniuncta, uti cum abundauerit, ab extremis in medium receptaculum redundet: Ita in medio ponentur fistula in omnes lacus, & salientes. Ex altero in balneas, ex tertio in domos priuatas. Cæteri vocant Castella, Præter IC. in l. 78. n. de contrah. empr. l. 1. §. 38. 39. 40. 41. n. de Aqu. quotid. & est. l. 19. n. de seru. urb. præd. idem præter Frontinum lib. de Aquæduct. Festus; Diuidionia, inquit, Antiqui dicebant, quæ nunc sunt Castella, ex quibus à riuo communi aquam quoque in suum fundum ducit. Helychius: Κάστρα, ἡνικα τῶντι ἀνω ἡ κάτω φέρουσι, ἡ Μερζοῖσι τὸ ὄνομα.

Quintò obseruetur, quod sine legis dicitur, Ex ipso conceptaculo aquam ducendam, seu elicendam, seu, quod idem est, & constituitur, l. 5. & 6. infr. ex ipsis castellis, non adempto cursu & soliditate fistularum, quas matricæ vocant, d. l. 5. infr. non ex Aquæductu, d. l. 6. infr. non interruptis formæ lateribus, atque perforis, ut loquitur lex vltim. non vulnere inflicto fistulis, τῶς ἰσὺαυαί τοῖς κρητῶν: ut de Antiochenis aquis Libanius loquitur in Antiochico, p. 381. Sic sanè & antiquo Senatusconsulto cautum, quod memorat Frontinus p. 121. vbi post alia, VT IQVE OMNES II, QVIBVS AQVA DVGERENDÆ IVS ESSET DATVM, EX CASTELLIS DVGERENT, &c. Et subiicit Frontinus rationem; In hoc Senatusconsulto dignum admiratione est, quod aquam non nisi ex castello duci permittit; ne aut riuus, aut fistula publica frequenter lacerentur. Quod confirmat manifestissimè lex 5. infr. Et hoc ipsum Ius in Iurisprudentiâ receptum, & Edictum Prætorium, ut ostendit d. lex 1. §. 38. 39. 40. 41. de Aqu. quotid. & d. l. 19. de seru. urb. præd. & d. l. 78. de contrah. empr. Itaque Priuari his conceptaculis & castellis fistulas subiciebant, seu admovebant, quibus aquam quisque in suum deriuabat, ut docet turtum d. l. 78. & d. l. 19.

Postremò obseruetur hæc forma, quæ præscribitur, ut quis indulto aquæ beneficio potiri possit: Nempe non priùs accipere quem posse aquam sibi indultam, quam adierit Rectorem Syriæ (in spec. huius leg.) & ab eo quantitatis quam meruit accipiendæ facultatem ex ipso conceptaculo adeptus fuerit, id est moduli & locus ab eo assignatus fuerit. Olim in Vrbe Româ, qui à Principe aquam impetrauerat, epistolam à Principe ad Curatorem adferre tenebatur: Curator deinde beneficio Principis præstabat maturitatem, & ad Procuratorem eiusdem officij libertus Cæsaris protinus scribebat: Procurator calicem eius moduli qui fuerat impetratus, adhibitis libroribus signari faciebat, & diligenter incendebat, ne esset in arbitrio Libratorum interdum maioris luminis, interdum minoris, pro gratiâ personarum calicem probari. Sed neque liberum subiciendi qualemcumque plumbeam fistulam permittit arbitrium, verum eiusdem luminis, quo calix signatus erat, & eundem per pedes 50. propè dabat: ut testatur Frontinus de Aquæductibus, p. 120. qui & SC. in id allegat: Theodosius Inn. & post eum Anastasius, indultum beneficium Præfecto Prætorio insinuari voluerunt, l. 5. & vlt. Cod. eod. Quare sedulo cautum, quod

quod & hæc leg. cauetur, ne fraus eâ in re admitteretur, maioribus fistulis admotis, quod cautum & eo Senatusconsulto, quod memorat Frontinus: NE CVI EORVM, QVIBVS AQVA DARETVR PVBLICA, IVS ESSET INTRA QVINQVAGINTA PEDES EIVS CASTELLI, EX QVO

AQVAM DVGERENT, LAXIOREM FISTVLAM SVBIICERE, QVAM QVINARIAM. Et Frontinus ipse; Sed neque statim adhuc liberum subiciendi qualemcumque plumbeam fistulam permittat arbitrium: verum eiusdem luminis, quo calix signatus est, eundem per pedes L. propè det.

De MODO EROGANDÆ aquæ priuatorum vsibus ex Aquæductu Constantinop. Theod. M. constitutio.

III. * Imppp. Gratianus, Valentinianus & THEOD. AAA. Clearcho p. v."

MMAS quidem domus, lauacris lautioribus præsententur, binas non amplius aquæ vncias: aut si hoc amplius exegerit ratio dignitatis, supra ternas neutique possidere. Mediocres verò & inferioris meriti domus, singulis & semis contentas esse decernimus: Si tamen huiuscemodi balneas, easdem habere claruerit. Cæteros verò, qui mansionem spatio angustiore sustentantur, ad mediæ vnciæ vsum tantum gaudere præcipimus: neque obreptionem cuiquam patere: ita ut quod tibi parer Officium, sex librarum auri multâ feriat, nisi prodiderit vsurpantes: & is qui sefellit, careat impetrato. Dat. x. Kalend. Iul. Constantinop. Antonio & Syagrio c o s s. [382.]

NOTÆ.

- * Abest & hæc lex à Cod. Instin.
Constantinopolitanae. Huic verò Clearcho P. V. inferibitur pariter hoc ipso Anno 382. lex 2. 3. supr. de sentent. ex peccat. recitand. lex 93. supr. de Decurionib. Et Anno prox. 383. lex 1. ut dignit. ordo: Anno 384. lex 3. supr. de Senator. & glob. coll. Hic idem & sub Valente P. V. fuerat Anno Domini 370. 372. de quo mox. Ergo sub Theodosio M. iterum Præfectus Urbis factus. De hoc Socrates lib. 4. cap. 8. Hieronymus Chronico, Ann. 374. Ad eundem extant plures Libanij epistolæ.
pto, domos.
id est, Balneis, ut vers. sitamen infr.
An lautioribus? Nil opus hac restitutione.
An scribendum, præsententur? Huic contrarium, qui mansionum spatio angustiore sustentantur. Sed præsententur, rectum est. Præfens est imperialis, etiam in Glossis Philoxeni. Præfensari ergo est illustrari, illustrem esse, offerri, imò & offerri alicui rei. Eodem sensu l. 109. supr. de Decurionib. est præfensari nolite, & l. 163. præfensari debitis patria manseribus. Sic & præfensari examini l. 3. de bonis vac. præfensari rei, id est, comprehendi, exhiberi: l. 31. circa fin. de Episc.
Neutiquam.
Mansionum, id est, domorum.
Officium Præfecti Urbis Constantinopolitanae nota.

COMMENTARIVS.

EROGANDÆ priuatis, ex Aquæductu publico Constantinopolitano aquæ modum, hæc constitutione Theodosius M. præscribit Anno D. 382, quod maiorem ne rescripto quidem Principis impetrare liceat: ne alioquin, ut loquitur idem Theodosius l. 4. infr. (quæ ad eandem urbem pertinet) florentissima urbis commoda multentur. Modus igitur hic statuitur hæc leg. pro triplici videlicet domorum priuatorum differentiâ: putâ ut Summis domibus balnea lautiora habentibus, duæ tantum vnciæ vel tres ad summum si magna sit domini Dignitas, concedi possint; Mediocribus verò balneas itidem habentibus, vna tantum vncia cum dimidiâ, & sic sefencia: caeteris, (balneas scilicet non habentibus) non nisi dimidia vnciæ, seu semuncia. Vbi quatuor notanda sunt. Primum, triplex Domorum differentia. Secundò, de Balneis priuatis Constantinopoli: Nempe, ut alibi passim, (de quo l. 3. supr. de conlat. donatar.) ac nominatim Romæ, ita Constantinopoli quoque, sicut pleræque domus lautiorum balneas habuere, ita lautissimas ibi extitisse nonnullas hæc lex docet. De Romanis sanè singularis est Olympiodori locus apud Photium, p. 198. ὅτι ἐν ἑσῶ ἡδ' ἐν ἀλλοῖσιν οἰκῶν τῆς πόλεως ἀπαραίτητον ἔχειν ἐν εὐατηθ' ὀρθοῦσιν ἀλά: σύμμετρος ἡδ' ὕδρατο ἔχειν ἰσπὸδρον: ἡ φέρου, ἡ νεῖς, ἡ πηγῶν ἡ λυγρὰ διάφορα. Tertio obseruandus venit hæc leg. & l. vltim. Modulus aquæ ad

vncias: Frontinus lib. de Aquæductibus. Aquarum moduli, aut ad digitorum, aut ad vnciarum mensuram institui sunt: Digiti in Campania, & in plerisque Italia locis, vncia in pupula, [quid si ligamus in populo, id est, in Vrbe Româ?] ita hæc obseruantur. Est autem digitus, ut conuenit, sextadecima pars pedis; vncia, duodecima, &c. Denique obseruandum, inscribi hanc constitutionem Clearcho Præfecto Urbis; cuius ipsius Clearchi opera sub Valente Imp. ante decennium circiter Aquæductus hic, quo de nunc agitur, Constantinopolim inductus fuit: ut testatur Hieronymus in Chronico: Clearchus Præfectus Urbis Constantinopolis agnoscitur: à quo necessaria & diu expectata vntis aqua inducitur Ciuicatis. Item Socrates, lib. 4. cap. 8. Σωθέν ἦ μὲν χροῖον, τὸν δὲ μὲν πρὸ ὕδατος ὄνομα, οὐδ' ἀλλ' ἢ ἡγεμονοῦσιν ἐν τῇ Κωνσταντινῶν πόλει τὸ ὄνομα. Addit idem: τὸ ὕδατος ὄνομα ἡδ' ὄνομα, ἡδ' ὄνομα (id est castellum) μέγιστον ἡγεμονοῦσιν ἐν τῇ νῦν Θεοδοσίου ἀγορῇ καλεσθῆναι: ὃ ἐπιμύθησιν ἀλά: ὄνομα, ἐφ' ᾧ ἑορτὴν ἡγορεῖται ἡ πόλις. Certè Clearchum hunc sub Valente quoque Imper. ante decennium Præfectum Urbis Constantinopol. iam fuisse, docent Anno Domini 370. lex vnic. supr. de iure Italica Urbis Constantinop. & Anno 372. lex 7. supr. de annonis ciuicis: lex 2. supr. de studiis lib. Urb. Rom. lex 20. supr. de Præ-

toribus. De hoc verò eodem Constantinopolitano Aquæductu est quoque *lex 23. supr. de Operibus publicis* : Et Gregorij Nazianzeni locus,

orat. 25. quem ad eam l. 23. refero. Eum aquæductum Theodosius postea instauravit : vt docet d. l. 23.

¶ AQUAM ex Aquæductu Constantinop. elicentis pœna.

IV. * Imppp. Valentinianus, THEOD. & Arcad. AAA. Pancratio P. v."

SI quis de cetero, "vetiti furoris" audaciâ florentissimæ" Urbis commoda voluerit mutilare, aquam ad suum fundum ex Aquæductu" publico deriuando, sciat, eundem fundum fiscalis tituli proseribitione" signatum" priuatis rebus nostris adgregandum. Dat. VII. * Constantinop. Timasio & Promoto C O S S. [389.]

NOTÆ.

* *Lex 2. Cod. eod. tit.*

"Constantinopolitanæ.

"Deinceps, in posterum : Igitur id antea factum.

"Furorū hæc in te vocem obserua.

"Florentissima Urbis Constantinopolitana, hæc leg. & l. 14. infr. de Metatis.

"An quocunque ? Minimè : De Valentiniano tantum malim accipere, de quo l. super. Neque enim Theodosiacum hoc tempore adhuc excitatum puto : de quo dixi ad l. 13. supr. de operib. publi.

"Prescriptione, Cod. Iud. Sed hoc probum.

COMMENTARIVS.

ELICIENS aquam è forma Aquæductus publici (Constantinopolitani scilicet in specie huius legis,) in fundum suum eodem fundo multari à Theodosio M. iubetur Anno D. 389. In fundum, inquam, suum, seu prædium rusticum. Referuatus quippe Aquæductus Urbis ipsius commodis erat : sic vt ciuitatis tantum vsibus idque ex Principis beneficio, referuatus esset, neque eum mutilare liceret furtiuis meatibus ad agros irrigandos, vel hortorum delicias, vt ait *lex 7. infr. hoc tit.* vbi adhuc aliquid notabo ex *Cassiodoro 3. var. 31.* perforatis & interruptis atque perfossis formæ lateribus, *l. vltim. infr.* vbi dicam. Quòd pertinent & quæ olim à Cælio Rufo dicta in ea concione, cui *Titulus* erat de *Aquis* : vt memorat *Frontinus lib. de Aquæduct. p. 112.* vbi & ipse hæc præmittit : *Plerique Possessorum, ex quorum agris aqua circumducuntur fraude formas riuorum perforant ; vnde fit vt & ductus publici hominibus priuatis vel ad hortorum vsum subseruiant, vel ad itinera suspendant.* Eodemque pertinent *Cod. Iust. Theodosij Iun. lex 6. eodem tit. & Zenonis lex 9. & 10.*

¶ Cæterum quantopere hanc rem ad curam suam animùmque reuocauerit, atque ad eò quàm

enixè circa Aquæductus commodis Urbis Constantinop. Theodosius M. consultum hæc parte voluerit, primò, verborum atrocitate testatum facit : ibi, *vetiti furoris audaciâ* : Non audacia scilicet tantum isthæc est, verum furoris species, publica patriæ suæ commoda priuata vtilitati posthabere : ac nominatim totius Orbis Imperijque reginam Urbem de cætero *florentissimam*, aquarum & aquæductuum commodis, vtilitati simul & voluptati decorique seruientium priuata, eiusque ad eò commoda mutilare. Secundò, pœnæ seueritate, ibi : *idem fundum fiscalis tituli proseribitione signatus priuatis rebus nostris adgregatur.* Passiua scilicet iam obseruatio est, fundis, qui confiscabantur, fiscòque sociabantur, titulos fiscales seu tabulas appositos, atque ita signatos fundos : de quo plenè dixi ad l. 1. supr. de incorporat. l. 11. & 20. supr. de bon. proscript. *Chrysostomi* quoque de eo locus *orat. 13. ad populum Antiochenum* : τὰς ἐσθλὰς ἐδιδούσαν, & σήμερον ἐν ταῖς θύραις ἀπείρωται τὸ ἴδιον. Cæterum pœna hæc iam *veterib. legib. statuta*, teste *Frontino lib. de Aquæductibus, p. 117.* *Agri*, inquit, *qui aquâ publicâ contra legem essent irrigati, publicabantur.* Eademque continetur & *Zenonis l. 10. Cod. eod.*

v. * Idem AAA. Albino" P. v. Rom.

LOS qui aquæ copiam vel olim vel nunc per nostra indulta meruerunt, eius vsum aut ex castellis, vt ex ipsis formis iubemus elicere, neque earum fistularum, "quas matrices vocant, cursum ac soliditatem" adtemperare. Dat. v. Kalend. Sept. Rom. Timasio & Promoto C O S S. [389.]

NOTÆ.

* *Lex 3. Cod. eod. tit. ex hæc leg. & seq. interpolata est.*

"Albino huic P. V. Romæ inscribuntur hoc ipso anno septem insuper leges : & Anno prox. duæ : foris & Anno ab hinc altero 391. *lex 10. de Paganis.* Hunc Christianum fuisse, ex multis legibus ad eum datis colligimus.

"de *Fistulis*, iam supr. leg. 2.

"*Soliditas* fistularum in veteri Inscriptione, *FISTVLAS SOLIDAS FECIT*, pag. 171. n. 9.

COMMEN

COMMENTARIVS.

NDE, seu ex qua Aquæductus parte, aqua Romæ ab his qui copiam eius, Principis beneficio impetrarunt, elici seu duci debeat, definitur hæc *Valentiniano-Theodosiana lege* : Nempe ex castellis vel formis, non ex fistulis matricibus : de quodæque castellis his iam etiam aliquid dictum fuit ad *leg. 2. supr. agit. & l. 6. prox.* Certè *Frontinus de Aquæduct. non vno loco* horum castellorum meminit : imò & *SC. Leges, Mandata*, quæ de his agunt, memorat : ipsèque inter alia de castellis his duo refert ; Prohibitum Senatufconsulto, & mandatis Principum impetratam aquam ex alio castello duci quàm quo epistola Principis liceret. Secundò, impetratas aquas caducas quæ ex castellis effluerent, etsi id parcissimè tribui solitum. *Elici* inquam, quæ vox hic propria est : vnde & *Elices*, & *Elicatores ὑδρόκομοι*, quam vocem non intellexerant Græci, in *l. 1. τ. de aqu. & aqu. pluui. arc.* De Castellis, & ratione huius legis, dictum iam est ad *d. l. 2. supr.* Illud obscurius est, quidnam *Formarum* appellatio hæc leg. intelligendum sit : Nam cum aliæ Formæ sint ipsimet ductus aquæ, vt docuit *lex 1. supr.* Sanè ex ipso Aquæductu non magis licuit vsum aquæ deriuare, quàm ex fistulis matricibus : Atqui hæc leg. ex ipsis formis elici iubetur aqua, pariter vt ex castellis, cum tamen *l. 6. prox.* ex castellis aquam deriuare, qui impetrarunt, iubeantur, ex aquæductu verò ipso prohibeantur. Et sanè in *Cod. Iust. quoque l. 2. eod. tit.* (quæ alioquin ex hæc leg. & seq. constata est) aperta differentia constituitur inter *Formas & Aquæductum*, ex illis vid. elicendam aquam, non etiam ab ipso Aquæductu. Sed & Græci quoque eo loco *formam* interpretantur *δέκτωρ*. Et *Isidorus lib. 19. Orig. cap. 10. in fin. Forma*, inquit, *per quas aqua per modulos certos diuiduntur.* Fuerit itaque forma hæc leg. non iam ipse ductus, seu riuus Aquæductus, verum primum castellum, & concepta-

culum, quo aqua, cum venerit ad mœnia, recipitur ; & vt *Glossa*, vbi tota aqua à principio congregatur ; vnde mox in alia tria castella minorâ (de quibus actum *l. 2. supr.*) in diuersas Urbis partes per fistulas (quæ hæc leg. *matrices* vocantur) diffunditur. Denique *Forma* hic fuerit primum & maximum conceptaculum, quo Aqua ex Aquæductu excipiantur.

¶ Porro ex hæc quoque leg. discimus, Theodosij Romæ nunc positi post deuictum Maximum Tyrannum, (de quo vide *Chron. Theod.*) studium inter cætera, in tuendis quoque Operibus publicis Romæ, quæ Theodosium Romam ingressum iustitasse nominatim testatur *Pacarus sin. Panegy.* qui & in aliis complurimis eidem commodare instituit, & quidem constitutionibus ad eundem Albinum P. V. datis, quas repetere licet ex *Chronico huius Anni.* Imò extat & altera eiusdem Theodosij Romæ nunc positi ad eundem Albinum P. V. hoc ipso Anno constitutio : qua operibus publicis Urbis Romæ consuluit, putâ *lex vlt. Cod. Iust. de seruic. fugitiuis* : quæ etiam *lex iungenda est legi 49. supr. de appellat.* quâ id constituit, vt *si qui publicorum seruorum fabricis seu aliis Operibus publicis deputati, propria conditionis immemores domibus se alienis & priuatarum ancillarum consortiis adiunxerint, tam ipsi, quàm uxores eorum, & liberi, confestim conditioni proprie laborique restituantur.* Quæ quidem etiam *lex* referri potest, imò meo iudicio debet, ad *seruos publicos opifices*, qui Romæ, fabricæ quoque tutelæque Aquæductuum deputati erant : de quibus *Frontinus de Aquæductib. Romæ, p. 117. 118. & 123.* quique in varias ministeriorum species deducebantur, Villicos, Castellarios, Cutatores, Silicarios, Tectores, aliòque opifices : Horum denique familia propria erat, quæ tueretur ductus, atque castella & lacus.

VI. * Impp. ARCAD. & Honor. AA. ad Africanum P. v."



VICVMQVE ex Aquæductu magis, quàm ex castellis" aquæ vsum putauerit deriuandum, etiam id quod prius iure beneficij" fuerat consecutus, amittat. In eum verò pro conditione personæ conueniet seuerissimo supplicio vindicari, qui, aduersus statuta huius oraculi, auidæ" cupiditatis noluerit frena cohibere, vt priuatis indulti meatus mensura famuletur." PP. IV. Kalend. Iun. Constantinop. Olybrio & Probino C O S S. [395.]

NOTÆ.

"Constata est, vt dixi, ex hæc leg. & superiore *lex 3. Cod. eod. tit.* quo fit vt vtraque subscriptio, tam huius quam superioris legis illi legi subscripta sit.

"Constantinopolitanæ.

"de Castellis agit quoque *super. lege.*

"De hac voce *Beneficij*, mox.

"vt *supr. l. 2. quorundam auiditate.*

"id est, sufficiat.

COMMENTARIVS.

LICI aquam non ex Aquæductu, verum ex castellis oportere, definit *Arcadius* sub pœna amittendi beneficij ; imò & supplicij pro conditione personæ : de quo *Interdicto iam duabus legibus actum* ; putâ *leg. 2. & 5. supr.* Videri autem potest hæc *lex* accipienda de Aquæductu Theodosiaco, de quo agit

l. 29. & 30. supr. de Praetor. Imò & de *Valentiano*, de quo *l. 3. 4. & 5. supr.* ¶ Et cum cætera huius leg. iam illustrata sint ad *d. leg. 2. & 5.* superest *Beneficij* vox hæc leg. obseruanda, quæ hac in re propria est ; vt ex compluribus *Frontini* locis liquet, his inter cætera : *Sollicitè subinde ductus extra urbem sunt cœundi ob recognoscenda beneficia.*

beneficia. Et rursus: Sequitur ut indicemus, quod ius ducenda sit aqua, quove cura ductum sit habenda, quorum alterum ad cohibendos intra modum impetrati beneficii priuatos; alterum ad ipsorum ductum tute-

lam pertinet. Idem Nec minus ad priuatos commodum, quod ex incremento beneficiorum eius diffunditur; illi quoque qui timidi illicitam aquam ducebant, securi nunc ex beneficiis fruuntur.

¶ ANTIQVVS MODVS aquæ ex publico Aqueductu Urbis alicuius municipi olim concessus, seruandus.

VII. * Idem AA. Asterio Com." Orient." Post alia.



SV M Aquæ veterem, longoque dominio constitutum, singulis quibusque manere censemus, nec vllâ nouatione turbari: Ita tamen, vt quantitate singuli, quam vetere licentiâ percipiunt, more vsque in præsentem diem perdurante, percipiant. Mansura pœna in eos, qui ad irrigationes agrorum, vel hortorum delicias, furtiuus aquarum meatibus abutuntur. Dat. Kalend. Nou. Caesario & Attico CONS S. [397.]

Ista lex tam euidentis est, vt expositione non indigeat.

NOTÆ.

- * Lex 4. Cod. eod. tit. & iungenda huic est lex 36. *supr. de operib. publ.* in qua fit patiter mentio Aqueductuum, & quidem reficiendorum.
 * Ita rectè editum in *Til. edition. Cujaciana, & Quartana*: malè Parisiensis habet, CONS. vt docet d. lex 36. & proximo Anno 398. *lex vnic. supr. si secund. imp. & Sozom. lib. 8. cap. 2.* & Auctores *vita Chrysostomi* plures, qui huius Asterij Com. Orient. meminerunt.
 * Cuius sedes Antiochia, quare Comes Antiochia hic idem vocatur in eâ ipsâ historiâ, quam Sozomenus memorat, à Paladio in *vita Chrysostomi*.
 * At lex, *usum aqua constitutum*, vt Cic. ad *Quint. Frat. aqua iure constituto*: & IC. non prolixè absumiliter, in *l. 41. de action. empr. Aqueductu constituit*.
 * *Singulis Civibus*, ita Cod. Iust. Bene omnino.
 * *Quantitatem*, Cod. Iust. Sed *quantitate* seruari quoque potest: id est, quantitate eâ.
 * De hac licentiâ voce mox dicam.
 * de hac voce *deliciarum*, mox in commentario.

COMMENTARIVS.

VETVSTAS in iurè aquæ priuatæ ducendæ pro lege est, *l. 3. §. 4. de Aqu. quot. & est. & l. vltim. de aqu. & aqu. plu. arc.* ita & eandem in iure aquæ à publico ducendæ obseruandam constituere videatur *hac leg.* Arcadius Anno 397. Et potior tamen est Accursij inter alias sententia, quam & Cujacius amplectitur, non agi *hac leg.* de nuda vetustate, vel præscriptione sine titulo, verum de vetusta LICENTIA (à Principe tributa) CONSTITUTA, quibus duabus vocibus hæc lex vitur: & sic de iis quibus aquæ publicæ usum iamdiu Princeps nominatim concesserat. Quæ sententia & mihi per placet abdicata priore, tum ipsa Iuris ratione suadente, tum peculiari Aqueductuum consideratione, tandem & perpenis probè pensulatisque *huius leg.* verbis: *Iuris*, inquam, *ratione*; quia scilicet fieri non potest fingive, vti solo vsu & proscriptio aqua ex aqueductu publico adquiri possit: *l. diligenter 9. in fin. Cod. eod. tit.* Nam (vt eleganter dicitur *l. 2. supr. tit. prox. de operib. publ.*) præscriptio temporis iuri publico non debet obistere: Dixi Secundò *Aqueductuum consideratione*: ea enim Aqueductuum ratio fuit, vti ciuitatis commodis iugiter eorum vsus destinatus esset, neque ex iis quilibet quidquam præsumere vitro posset: imò ne maiorem quidem modum vsurpare licuit, quam quatenus indultum fuisset; quæ plerumque hoc titulo legum sententia & interdictio est, *l. 2. 3. 4. 5. 6. supr. l. 8. & l. vltim. infr.* Quibus profectò vsurpatio omnis, quamlibet *venusta*, interdicitur. Et certè non id *hac leg.* quaeritur, vtrum aqua publica præscribi possit: verum illud, vtrum *usum aqua veterem* alicui concessus, postea emergentibus nouis petitoribus, imminui aliquâ

possit, debeátve ratione? vt proinde hæc huius constitutionis sententia sit: Quantitatem aquæ seu modum iam olim concessum indultum longoque dominio constitutum, non esse postea cuiquam immutandum. Et sic, non agitur *initio huius legis*, de *adquirendo* per solum vsum, aquæ iure; verum de *seruandâ*, *inuendâ* veteri concessione & Licentiâ à Principe factâ beneficio, atque aded firmando aquæ semel concessæ, constitutæ, vsu, aduersus nouas petitiones. Nouorum scilicet sæpè petitorum importunis precibus Princeps, vel etiam Comes Orientis Alterius stringebantur; qui cum modum aquæ quem vellet non possent ex publico consequi, vtpote nullo amplius modo aquæ vacuo seu vacante, & patrimonio eius erogato postulabant, vt his saltem, quibus olim modus aquæ concessus fuerat, aliquid detraheretur, seu modulus illæ vetus aroderetur: Verum, rescribit Arcadius Asterio, vsim aquæ veterem longoque dominio constitutum, singulis quibuscunque manere oportere, nec vllâ nouatione turbari.

Tandem dixi, & verba ipsa *huius legis* rectè pensulata communi sententiæ aduersari. Primò quidem LICENTIA vox, ibi, *Vt quantitatem singuli, quam VETERI LICENTIA percipiunt, more vsque in præsentem diem perdurante, percipiant.* Licentia scilicet hic non est vsus, auctoritas, vel vsurpatio aut licentia inolita: verum facultas tributa, seu attributio à Principe seu Imperiali largitate facta: vt dicitur *l. 2. supr.* (vbi pariter eodem sensu LICITVM dicitur: *& si ultra licitum aliquem vsurpare consiterit*;) Indultum Principis, vt *l. 5. & 6. supr.* Beneficio, *dist. l. 6. Rescripto, dist. l. 2. supr. l. 8. infr.* Secundò vox

CONSTI

CONSTITVTVM bene intellecta id ipsum quoque aperte indicat. Tertid & Percipiendâ vox eodem pertinet: *percipere* enim est ex beneficio aliquo capere, pro quo *accipiendâ*, & *accepta* voces hæc in re legitima. Tandem & *Quantitatâ* vox idem ingerit, quæ certè de limitato à Principe, vel Iudice modo accipienda est. Ergo *usum aquæ veterem*, hæc lege est, OLIM, vt ait *lex 5. supr.* impetratus: vetus licentia, *hac leg.* Et hæc quidem *huius legis* sententia est. Omittere non possum quæ tria hic sumopere notanda obseruat idem Frontinus *p. 121.* Primò, cum vacare aliquæ aquæ cepissent, adnuntiandum id, & in commentarios redactum, qui postea respiciebantur, vt aquæ petitoribus ex vacuis dari possent. Secundò, has aquas vacantes statim interdicti, (vel interdicti ibi quoque legi possit) solitas, vt medio tempore venderentur aut possessoribus prædiorum, aut aliis. Postremo Traiano id humanius visum, ne prædia subito destinerentur, 30. dierum spatium indulgeri, intra quod ij ad quos res pertinet, irrigarent.

Potuit & de eo dubitari, seu id allegari in *spec. huius legis*. ius hoc aquæ olim concessum personale fuisse: & mutato domino quoque id ius interdisse. Quandoquidem & IC. *l. 4. §. 43. de Aqu. quotid. & Frontinus lib. de Aqueductib.* testantur, Ius impetratæ aquæ neque hæredem, neque emptorem, neque vllum nouum dominum prædiorum sequi, exceptis balneis, quæ publicè lauarent; in his enim semel datam aquam perpetuò manere. Atque in id laudat Frontinus Senatusconsultum: *VTI IIS QUI BVVS ATTRIBVTÆ ESSENT, QVOQVE MANERET ATTRIBVTIO AQVAVM (EXCEPTIS IIS QVÆ IN VSVM BALNEORVM ESSENT DATÆ AVT AVGVSTI NOMINE) QVOAD IDEM DOMINI POSSIDERENT ID SOLVM IN QVO ACCEPISSENT AQVAM.* Hoc, inquam, allegari potuit; verum contra rescribitur *hac leg.* Nempe *usum Aquæ veterem longoque dominio constitutum singulis quibusque manere oportere.* Manere, id est, ad novos etiam dominos pertinere. Sic & idem ipse Frontinus scribit, *omnis aqua beneficium cum possessore instaurari*, id est, solo, seu prædio, in quod aqua accepta, ad alium possessorem seu dominum perueniente, aquæ beneficium seu indultum quoque renouari, confirmari. Sed & Iuriconsultus non minus aperte, et si distinctionem faciat in *l. 1. §. 43. de aqu. quotid. & est.* inter aquam præditi datam, quæ extinctâ personâ non extinguitur: & inter datam personis, quæ cum personis amittitur, neque ad alium dominum prædiorum, neque ad hæredem, vel qualemcunque successorem transit. Attamen idem mox subiicit, §. 44. Planè ei, ad quem dominium transit, *impetrabile* est: Nam si docuerit præditi suis aquam debitam, & sic nomine eius fluxisse, à quo dominium ad se transit, indubitatè impetrat Ius aquæ ducendæ; nec est hoc beneficium, sed iniuria, si quis fortè non impetrauerit. Denique Frontini & Iuriconsulti cum maximè sententia est; iniuria fieri successorì, vel nouo possessorì, si denegetur ei beneficium aquæ, quod prædecessorì fuit concessum; licet personaliter in speciem: quia ex quo fuit concessum, *venustus pro lege* habeatur: vel quia, etsi personæ in beneficio facta fuerit mentio, attamen reuocatur prædio factum fuerit. Quod Doctores vtilliter transferunt ad renouationem, confirmationem Emphyteuseos. Igitur iam *hac leg.* hæc sententia fuerit, mutata quamlibet personâ, cui beneficium aquæ concessum est, penes novos tamen dominos manere vsim aquæ veterem, & longo domi-

Tom. V.

nio constitutum, etiam citra instauracionem, seu renouationem beneficii: Nempe quia, vt horum temporum secta persuadet, & vt *huius tit. leges* ostendunt, ac maximè *lex 3. supr.* omne Ius & beneficium aquæ prædiale & reale censetur, sic vt beneficium semel concessum, penes quemcunque dominum prædij sit, duret.

Quæ cum ita sint, desinant deinceps Doctores ex *hac leg.* colligere, ius aquæ publicæ, à publico (& quidem Aqueductu) ducendæ præscribi posse, tempore, cuius memoria non extat: quod colligebat Glossa, & post eam, Interpretes alij & Cæpolla, *tit. de rust. præd. cap. 4. num. 24.* Balbus de *prescription. 4. part. 2. quest. 4. & 5.* Imò inane eorum studium est, qui ad dominium Maris eiusque præscriptionem id extendunt.

Denique ex dictis omnibus ad *hanc leg.* colligamus, *Modum* aquæ certum ex aqueductu alicui à Principe concessum, & perpetuum esse: neque à Principe postea diminui posse: quod etiam ostendit *lex, Imperatore 17. de seruit. rustico.* Aliud sanè fuerit, si simpliciter aquam alicui Princeps concesserit, modo nullo adscripto, nam alteri quoque ea concedi potest, dummodo sufficiat pro vsu illius, cui primò concessa fuit: de quo vid. Zoanetum, *Quotidianarum cap. 56.*

Hoc vti verum est, ita vicetera (quæ secundam *huius legis* sententiâ est) neque ipsi, qui modum aquæ veterem, habet; eum excedere licet. Vno verbo, vt vetus ei modus seruandus est, ita & ipse eundem seruare debet. Non etiam aquâ abuti *furtiuus meatibus*, à Principe scilicet non concessis, ad irrigationes hortorum, vel agrorum delicias, sub pœnâ propositâ iam *l. 2. vel sanè l. 4. supr.* quæ hic confirmatur: itémque *l. vltim. infr.* Ad agrorum inquam delicias, vt & *hic*, & in *Cod. Iust.* rectè habetur. Quare non audiendi qui hanc lectionem sollicitant, & quidem Magius *lib. 3. cap. 8.* qui hic ita legit: *Ad irrigationes agrorum, vel horreorum, delictis furtiuis, aquarum meatibus abutuntur.* & quidem, vt ait, auctoritate *Cod. Theod.* quod tamen in nulla *Editione* reperi, vt ita delictis sint deriuationes vel sulci aquarum: ita *deliciares tegulae* Catoni de *re rustica, cap. 14.* quæ videntur tegulæ maiores in canaliculorum fornam quæ in tectis influentem aquam excipiunt, & deorsum eliciunt & perducunt, eumque præstant vsum, quem in agro elices, quos Columella *lib. 2. Collicias* vocat vel *Colliquias*: easdem tegulas, etiam *Collicias* dictas testatur Festus his verbis: *Collicias, tegulae, per quas aqua in vas desinere potest.* Verum rectè omnino habet *hic delicias*, iunguntur enim agrorum irrigationes & hortorum delicia: ita Frontinus loco quem laudauit ad *leg. 4. supr. Vnde fit, vt & ductus publici hominibus priuatis vel ad hortorum vsum subserviant*: Plinius *lib. 19. cap. 4. Iam quidem HORTORVM nomine in ipsa vrbe DELICIAS AGROS, villasque possident.* Κήπων ποικιλία Chrysothomo, ποικίλος enim & pro ornato, & delizioso. Porro Theodoricus quoque Rex, apud Cassiodorum *3. var. 31.* Id Romæ factum suo tempore queritur simul & damnat: *Dicitur ergo, commodi curâ priuati, aquam formarum, quam summo deceret studio communiri, ad aqua molas exercendas, vel HORTOS IRRIGANDOS fuisse deriuatam. Turpe hoc & miserabile in illa Vrbe fieri, quod per Agros vix deceret assumi.*

Tandem (vt ad historiam *huius legis* descendam) obseruandum, *hanc constitutionem, & legem 30. supr. de operib. publ.* quæ huic coniungenda est, pertinere ad Aquas, & Aqueductus Urbis Antiochensium, in quâ morabatur Comes Orientis, cui hæc lex

V

inscribi

inferibitur, vt alibi ostentum: Ex hac scilicet aqua publicâ ciuibus Antiochiæ in lauacra seu domos priuatas fontes deriuati: de quibus vide quæ etiam Libanius in *Antiocho*, p. 382. Cæterum cum sub Vrbe Antiochenâ essent, non tantum **AGRI, PRATA**, (de quibus *L. 3. supr. de piscuis*, quæ Anno proximo data est) sed etiam hortorum multorum deliciæ (quod præter *hanc leg.* docet Libanius in *Antiocho*, p. 379. *Κήπων τῆς ποταμῆς*)

καταγωγῶν χαρίτες) ad huiusmodi etiam hortorum delicias nonnulli aquis abutebantur; quod *hanc leg.* Arcadius prohibet: ne alioquin aqua omnibus municipibus seu ciuibus Antiochenis non sufficeret, hæc præsertim tempestate, quo Antiochia plurimum aucta fuit. Vno itaque verbo, dicamus; *Neque modum aqua ex Aquæductu Urbis ciui seu municipi alicui olim concessus vllatenus infringendum: neque ab ipso vicinensu excedendum.*

¶ De AVGVSTEO Aquæductu in Campania.

VIII. * Idem AA. Messalæ PF. P."

X forma, cui nomen *Augusta* est, quæ in Campaniâ sumptu publico reparata est, nihil priuatim singulorum vsurpatio præsumat: neque cuiquam posthac diriuandæ aquæ copia tribuatur. Si quis autem meatum aquæ aufus fuerit auertere, quinque libras auri **Ærario** nostro inferre cogatur. Quidquid etiam ob eam fraudem ex Rescripto fuerit elicitum, vel qualibet arte temperatum, inritum habeatur. Dat. v. Kalend. Ian. Med. Theodoro v. c. c. o. n. s. [399.]

NOTÆ.

- * Abest & *hac lex* à *Cod. Justin.*
- * *Messala* PP. Italix: in quâ Præfectura Prætoriana, & quidem Italix Diocesi, *Campania* fuit: vid. *Protopogr.*
- * *Forma*, Aquæductu: dictum *L. 1. supr.*
- * An Collatione Campanorum? an sumptu publico, id est fiscali? Hoc verum.
- * Campanorum. *Deriuanda.*
- * Nequidem Rescripto Principis, vt *sine leg.*

COMMENTARIVS.

DE AVGVSTEO Aquæductu, qui in Campaniam dirigebatur: de quâ *Frontinus*, & veteres *Urbis descriptiones*: vna *Victoris*; altera fixa *Notitia Imperij*: est hæc Honorij *lex*, cuius hæc sententia est; et si **ELIODORUS** aquæ ex Aquæductu publico ius regulariter sit, vel ex diutinâ licentiâ, vel ex nouo beneficio Principis, vt docuit *lex 2. 3. 5. 6. supr. hoc tit.* Attamen in Augustâ aliud obseruandum: (pariter vt in *Claudiâ*, *l. prox.*) Nempe, vt nequidem ex beneficio Principis, cuiquam priuato liceat ex Augustâ aquam deriuare; cuius ratio hæc est, quia hæc aqua **Vrbi Romæ** in subsidium aliarum reposita seu *præsidiana* & auxiliariis erat: Augustâ scilicet aqua ad ipsam **Vrbem Romam** non perducebatur; verum in **Martiam** vel **Claudiâ** deriuabatur, ad alterius supplementum; *paragogium* denique Aquæductus is erat, de quo mox: vt *Frontinus lib. de Aquæduct.* locis duobus docet: *Idem Augustus in supplementum Martie, quotiens siccitates egerent auxilio, aliam aquam eiusdem bonitatis opere subterraneo perduxit vsque ad Martiam viciniam, quæ ab inuentore appellatur Augusta. Nascitur vltra fontem Martie, cuius ductus, donec Martie accedat, efficit passus DCCC.* Et paulò post: *Augusta fons, quia Martiam sibi sufficere apparebat, in Claudiam deriuatus est, manente nihilominus præsidiano in Martiam, vt ita demum*

Claudiam aquam adiuuaret Augusta, si eam ductus Martie non caperet. Ex quibus iam liquere potest, cur nequidem ex Rescripto Principis ex hoc Aquæductu aliqui deriuari possent à priuatis; nempe quia, in supplementum & quoties siccitates egerent auxilio, velut sanctus quoddam aquæ ærarium & præsidium hic aquæductus repositus erat.

¶ Cæterum in Campaniâ hic Aquæductus erat, vt *hæc lex* aperitissimè testatur: In Campaniâ, inquam, Latinâ, non Felice: de quâ Campaniæ diuisione, in Latinam & Felicem, plenissimè dixi ad *L. 12. supr. de Pœnis*.

¶ Lata verò *lex hæc*, hoc tempore, recentissimè eo Aquæductu sumptu publico reparato, qui priuatorum antea deriuationibus corruptus fuerat: cui malo Honorio deinceps posthac occurrere visum fuerit.

¶ Nunc in praxim *hæc lex* deducatur: Igitur non ex maioribus modò Aquæductibus, seu eorum formis aquam quandoque deriuare non licet: verum etiam ex *minusculariis*, seu *paragogiis*, (cuiusmodi fuit aqua *Augusta*,) vt docet etiam *Zenonis lex, de cernimus, penult. Cod. eod. tit.* vbi *Minuscularij Aquæductus seu Paragogia, καταγωγία* dicuntur, minores Aquæductus, qui in maiores confluunt.

¶ De CLAVDIA aqua.

IX. * Idem AA. ad Flavianum P. V."

NE quis *Claudiam*, interruptis formæ lateribus adque perfossis, sibi fraude elicitâ existimet vindicandam: Si quis contra fecerit, earum proinus ædium & locorum amissione multerur: Officium præterea, cuius ad sollicitudinem operis huius custodia

De Aquæductu.

custodia pertinebit, hæc poena constringimus, vt tot librarum auri in latione multerur, quot vncias *Claudiæ nostræ* cohibentia eius vsurpatas fuisse confiterit. Dat. vi. Id. Nou. Med. Stilichone & Aureliano c. o. s. s. [400.]

NOTÆ.

- * Abest & *hac lex*, vt pote localis, à *Cod. Justin.*
- * *Flavianus* P. V. Romæ. Eidem Flauiano P. V. inferibitur Anno superiore 399 *lex 3. supr. de habitis quo vti oportet* & hoc ipso anno 400. *lex 6. 1. supr. de appellat. lex 2. 9. supr. de Nomicular.* Fit eiusdem mentio Anno 414. *l. 3. supr. de erogat. mil. ann.* De eodem est Inscriptio verus pag. 170. n. 5. Meminit huius Præfecturæ & Symmachus *lib. 7. epist. 50. & 95.* perstringit eandem *lib. 7. epist. 92. 103. & lib. 4. epist. 5. 7.* De eo plura in *Indice Personarum.*
- * *Forma*: id est, Aquæductus: vid. *Gloss.* & dicta ad *leg. 1. & perforatis.*
- * *perforatis.*
- * *illicitâ, vel elicitam.*
- * in quas elicerit, seu deriuauerit.
- * Officij huius, ad cuius sollicitudinem Aquæductuum custodia pertinebat, fit pariter mentio *L. 1. supr. hoc tit. & l. 1. supr. de diuers. offic.* hæc pertinet etiam *familia*, quæ ad tutelam ductuum parata olim erat: de qua *Frontinus lib. de Aquæduct.* *υποφύλακας* seu *Aquarij*, de quibus *l. pen. Cod. eod. tit.*
- * vncias aquæ, *hanc leg.* & *l. 3. supr.* vbi dixi.
- * Fortè legendum *nostra*, quam vocem vsurpatam sæpè reperio *hoc Cod.* in his erga quæ Principes maximo affectu ducuntur: vid. *Glossar.*
- * *pro communita.*

COMMENTARIVS.

DE CLAVDIA aqua, seu Claudio Aquæductu, est hæc Honorij constitutio data Anno Domini 400. quâ is perfossis & interruptis formæ lateribus aquam exinde à priuatis in priuatos vsus elici pariter vetat, sub poenâ loci vel ædium amissionis; quæ & ipsa poena statuitur, *l. 4. supr.* vbi aduersus hanc fraudem plura. ¶ *Claudia aqua*, cuius *hanc leg.* mentio fit, à **C. Caligula** regione **Tiburis** cæpta, à Claudio Imp. consummata, dedicatâque fuit, (vnde illi nomen) Anno ab **V. C. 800. 16. Kalend. Aug.** vt testatur *Frontinus lib. de Aquæduct.* apud quem plura; & *Suetonius Gaio, c. 21.* & Inscriptio vetus.


TI. CLAVDIVS, & C. AQVAM CLAVDIAM EX FONTIBVS QVI VOCABANTVR CÆRVLEVS ET CVRTIVS A MILIARIO XXXV. SVA IMPENSA IN VRBEM PERDVCTAS CVRAVIT.
Et altera **Vespasiani** Inscriptio.
IMP. CÆS. VESPASIANVS AQVAS CVRTIAM ET CÆRVLEAM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO ET POSTEA INTERMISSAS QVE DILAPSASQVE PER ANNOS NOVEN SVS IMPENSA VRBI RESTITVIT.

Ab hac *Claudiâ* diuersa est illa, quæ iam olim **Romæ** erat; aqua **Appia** (quæ & *Claudia* quoque dicta fuit) ab **Appio** videlicet Claudio inducta: cuius meminit *Liuius lib. 9.* *Pomponius l. 2. §. fuit autem, π. de orig. iur.* Et *Cassiodorus 7. variar. 6.* & in *Chronic.* & *Victor. de viris illustrib. cap. 34.* *Eutropius* quoque, *Appiam Claudius Cesar Aquam Claudiam induxit.* Verum com-

munius hæc **Appia** tantum dicta à **Frontino** & **Plinio lib. 36. cap. 15.**

¶ Porro, cur nominatim de *Claudiâ* hæc constitutio Honorij id constituat, vt ne videlicet interruptis formæ lateribus atque perfossis ex eâ aqua à priuatis eliciatur, vindiceturque? in obscuro est: Haud absurdè quis dixerit, non tantum ob balnearum vsum id ita constitutum, verum etiam fortè propter vsum *Baptismatis* in baptisterio *Lateranensi*: quâ ipsâ etiam causâ **Hadrianus** Papa diu post, formam huius aquæ *Claudiæ* refecit, renouauitque, quæ per mediam *æream* *Lateranensem* decurrit in *Baptisterium* *Ecclesiæ S. Saluatoris*, & in plures alias *Ecclesias*; vt testatur *Anastasius in eius vita p. 164.* & ex eo *Onuphr. Panuin. de Basil. V. R. p. 192.* Quod si ita est, tum hæc constitutio in *Annales Ecclesiasticos* referenda fuerit.

¶ Cæterum, vt hæc Honorij constitutio est data ad **Flavianum** P. V. Romæ super opere publico Aquæductus, ita pariter Inscriptio verus occurrit **Romæ**, p. 170. num. 8. de quodam opere ab hoc ipso **Flauiano** instituto, secretario videlicet **Senatus**. **SALVIS DOMINIS NOSTRIS HONORIO ET THEODOSIO VICTORIO-SISSIMIS PRINCIPIBUS SECRETARIUM AMPLISSIMI SENATVS, QUOB VIR INLVSTRIS FLAVIANVS INSTITUTE RAT ET FATALIS IGNIS ABSVMPSES, FLAVIVS ANNIVS EVCHARIVS EPIPHANIVS V. C. PRÆF.** [fuit hic **Epiphanius** P. V. Anno 412. 414. vid. *Prosopogr.*] **VICÈ SACRA IVD. REPARAVIT ET AD PRISTINAM FAGIEM REDVXIT.**



DE ITINERE MUNIENDO.

TITVLVS III.

Titulus hic abest à Cod. Iust. Porro lex 6, hoc tit. ad ECCLESIASTICAM historiam pertinet.

Muniendi vox hac in re propria: vid. Glossar. De itinere autem muniendo, id est, de necessitate itineris muniendi, neque vlli immunitate eius tribuendâ, quod vnicum fermè est huiusce tituli legum omnium argumentum.

PARATITLON.

ITINERVM, Rubr. l. 1. 4. 6. & l. 10. supr. de extraord. publicorum itinerum, l. 3. supr. de curs. publ. Viarum, l. 2. 3. 4. & l. 36. supr. de curs. public. Viarum publicarum, l. 6. Viarum militarium, l. 3. supr. de cursu publico: publici aggeris, l. 4. 5. hoc tit. & l. 2. supr. Ne quis in Palat. mœa. Canalium, l. 1. 5. supr. de curs. public. Canalium publicarum, l. 1. supr. de curios. Stratarum, l. ultim. hoc tit. munitio, l. 3. (vnde Titulus, de itinere muniendo; & munire itinera, vias, l. 1. 2.) quæ & instructum munitio dicitur l. 4. seu instructio viæ publicæ, l. 6. est instauratio, reparatiôque itinerum, l. 5. 6. & Nou. Valent. inter Theodos. 21. reparatiô publici aggeris.

Huius rei (quia in commune omnibus profutura, l. 1.) onus, l. 3. 5. obsequium, l. 1. sollicitudo, l. 10. supr. de extraord. necessitas, l. 3. supr. de Operibus publicis, laudabilis titulus dicitur, l. 6. neque fordidum munus, d. l. 6. imò titulis magnorum Principum dedicatum, d. l. 6. Ideoque ad huius oneris curationem, l. 4. cuncti possessores d. l. 10. omnes, l. 6. certatim sua studia conferre tenebantur, l. 4. nullo prorsus immuni, l. 3. nullo hominum genere, l. 6. nullius patrimonio, l. 4. nullâ privilegiorum contemplatione, l. 3. nullâ dignitate aut priuatorum privilegiorum vi, l. 4. nullo rescripto personali vel adnotatione, l. 5. nullius dignitatis ac venerationis seu reuerentiæ meritis aut exceptione, d. l. 6. adde Nouell. Valent. inter Theodos. 22. Ita quidem vt neque Emphyteuticarij possessores, l. 1. (qui alioquin ab extraordinariis immunes sunt, d. l. 1.) non Inlustrium dignitatum patrimonia, l. 4. non domus Principis, l. 4. 6. non Ecclesiæ, l. 6. ab hoc munere immunes sint.

Erat autem hoc onus patrimonij, l. 4. pro iugerum numero, l. 2. 5. Triplicique ratione procurabatur: velenim (qui antiquissimus & æquissimus modus est) à singulis loca sarciebantur, quæ sortiebantur, l. 2. 5. 6. vel operas conferebant seu obsequium, l. 1. 4. vel pecuniam; de quo in π. & Cod. Detrectantisque pœna hæc erat, vt prædium confiscaretur, l. 3.

Materia etiam aliquando huic rei de publico destinabatur, veluti ex demolitione Templorum, l. 36. supr. de Operib. public.

De PONTIVM instructione idem sentiendum, quod de viarum munitio: quod pertinet etiam lex ult. hoc tit. & l. 36. supr. de operib. publ. & lex ult. supr. ne opera à conlator. l. 15. & 18. supr. de extraord. muner.

EMPHYTEUTICARIOS à Viarum munitio IMMUNES non esse.

I. * Imp. Constantinus A. ad Proculam Proconf. Afric.



MPHYTEUTICARIJ possessores, qui Mansuetudinis nostræ beneficio ad extraordinaria minimè deuocentur, sicut ceteri prouinciales, obsequium suum muniendis itineribus impendant: Nulla enim ratione debent ab hoc, quod in commune omnibus profuturum est, esse se iuncti. pp. Non. Maij. Karthagine, Constantino A. Y. & Licinio Cæs. c. 25 s. [319.]

NOTÆ.

* Lex 1. Cod. de collat. fund. partim. Iungendæ quoque huic legi videntur lex 1. Cod. de Mancip. & colon. partimon. itémque lex 2. de fundis partim. & salis. vt & lex 1. de fund. rei prin. Sunt enim omnes de Emphyteuticariis possessioribus.
* Proculus PC. Africæ sub Constantino M. Eidem inscribitur hoc ipso Anno 319. lex 2. supr. de priuile. cer. qui in S. Pal. Carmen etiam vetus de Proculo. Idem LYDIAS Proconsul. In hunc est quoque Symmachi Patris carmen. Nisi ad Proculum illam, qui sub Constantio PC. Africæ fuit, vt docet lex 21. supr. de appellat. id potius pertineat.
* Deuocantur: Cod. Iust. (vbi & vox muneris addita:) Et hoc tamen defendi potest.
* Seiuungi: ita Cod. Iust. vbi & subscriptio intercidit, pariter vt inscriptio.
* Karthagine PC. Africæ consistebat.

COMMENTARIVS.

EMPHYTEUTICARIJ possessores ab extraordinariis equidem muneribus immunes iunt, hæc leg. & l. 2. 5. 9. 12. 13. 17. 20. supr. de extraord. muner. vid. & l. 2. vltim. supr. de collat. fund. at non & à viarum muniendarum onere, ex hæc Constantini M. constitutione, non magis quàm ceteri prouinciales. Nemo quippe à viarum munitioe immunis est; de quibus plenè ad leg. 3. infr. ¶ Ratio tantum quæ hinc redditur, obiectur. Emphyteuticarij potè possessores sunt, qui

fundos patrimoniales ad patrimonium Principis pertinentes emphyteutico iure possident: de quodixi suis titulis, supr. de locat. fund. iur. emphyteut. & tit. de conlat. fund. partimon. vel emphyteut. Ergo neque Emphyteuticarij possessores ab itinere muniendo immunes sunt, obrentu rei priuatæ Principis; Quæ hoc æno ab hoc onere immunis erat, vt argumento est; verum postea lex 4. infr. Domus Principis huic oneri & functioni subiactit: l. 4. & 6. infr.

II. * Imp. IULIANVS A. ad Auitianum Vic. Afric. Post alia.

IN muniendis viis iustissimum æquitatis cursum reliquit auctoritas. Singuli enim loca debent quæque sortiri, vt sibi consulant, vel negligentia, vel labore. Igitur eos loca iuxta morem priscum delegata curare oportebit, &c. Dar. vi. i. Kalend. Nou. Iuliano A. IV. & Salustio C O S S. [363.]

NOTÆ.

* Iungenda huic est lex 1. supr. de indulg. debitor. l. 15. supr. de curs. publ. & l. 7. Cod. Instin. de adific. priuat. fortè & lex 1. Cod. de dinerf. prad.
* Auitianus Vicarius Africæ sub Iuliano. Eius meminit & Ammianus Marcellinus lib. 27. Mamertinum Praefectum Praetorio ab Vrbe regressum, quod quadam perreuerat correaturus, Auitianus ex Vitario pecuniaris detulerat reum.
* Canalibus, d. leg. 15. supr. de curs. publ. quæ huic inter alias iungenda est: seu Canalibus publicis: l. 2. supr. de curiosis.
* Auctoritas, de hac voce mox.
* Possessores scilicet.
* Loca hic, & mox, loca delegata, sunt spatia viarum singulis possessoribus attributa & assignata: certa spatia, vt ait Sicut Flaccus loco quem mox laudabo.
* Rectè, consulere sibi negligentia quis dicitur. Consulendi scilicet verbum est ex rōi p̄mō: Consulere sibi negligentia, est malè consulere: contra, sibi consulere labore, est bene consulere: malè autem consulere, idè, quia pœna his, qui id defugiunt, proposita est, & quidem actori, in spec. l. 3. infr. Proinde erant, qui hunc locum vitiosum putant.
* Dicam mox, occasione vocis Auctoritas.
* Sibi assignata, vt loquitur Sicut Flaccus.
* Curate loca: hinc Curatio in leg. 4. infr.
* Supplendum hic ex d. l. 1. supr. de indulg. debitor. Dat. VII. Kalend. Nou. Antiochia Acc. XV. Kal. April. Carthage. Ex quo apparet, quinto post mense, Antiochiâ hanc leg. perlatam Karthaginem.

COMMENTARIVS.

IULIANI hæc constitutio est, de modo seu ratione itinerum muniendorum; Quæ quidem pars est prolixioris Iulianæ constitutionis, vt ex iis legibus patet, quas huic coniungendas iam dixi, ad Diocæsin Africæ pertinens; quam eâ constitutione variis rationibus subleuatum iuit: inter alia scilicet. Primò, viarum publicarum curâ susceptâ; hæc leg. Secundò, vt & Cursus publici; d. l. 15. supr. de Curs. publ. Tertio, item ornatus publici, d. l. 7. C. de adif. prin. Quarto, eadem & rei tributariæ: d. l. 1. supr. de indulg. debitor. Et hæc omnia subleuandis miseris Afris, qui nimis oneribus tum prægrauati erant, quorumque patrimonium & fortunæ lacertatæ fuerant; vt loquitur d. lex 15. ¶ Ergo Iulianus inter alia Remedia, hæc leg. veterem in viis muniendis modum per Africam, quam auctoritas, vt ait, reliquit, firmatum iuit, quo scilicet possessoribus certa viæ spatia, pro modo & latitudine agrorum, & (vt loquitur lex 5. infr.) pro iugerum numero vel capite, quæ possidebāt,

quæ suis impensis tuerentur, delegata seu assignata erant: Iustissimumque hunc æquitatis cursum vocat, aduersus prauam scilicet consuetudinem, quâ miser ultra hunc modum prouinciales attetebantur. Quod quidem ipsum probat etiam Sicut Flaccus, de condit. agror. p. 11. vbi ostendit, duplicem muniendarum viarum rationem olim fuisse: Viæ, inquit, aliter atque aliter muniuntur. Per pagos, id est, per magistrōs pagorum, qui operas à possessoribus ad eas tuendas exigere soliti sunt. Aut, vt comperimus, vnicuique possessori per singulos agros certa spatia assignantur, quæ suis impensis tuerentur: Etiam titulos finitio spatia postis habent, qui indicent, cuius agri quis dominus, quod spatium tueratur. Neque abluat lex 14. in fin. π. quemadm. seruit. amit. vt & vetus illa XII. Tab. lex, Tab. 8. Si via per Amsegetes immunita esset, quâ volet iumentum agros, vbi Amsegetes, sunt, quorum agri viam tangunt, vt Festus docet. Adde & tit. π. de via publ. & itin. public. refic. Ad eundem sanè quoque modum in

V u 3 Vibe

Urbe secundum propriam domum quisque construere vias publicas tenetur, ut testatur Papinianus lib. singul. *Afynomico*, l. *unic.* §. 3. *π. de via publica*: & si quid in ea fact. esse dic. Alibi, *τελεσθεσπιου*, id est, *onus sternende via*, collatum, de qua collatione vide l. 27. §. 3. *π. de vsufr.* l. 13. §. 6. *π. de act. empr.* l. 14. §. 2. *π. de munerib.* l. 11. *π. de vacat. muner.* l. 6. *Cod. de pignor.* & l. 2. §. *vicinales*, *π. ne quid in loc. public.*

¶ Tandem ait Iulianus, hunc iustissimum æquiritatis cursum in muniendis viis reliquisse *Auctoritatem*. Vbi queri potest quidnam Auctoritatis voce intelligendum sit? An videlicet Proconsulis? quod suadere videatur d. l. 15. *supr. de curs. public.*

vbi forma Proconsulis dicitur? An verò Vicarij Africæ, argumentò inscriptionis *huius legis*? An Auctoritas Iuris & Prudentum? Iuris enim auctoritas Papiniano, l. 36. *π. de statutib.* alibi Prudentum auctoritas dicitur; & passim hoc *Cod.* Auctoritates pro Constitutionibus: vid. *Paratit. de constitut.* An tandem Auctoritas, id est, vsus auctoritas? arg. *huius leg. in fin.* ibi, *iuxta morem priscum*: & l. *ultim. infr. Antiquitas*. Quo etiam sensu Tertullianus lib. 2. *ad Nationes cap. 1. Institutiones Maiorum, Auctoritates receptorum* dixit. Sanè Iulianus identidem priscum morem in constitutionibus suis sequitur: qua de re plenè dixi ad *leg. vn. sup. de longa consuet.* Et verò in hanc sententiam magis inclino.

III. * Imppp. VALENTINIANVS Theod. & Arcad. AAA. ad Eufignium PP. P."

Viarum munitione nullus habeatur immunis: & eorum prædiorum Actores, qui fortè iniuncto onere, "priuilegiorum" contemplatione, parère minimè voluerint, nostræ Domui vindicentur. Dat. I v. Kalend. Mart. Valentiniano A. I I I. & Eutrop. C O S S. [387.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à *Cod. Iustiniano*.

Eufignio huic PP. variæ Constitutiones Valentiniani Iun. inscriptæ occurrunt Anno 386. 387. quas repeti ex *Indice personatum*. Ad eundem extant variæ Symmachi epistolæ lib. 4. & nouem quidem postremæ: ex quibus fermè omnibus argumentum duci potest de Præfectura eius Prætoriana, & quidem Italicæ, cum maximè ex *epist. 69. 70. & 73.*

"Senatori, illustrium dignitatum.

"pro. oneri.

"Senatoriæ dignitatis, vel illustris.

COMMENTARIVS.

VALENTINIANI Iun. hæc constitutio est, quæ IMMUNITAS à viarum munitione omnibus præcitur. *A viarum*, inquam, *munitione*, id est, à collatione operatum sumptuumque ad viarum munitionem: quo sensu quoque *viarum munitione* accipitur apud Paulum 5. *sentent. tit. 6.* Alio enim sensu, *munitione viarum* accipitur pro cura muniendarum viarum, l. 12. *π. de munerib.* & munitione publicæ viæ, l. 1. §. 2. *d. tit.* id enim inter personalia munera est. ¶ Ergo à viarum munitione nemo excusatur ex hæc Valentiniani Iun. *leg.* pariter ut Constantini l. 1. *supr. & tribus seqq.* putà Honorij, l. 4. Theodosij Iun. *leg.* 5. vide in id quoque *leg. 10. supr. de extraord. muner.* Paulum, 5. *sentent. tit. 6. l. 11. π. de vacat. & excusat. muner.* ¶ Nullius scilicet priuilegij habità ratione hæc *leg.* seu nullo priuato priuilegio, nullo dignitatis priuilegio artento, hæc *leg.* & *dictis II.* Et si alioquin ab extraordinariis muneribus immunes illi sint: (veluti Emphyteuticarij) d. l. 1. Et si Illustres hæc *leg.* & l. 4. Et si Principis domus, l. 4. 6. Et si Ecclesiæ, d. l. 6. Et si Veterani, l. 4. *π. de Veteran.* ¶ Hoc alioquin onus detrectantibus prædiorum possessoribus pœna propo-

est, ut docuit *lex superior*. si videlicet ipsi detrectent: Nam si non ipsi, verum ACTORES eorum detrectent, nullà pœnà domini tenentur; verum Actores ipsi (quo spectat peculiariter hæc *lex*): *Domui*, seu dominio Principis vindicari hæc *leg.* iubentur. Sicuti scilicet æquum non est, contumaciam seu negligentiam Actorum in dominorum verti perniciem; ita neque ipsis Actoribus impunè id cedere debet. Actoribus inquam, qui, ut cæteroquin (de quo dixi ad l. 1. *supr. de iurisdict.*) ita & hoc in genere contumaces sese præbebant, dominorum videlicet suorum, Senatorum fortè vel Illustrium dignitate, prætumidâ. Hic interim pœna hæc notetur; quæ actori priuati, domui seu dominio Principis vindicatur.

¶ Tandem notari cupio, sicut Eufignium PP. Italicæ cui hæc *lex* inscribitur, (de quo ad inscriptionem) viarum munitioni incubuisse ex hæc *leg.* colligi potest; ita & Basilicæ cuiusdam Pontique consummationi instituisse, docet Symmachus, *epist.* ad hunc ipsum Eufignium 71. lib. 4. indicatque idem & lib. 5. *ep. 76. in fin. ad Licinium.*

¶ Ad *huius leg.* quæstionem: v. quæ vltimum scripsit, *Le Prestre en ses Questions de droit cent. 1. ch. 32.*

I v. * Impp. Arcad. & HONOR. AA. Messalæ PP. P."

VDVM quidem fuerat constitutum, * *Vt Illustrium patrimonium dignitatum ab instauratione itinerum haberentur excepta*: Verum, propter inmensas vastitates viarum, certatim studia cunctorum ad reparationem publici aggeris "conducibili" deuotione volumus festinare: nullà ad "instructum munitionis huiusce, dignitate, aut priuatorum" priuilegiorum in "quâlibet, studiosius adpetita. ¶ Etiam istud adiungimus, ut Domos etiam Clementiæ Nostræ, quas vetusta,

&c

& innumera ab huius oneris curatione" priuilegia vindicabant, par condicio & sollicitudo constringat. ¶ Ita tamen, ut in ceteris, quæ Illustribus, vel patrimonio nostro, præcedentibus Edictis, beneficia fuerant adtributa, intemerata permaneant. Dat. I I I. Kalend. Maij, Med. Theodoro v. C. C O N S. [399.]

NOTÆ.

* Abest hæc lex à *Cod. Iustin.*

"Italice.

† Constitutio hæc videtur esse l. 18. *supr. de extraord. muner.*

"Vastitates viarum sunt immunitiones.

"Certe studio, Non. Valent. int. Theodos. 31.

"Agger publicus, hic & l. 5. *infr.* & l. 2. *supr. ne quis in Palat. mun.* est via publica: vsurpat eandem vocem inter ceteros

Ammian. lib. 18. (cui & Ienerarius agger, lib. 19. dicitur) Symmachus lib. 1. *epist.* 5. lib. 2. *epist.* 10. lib. 4. *epist.* 24. lib. 9.

epist. 3. Seruius *Æneid.* 5. & ex eo Isidor. orig. 15. Paulinus lib. 4. *de vitâ S. Martini*: Agger est media strætæ eminentia,

coaggreratis lapidibus strata. Glossar. Agger, strata, via publica. Omitto alia innumera.

"Conducibili vid. Gloss.

"Aduerfus.

"Personalia rescripta, l. 5. *prox.*

"29. vi.

"Curatio: ut *supr.* l. 2. Igitur eos loca iuxta morem priscum delegata curare oportebit.

COMMENTARIVS.

HONORII hæc constitutio est, contra eandem immunitatem, quæ speciatim ILLUSTRES etiam (veluti Præfecti Prætorio, Præfecti Urbis, Magistri militum, Comites S. L. & R. P. &c. de quibus *supr.* lib. 6.) imò & DOMVS Principis à viarum munitione immunes esse ventantur. Quod antè tamen aliter dudum vetustis & innumeris priuilegiis constitutum fuisse hæc *lex* disertè testatur; & inter alias quoque *lex* 18. *supr. de extraord. muner.* quam hæc omnino innuere videtur. ¶ Huic potè legi ferenda occasio nem præbit immensa viarum corruptarum tum vastitas seu immunitio per Italicæ Præfectu-

ram: Imò, ut puto, per Italiam ipsam. Cui vastitati occasionem fortè præbuit illa ipsa Illustrium & Domorum Principis immunitas, quæ hæc *leg.* antiquatur. Quod de domibus Principis (quas per Prouincias sparsas habebant, de quibus *supr.* lib. 10. *de domib. ad rem priu. pertin.*) hæc *leg.* adicitur, id etiam iteratur *l. ultim. infr. hoc tit.* Et hæc quidem de Immunitate à viarum tantum munitione, quam Honorius Imp. hæc *leg.* & Illustribus & Domibus Principis hæctenus compeitentem, ademptum it. At enim cætera priuilegia his data *sine leg.* confirmat. Quænam verò illa sint, docet *titulus, supr. de extraord. muner.*

v. * Impp. Honor. & THEOD. AA. Anthemio PP. P."

ANTIQUATIS" omnibus, vel personalibus Rescriptis, vel per Adnotationes elicitis, per Bithyniam ceterasque prouincias, possessores & reparationi" publici aggeris, & ceteris eiusmodi" muneribus, pro iugorum numero, vel capitem, quæ possidere noscuntur, adstringi" cogantur. Dat. VI I. Kalend. Nou. Constantinop. Honor. IX. & Theod. V. AA. C O S S. [412.]

NOTÆ.

* *Lex 2. Cod. de immunit. nomen concedenda.*

"Anthemius PP. Orientis, sub Theodosio Iun. vid. *Prosopogr.*

"Primus *huius leg.* versiculus, utpote historicus, abest à *Cod. Iust.*

"In Reparatione: ita *Cod. Iust.*

"de Agger hoc publico, dixi ad *leg. 4. supr.*

"Eiusmodi, *Cod. Iustin.*

"veluti non aliorum tantum operum publicorum refectioni, sed & aliorum quorumcumque munerum, quæ ex æquo ab

omnibus sustineri debent.

"Iugorum, *Cod. Iust.* malè: vid. *Glossar. in voce Iuga.*

"Capitem, vid. *Glossar. in Capita.*

"Dare cogantur seu adstringantur: ita *Cod. Iust.* Græci *δραματὸν ἀντιγραφῶν ἐπιδικασίας.*

COMMENTARIVS.

THEODOSII Iun. Constitutiones duæ sequuntur contra eandem Immunitatem à viarum munitione. Hæc sanè, cum principaliter aduersus Immunitates lata sit, duo tamen eâ constituntur: Primò quidem, RESCRIPTA personalia, imò & ADNOTATIONES speciales Principum huiusmodi Immunitates à viarum munitione aliisque muneribus scilicet patrimonialibus tributentium reuocantur atque in irritum deducuntur; ut cæteroquin nulla priuilegia hæc locum habent: de quo vid. *Paratitikon*. Secundò, modus muniendarum viarum hic præscribitur; nempe Possessores quilibet pro numero iugorum vel capitem (nam hic viarum muniendarum modus

fuit, de quo dictum plenè ad *leg. 2. supr.*) huic tituli generaliter adstringuntur: Pro numero iugorum & capitem: id est, pro modo possessionum: Capita scilicet eadem cum iugis hæc *leg.* vnde & *capitationem iugorum*, & professiones: *leg. 1. supr. de immunit. conced.* & l. 6. *supr. de extraord.* Item capitatio aut iugatio, *leg. 1. supr. ne quid latit. publ.* &c. Quare ridicula hic interpretatio Accursij & sequacium, qui capita hic animalia interpretantur.

¶ Illud ad historiam *huius leg.* notandum, eam pertinere nominatim ad Bithyniam, ceterasque Ponticæ videlicet Diceceseos (in qua Bithynia erat) Prouincias. Quod Tribonianus quoque in *summo Codicem* retulit; qui tamen alioquin localia & tempora

temporaria, quantum potuit, vbique expungere studuit: Verum id ideo factum illi hic, quod verba illa, quae statim subiiciuntur, ceterisque Prouinciis, generalem hanc constitutionem reddere videntur quae tamen historica veritate inspecta, ad summum, Prouincias, quae per

Præfecturam P. Orientis erant, indicant: Et si quod secundo loco iam notauit, idem ius vbique obseruatum, & per omnes Imperij Romani Prouincias, Cætera ex Paratilo, & leg. 9. sup. de Annon. & tribut. & iis quae dicentur adhuc ad leg. prox. hanc ad rem repetenda.

VI. * Idem AA. Asclepiodoto PP. P."

BSIT, vt nos instructionem" via publicæ, & pontium, "stratarumque," operam, "titulis Magnorum" Principum dedicatam, "inter fordida munera numeremus. Igitur ad instructiones reparationisque itinerum, pontiumque nullum genus hominum, nulliusque dignitatis ac venerationis" meritis, "cessare oportet. Domos" etiam diuinas, ac Venerandas Ecclesias, tam laudabili titulo libenter adscribimus. Quam Legem cunctarum Prouinciarum" iudicibus intimari, conueniet, vt nouerint, quae viis publicis antiquitas" tribuenda decreuit, sine vilius vel reuerentiæ, "vel dignitatis" exceptione, præstanda. Dat. x v. Kalend. Mart. Constantinop. Asclepiodoto & Mariniano C. O. S. S. [423.]

NOTÆ.

- * L. Absit, 4. Cod. de priu. dom. Aug. & Lad. instructiones 7. Cod. de SS. Eccles. Omittit porro hanc leg. Batonijs. Iungenda autem huic est lex 25. infr. de Iudais: & forte etiam lex 35. sup. de erog. milit. annon.
"Orientis. "Instructiones, d. l. 4.
"De Pontium instructione seu structura, vide & l. 36. sup. de Operib. public. ac nominatim de ponte Liquentiæ, l. ultim. sup. ne opera à conlat. exig.
"Stratarum. Glossar. Agger strata via publica. Virgil. 1. Æneid. dixit, strata viarum. Seruius Æneid. 5. & ex eo Isidorus, lib. 15. cap. 16. Agger est media strata eminentia, congeratis lapidibus strata. Procopius lib. 2. Belli Pers. p. 46. Strata ἢ ἰσπαρίων ὁδὸς τῆς Λατινῶν καλεῖται φωνῆ
En ego mitto meum stratas aptare Ministrum
Ante tuos vulnus
Retinent hodie Itali, retinent & Germani. Vnde Strataburgo reuerendæ mihi ciuitati nomen, cuius iam mentio apud Gregorium Turonensem, Histor. Francie. lib. 10. cap. 19. Strata autem proprie lapidibus strata: cum alioqui duplex esset ratio vias sternendi: glareâ, vel cilice; præter Liuium lib. 41. Tibullus ad Messalam.
Namque opibus congesta tuis, hic glareâ dura sternitur, hic aptâ iungitur arte flex.
Postea cepit quælibet viâ & platea strata dici, Glossæ Cyrilli, vt omittam alios, λαοφίλο, Strata, itiner.
"Opera, d. l. 4.
"Maiores Cod. iust. d. l. 4. Quod idem est. Ita Magni & Maiores Iudices iidem.
"Dedicata Cod. iust. d. l. 4.
"inf. reuerentia. "id est, ob merita.
"Domus diuina, id est Principis, hæc leg. vt & l. 4. sup. vid. Glossar. Quod etsi viderit Alciatus, idem tamen maluit hic diuinas domus explicare, quæ quoquomodo ad sacra pertinent, & Ecclesias, quæ pro congregatione fidelium constructæ sunt; sed malè omnino. Quod ostendit vel Titulum Cod. iust. de priuilegijs Augustæ; sub quo hæc lex posita est. Ostendit & lex 1. 4. sup.
"Orientis.
"ate, de hoc more intimandarum legum per PP. v. Paratilo. de consit. Princip.
"de hoc notauit ad l. 2. sup.
"Ecclesiastica.
"Etiam Illustris, etiam principalis.

COMMENTARIVS.


LITERA HÆC THEODOSII Iun. hoc tit. constitutio est: quæ is iterum ab itinere muniendo nullum IMMVNEM esse iuber. Itaque (quod hæc leg. adicitur) à Pontium instructione. Quod postremum ostendit quoque lex vltim. sup. ne opera à conlat. ¶ Ac nominatim Theodosius Iun. hæc leg. immunes esse vetat ab itinerum seu viarum publicarum pontiumque instructione; Tres alioquin præcipuæ dignationis: putà Domos Diuinas, id est Principis, pariter vt d. l. 4. sup. Item & Dignitates quascunque, hæc leg. pariter vt & l. 3. 4. sup. Denique Ecclesias: quod postremum voluit quoque Iulianus Imp. (vt existimo) l. 10. sup. de extraord. muneribus. Valentinianus Tertius Nouell. inter Theodos. 21. in id exptelsâ: Neque Domum diuinam, neque Ecclesiam, aut aliquam personam quolibet munere excusandam. Iustinianus, non tantum relatâ hac huius leg. parte in Codicem suum, in leg. ad instructiones 7. Cod. de sacros. Eccles. posthabitat lege

contrariâ, putà leg. 40. infr. de Episcop. verum etiam propriâ Nouell. 131. Et exinde Carolus M. Capitularium lib. 6. cap. 107. Possessiones, inquit, ad Religiosa loca pertinentes nullam descriptionem agnoscant nisi ad constitutionem viarum vel pontium, si tamen intra eadem loca habuerint possessiones. Et ita quoque frequentibus Senatusconsultis Parisiensibus iudicatum aduersus Ecclesiasticos & Monachos, secundum Curatores viarum & pontium, nempe Costumam, portorium, barragium, pædagium, gabellam, & similia viæ pontiumque instructioni destinata, ab omnibus, nullâ immunitatis Ecclesiasticæ ratione habitâ, exolui debere; vt refert Chopinus Monasticon lib. 2. tit. 2. p. 238. 239. & Robertus rer. indicat. lib. 2. cap. 3. vid. & Guid. Pap. quæst. 78. De hac verò quæstione tractant Interpretes ad dict. leg. ad instructiones 7. Cod. de sacrosanct. Eccles. quæ hinc desumpta est: Negasantius inter alios q. 375. Suavis est, qui hanc legem exorbitantem à iure diuino

diuino & humano esse pronunciat, & in nullo foro esse seruandam, & habendam pro irrita & cassâ; imò nec Papam posse eam canonizare. Aliquando certe Honorio aliter visum, l. 40. infr. de Episcop. Eccles. & Cler. quam legem repudiavit Iustinianus vt dixi, prælata hæc leg. Ad priuatam verò & vltioneam munificentiam magis pertinet, quàm ad publicam legem, quod de se prædicat Theodoretus Episcopus Cyri Epistolâ ad Anatolium Patricium 79. ὅτι ἡ πολλὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς αἰεσθῆς εἰς τὸ δημόσιον ἀνηλισσάμενο ἀνοδομήματι σοῦ ἐργέροντες ἢ λυτὰ ἢ γερύοντες ἠλασσοδάξαντες, ἢ ἢ λυτὰν ἢ ἢ ἄλλων ἐπιμελεῖσθαι, ὅθεν ἢ ἢ ἐλέγετο μεζολοφύχια, id est. Quod verò Ecclesiasticorum quoque redituum partem non exiguam in publica adificia consumperimus, porticus excitantes & lauacra, & PONTE S extruemes, & publici vsus alia procurantes, Magnificentiæ Tuæ non ignorat. Ergo noluit hæc leg. Theodosius Iun. Immunitatis Ecclesiasticæ obtentu, vtilitatem publicam hoc casu destitui: pariter vt noluit, sanctitatis obtentu Ecclesias in aliena iura inuolare, nequidem Iudæorum: l. 25. infr. de Iudais: quæ huic nostræ, ceu eiusdem constitutionis pars, coassanda venit: quâ in vniuersum Theodosius Iun. Ecclesiis Christianis modum quandam imposuit.
¶ Addit porro, imò præmittit verbis prægnantibus pro ratione h. l. Theodosius Iun. viarum munitionem non esse inter munera fordida censendam. Quo ipso ostendit, aliquando fordidis quodammodo fuisse adnumeratam; & confir-

mat l. 4. sup. Itaque Nouell. Valentiniani inter Theod. 21. Sed vt d. Nouell. ait, contra rationem, & præuâ appellatione. Imò manifestissimè id ostendit l. 15. & 18. sup. de extraord. muner. Sed tantum abest, vt id ferat Theodosius Iun. hæc constitutione, vt contra profiteatur, Instructionem viarum & pontium, laudabilem maximè titulum esse, & titulis magnorum Principum fuisse dedicatum. Vt omittam, quod Herodorus lib. 6. scripsit, Regibus Spartanis hoc velut summum concessisse, vt de viis publicis cognoscerent. Sanè lapides seu columnæ viarum instauratarum, inque his Inscriptiones id comprobant: quòd hic etiam allusum voce Titulis: Vt omittam innumeras alias huius generis, est illa Inscriptio in Dicecæsi Augustanâ, p. 157.

IMP. CÆSAR. LVCIVS SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX AVG. ARABICVS. ADIAB. PARTHICVS MAXIMVS, & C. VIAS ET PONTES REST. A B AVG. M. P. XLII. in alio XLII. in tertio XLIII. Eodem pertinet & hic locus Sidonij in propempt. seu carm. vlt. Antiquus tibi nec teratur agger, Cuius per spatium satis vetustis NOMEN CÆSARVM viret columnis. Eadem interim ratio Portus, & Aquæductus, l. 23. sup. de operib. public. itaque murorum: sed & putei publici: vide ad aliquid Guido Pap. q. 444. & Speculator. de Censib. §. Nunc dicendam.




DE IMAGINIBVS IMPERIALIBVS.

TITVLVS IV.

Concordat Tit. Cod. de stat. & Imaginibus: & Tit. de his qui ad stat. confug.

PARATITLON.

MAGINES Imperiales, Rubr. & l. vnic. & l. 44. sup. de operib. publ. & l. 12. infr. de Scenic. seu Statuæ, hæc leg. & l. vnic. sup. de his qui ad stat. Simulacra, l. vnic. hoc tit. & d. l. vnic. Sacri denique vultus, l. 4. sup. ne quid publ. latita. l. vltim. infr. de excusat. artific. consecrari dicebantur, d. l. 12. de Scenicis. Erant vel locis publicis, veluti in porticibus publicis, aliisve ciuitatum locis consecrata: l. 44. sup. de operib. public. & d. l. 12. infr. de Scenic. quæ & l. vnic. hoc tit. indicantur. Quæ quidem erigebantur vel festis maximè diebus, sed & communibus, præfente Rectore Prouinciæ, hæc leg. vnic. cum magno cultu atque adoratione, quod vetat Theodosius Iun. l. vnic. hoc tit. Ad eas verò confugere ius erat; de quo sup. de his qui ad stat. confug. Deponere denique eas labante ædificio licuit, inconsulto Principe: sic tamen vt instaurato ædificio, suo loco reponerentur: d. l. 44. sup. de operib. public. Aliæ verò ludis proponebantur, l. vltim. hoc tit. Aliæ denique populis inhiantibus inferebantur: d. l. 4. sup. ne quid public. latita. Hæ à pictoribus efficiebantur, seu effingebantur, vid. l. 17. de Pæniis: mercede acceptâ à Iudicibus, l. vlt. sup. de excusat. artific.



¶ *Aduersus immodicum statuarum CULTVM in erigendis vel ludo proponendis iis: Theodosij M. lex.*

I. * Inpp. THEOD. A. & Valentinianus Cæs. Ætio PF. P."

SI quando nostræ statuæ, vel imagines, eriguntur, seu diebus (vt ad- solet) festis, siue communibus, adfit Iudex, sine adorationis ambitioso fastigio, vt ornamentum, diei, vel loco, & nostræ recordationi, sui probet accessisse præsentiam. ¶ Ludis quoque simulacra proposita, tantum, in animis concurrentium mentisque secretis, nostrum numen & laudes vigere demonstrat: excedens cultura hominum dignitatum superno Numine referretur. Dat. III. Non. Maij, Theod. A. XI. & Valentin. Cæs. [425.]

NOTÆ.

- * Lex 2. Cod. de stat. & Imagin.
- Actius hic ille est, qui Anno D. 419. P. V. Constantinopol. fuit; teste Chronico. Alexandr. & l. 5. sup. de calc. coëtor. & cuius cisterna constructa Constantinop. Anno D. 421. teste Marcellino, Chronico: quique Anno 432. C. O. S. fuit. Alius verò ab hoc est Actius ille, Occidentalis Imperij salus, sub Valentin. Iun. qui & hoc Anno ipso 425. Curam Palatij Ioannis Tyranni agebat; Vt restatur Renatus Profuturus Feigeridus, apud Gregor. Taron. lib. 2. cap. 8. & deinceps Comes rei militaris, mox Magister militum factus est.
- Eriguntur, id est, excitantur in publico, consecrantur: l. 12. inf. de Scenici.
- Communes dies festis opponuntur: sunt igitur profestis.
- Iudex, id est, Rector Prouinciæ: vid. Gloss. Theod.
- Fastidio: Cod. Iust. Sed rectum est hic fastigio: Ita Sueron. in Julio, cap. 76. Sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est, &c.
- Et. Cod. Iust. Sed nil mutò: vel, pro Et. vid. Glossar.
- Ita quoque Cod. Iust. Neque necesse mutare in, nostris.
- Præsentia: Sed tamen illud non ideo muta.
- Concurrentium, id est eorum, qui ad ludos concurrunt.
- Malim hic Nomen; non tantum, quia hæc imitatio Virgiliana est; verum & quia hæc Lex eò spectat, vt superno Numini (vt f. l. dicitur) suus cultus, vt re, ita & verbis proculdubio seruetur.
- Aperta imitatio Virgiliana, Semper bonus, nomēque tuum, laudēque manebunt.
- 2. dignitatem, id est, fastigium, vt sup. & in Suetonij loco.
- 3. Numini.

COMMENTARIUS.

IMMODICO cultui atque ADORATIONI Statuarum vel Imaginum Imperialiarum, quo tempore partim erigebantur, partim verò ludis proponebantur, (hæc enim duo sunt huius leg. capita) occurrit hæc constitutione Theodosius Iun. Anno D. 425. Scilicet hoc illud sæculum fuit, quo Statuæ (in Oriente maximè) Imperatorum ingenti passim vt sumptu, ita & adulatione erigebantur: Ita, (ne retrogora repetam) Theodosij M. statua argentea in columnâ haud longè ab Ecclesiâ posita, Anno D. 390. teste Marcellino in Chronico. Ita statua eiusdem Theodosij M. in foro Theodosiano posita, vt scribit Auctor Chronico. Alexandr. Anno D. 394. cuius meminisse videtur Cedrenus in Theodos. M. p. 265. in Zenon. p. 290. Ita Arcadium ait Zonaras in Iustiniano, Statuam Theodosio M. argenteam fecisse pondere 7400. librarum. Ita Eudoxiæ Arcadij vxoris super Porphyrericam columnam argentea statua iuxta Ecclesiam posita Anno D. 403. vt Auctor est Marcellinus Chronico. Socrates lib. 6. cap. 16. Sozomenus lib. 8. cap. 20. Ita sub Theodosio Iun. huius leg. Auctore, Anno D. 414. tria simulacra, id est, imagines pectore tenus, thoracides, (vt olim vocabantur) ægyptiæ, Honorij scilicet & Theodosij AA. & Pulcheriæ A. dedicatæ in Senatu ab Aureliano iterum PP. & Patricio. Chronico. Alexandr. Ita Anno D. 415. dedicata statua aurea in Senatu Theodos. Imp. ab Aureliano iterum P. P. & Patricio, eodem teste. Ita quoque Anno 421. statua Arcadij in foro Arcadiano super immanem columnam cochlidem (cuiusmodi duæ Romæ apud

P. Victorem memorantur: sed & apud Marcellinum Chronico. scriptum in Basilio solo Conf. Statua Theodosij M. in foro Traiani super columnam cochlidem posita corruit) loco dicto Xerolopho dedicata; teste vtroque & Marcellino, & Chronico Alexandrino. ¶ Neque hic statuarum immodicus vsus Constantinopoli modò constitit, verum & Prouincias peruagatus est; quò pertinet quoque hæc lex. Sed neque insania eò hæcenus processit, vt ingenti numero sumptuque hæc Statuæ excitarentur, verum (quò pertinet hæc lex) & cum Adorationis seu προσκυνήσεως fastigio erigerentur, exciperenturque; quomodo & aliàs hoc æuo diuina pleraque Imperatoribus tribuebantur, quæ huius æui labes fuit. De quo alibi. Mitto nunc ritus Gentilitios, in statuarum consecrationibus olim adhibitos, quæ huc non pertinent, veluti quod coronis adornatæ, adoratiòque ad eas vino, thure, velatòque capite, & circumactione, haud aliter atque ad Numinis occursum, peracta; de quo adorationis genere Casellius 2. var. 16. hanc quoque leg. accipiebat, sed perperam: hæc enim ritus Gentilitij fuerunt, quæ Christiana Religio, quantacunque tandem in Principes adulario sese vnquam effuderit, auersata semper est. Quamquam repetio Philostorgium Aëtianum seu Eunomianum lib. 2. hystor. sub hoc ipso Theodosio Iun. Imper. Christianis, id est Orthodoxis obiectentem, quod Constantini M. imaginem in Porphyrericâ columna stantem sacrificiis propitiarent, lucernis & incensis colerent, precèque velut Deo allegarent, & auerruncatorias malorum supplicationes

peragerent: & τὰς Κωνσταντίνου εἰκόνας τὰς ἐν τῷ πορφυρῷ κίονι ἰσχυρῶς εὐσεβῶς τὴν ἑκείνου καὶ ἀρχιεπισκόπου καὶ διμύσιας πύλων, καὶ ἐκχρῆσθε προσάγειν αἰετῶν, καὶ ἀποστεινῶν ἰακωβίου καὶ θεωνῶν ἐπιτελεῖν τὰς ἑσπερίους καὶ ἡμετέρας. De quo ad eum locum. Quid igitur? Adclamationibus hæcenus, sed & festiuitatibus ludicis hæc peracta: non sine aliquo Adorationis cultuque fastigio signòque. Quod ostendunt Socrates & Sozomenus dicto loco, ἡρότοι ὃ καὶ διμύσιας εἰκᾶς ὄρησαν τε καὶ μέγαν ἐν τῷ αἰετῶν τελεῖντο, αἰετῶν ἢ τῶν ἐν τῷ αἰετῶν καὶ βασιλικῶν εἰκότων, inquit Sozomenus. Et Socrates, ἐν τῷ ἐπισημῶν διμύσιας ἡρότοι παρὰ εἰκᾶς. Quæ eadem adoratio & festiuitas adhibita, cum Imagines Imperatorum in Prouincias populo inferrentur, ludisque proponerentur; de quo dictum ad l. 4. sup. ne quid public. latit. Chrysoctomi quoque de eo locus insignis, αἰετῶν βασιλικῶν, καὶ προσκυνῶν ἀρχιεπίσκοποι καὶ ἐπισκοπῶν ἐπιτελεῖν, καὶ ἑσπερίων δῆμον, καὶ προσκυνῶν. Extat & alter eiusdem λόγος 7. in Paul. Apost. tom. 8. pag. 57. quem retuli ad d. l. 4. Sed & in actis secundæ Nicænæ Synodi; Labrata & Icones, que mittuntur ad Ciuitates vel Regiones, obuij adeunt populi cum cereis & incensis, non cerâ perfusam rabulam, sed Imperatorem honorantes. Quem locum tanquam ex Optato Mileuitano laudare solent etiam huius æui Viri docti, sed perperam. ¶ Ergo immodicus cultus delatus hæc tempestate his Imperatorum Imaginibus, siue cum ex erigerentur, siue cum proponerentur Ludis: & quidem ad Iudicium, seu Magistratus, quod hæc lex testatur; & superior ille Chrysoctomi locus, ibi, καὶ προσκυνῶν ἀρχιεπίσκοποι: sed & hic Hieronymi locus in cap. 3. Danielis, vbi de statuâ Nabuchodonosoris: Statuam siue imaginem auream, &c. cultores Dei eam adorare non debent: Ergo IUDICES & Principes sæculi qui Imperatorum statuas adorant & imagines, hoc se facere intelligant, quod Tres Pueri facere nolentes placuerunt Deo. Quem cultum vt Patres eâ tempestate damnauerunt, in quibus Chrysoctomus, vnde etiam illi conflata inuidia; de quo ad l. 37. sup. de operibus publicis: ita & hæc lege damnat Theodosius Iun. Ciuilibus Princeps, velut (quod Velleius dicebat) ultra ciuilibus dignitatis modum existentem, damnatque ambitiosum hoc adorationis fastigium: satis scilicet habens, si concurrentes in animis suis, mentisque secretis, recordatione sui, nomen & laudes suas vigere demonstrarent, damnato ambitioso adorationis fastigio & cultura excedente hominum dignitatem, quam superno Numini referuari iubet: quæ omnia vt eleganter, ita & summa ciuilitate Theodosius Iun. ipse hæc constitutione sua complectitur: cui haud ab similibus eiusdem ciuilitas continetur l. dominico, inf. de spectaculis. Quid igitur? Iudicem eò tantum procedere vult, vt probet sui præsentiam accepisse velut ORNAMENTVM his Tribus; & Diu, & Loco, & Imperatoris recordationi. Ornamentum, inquam, non cultum: scilicet præsentia Iudicis ornamento est rei, actusque qui coram eo celebratur: Erator enim est Periti ad leges Anticas, pag. 231.

qui id ad ornamenta statuarum refereret, nullò sensu. ¶ Interim in hac leg. complurimâ notandâ veniunt ad statuas & Imagines Imperatorum pertinentia. Primò quidem, Imperatorum statuas vel Imagines nonnullas certo loco positas fuisse; dedicatâque, & (vt loquebantur) consecratas; veluti in columnis, foris, Senatu, quod docuerunt tam Iosepho superius laudato ex Macrobi- no, Chronico Alexandrino, Socrate, Sozomeno. Itemque in porticibus, l. 44. sup. de operibus publicis. Sed & nonnullæ haud longè ab Ecclesiâ, vt ex superioribus liquet. Quod & ipsum nimirum visum, & verò Chrysoctomò inuolenti aliâ quando occasionem præbuit. Et quidem (quod Secundò obseruandum) erectas hæc statuas diebus festis. Alias verò (quod Tertium) non erectas certo loco, verum propositas, id est circumlata; populòque inhianti exhibitas; de quo est d. l. 4. sup. ne quid public. latit. vbi plenè dixi; quò pertinent superiora illa duo Chrysoctomi loca: & tertius insuper ex Nicænâ secundâ Synodo locus; vnde & episcopi dictæ, de quo est sub hoc ipso Theodosio, etiam Isidori locus, 1. epist. 337. Et quidem (quod Quartum) Ludis etiam propositas: populo scilicet in Circo vel Theatro, vbi adclamationibus seu χροῖς, eæ excipiebantur: pãriter vt in erigendis Imaginibus Ludos adhibitos iam ostendi. Postremò obseruandum, hæc Imagines, quæ ludis proponerentur, seu populo inhianti inferrentur, simulacra propriè hîc dici, εἰκόνας, cum priorès illæ Statuæ & Imagines dicerentur: nempe quia vultus tantum simulacra essent, faciēque Imperatoris simularent seu assimilarent. De cuiusmodi simulacris est & hic Ambrosij locus, lib. 6. Hexam. cap. 9. Sola, inquit, are fusa Principum capita, & ducti vultus de are, vel de marmore ab hominibus adorantur: de quo plenius dixi ad d. l. 4. ¶ Ex superioribus in summam colligere licet; quibusnam temporibus quàmque variis occasionibus Imagines Imperatorum erectæ propositæ que fuerint, quàm variâ denique formâ. 1. Quibus, inquam, Temporibus: quandoque scilicet, & frequentissimè quidem festis; quandoque communibus diebus. 2. Quibus rursum, quàmque variis Occasionibus, non modò scilicet Principum in Principes, vel Senatus aut Magistratum; adulatione, verum & Principum ipsorum erga subditos studio & affectu; putâ cum eas vel ludis exhiberent, vel in Prouincias inhiantibus populis mitterent. Quibus adde, & cum sui Impetij vini insinuare vellent: Vt cum adsumpto Imperio Statuas Romam, aliòve mitterent: de quo videndus est Zosimus, vbi nominatim de Constantio, & de Maxentio. 3. Variâ denique Formâ; Nempe erectæ eæ locis publicis integrâ staturâ; propositæ verò ludis & populo inhianti, vel vultu, vel thorace tenus: quæ illa Labrata sunt, & ἡδαια; seu ἠορακῶν, ἡεακῶν, Clypei, (totidem enim appellationibus eæ nuncupatæ:) Et quidem Labrata, de quibus dixi plenius ad d. l. 4.

illi subici oporteret, & quod à Metropoleos nomine illi desistendum esset, & Curiam Curia subiciendam, & virum viro, breuiter potiores censendos. Noueris autem quod hoc contumelia erat ex voluptate & dolore coniuncta: è quibus hæc quidem fuit eorum qui nobis beneuolebant, illa uero eorum qui non ita comparati sunt. Atquin, Tu quidem urbes iniuriâ affici haud uelles, ille iniuria afficere uellet. Quoniam igitur modo talis iure Magistratum obtineret? Imò tu, qui omnium Dominus es, non pateris à quocunque ciuitatem nostram aliquid tale etiam haud adeo intolerabile pati, si quando Legati [nostri] quid apud te possulent, uel dicant; & quotidie Vrbs nostra illustrior sit: Tisamenus uero sedet speculans & quarens, unde unde ignobilior ea fieri possit. Quare cum prauos passores à gregibus arceant eorum Domini, illisque submotis, alios praeficere soleant conducibiliore, cur tu illos non in huius ciuitatis gratiam imitaberis? cui talia sunt ab antiquo decora, talia deinceps; talia uero nunc, post duas tantum urbes: & à quâ exemplum in omnes alias: sic enim habeto, & alias quoque iisdem modis conseruandas, quarum res inferiore loco sunt per hanc huius iniuriam: Quandoquidem & eam ipsam, cui gratificari sese ait, eo ipso grauiter afflixit, transferendo sumptum in nostram illi debitum: sic ut uel pauperem ei faciat ciuem sumptus in uiroque facto, uel illam iis qua habebat nobis tribuendo defraudet. Hactenus Libanius. Sic sanè & ornatus Ciuitatis vnus ad alteram transferri uetitus: l. 1. 14. 37. sup. de operibus publicis. Et sic hæc parte publici decoris & ornatus ac lætitiæ par ratio est.

Cæterum prohibitioni huic occasionem præbuerunt Iudices, ut ex hæc leg. & l. 3. & 4. hoc ipso tit. ex Libanio liquet. Scilicet Iudices seu Rectores Prouinciarum, huius uel illius Ciuitatis gratiam plausumque (ut hæc leg. expresse dicitur) occupantes aliarum etiam Ciuitatum editiones eò transferre satagebant, pariter ut aliarum uerbium ornamenta; id quod haud semel, tribus uidelicet huius tit. legibus Iudices facere prohibiti;

Neque tantum Iudices ordinarij, id est, Rectores singularum Prouinciarum, uerum & dicecesion integratum, ipsinet, inquam, Præfecti Prætorio Amplissimi; ac multò magis Vicarij, uel etiam Proconsules: Quò pertinet lex 3. infr. ibi: Nemo Iudicum ex Prouincia solo equo Curules, Aurigas, Cines templet traducere. Vicarij quippe Præfectorum Prætorio pluribus Prouincijs præfuerunt, sicut & Proconsules Asiæ & Achaïæ, de quo ad eam legem. Non ab similibus sanè querela est Iuliani epist. 35. de Argiuis, qui tum recenti decreto ad *ἄνωγμένα*, id est, munera ferarum, quæ Corinthi exhibebantur, & sic ad *ἑσπέρην δέαν*, conferre, cogebantur: cum interea Argiui ipsi annis quaterenis quaternos ludos ederent: uidentia est ex Epistola: de quo dicam adhuc ad l. 4. infr.

¶ Illud obiter obseruandum, duo Edictorum genera hæc leg. memorari, Magistratus scilicet & Sacerdotis, quorum expensis ac sumptibus editiones ludorum procurandæ erant. De Magistratum seu Duumuirorum editionibus uidentia quoque lex 16. 29. 169 sup. de Decurion. & l. 4. infr. hoc tit. De editionibus uero Sacerdotum sunt hoc Cod. complures leges; præter hanc scilicet legem, lex 2. infr. de exp. ludor. lex 1. sup. de præd. Senat. l. 145. & 176. sup. de Decurion. Ad horum scilicet Sacerdotum curam & expensas inter alia pertinebat ludorum editio; erantque Sacerdotes hi Agonothetæ, seu uotiuua festiuitatis solennitas eorum nomen dedicauerat, ut loquitur d. lex 2. de exp. ludor. Ita quidem, ut in Metropolitanis ciuitatibus feruè Sacerdotes huiusmodi ludos ederent, ibi, aut in ciuitatibus, ut etiam hæc leg. ostendit, itémque lex 20. infr. de Pagan. & d. l. 145. 176. sup. de Decurion. ueluti Carthagine in Africa, quò pertinet dd. ll. tres. Horum munerum Sacerdotalium alibi quoque frequens mentio & uestigia, ut apud Tertull. lib. de Spectacul. itémque in *Actis Martyrum*, quæ apud Surium. De his tandem uide quæ dixi plura ad dict. leg. 1. sup. de præd. Senator.

II. * Imppp. Gratianus, Valentinianus & THEOD. AAA. Rufino PP. P."

NULLVS omninò Iudicum, aut Theatralibus ludis, aut Circensium certaminibus, aut Ferarum cursibus uacet, nisi illis tantum diebus, quibus uel in lucem editi, uel Imperij sumus scepra sortiti: hisque, ut ante meridiem tantum sollempnitati pareant, post epulas uero ad spectaculum redire desistant (In quo tamen omnes siue Iudices, siue priuati, nihil penitus auri præmio dandum esse cognoscent: quod solis licet Consulibus, quibus erogandi moderationem uitæ meritis permiffimus.) ¶ Illud etiam præmonemus, ne quis in Legem nostram, quam dudum tulimus, committat: Nullus Solis die populo spectaculum præbeat, nec diuinam uenerationem consecrâ sollempnitate confundat. Dat. xiii. Kalend. Iun. Heraclia, Honor. N. B. P. & Euod. v. c. c o s s. [386.]

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Iust. ut & ab Annalibus Ecclesiasticis Baronij, quò eam referri oportuit.
 "Rufinus PP. Orientis scilicet, quamquam Cynegij potius nomen hic reponendum uideatur, ex ipsâ temporum ratione: Rufinus quippe demum sub Theodosio & Arcadio Anno 392. Præfectus Prætorio factus fuit: uide Chronolog. Theodof. Nisi huic constitutioni alij Consules subscribantur; & quidem Arcadius tertium & Honorius 21. Consules, ut suadete uideantur lex 18. sup. de cohortal. & l. 12. infr. de Scenic. quæ Heraclia pariter date, eidemque Rufino inscriptæ: tandem, eodem mense Maio & Iunio, Quia & sicut hæc lex uenerationi Christianæ Religionis consulit, ita pariter d. lex 12. infr. de Scenicis. Tandem, nisi hic alium Rufinum putemus: fortè etiam idem ille, cui inscribitur lex 3. Cod. de off. P. V. quæ adnotatum habet Ann. 376.
 "Quilibet Spectabilis, ueluti Vicarius aut Proconsul.
 "Obserua tria ludorum genera, Ludos Theatrales, Circenses, & Venationes, Illi ludi sunt Scænici & Gymnici; Secundi, Equestres; Tertij, Ferarum, quibus Feræ exhibentur. Quæ & ipsa tria Spectaculorum genera Iudicibus uisurpata memorat Libanius, *ἡ δὲ τῶν ἐπιτροπῶν*, p. 95. Alioquin Theatrales ludi & Circenses, seu Theatrorum & Circensium uoluptas coniunguntur, l. ult. infr. hoc tit. & l. ult. sup. de Prætor. & tum Theatri, & Theatralium ludorum nomine ueniunt Ferarum cursus.
 "Ferarum, ueluti Visorum, Leonum, Pardorum, ut docet quoque Claudianus sine Panegyrici in Theodof. C O S. uide

uide & Symmachum passim.
 "p. incurfibus, uox hæc ferarum pugnis & dimicationibus, commissionibus propria.
 "Natalem duplicem Imperatorum hic nota: de quo dixi plenè ad l. 1. in fin. sup. de Feris.
 "Solennitatem hic, & infr. in fin. leg. uocat Ludos; de quo dicitur l. 2. infr. de exp. ludor.
 "Moderationis uox hæc Cod. pro moderatâ ratione accipitur: ut l. 149. de Decurionib. uide l. 2. infr. de exp. ludor. ubi dicitur.
 "uita, id est, dignitatis & honoris. "Non extat hæc lex.
 "Et hæc uocula persuadet, ad annum aliquem ceteriorem hanc leg. referendam.
 "Tilij Editio habebat, Nullum Solis diei populo spectaculo præbeat. Unde conficias, nullam Solis die populo spectaculum præbeat.
 "Similiter l. 1. sup. de Feris. Diem Solis ueneratione sui celebrem.

COMMENTARIUS.

HEODOSII M. hæc uenica hoc titulo lex de Spectaculis est; quâ is immoderato atque effuso IUDICUM in Spectacula studio, multiplici ratione occurrit, Anno D. 386. definitis partim temporibus ludorum, coarctato passim immoderato in ludos sumptu. Temporibus, inquam, definitis, ne alioquin Iudices popularitati & spectaculorum editionibus mancipati plus ludicris curæ tribuant, quàm seriis actibus, ut loquitur Valentinianus, immoderatum hoc studium pariter coarctens, l. 2. sup. de offic. Recl. prou. uel, ut loquitur Theodof. Iun. l. 3. infr. ne Iudices popularibus plausibus intemperatè seruiant. Tria igitur Theodofius M. de tempore, quo Iudices ludis vacare possint, statuit.

Primò, ut Natalibus tantum Principum, ludis vacare possint: Natalibus, inquam, geminis, genuino uidelicet quo nati sunt, alteroque Imperij Natali, quo scepra sunt sortiti; de quo duplici Principum Natali agitur quoque l. 2. de Feris, ubi dixi. Similibus sanè apud Dionem lib. 54. Augusti interdictio occurrit: *τοῖς γεννηθῆναι ἀποστασιῶν καὶ πικρῶν δὲ παροχῶν ἢ δὲ ἐν ἐκείνῳ ἔτει*. De *γεννηθῆναι* natalitii his alioquin Principum in honorem ludis, ut antiquiora omittam (quæ P. Faber 3. Semest. 29. congeffit) est & hic Diui Ambrosij locus, in oratione de Valentiniani Iun. obitu: *Ferebatur, inquit, primo ludis Circensibus delectari, sic illud absterfisti, ut ne sollempnibus quidem Principum Natalibus uel Imperiali honoris gratiâ Circenses putaret esse celebrandos*. Addatur & lex ult. Cod. de Feris. Ex quo pariter loco, ut ex hæc leg. patet, sollempnes Principum Natales peculiari iure imò cultu habitos, qui absque publica lætitia non transmittentur, quòsque aded omnes celebrarent: imò & Iudices ad id necessitate quâdam teneri sese feruè obtendebant, ne fortè inderuotionis erga Principem accusarentur, quod docebit quoque lex dominico, uelim. infr. & Libanius orat. *καὶ δευτέρω*, p. 62. *τῶν ἀειγυλιῶν ἢ ἐπὶ λέγοντι, ἢ τὸν φόβον τῶν ἀπὸ τῆς Σημίας, ἢ ἀπαλλοτρίωσιν: ἢ δὲ εἰς τὴν ἑσπέρην, ἢ τὸν φόβον τῆς ἀειγυλιῶν τῆς δέας, ἢ ἡμερῶν πῶν ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῆς ἀπάσης, οἱ δὲ οὐκ ἀνάσσει ἔρχου*, &c. id est, *Necessitatem uero si obtendant, merumque panem, fallunt: tempus quippe pomeridianum ab hoc metu liberum est: Necessitas uero spectandi, quorundam tantum dierum est, non cuiusuis: hi uero ueniunt, &c.* Secundò, Ante meridiem tantum Iudices spectaculis operam dare Theodofius M. iubet, non etiam post epulas ad Spectacula redire. Olim sanè quoque cum Spectacula à summo mane ad uesperam exhiberentur plerumque, producerenturque; aliisque esset meridianus ludus, alius matutinus: meridiani, Gladiatorum: matutini bestiarum: nimio in ea studio deputatum legimus, si quis etiam post

meridiem his interesset, si ante meridiem interfuisset; ut dicitur est ex aliquot Suetonij locis, *Augusto, cap. 45. Caio, cap. 34.* Itémque ex Diono. Verum Theodofius M. hæc leg. abscessit Iudicibus ad Spectacula redeundi post epulas facultatem admittit. Quod & ipsum Libanius *ἀπὸ τῆς ὀρασιῶν καὶ τῶν δευτέρω*, p. 62. ingerit: *ἢ πρὸ δέας ἡμερῶν τῆς ἑσπέρης: οἱ δὲ οὐκ ἀνάσσει ἔρχου* τῆς ἡμέρας μεσσηνίας, id est, tempus quippe pomeridianum ab hoc metu liberum est: hi uero quacunque diei parte ueniunt. Et quidem eodem fine (ut rationem inculcem) nempe ne à feriis actibus Iudices adducerentur. Et certè nisi mens malè augurat, uidetur Theodofius hanc leg. ex parte sanxisse ad illam Libanij Orationem quâ repræsentat immodicum Iudicum studium circa Ludos; dum & quibuslibet diebus, & quauis diei parte his vacarent: ad quæ prohibendâ Theodofium hortatur. Quam quidem Orationem non inanibus iam argumentis scriptam censeo circa Anno Domini 386. uel ipso Anno 386. qui & huic leg. subscriptus est. Fortè an & seditionibus popularibus uitandis id quoque constitutum fuerit: Nam & idem Libanius nominatim, ad Theodofium M. huius legis Auctorem *καὶ τῆς εὐνοίας, de Alexandrinis agens: οἱ τὸ δέας ἔχου*, inquit, *τὸ ἄσπετον ἀπὸ τῆς πολέμου ἔρχου*.

Tertid, Solis die, id est, Dominicâ, (quâ de appellacione dixi ad l. 1. sup. de Feris.) Spectacula hæc iteratâ iussione præberi Theodofius M. uetat: iteratâ, inquam, quod hæc leg. indicat. Ut maximè scilicet uotiuua, die Dominico compleri possint, ut sunt Emancipationes, Manumissiones, l. 1. sup. de Feris, non tamen Spectacula edi: quod & tertiâ constitutione Theodofij Iun. prohibitum: putâ l. Dominico, infr. ubi plenius. Quinimò & in Occidente, ac nominatim in Africa id ab Honorio Imp. sanciri, Patres Africani Anno 401. aliquando petiere, ut docet *Can. 61. Cod. Afric.* Et hæc de tempore ludorum edendorum; & sic de priore huius leg. parte. Ex quibus apparet quàm malè hanc leg. Vir doctus committat, cum eo quod Ambrosius de Valentiniano Iun. ait, cum ne Valentinianum quidem hæc leg. Auctorem habet, sed Theodofium.

¶ Secundo capite EXPENSIS Iudicum & priuatorum simul, hac constitutione Theodofius M. modum imponit, de quo erit peculiaris tit. de exp. ludor. Huius interim constitutionis hæc sententia est; Aurum pro præmio, solis Consulibus exceptis, & his quidem nonnisi moderatè, nulli erogare licere: de quo ad l. 1. d. tit. de exp. ludor.

Christianitatis magistra, à cunctis iure celebratur. Græci vertunt; ἡ δὲ μίσην τῆ παλαιῆς ἡθ' ἀγίων Ἀποστόλων γίνεσθαι. Ex quibus illud in genere liquet, diebus Pentecostalibus commemorationem Apostolicæ passionis celebratam. Quænam autem hæc Passio Apostolica? Putet quis non aliam Apostolicam passionem accipi oportere, quàm D. Pauli: Cuius sanæ passionis initium incidit in Pentecosten, vt docet Act. cap. 21. Sic vt post diem Pentecostes aliquos diebus deinceps Ecclesia Christiana passionis huius Apostolicæ commemorationem instituerit, velut magistræ totius Christianitatis, vt quæ veri Martyrij, & veri Confessoris luculentissimum specimen & exemplum foret. Certè apud Græcos postea Ἀπόστολος propriè Paulus, & ἡ δὲ δόξα τῆς Ἀποστολῆς apud Cædinum cap. 1. de offic. Eccl. const. Doctor singularis Epistolis Pauli explicandis, quam interpretationem non admitto. Item nolo, Apostolicam passionem hîc dici, pro infusâ cœlitus in Apostolos Spiritus Diuini gratiâ, & spiritali Baptismo; quomodo aliqui de Deo pati dicebantur. Numinis pleni, ἕως οὗ, θεοφορέουσαι, θεολητοί, θεοκἀτοιχοί, &c. Tertull. Apolog. c. 23. Equè prodicatur aliquis ex iis qui de DEO PATI existimantur; qui aris inbalantes, numen de nidore concipiunt, &c. Virgil. lib. 6. Æneid.

At Phœbi nondum PATIENS immanis in antro
Baccatur vates, magnum si pectore possit
Excussisse dentis: tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera cordâ domans, fingitque pre-
mendô.

Vbi Seruius, *nondum Patiens*, interpretatur *qua nondum possit implere Oraculorum sermones*. Ex Ambrosij sermone 61. de Pentecoste, apud Gratianum de consecrat. distinct. 4. cap. 90. quoque liquet, in Pentecoste lectionem solemnem fuisse de Aduentu Spiritus sancti in Apostolos: *Sequitur spirituale signaculum quod audistis hodie legi*, &c. vbi Gloss. *Hodie*, scilicet in die Pentecostes: *quia lecta fuerat Epistola de Aduentu Spiritus sancti in Apostolos*. Non, inquam, duas superiores Interpretationes hîc admitto, quia omnibus Pentecostes diebus hanc commemorationem factam hæc lex indicat. Quid igitur? Ioan. Chryostomus, & Augustinus, veram nobis interpretationem & indubitaram suggerunt: Nempe ex veteri Patrum instituto in totâ Pentecoste lectum esse in Ecclesia Librum Actuum Apostolicorum, de quo expressa extat illius hom. 63. tom. 5. edit. Paris. τὸν δὲ βιβλὸν αὐτῶν ἐν τῇ Πεντηκῆστῃ ἀναγινώσκουσιν: vbi rationem reddit istius instituti, cum alioquin Acta Apostolorum post Pentecosten initium ducant: & aliâ in Ecclesia, sua quaque die, ea legerentur, quæ eâ euenerant: veluti in die Crucis, omnia legerentur quæ ad Crucem pertinent; & in Magno Sabbatho, quæ & eâ die euenerunt: & hanc quidem, quod quemadmodum statim post Crucem Resurrectio Christi annuntiatur, ita statim post Crucem & Resurrectionem Patres Acta seu miracula Apostolorum legi voluerunt, quod miracula Apostolica sint demonstratio Resurrectionis Dominicæ; Liber verò Actuum, nihil aliud sit quàm doctrina miraculorum Apostolicorum. Eundemque morem perstringit idem Chryostomus, in initio homilia 33. in cap. 12. Genesios, p. 478. edit. Paris. Quintimò & ex Gregorio Nazianzeno orat. 43. in vici ἀρχαῖω, in fin. disco, Martyrum quoque aliorum martyria tum publicè commemorata. Augustini locus hic est, tract. 6. in Euangel. Ioan. Actus Apostolorum testes sunt: ille Liber Canonicus omni anno in Ecclesia recitandus. Anniversariâ solemnitate post

Passionem Domini nobis illum Librum recitari. In genere notum iam aliunde vel ex Ambrosio, & Augustino, Lectiones ex vtroque Testamento solemnes in Ecclesia olim fuisse, & quidem statas, ex orbe, ac nominatim ex Nouo Testamento, quæ ἀποστολικά γέγραπτα postea dicta, & ἐναγγελιστέα: cuius rei luculentum testimonium in Hippolythi Episcopi Paschali occurrit, vbi Lectiones huiusmodi designantur in cellulis aræ laterculi; vt ecce, ἡμεῖς Χριστῶ, quotannis ex primo Matthæi, & ἀποδὲ ἀνοκτερώσῃ, siue Ἐγμονάς Natalis Christi legebatnr x. i. Phatmurthi, quo tempore quidam natum Dominum putabant, vt scribit Clemens Alexandrinus. Ita ἀπόδ. Χριστῶ, die Passionis Dominicæ; id est, ex quorundam sententiâ, 25. Martij, aliâque quæ in eo Canone videre est, & Scaliger explicauit. Sic certum, Passionem Christi recitatam olim proximè antequam concio haberetur de eâ: testis Augustinus sermon. 144. 146. Leo Magnus non vno loco: sic quidem vt in Africanis Ecclesiis ex Matthæi dumtaxat Euangelio ea recitaretur, d. serm. 144. Quomodo & Passiones Martyrum ante concionem publicè recitaretur ceu Anniversarij eorum dies celebrabantur. Ergo Passio Apostolica hîc, pro Actibus Apostolorum dicta fuerit: quo sensu certè Passiones passim Sanctorum dicuntur pro Actibus eorum & vita omni. Sic igitur Liber Actuum Apostolicorum ἀποστολικά γέγραπτα fuit τὸ πεντηκῆστῶρον, quomodo recentioribus Græcis πεντηκῆστῶρον dictum Officium ab ipsa die Paschatis ad Octauam Pentecostes, quæ Dominica ab iis Omnium Sanctorum appellatur: de quo vid. dissertat. 1. Alati de libris Eccl. Græcorum, p. 77. 78.


VII. ¶ Septimò obseruandum, *Apostolicam Passionem Christianitatis magistræm, hæc leg. vocari*; nempe posteaquàm infusâ cœlitus Spiritus sancti gratiâ, Apostoli sparsâ Christianam fidem magisterio suo propagauerunt. Sanè & ita Apostolos τῶν δικημάτων, seu τῶν νόμων παιδευτῶν etiam Ioannes Chryostomus, tum alibi, tum in eadem re versans, λογ. πῆδ. in sanctam Pentecosten vocat, tom. 5. Sautilian. pag. 980. & seq. λογ. πῆδ. p. 982.

VIII. ¶ Octauò obseruanda plurimum vltima huius leg. sententiâ, quæ Ampliationem quandam continet inde, *Ac ne quis existimet*, &c. quæ sanè sententiâ haud postrema huiusce legis ferendæ occasio continetur. Nempe eâ Theodosius Iun. indicat, aded festis diebus Spectacula se vetare, vt etî Natalis aliquis Imperatorum in aliquem ex prædictis diebus incidit, Spectacula iis edi nolit. Quem vtique scrupulum, si Theodosius Iun. populorum animis non eruisset, futurum erat, vt indeotionis in Principem notam deinceps nonnulli subuerentur, si Natalem fortè aliquem Principis, vel aliam solemnitatem Imperialis honoris gratiâ (vt Ambrosius in Valent. obitu p. 6. loquitur) in diem Deo etiam festum incidentem, solitâ deuotione & sollemnibus spectaculis, veluti ludis Circensibus prosequuti non fuissent: *Existimantes* (vt hæc lex ait) *in honorem Principis, veluti maiore quadam Imperialis officij necessitate se compelli*, &c. Sanè & Libanius, orat. ad ἡθ' δεομολῶν, de vinctis, pag. 62. hunc ipsum Iudicium seu Magistratum scrupulum merumque repræsentat, ad spectacula in honorem Principis obeunda, necessitate quadam ἀνάγκη teneri se aientium, seriûsque aded actus eo obtentu negligentium: vbi & hanc necessitatem paucorum dierum esse ait: quod lucem accipit ex l. 2. sup. hoc tit. Ad quem locum hæc leg. iam notauit. Quare & eo nomine Ambrosius Valentinianum Iun. commendat, d. p. 6. quod

quod cum antea ludis Circensibus delectari ferretur, sic illud absterit, V T N E solemnibus quidem Principum Natalibus, vel Imperialibus honoris gratiâ, Circenses putaret celebrandos. Verum Theodosius Iun. superiori scrupulo hanc religiosissimam sententiâ & rationem opponit; *Quod tunc maximè Mansuetudini Nostræ* (Imperatoris) *ab humano genere deseritur, cum virtutibus Dei omnipotentis ac meritis vniuersi obsequium Orbis impenditur*. Honor scilicet Principis infra diuinæ Religionis contemptum consistere debet. Et ita quidem hæc postrema pars huiusce legis intelligenda est; non, vt peperam Vir doctus fecit, de Imaginibus Imperatorum coronari, faustisq; acclamationibus excipi in solemnibus Spectaculis solitis; verum de Spectaculis, quæ in honorem Principis eiusque Natalibus specialiter exhiberi consueverant. Eadè planè ratione Constantinus M. ad lustrorum quoque sacrificia Christianos adigi noluit, l. 5. infr. de Episcop. vbi vid. quæ dixi plenè.

IX. ¶ Nondò obseruandum, non Christianis tantum hæc leg. interdici Spectaculorum celebritate his festis diebus, verum etiam Iudæis & Paganis: Nempe nil interest, à quo dierum horum celebritas & venatio publicis, de fœdis, imò sæpè impiis voluptatibus confundatur: Nam & vicuersâ eadem ratione Iudæi quoque & Pagani die Dominico exigi vetiti.

X. ¶ Postremò, cum primis obseruanda illa, *cum virtutibus Dei omnipotentis ac meritis vniuersi obsequium Orbis impenditur*: quibus ostenditur causa dierum festorum, & quod vnicè respexerint: nempe vt virtutibus Dei & meritis obsequium orbis impenderetur; quâ causâ & *Supplicationum dies* dicuntur; vnde etiam apparet, nullos dum festos dies institutos, per quos virtutibus aut meritis hominum, Sanctorum obsequium orbis impenderetur, iisque supplicaretur. Et si verum illud, non magis in honorem Martyrum, quàm ad Christianorum magisterium & profectum, Martyrum Natales Synaxi seu conuentu in Ecclesiam celebratos: zelo pietatis, vt publici isti solemnèque conuentus essent velut ludi quidam, & Pædagogi animarum, vt Martyres colentes, insignem eorum pietatem imitarentur, & Doctoribus eâ occasione congregatis aurem præbentes, profuturum aliquid ignoratumque antea discerent, quod ad dogma confirmandum, aut ad ambiguam obscuramve scripturæ locum explicandum, aut ad morum & vitæ emendationem pertinet: vt discretè ac tempestate scribebat Gregorius Nazianzenus, & Asterius Amaseæ in Cappadociâ Episcopus, homilia 3. aduersus auaritiâ, p. 31. Nondum igitur Martyrum Natales festi, supplicationumque dies, sed stationum tantum & συναξῶν in Ecclesia dies fuere.



DE MAIUMA.
 TITVLVS VI.

XI. COD. IVST. XLV. Porro post Titulum generalem de Spectaculis, sequuntur quinque species Spectaculorum seu ludorum. Primò, *Maiuma*, (quæ festiuitas est populi:) de quâ hoc tit. 6. Secundò, *Scanici*, tit. 7. (cuius tituli appendix est quoque tit. 8. de Lenonib. & tit. 9. de expens. ludor.) Tertio, *Circenses*, titulo decimo, de equis curulibus. Quarto, *Venatio*, tit. 11. de venatione ferarum. Quintò, *Gladiatores*, tit. 12. de Gladiatoribus.

PARATITLON.

MAIUMA Rubr. & l. 1. & 2. hoc tit. Spectaculum erat, l. 2. (seu latitiæ genus, l. 1.) fœdum atque indecorum, d. l. 2. procaci licentiâ, d. l. 2. Hoc prohibitum aliquando per Orientem, ab Arcadio restitutum: Sic tamen vt honestas & verecundia in hoc seruaretur, l. 1. verum, cum honestas non seruaretur, idem mox triennio post rursus id prorsus inhibuit: l. 2.

I. * Impp. ARCAD. & Honorius AA. Cæsario PP. P."

CLEMENTIÆ Nostræ placuit, vt Maiumæ prouincialibus Ixittia redderetur: Ita tamen, vt seruatur honestas, & verecundia castis moribus perseruetur. Dat. v. i. Kalend. Mai, Constantinop. Arcadio IV. & Honorio I I I. AA. COSS. [396.]


NOTÆ.

* Lex vnic. Cod. In fin. hoc tit.
 Cæsarius PP. ORIENTIS scilicet sub Arcadio: vid. Prosopogr.
 Quibus? An certè cuiusdam Prouinciæ, veluti Syriæ Cæles? an verò cuiuscunque tandem Prouinciæ, sub PP. Orientis?
 Y y 3

Daphnes morbus longo tempore, donec illam ierunt... Libanij locus est Oratione hactenus inedita...

οὐκ εἰς τοὺς Μαιουμῶν ἐν Σοφιστοῦ ἐκδοσὶν ἀπὸ σέως... Praterca, inquit, Imperator facta Maiu-...

Sub CONSTANTINO M. Maiumam celebratam puto. Sub CONSTANTIO proculdubio vetita; de quo Libanius...



DE SCÆNICIS. TITVLVS VII.

XI. COD. IVST. XL.

Adde & de Gymnico agone, l.7. & de Agitationibus, l.12.

PARATITLON.

SCÆNICI, Rubr. & l.1.2. hoc tit. (qui & Scænici plebeij, l. vnic. infr. de usu sellar.) itémque Scænicæ, l. 1. 8. seu Scænicæ mulieres, l. 8. erant, qui, quæve spectaculo...

officia dicuntur, l. 4.9. Scænicum præiudicium, l. 4. & 9. Scænicæ voluptatès, l. 29. supr. de Pratoribus: & apud Symmachum, lib. 10. epist. 19. Scænici artifices ibid. artifices Scænarij, Marcellino lib. 18. p. 401. cuius pars Proscenium, l. 12. seu in pulpito, l. 8. quæ & Thymela; vnde Thymelici: l. 1. 2. hoc tit. & l. 2. 1. supr. de Pistor. & Thymelicæ, l. 5. vnde & Thymelæ actuarij, l. 1. 1. 2. 2. supr. de diu. off. & in his pfallendi arte, vt fidicinæ, quæ prohibita, l. 1. vcl gesticulatione, vt mimæ, l. 1. 1. 2. 1. 3. Pantomimi, d. l. 1. 1. Histriones, d. l. 1. 2. Huiusmodi porrò Scænici, vt per vniuersum orbem erant, ita nominatim Romæ, l. 1. 4. 5. 6. 8. per Africam, l. 2. 3. 9. 13. & in Oriente, l. 10. 11. vid. & l. 2. 1. 2. 2. supr. de diuers. offic.

Personæ porrò hæc omnes, inhonestæ personæ vocantur, d. l. 1. 1. eorumque munus, turpius: l. 4. & immemores honestatis, qui sibi eas sociant, l. 5. hoc tit. Ideoque etiam vsus sellarum his, & sedendi, & conueniendi in publicum facultas denegata erat: infr. tit. de usu sellar. Et Imagines eorum in aditu tantum Circi, & proscenii theatri, locabantur: l. 1. 2. hoc tit. & Mimis nonnisi certis vestibus & ornamentis vti licuit: l. 1. 1. 1. 2. Viciissim Scænicis pro præmio imagines erectæ in aditu Circi, vel Theatri proscenii: d. l. 1. 2. His porrò obsequiis debebantur nominatim mulieres vinculo naturalis conditionis, l. 4. ex viliori sorte progenitæ, aut huiusmodi fæcæ l. 4. 9. ex Scænicis natæ vulgarem vitam exercentes, l. 2. turpibus complexibus se volutantes: l. 8. Atque hi l. 2. Cod. de offic. Præfecti Vrbi, dicuntur, homines populares alma vrbi Editioni (non seditioni) obnoxij. Editioni, id est spectaculis, vt l. 1. supr. de spectaculis, & l. 2. supr. de offic. Rector. pron. In tantum etiam his obsequiis tenebantur, vt declinare officia scænica, Scænici; Scænicæ, vel ex his nati natæve non possent; sed præiudicio à contubernio Scænico reuocari; exceptis casibus sequentibus. Primò, si in periculo mortis Sacramenta & extrema suffragia consecuti fuissent, & superuixissent, l. 1. Secundò, si nullo mortis periculo Christianæ factæ fuissent: l. 4. 8. 9. Tertio, si ex Scænicis natæ, probabilem, non vulgarem vitam exercentes: l. 2. Quarto, ex Principis beneficio, d. l. 4. (quod reuocatum l. 1. 3. seu ultim. hoc tit.) Quinto & Thymelicam abducens, vel domi suæ retinens, quinque libris auri multabatur, l. 5. Et hæc de Scænicis.

Præter hos agitur hoc titulo & de Gymnico Agone, l. 3. & de Citcensi certamine, l. 7. in quo qui sese exercebant, Agitatores dicti, l. 1. 2. hoc tit. & l. 1. 1. supr. de malefic. & Mathem. seu agitandi munus exercentes, d. l. 7. qui & Magiæ seu maleficij crimine infamati erant, d. l. 1. 1. qui & Aurigæ dicuntur, d. l. 2. 1. supr. de Pistor. & l. 3. supr. de Spectacul. & aurigandi studio detineri d. l. 2. 1.

De Scænicis in periculo vita SACRAMENTA Christiana Fidei postulantibus: Et cautionibus eam ad rem: idque adeptis.

I. * Imppp. VALENTINIANVS, Valens, & Gratianus, AAA. ad Viuentium p. v."



CÆNICI & scænicæ, qui in vltimo vitæ, necessitate cogente interitus imminentis, ad Dei summi Sacramenta properarunt, si fortassis euaserint, nullâ posthac in Theatralis spectaculi conuentione reuocentur. Ante omnia tamen diligenti obseruari ac teneri sanctione iubemus, vt verè & in extremo periculo constituti, id pro salute poscentes (si tamen Antifites probant) beneficij consequantur: Quod vt fideliter fiat, statim eorum ad Iudices, si in præsentia sunt, vel Curatores vrbium singularum, desiderium perferatur: Quod vt inspectoribus missis, sedulâ exploratione quæratur, an indulgeri his necessitas poscat extrema suffragia. Dat. III. Id. Febr. Triu. Gratiano A. I. I. & Probo c o s s. [371.]

NOTÆ.

* Non extat hæc lex in Cod. Iust. Retulit eam rectè in Annales suos Baronius, Ann. 371. n. 128. Tribuenda hæc lex est Valentiniانو (Seniori scilicet.) Reponendum hic PP. Viuentius enim P. V. fuit, Anno 367. vt præter Ammianum Marcellinum lib. 27. p. 361. ostendit lex 11. supr. de panis, lex 3. supr. de indulg. crim. Atenim Viuentius P. P. fuit hoc Anno, cum eo ipso Ampelius esset P. V. vid. Chronolog. huius anni, & Ammianum Marcellinum lib. 28. vide & quæ noto ad l. 1. infr. de equis Curulib. In extremo periculo inf. vtore ipsi antea Gentiles. Sacramentorum vocem hic obserua: de quâ alibi: μυστήριον ἀποκρύφου. id est, conualuerint. vel tollenda vox, in: vel, quod malim, in theatralibus his ludis, vid. & Ambros. 2. off. 21. Turi, passiuè: Nisi putet quis legendum (quod omnino exitimo) ac quari: ita mox in fine, sedulâ exploratio- ne quæratur. Sanctione, id est religione, sanctitudine, sanctimonia. Tom. V. Z z Amistites.

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Justin. Concordat autem, ei lex 4. infr. vers. ens enim. Juliano huic ex Magistro memoria, qui & Rusticus Iulianus integrioris nomine, Proconsuli Afric. inscribitur & Anno prox. 372. lex 12. infr. de divers. offic. & Anno 373. l. 1. infr. ne Sancti. Baptism. Eiusdem meminit & Ammianus Marcellinus lib. 27. p. 366. quem bestiarum more humani sanguinis avidum fuisse scribit: quod ostendit, cum Proconsulatus potestate regeret Africam. Hic idem postea à Maximo Tyranno, P. V. factus, eodem teste: ex quo & illud colligitur illum Gallum fuisse. Probabiles: de hac voce mox. Vulgarum vitam exercere est, volgiuagam venerem exercere. Hinc vulgaria mulier Plauto: Vulgares puella Ouid. 4. Fastor. Moguntiaci hoc tempore constitit Valentianus, vt iuxta hanc leg. testatur quoque Ammianus Marcellinus lib. 29. p. 426. bello videlicet contra Alamannos, & in his Buccinobantes, quæ contra Moguntiacum gens erat Alamanna illigatus, vt ibidem Marcellinus, vbi & meminit Florentij Ducis Moguntiaci siue Germaniæ, variant enim hæc in re editiones.

COMMENTARIVS.

FILIAE seu MULIERES NATÆ ex Scænicis & ipsæ conditioni Scænicæ olim promittuè adscriptæ erant, vt præter hanc legem docet lex 4. & 9. infr. Et Christiani tamen Principes id ita temperandum duxere, si & ipsæ vulgarem vitam & inhonestam viuerent, alioquin si probabilem seu honestam vitam agerent, eas vinculo naturalis conditionis exemerunt Valentianus Sen. hæc leg. & Gratianus & Valentianus Iun. filij eius d. l. 4. 8. & 9. ac maxime si sacratissimæ Religionis Christianæque fidei mancipatæ essent, d. l. 4. 8. 9. infr. Quod fortè an & hæc voce, probabiles, exaudiendum fuerit: quomodo & probabilis seculo disciplina, pro Clericatu, effertur l. 44. infr. de Episcopis. Alioquin probabiles omnes, quæ probatam & laudabilem vitam agunt, quibus & melior viuendi vsus est, vt l. 4. infr. Spartian. in Getâ.

In vita priuata est minus probabilis minus tamen reprehendus. Symmach. lib. 3. epist. 62. Felix probabilis & honestate vita & exercitatione militia: & lib. 9. epist. 37. Nobiles probabilisque persona, &c. Quæ Christianorum Principum moderatio, sanctitas, religioque fuit, paulatim honestas mulieres à scæna reuocantium liberantiumque: Et nominatim quidem Valentianus Sen. vt hæc leg. ita & l. 1. supr. & Valentianus Iun. l. 4. & l. 8. 9. infr. Notandum porro hanc legem ad Africam propriè pertinere pariter vt l. 3. 9. 13. seu ultim. hoc tit. itémque lex 145. supr. de Decurion. ex quibus liquet, Populum Africanum Spectaculis maxime indulgisse: de quo ad d. l. 13. seu ult. vide & Saluianum, & idè ad ea eos cohortatur Imperator l. 3. prox.

Gymnicus agon per Africam restituitur à Gratiano.

III. * Imppp. Valens, Gratianus & Valentianus AAA. ad Hesperium Proc. Afric."

NON inuidemus, sed potius cohortamur, amplectenda felicitas populi studia, Gymnici vt Agonis Spectacula reformentur. Verumtamen, cum Primates viri populi studiis ac voluptatibus grati esse cupiant promptius, permittimus, vt integra sit voluptas quæ volentium celebretur impensis. Dat. vt. Id. Mart. Triu. Valente v. & Valentiano AA. C O S S. [376.]

NOTÆ.

* Lex 1. Cod. Just. de Spectaculis & Scænicis. Cæterum hanc legem intellexit Balsamo in Photij Nomocanonem, t. 13. c. 23. de quo mox. Hesperij huius Proc. Africæ meminit & Ammianus Marcellinus, lib. 28. extremo, p. 409. Sic quidem vt post Valentianum Sen. mortem (quæ vtiq; congruit Anno superiori 375. extremo) sub Gratiano eum Proconsulem Africæ fuisse disterrè restetur. Hic filius fuit Aulonij, qui ipse Proconsulatum hunc filij sui Hesperij indicat in epicedio patris, vbi ita Patrem suum (Auum Hesperij) inducit de se Aulonio loquentem, Huius ego & NATVM & generum (intellige Thelassium) Proconsule vidi. Hic idem postea Præfectus Prætorio fuit: de quo alibi. De hoc iam dixi ad legem superiorem. Imitatio Virgiliana: Ne equidem inuideo, miror magis. id est, Quæ felix populus atque alij pace capessere vel amplecti potest: Tertullianus diceret, Populos temporum prosperos. Studi, vox, hæc & vers. prox. hæc in re propria: In re inquam ludica & athletica, vti notum. Reformantur, id est restituantur, eorumque agitandorum copia referretur. de quo. de Primatibus dixi ad tit. de Decurionib. infr. Interim locus hic vitium sonat: quem ita restituum & interpongam: Verumtamen, quod Primates Viri populi studiis ac voluptatibus grati esse cupiant promptius, permittimus, vt, &c.

COMMENTARIVS.

Gymnicum agonem, siue Athleticum ludum, & sic luctam, pancratium & pugillarum & similes, (de quo ex professo scripserunt Viri Clari) desitum aliquamdiu per Africam Proconsularem, & quidem proculdubio Kar-

thagine, totius Prouinciæ Metropoli: quomodo pugilum, nominatim certamina aliquoties vetita discimus ex Ammiano Marcellino lib. 14. de quo ad l. 1. infr. de Gladiatoribus. Gratianus Imp. hæc constitutione sua restituit: Quomodo & Honorius postea

postea Africanos Sacerdotes Karthagini restituit, ibique arbitrato suo cum fauorabili editione agere voluit, l. 145. supr. de Decurion. Populus scilicet Karthaginensis in hæc ludica pronus admodum fuit; vt præter hanc leg. docuit quoque lex 2. prox. supr. docebit & lex 9. & lex ultim. infr. hoc tit. adè quidem vt peculiaris ibi voluptatum Tribunalis, extiterit, id est Spectaculorum Tribunalis, d. l. ultim. Atque eò pertinent prima illa huius leg. verba: Non inuidemus, sed potius cohortamur amplectenda felicitas populi studia.

Ita tamen quæ secunda huius leg. pars est, & limitatio, Gymnicum agonem Aftris restituit hæc leg. Gratianus, vt à volentibus tantum eum edi velit suâ sponte non inuitis. Cui congruit etiam Theodosij lex de Sytiarchiæ munere, putâ lex 103. & de Agonothesia in genere, l. 109. supr. de Decurion. & d. l. 145. ibi, arbitrato suo. Nempe (vt sine legis dicitur) non est integra voluptas, seu voluptati multum detrahatur, nisi ea impensis volentium celebretur. Igitur quò (nam ita hîc respono) promptius Primates, populi studiis ac voluptatibus grati esse cuperent, volentium impensis id permisit. Et verò, si bene mens augurat, idè quoque Gymnicus agon exoleuisset in partem videret, quod inuitis hoc onus agonis edendi imponeretur, quod in cuiusque arbitrium nunc confertur. Et si alia quoque ratio quandoque fuit Gymnici agonis tollendi alicubi, quia mores inficerebat: exemplum apud Plinium lib. 4. epist. ... Et hæc illa iam constitutio est, quæ in Cod. Iustiniano extat l. 1. Cod. de Spectaculis, quàmque Theodorus Balsamo, in Photij Nomocanonem, tit. 13. c. 23. intellexit, cum dixit, primo capite, lib. 11. tit. 40. sancitum fuisse: Præ nemo inuitis certamina ederet, sed voluntarios sumptus faceret; vnde quidam argumentum ducunt, legem illam ampliozem fuisse iam olim, quàm hodie ea legatur in editis exemplaribus. Malè. Nam imò hoc illud

est omnino, quod illà l. 1. seu hæc leg. 3. in fin. dicitur.

Ex hæc interim quoque lege liquet, non Duumuiros & Sacerdotes tantum ludos edidisse, de quo ad l. 1. supr. de Spectaculis: verum alios quoque Primates, Cutiæ scilicet, qui inter Decuriones primi erant: de quibus suo titulo supr. de Decurion. & ad l. 13. supr. de Legatis: & quidem Gymnicos agones: de quo est etiam Libanij locus in Antiochico, p. 358. Quo loco Antiochenorum Curialium in patriam sumptus effulos prædicat; ἵππος εὐκέρως ἄλλοις ἀνάλουσι εἰς ἀγῶνας ἰππικῆς τῆς γυμνικῆς, &c.

Cæterum hæc illa proculdubio est constitutio, quæ cum Valentis nomen præferat, & quidem primo omnium loco, Hieronymum in Chronico (si Hieronymi id est) in errore induxit, vt scriberet (& quidem Anno perperam adscripto) Agonem Constantinopoli à Valente redditum. (Nam quod Cedrenus Anno Valentis, 7. scribit, p. 256. Valentem Paganis potestatem dedisse ἑὐνάς ἢ ἀγῶνας ἰππικῆς, id iam alio pertinet.) Diceret debuit Scriptor ille, Agonem Carthagini à Gratiano redditum: Scilicet non idè, quia Valentis nomen huic legi inscriptum est, idè Valenti ea adscribenda venit. Mos quippe tum fuit, omnium Imperatorum, qui eo tempore conregnabant, nomina constitutioni quamlibet ab vno latæ inscribi. Quod etiam cum Cedrenus non nosset, tanquam singulare aliquid, p. 256. notauit, Valentianum Edicto cuidam à se promulgato, Valentis & Gratiani quoque nomen adscripsisse.

Hic interim illa noranda: non inuidemus, sed potius cohortamur [ad] amplectenda felicitas populi studia: Ed scilicet ludicras artes nonnullas in Republica aliquando rectè tolerari: de quo iam quoque dixi ad l. 2. supr. de Maiuma: si Dei iniuriam non contineant, si proximi scandalum absit: si non eam malis moribus incentium præbeant.

Filiae Scænicorum quenam ad scenam reuocari possint vel non.

IV. * Imppp. Gratianus, Valentianus & Theod. AAA. ad Paulinum P. v."

MULIERES, quæ, ex viliori forte progenitæ, spectaculorum debentur obsequiis, si scænica officia declinarint, ludicris ministerijs deputentur. Quas necdum tamen consideratio sacratissimæ religionis & Christianæ legis reuerentia suæ fidei mancipauit: eas enim quas melior viuendi vsus vinculo naturalis conditionis euoluit, retrahi vetamus. Illas etiam feminas liberas à contubernio scænici præiudicij durare præcipimus, quæ Mansuetudinis nostræ beneficio, expertes muneris turpioris esse meruerunt. Dat. vt. Id. Kalend. Mai. Med. Gratiano v. & Theod. II. AA. C O S S. [380.]

NOTÆ.

* Reperitur hæc lex totidem penè verbis l. 9. infr. vtraque à Batonio omiſsa, quæ tamen in Annales Ecclesiasticos referri meruit. Iungenda porro huic videtur lex 5. prox. Paulino huic P. V. inscribitur quoque d. l. prox. Erat autem hoc tempore Damasus Episc. V. R. Cuiusmodi fæce l. 9. infr. id est, retrahantur (quæ voce mox vititur) in scenam. Prima exceptio. Melior viuendi vsus, id est, probabilis vita & Christiana disciplina fideique. & exoluit. Secunda exceptio. An rescribendum à contubernio scænici præiudicio? Nil opus: nam & ita quoque habet lex 9. infr. Turpe munus scænicorum, hæc leg. de quo ad leg. 12. infr. Aristænetus quoque epist. 19. de scænica quadam agentis at agens ἰππικῆς vocat: vid. & initium eius epist. v. Kal. Mai. d. l. 5. prox. Mediolani Valentianus Iun. hoc tempore consistebat: vide & d. l. 5. infr.

AD VRBEM ROMAM, eiusque Scenicæ pertinent quinque sequentes Gratiani & Valentiniiani Iun. constitutiones, intra vnus anni spatium per duos Consulatus datæ. Hæc sanè constitutione Valentiniianus Iunior MVLIERES, seu FILIAS, quæ spectaculorum obsequiis debentur, seu contubernio scenici præiudicij vinculo naturalis conditionis tenentur, scenicam conditionem declinantes in scenam reuocari iubet Anno D. 380. seu ludicris ministeriis deputari: vt hæc leg. dicitur & l. 9. infr. id est scenicis voluptatibus: Ludicrum est, quod sui spectaculo ludum facit. Sic Ludicra artes, l. 2. infr. de Maiuma: Ludicra simpliciter, l. 2. supr. de offic. Reſtor. prouino. Artes ludicræ Marcellino, lib. 14. p. 15. Neque enim audiendus Vir aliàs Doctissimus in leges Atticas, p. 75. qui his verbis indicari putabat, mulieres, de quibus hæc agit, non in genere tantum ad scenam reuocandas, verum idolorum pœnæ loco, vt cogerebantur ridiculas anus pœnæ repræsentare, arg. l. 8. infr. eod. ibi, donec anus videlicet senectute deformis. Quæ & ipsa verba perperam accipiuntur, vt ibi dicam. Ergo Scenæ debent mulieres hæc l. & d. l. 9. ludicris ministeriis deputari, id est, ad scenam reuocari iubentur. Quæ regula huius leg. initio proponitur.

¶ Mox tamen Exceptiones duæ subiunguntur, duoque aded euitandæ Scenicæ conditionis modi proponuntur, pariter vt l. 4. supr. 8. & 9. infr. Primum scilicet VACATIONEM à Scenicâ conditione tribuere vult mulieribus Scenicis, quæ vinculo naturalis conditionis ex viliori sorte progenitæ spectaculorum debentur obsequiis, Religionem Christianam. Nempe Religionem Christianam professæ, Scenâ & scenicâ conditione liberantur; quod quidem Christianæ Religionis reuerentiâ à Valentiniiano Iun. & Gratiano hæc leg. d. l. 8. & 9. infr. constitutum est, seu vt hæc leg. dicitur consideratione sacratissima religionis, & Christianæ legis reuerentiâ: editâ hæc constitutione Mediolani, proculdubio ad Ambrosij Mediolanensis Episcopi cohortationem, qui & aliarum piissimatum Constitutionum in venerationem Religionis Christianæ Valentiniiano Iun. Auctor fuit. Nempe cum pij Patres, pius Ambrosius Scenicarum Spectacula prorsus abolita sperare non possent, id saltem emeruere, ne Christianam Religionem professæ, vel etiam probatis moribus mulier in pulpitu descendere, seu in scenam retraheretur. Nam vt probatæ vitæ contraria hæc professio est, quæ & idèd minus turpius hac lege vocatur, ita vel maximè Christianæ Religionis deditur est. Religio scilicet Christiana melior est viuendi vsu, vt hæc leg. vocatur, quàm vt in scenam Christiana mulier prodire debeat aut possit: Denique quam fidei suæ Christiana Religio iam mancipauit, seu quæ Scenica Christianam fidem amplexa est, Scenæ amplius mancipari non debet. Et hic quidem sensus & ratiocinatio est huius leg.

his verbis: Quas consideratio sacratissima religionis Christianæ legis reuerentiâ SVÆ FIDELI mancipauit: vt & l. 8. infr. his verbis, Si vacationem Religionis nomine postularit. Et leg. 9. Quas sanctissimæ religionis & in perenne seruanda Christiana legis secretorum reuerentiâ suæ fidei vindicauit. Solam igitur seruiamque Religionem Christianam professionem mulieribus Scenicæ conditionis hanc immunitatem tribuisse, seu scenâ liberasse hinc clarè apparet. Quare error est Petiti in leges Atticas, p. 74. & 75. qui id ita intellexit de mulieribus scenicæ conditionis, quæ sacro tinctæ essent lauacro seu baptisimare: Id enim his tribus legibus non requiritur, sed sola Religionis Christianæ professio. Et ita quidem iam nunc constitutum tam de mulieribus Scenicæ conditionis, quàm de his quæ iam in Scena & in pulpito seruiebant, d. l. 8. infr. cum tamen nondum eò processisset Valentiniiani Sen. patris indulgentia: verum si in extremo vitæ suæ Scenici, siue Scenicæ extrema suffragia petere, l. 1. supr. Et fortè etiam mulieribus tantum id nunc indultum, non & viris: nam hæc tres leges 4. 8. & 9. sunt introductæ de mulieribus. Et ita quidem hæc distingui oportet: non vt Petitus turbide, Id verò ita nunc à Valentiniiano Iun. constitutum; cui & Valentiniianus Sen. pater ipsius etiam præiulerat ad aliquid, similibus duabus exceptionibus l. 1. 2. supr. Denique Christiana Religio immunitatem præstat à Scenicâ conditione; sic vt & præstat à pœnâ ludi l. 8. supr. de Pan. & à custodiâ Templorum, l. 1. infr. de fid. Catholic. Similis est quoque constitutio leg. 12. in fin. infr. Ita Chryostomus Homilia 67. in Martham, cuiusdam Scenicæ Antiochiæ meminit, τὰ ἑρωτικά ἐπὶ τοῖς οὐκίνοις ἔχουσιν, ex Phœnice oriundæ, quæque nihil petulantius erat; quæque etiam Imperatricis fratrem in sui amorem traxerat, quæ ad Monachismum se contulit; cùmque Πραξιόχῳ Πραξιόχῳ, fortè Comes Orientis à populo coactus, militibus missis eam ad Scenam retrahere voluisset, à virginibus, quæ ipsam receperat, retenta fuit; postque Sacramenti communionem, gratiamque susceptam, decessit, ἡ σάκκον, inquit, ἔλαβον, πάλαι τὸν χεῖρον ἕως ἡμεῖς: ταύτης ἔνεκεν ἡ Πραξιόχῳ ἐναχλήθη, ἡ στρατῶν ἀναλήθη, ἡ μετασσεύσασθαι τὴν σκηνὴν αὐτῆν ἐκ Ἰερουσαλὴμ, ἡ δὲ ἐξαγαγεῖν ἡβραῖοις αὐτῆν παρθένων αὐτῆν μυστηρίων ὑπερβύλων δόξα ἡ ἀπερρήτων, ἡ τῆς χάριτος ἀδελφείας ἀποδόν, ἡ τὸν βίον ὑπέλαυσεν, ἀπαύλα ἀπονεύμα, ἡ δὲ τῆς χάριτος, ἡ μὲν τὸ κατὰ τὴν πολλὴν ἐπιδοξασθὴν τὴν φιλοσοφίαν, &c. Huc addatur & Palladij locus in Lausiaca: cap. de Serapione, p. 104.

¶ Secunda vacatio seu exceptio huius leg. hæc est si videlicet Scenica Immunitatem à scena scripto seu beneficio Principis impetrauerit: quod apertum habet sensum, & repetitum quoque extat d. l. 9. Et id tamen quadamtenus postea abrogatum ab Honorio l. vi. infr. vbi dicam.

¶ THYMELICAM Vrbis Romæ abducentis, vel retentantis pœna.

v. * Idem AAA. ad Paulinum p. v."

QVISQVIS Thymelicam ex Vrbe venerabili, inmemor honestatis, abduxerit, eandemque in longinqua transtulerit, seu etiam intra domum propriam, ita vt voluptatibus publicis non seruiat retentari, quinque librarum auri in latione multetur. Dat. v. Kal. Mai, Med. Gratiano v. & Theod. x. AA. c. o. s. s. [389.]

NOTÆ.

* Et hæc lex abest à Cod. Iustin. Iungendâque ei, vt dixi, videtur lex 4. supr. Paulinus P. V. Romæ sub Valentiniiano Iun. Eidem inscribitur d. lex superior 4. prox. Vrbis venerabilis, id est, Vrbis Roma: vid. Glossar. Potentiores scilicet Ciues domi suæ voluptatum artifices aluerunt, vt hæc lex testatur; & Laſtantius lib. 6. cap. 21. Et Augustinus 2. Aduersus Academicos, cap. 2. VIII. d. l. 4. supr.

COMMENTARIUS.

CONTVERNIUM scenicæ Thymelicæ Vrbis Romæ, à Valent. Iun. hæc leg. damnatur, atque aded eam abducens aut retinens ex Vrbe Romæ, ludis publicis seruientem, quinque libris auri multari iubetur. Thymelicam, inquam, id est, Scenicam, quæ modos & saltationes facit in Thymele seu pulpito Orchestræ parte. Cuius Thymelæ sit præterea mentio, l. 21. & 22. supr. de diuers. offic. itémque Thymelicorum, l. 12. infr. hoc eod. tit. & l. 21. de Pistor. Resque notior est, quid Thymelici fuerint, quàm vt plura moneri à me oporteat: vid. saltem Saluianum lib. 6.

¶ Constitutionis autem huius hæc Ratio assignatur, honestatis videlicet his verbis: Immemor honestatis abduxerit. Nempe inter alia Adolescentium vitia Romæ, complures etiam Nobiles harum Scenicarum Thymelicarum formâ ac decore, studioque abripiebantur (quod Ambrosij quoque locus mox ostendet,) quod vitium etiam notat Firmicus lib. 3. cap. 7. p. 66. ita quidem etiam vel in longinqua translata, vel intra priuatam domum retentas pro honestis matribus familias, vel etiam vxoribus circumferrent, hisque adhererent; honestatis immemores. Nam vt munus earum turpe, æque personæ inhonestæ sunt, ita honestatis immemor ipse est, qui sibi eas sociat, hisque sese facinandum præbet. Cui malo Valentiniianus Iun. hæc leg. occurrit, eiusdem Mediolanensis Ambrosij proculdubio hortatu. Nam & ex eadem vrbe data hæc lex.

¶ Ergo ex hæc quoque leg. liquet, Thymelicæ inter inhonestas personas habitas: vnde & l. 12. infr. à Theodosio M. vetatur fœmina vel puer Christiana Thymelici consortio imbuti.

Quamquam & hæc ipsâ constitutione consultum quoque Vrbis lætitiæ & voluptati: videlicet ne ea vrb; abductis Thymelicis paulatim suis voluptatibus, quarum retinentior Roma erat, priuaretur: idque indicatur illis verbis; Ita vt voluptatibus publicis non seruiat. Sanè huc non malè referatur, quod Ambrosius ipse memorat, orat. Funebris de obitu huius ipsius Valentiniiani Iun. vbi castigatos eius mores deprædicans, hæc inter cætera de eo refert, qui hoc Anno D. 380. 15. circiter ætatis annum agebat. SCENICÆ cuiusdam formâ ac decore deperire ROMÆ Adolescentes Nobiles nuntiabantur: Iussit eam ad Comitatum venire: Missus, pretio deprauatus, sine mandati effectu rediit. Alterum misit, ne voluisse E MENDARE VITIA Adolescentum, & non potuisse videretur. Datus est obiectandi aliquibus locus, deductam tamen nunquam aut spectauit, aut vidit. Postea redire præcepit; vt & omnes agnoscerent irritum eius non esse mandatum, & adolescentes doceret ab amore mulieris temperare, quam ipse, qui potuit habere in potestate, despererat. Ex hac fecit, cum adhuc NON HABERET VxorEM, & tamen exhiberet sui, tanquam vincit coningio, castitatem. Quis tam dominus serui, quàm ille sui corporis fuit? Quis tam aliorum arbitrius, quàm ille sua censor atatis? ¶ Non abluat ab hoc prohibito similis, quæ continetur l. 1. supr. de Pistorib; Ne videlicet Thymelicos pistorum filia in consortium sumant. Tandem Thymelicorum & Thymelicarum studium, quanto opere non tantum Romæ viguerit, quod hæc lex docet: & d. l. 21. & lex 12. infr. verum etiam Constantinopoli docet lex 21. & 22. supr. de diuers. offic. vbi dicam adhuc.

¶ EQVVM CVRVLEM Vrbis Romæ, vsurpantis, vel in vsus suos conuertentis pœna.

VI. * Idem AAA. ad Valerianum p. v."

QVOS, quos ad sollempne cerramen vel Mansuetudinis Nostræ largitio subministrat, vel diuerforum ex Amplissimo Ordine Magistratum, hæcenus ad copiam prouidendos Serenitas Nostra decreuit, vt quidquid illud est, quod palmarum numero gloriosum, & celebratis vtrunque victoriis nobile, congregatur, spectaculis potius Vrbis plebis inseruiat, quàm prædæ adque compendio deputetur. Quisquis igitur ex eo quod vel Serenitas nostra, vel Ordinarij Consules, vel Prætores in huiuscemodi tribuunt voluptates, quamlibet commodis compendiosoque priuato deriuandam duxerit esse iacturam, vnus auri libræ condemnatione multatus, largitionibus nostris cogatur esse munificus. Dat. vii. Kalend. Mai, Triu. Eucherio & Syagrius c. o. s. s. [381.]

NOTÆ.

* Lex 2. Cod. eod. tit. hinc decurtata & interpolata est. Iungendâque huius est lex 7. & 8. infr. prox. Imò lex 2. infr. de Equ. curul. vbi tamen dies aliquantum variat in subscriptione: itémque loci subscriptio; sic enim habet: Dat. x. Kal. Mai. Aquil. Valerianus P. V. Romæ sub Gratiano: vid. Prosopogr. Sollemne cerramen circense. id est, Senatus.

Consulatus

Consulium ordinariorum & Prætorum, infr. hâc leg. porro vox largitio hîc dicitur tunc repetenda. id est adeo, in tantum. id est copiosè, & magno numero. Virgilius in equorum educatione:

animos autumque natales Et quis cuique dolor victo, qua gloria palma.

Scilicet non agitatorum tantum, sed & equi ipsi victores honorati. (Antarch. in Sympos. 2. & Ζών μόνη τῆ ἰσχυρῆ μετῶν τῶν ἀγῶν.) De aliis equorum curulium præmiis agitur, l. 1. de equ. curulib. Falluntur interim qui ab his palmis equos Palmatos dictos putant, ut ostendam ad eam leg. 1.

Verumque, id est, ex diversis factionibus. Quorum? Mox inquitur, Interim illa sequentia huc expendantur; Quisquis commodi, compendiosque priuato derivandam duxerit esse iuncturam. De ordinariis Consulibus alibi dixi. De Prætorum editionibus: vid. supr. lib. 6. Adde & Questores. iuncturam: de quo mox. Munificens, id est obnoxius: & munificum, obnoxium fisco, hic, & l. 4. supr. de excusat. artific. l. 7. supr. de præd. natural. l. 9. l. 6. supr. de indulgent. debitor. Porro hunc locum Tribonianus ita immutavit, unius libra auri condemnatione mulctetur. Id. d. l. 7. & 8. Aquila, d. l. 8.

COMMENTARIUS.

SVRPARE, vel suos in vsus commodum compendiumque conuerrere EQVVM Curulem, Circensibus ludis in Vrbe Româ destinatum, quemquam, vetat Gratianus Imp. Anno D. 381. propositâ multâ in singulas iuncturas auti libræ: Destinatum, inquam, siue Principis largitate, de quo agitur quoque l. 19. supr. de Prætor. & l. 1. infr. de equis curulib. & apud Symmachum lib. 10. epist. 19. & 22. Sicut & in Prouinciis, veluti in Syriâ Antiochiæ Curialibus Circenses edituris Equi quandoque donabantur à Principe, ut testatur Libanius epist. ad Aristanetum, 377. μέλλων ὁ ἴππων ἀμύλλας χειρίζεσθαι τῆ πόλει, δάστω βασιλικῶν τῆ ἰσχυρῆ δὲ τῶν ἀγῶν τῶ δῶρον: οἱ δὲ ἐν Βιβλίῳ πᾶσι δὲ ἔσαν, siue Magistratum ex amplissimo Ordine seu Senatu: id est, ut sine leg. exprimitur, Consulium, vel Prætorum. Cuius sane posterioris collationis exempla apud Symmachum obuia lib. 4. epist. 60, 61. & lib. 7. epist. 105. & 106. Urbanæ scilicet plebis voluptati, ut alij Principes, ita & Gratianus quoque hâc leg. & duabus proximis, quæ huic coniungendæ sunt, nil detractum voluere. Quare & ad copiam prouideri equos Circenses voluerunt, atque idèd Equos Curules vel à se, vel à Magistratibus collatos intra urbem retineri voluerunt, non etiam in priuatorum vsus conuerti: & ut quidem censeo, Agitatorum. Imò nequidem vicinis populis & Prouinciis eos concedi Principes voluerunt, ad suas voluptates & ludos petentibus, veluti Campanorum populo (id est Capuanis) nisi certo modio & modo fabarum inuicem Equis & stabulis Urbis Romæ tributo. Quæ sententia est leg. 2. infr. de Equis Curulib. Quæ & ipsa huic nostræ coniungenda venit, alterutribi, ut videtur, subscriptione emendatâ. Ergo semel collatos à Principe vel Magistratibus ad Circensè spectaculum equos, ad plebis Rom. voluptatem, retineri vult hâc leg. Gratianus: quos tamen post Palmas & Victorias, nonnulli prædæ suæ faciebant; & ut hâc leg. dicitur, Palmarum numero gloriosos, & celebratis vtriusque victoriis nobiles. Quod palmas Equorum attinet, res nota est, & de eo iam aliquid in Notis. Quod verò ait, celebratis vtriusque victoriis nobiles, VTRIMQVIB, id est, in quibuscumque factionibus, quæ quatuor erant, de quibus ad l. 1. & 2. infr. de Equis Curulib.

Illud obseruandum, fugitiuam hanc leg. ab hoc titulo esse, neque enim quicquam ad Scænicos ea facit, verum ad Equos Curules, de quibus est infr. tit. peculiaris, de Equis Curulibus: quo titulo melius hæc leg. collocata fuisset. Quo etiam titulo (vii dixi) lex 2. huic coniungenda venit.

Supereft emendatio ad finem legis hîc adstruenda: vbi pro iacturam, repono iuncturam, IUNCTURA, est Equus ut ferre combinatus. Paul. lib. 3. sent. tit. 6. de legat. Carrucâ cum Iunctura legatâ, mulæ quoque legatæ, non multo videtur, propter quotidianam loquendi consuetudinem, in Gloss. Cyrill. Ζών, iunctura. Et in Gloss. Philoxeni, Iunctura, ἀμύλλη. Eodem sensu dicitur Subiungtorium in l. 9. supr. de cursu publ. Iunctura itaque est, non singularis, sed biga Equorum: Ἀμύλλαι Græci vocarunt. Hefychius ἀμύλλαι ἐκάλουν δὲ ἵππους συνεζευγμένους. Hi Republica inclinante combinati, Equi, κομισθέντων dicti. Chrysofost. de Circo: καὶ τρεπτόσσι τὰ ἀποστακὰ κομισθέντων: ἵνα καὶ κατὰ μέρος τὰ ἀποστακὰ συνδωμάτω: εἰ βέλαι κομισθέντων, ἢ ἀποστακῶν, συνδωμάτω ἵππο ποιῶν μᾶλλον ἐν τῷ θεωρηματικῷ, &c. id est. Ne te prolixo paribus equis exortat, ne ante iudicium in periculum incidas. Si vis paribus equis currere, & designari, hoc magis potes in spiritali spectaculo, &c. August. 8. confess. 6. Treueris cum Imperator pomeridiano Circensium spectaculo reuertitur, atque illic ut forte combinati spatiabantur. Gloss. Cyrill. ζευγίζω, combino: item ζώνεις ἵπποι δὲο, combinatio. Iunctura itaque, est iumentum, subiugium: Gloss. Cyrill. ζευγίον, iumentum subiugium: quia subiugandi vox hac in re propria: vid. leg. 19. supr. de Prætor. Et ita Antiquis inscriptio, Triaiuga, pro tribus equis. Eodem sensu Græcis sequioris æui ζευγάρι, siue ζευγίον. Eadem verò vox reponi quoque possit, l. 1. supr. de insiditionib. Alioquin Iunctura, est quæ mulæ carrucariæ, aut iumenta, aut boues ad aratum iugo iunguntur (& ita Pauli locum intelligendum nonnulli malè putant) Querulus in sua Aululariâ, Mula dispares, iunctura inuorsa, mulio nec se regens. Capitolin. in ven. Cum mulabus ac mulianibus cum Iuncturis argenteis. Sanè iunctura argentea fit etiam mentio, l. 19. §. 8. π. de aur. & argent. leg.

AGITA

AGITATORES in ipso Circensi certamine supplicio affici non oportere.

VII. * Idem AAA. ad Valerianum P. V."

Os qui Agitandi munus exercent, Inlust. Auctoritas tua, nullis, præter" Circense certamen, adfici nouerit pertinere" supplicii. Dat. VI. Id. Mal, "Eucherio & Syagrio C O S S. A. [381.]

NOTÆ.

* Lex 3. Cod. Inst. de Spectaculis: quæ in aliis Editionibus secunda est. Iungenda autem huic est lex seq. prox. 3. Imò & lex 6. supr. prox: Tandem & lex 2. infr. de equ. curulib. "Romæ. "Propter, in Cod. Inst. malè: de quo mox: Præter, id est, in ipso certamine, ante & coram certamine, & in circo ipso. "Pertinere: In Cod. Inst. Oportere: nisi quis malit legere, per se iure. Quod tamen non assero. Porcè enim pertinere, hîc sustineri absolute pro oportere, de quo mox. "Ita quoque l. 8. infr. ut l. 6. Kalend. "Aquila, d. l. 8. Treu. d. l. 6.

COMMENTARIUS.

DE AGITATORIBVS est hæc siue Gratiani siue Valentini Imperat. lex: de quibus præter hanc legem sunt quatuor præterea hoc Cod. constitutiones, puta lex 12. infr. hoc tit. l. 3. supr. de Spectacul. lex 11. supr. de Malefic. l. 21. de Pistorib. De Agitatoribus, id est, de iis, qui Equos Curules in Circo agunt, & agitant: & quidem de Pœnâ eorum. Cuius legis sententiam obsecram non tantum breuitas eius facit, verum etiam diuersitas lectionis, tandem & varia vocis, præter, significatio. Sunt primùm Codices quidam Iustiniani, in quibus pro præter, legitur propter: Quæ lectio si admittitur, tum hæc huius legis sententia fuerit: Agitatores, est quid in certamine Circensi admiserint, etsi quem ibi interfecerint, non idèd à P. V. supplicio affici posse. Secunda est Accursij interpretatio, quam & Ioannes de Platea secutus est, quasi hâc leg. prohibeatur Præfectus Urbis Agitatores supplicio afficere, eo ipso quod sint Agitatores; ac si lex diceret, non esse delicti genus munus Agitatoris, & idèd non mereri pœnam. Quæ inepta est interpretatio. Tertia hæc legis huius sententia cui videri possit; Agitatores delinquentes eatenus à Præfecto Urbis coerceri posse, ut ne in damnum & detrimentum certaminis & voluptatis Circensis id fiat; ne per hoc, seu eâ coercitione, huiusmodi agitator deinceps agitandi munere prohibeatur: Præter Circense certamen igitur fuerit, in præiudicium Circensis certaminis, & sic ut excludatur agitator Circensi certamine. Ita sanè Tertullianus, de Pallio; Atque adeò ipse, qui Græcos præter urbem censebat, literas eorum vocemque senex iam eruditus, idem Cato palliato habitu Græcis fauisti: At Tertullianus, Catonem censuisse Græcos præter urbem, id est, intra urbem non admisisse, extra urbem censeferi voluisse. Et ita censeferi præter urbem dicitur, qui extra urbem manet. Ita Nonius cap. 1. Exterminatum, inquit, est præter terminos missum. Præter terminos, id est, extra terminos. Sic apud Tertullianum rursus in Apologet. Præter esse, pro extra esse, cap. 38. Equè spectaculis vestris in tantum venantiamus, in quantum originibus eorum, quas scimus de superstitione conceptas, cum & ipsis rebus, de quibus transiguntur, præter sumus. Cum igitur alioquin Præfectus Urbis interdiceret quem professione sua possit, ut docet lex 1. §. 13. π. de offic. P. V. Item cum ceteroquin disciplina spectaculorum ad P. V. curam

pertinet, d. l. 1. §. 12. hætenus tamen hæc curâ ad eum pertinuisse videatur, ut ne Populi voluptatibus quicquam per hoc derogaret, id est, ut ne Aurigas seu Agitatores agitandi munere interdiceret possent. Quam interpretationem, præter vim vocis PRÆTER, quam modò expendimus, iurare videantur hoc tit. leges pleræque, quibus omnibus id ferre agitur, ut ne populi voluptatibus deservientes, eiusdem Populi voluptatibus aliquâ ratione eripiantur. Iuare quoque videatur tertio loco lex 8. prox. infr. cum quâ hæc nostra coniungenda venit; ex quâ cum hâc coniunctâ, hæc summa conficiatur, quemadmodum Scænicæ mulieres simulatâ probitate & Religione Christianâ populi voluptatibus eripi non debent, ita nec eripi posse Agitatores pœna seu Præfecti Urbis auctoritate & interdictione. Pariter ut equi Circenses Populi voluptatibus eripi non possunt, cuiusquam usurpatione, l. 6. prox. supr. quæ & ipsa huic nostræ, ceu similem inscriptionem, & eosdem Consules subscriptos habens, coniungenda videtur, ut proinde tribus his capitibus, ex unâ eademque constitutione, ad Valerianum P. V. emissâ desumptis, vnicum illud Gratiano propositum fuerit; Ne Circensibus voluptatibus destinata, vllâ ratione eriperentur; ne, inquam, equi, usurpatione, l. 6. supr. ne Agitatores, disciplinæ publicæ obtentu, hâc leg. vel Religionis simulatæ prætextu, l. prox. 8. Populi itaque studio in Aurigas seu Agitatores immodico tuti datum hoc fuerit, hâc constitutione, ut quamlibet Inlustri Præf. Vib. auctoritas summâque esset, Agitatores tamen agitandi muneri, & sic voluptatibus publicis ob delictum aliquod eripere non possent, veluti inflictâ eis exilij pœnâ. Et hæc quidem huius leg. sententia videri cui possit, tot iis, quæ dixi, argumentis.

Et quarta tamen hæc accidere cui possit, quæ Græcorum est Basilicorum lib. 54. l. 5. & Synops. Basil. l. 5. quæ & Cujacio placuit, Præfectum Urbis in Agitatores coercitionem non habere, nisi si quid circa equestre certamen, id est, circa ludum & in Circo admiserint: ἀπὸ τοῦ αἰσίου τῶν ἱπποποιῶν ἀμαρτήσεων: & sic præter exclusivè & per modum exceptionis. Quæ interpretatio mihi minimè placet; Nam quâ, quæro, ratione Præfecto Urbis eorum tantum coercitio competeret, quæ in Circo admitterentur, non verò alibi? Imò verò, contraria hæc mihi nunc nouâque, ut existimo,

mo, placet interpretatio, Interdici hanc leg. Praefect. Vrbis coërcitione in Agitatores, in Circo ipso seu in conspectu ipso Circensis certaminis: Prater Circense scilicet certamen, est, in conspectu plebis, cum plebs coit ad spectandum, cum Aurigae agitant manus exercent. Prater, pro, coram, siue ante ora. Ita passim apud Veteres, prater os, oculos, pedes; prater limen, prater lumina, prater domum, prater viam. Eodemque sensu vox, prater, effertur quoque in voce praterire, praterducere, & similibus. Sic & Plinius lib. 36. cap. 2. inueniens in columnas ingentes, quæ priuatis, & quidem in atrio Scauri positæ; Non ergo in tam malo exemplo moribus cauere vilius fuerat, quam tacere tantas moles in priuatum domum trahi. PRÆTER scilicet Deorum fastigia. Prater, id est, ante, coram. Et verò huc omninò pertinet Ammiani Marcellini locus insignis, lib. 15. p. 50. vbi de Leontio P. V. Romæ, quomodo & hæc lex Praefecto Vrbi inscribitur: deque seditionibus popularibus in eum concitatis agens, eo quod acer quibusdam videbatur, auctoritatis suæ seruandæ causâ. Prima igitur, inquit, ars, (lego sax: postrema Editio habet, causa:) seditionis in eum concitanda vilissima fuit & leuis. Philoromum enim AVRIGAM RAPI præcepium, SECVTA PLEBS omnis velut defensura proprium pignus; terribili impetu Praefectum incessebat, ut timidum: sed ille stabilis & erectus IMMISISSIS Apparitoribus, correptos aliquot, vexatosque cormentis, nec stupente vilo, nec obstitente, insulari poenâ multauit. Igitur hæc leg. Imperator seditionibus & certaminibus hanc tradidisse docentem voluerit, ne dum ad supplicium in ipso Circo Agitator duceretur, cui plebs fauere, furenti populo seditionis fax subderetur. Eundemque (quod tertium) sensum veteris constitutionis Augusti Imp. puto: de quâ Suetonius, cap. 45. loco vexatissimo: Coërcitionem in Histriones Magistratibus in omni tempore & loco lege vetere permissam ademit, PRÆTER ludos & Scenam. Quem locum iam Viri docti ibi cum hanc leg. contulere; vero tamen

sensu non expresse: quem nos, ut puto, nunc demum eruimus. Nam Tacitus de hac ipsâ re 1. Annal. sub Tiberio; A theatri licentia grauius tum erupit: Et mox: Actum de eâ seditione apud Praetores, dicebanturque sententia, ut Praetoribus Ius Virgarum in HISTRIONES esset; intercessit Haerius Agrippa, & valuit intercessio, quia Diuus Augustus inuictus verberum histriones quondam responderat. Quibus alioquin Suetonij & Taciti locis eundem hæcenus Interpretes sensum affingunt, quem Cujacius huic legi: Quasi Augustus in Histriones coërcitionem Magistratibus permisit, non nisi per tempora ludorum, & in loco ipso peccati; id est, in Scenâ: Cum contra verius sit, eâ quâ dixi ratione, per tempus ludorum & in ipsâ Scenâ Circòque id veritum. In id verò etiam quarto loco expendo verba illa huius leg. Eos qui agitant manus EXERCENT, item illa, Circense CERTAMEN: id est, in ipso agitantis actu exercitiòque, & Circensi certamine. Tandem huc quinto loco etiam traho alterum Ammiani Marcellini locum in rebus Valentiniani, Anno D. 364. lib. 26. pag. 337. Vbi agit de Aproniano Praefecto Vrbis, & quæstiones in Veneticos agitante; Inso, inquit, quidem, sed iniustato dolore, hæc & alia magna queritabat industria. Vnde quibusdam avrox visus est IN AMPHITHEATRALI CVRRICULO undatim coëunte aliquoties PLEBE, causas dispiciens criminum maximorum: Denique post huiusmodi vindicata complura, Hilarium AVRIGAM conuictum atque confessum, vix dum pubescentem filium suum venefico tradidisse docentem secretiora quadam legibus interdicta, ut nullo consilio administris inuaretur internis, capitali animaduersione damnauit. Vbi vides pariter Ammianum Marcellinum id improbantem. Denique haud abluat, quod Tacitus memorat 13. Ann. cap. 28. de certamine orto inter Praetorem & Tribunum plebis: quod immodestos fautores histrionum & à Pratore in vincula ductos, Tribunus emitti iussisset.

VII. * Idem AAA. ad Valerianum P. V.

SCENÆ mulier, si vacationem Religionis nomine postularit, obtentu quidem petitionis veniæ non desit, verum si post turpibus volutata complexibus, & Religionem quam expetierit prodidisse, & gerere, quod officio deserat, animo tamen scænica detegatur, detracta in pulpitem, sine spe absolutionis vilius ibi eorsque permaneat, donec anus ridicula, senectute deformis, Nec tunc quidem absolutione potiatur, cum aliud quam casta esse non possit. Dat. VIII. Id. Mai, Aquila, Syagrio & Eucherio C O S S. [381.]

NOTÆ.

- * Iungenda huic legi est, ut dixi, lex 6.7. supr. & l. 2. infr. de Equis curul. Absert verò ea ab Angalibus Baronij.
- * Sustineri potest, venia non desit: id est, venia ei non desit.
- * Id est, vitæ genere & specie, & scenæ exercitio.
- * Alij mallent, retracta, sed illud sustineri potest.
- * Ουκίκα.
- * Nolo hæc verba ita transponi: permaneat anus ridicula, donec, &c. de quo mox.
- * Ita locus hic est interpungendus.
- * In d. l. 6. Treus Aquila hæc, quæ? An Aquileia? Cæterum omitti non oportet, hoc ipso Anno Episcopus eodem nomine Aquileiensem Valerianum fuisse, quo Praefectus hic Vrbis, cui hæc lex, & duo superiores inscribuntur.

COMMENTARIUS.

CHRISTIANÆ Religionis professione VACATIONEM liberationem à scænica conditione, naturalique scænæ vinculo mulieri competere, seu ab eâ liberari, iuxta legem 4. supr. vbi plenè dixi, vt & l. 9. infr. docet quoque

hæc lex. Ne tamen huic privilegio, atque aded scænics voluptatibus fraus fieret, hac constitutione Gratianus hanc limitationem addit, si modò mulier in eâ Religione perstaret: alioquin si turpibus rursus complexibus sese voluerit, id est, vulgatem

vulgatem seu meretriciam vitam rursus exerceat; (Proximo confinio quippe cohærent Scænica & Meretrix:) si denique vt hæc leg. eleganter dicitur animo Scænica maneat, et si officio esse desierit, in pulpitem retrahi hæc lege iubetur. Frustrâ scilicet legem, legisque auxilium implorat, qui aduersus eam admittit. Et quidem in tantum vt omnis in posterum spes ei præcidatur absolutionis seu immunitatis à scænica conditione, etiam si iam anus deformis & ridicula, quæque non casta iam non esse potest, existat. Non potest scilicet castitatis votum gerere, quæ aut votum castitatis semel minuit, infestigit, aut propter effectam tantum ætatem casta est: cum aliud iam quam casta esse non possit. Votum castitatis quæ semel eluit, vel quæ tãdiu distulit, nec quicquam casta est. Denique votum castitatis Actus legitimus est, in perenne seruandus, vt loquitur lex prox. quem iterari leges non patiuntur: Item, Actus est meræ voluntatis, quam mala ætas non habet, quæque necessitas extorquet. Et hæc quidem huius constitutionis sententia est, quæ prolixioris Gratianæ constitutionis, illius, de quâ ad leg. prox. supr. pars est: qua id egit, ne factò aliquo teneat publicis voluptatibus stans fieret; veluti ludis Circensibus: l. 67. supr. vel Scænics, hæc leg. Cæterum verba illa, ibi eorsque permaneat, donec anus ridicula, senectute

deformis, nec tunc quidem, &c. non patior à Doctiss. Peticio, comm. in leges Atticas, p. 75. ita inuerti, permaneat anus ridicula, donec senectute deformis: hoc etiam sensu, poenæ loco Scænica in huius leg. specie in scenam ita reuocari, vt anus prædita (cuiusmodi in comœdia anus erant, teste Polluce apud d. m. v. κομῶν, lib. 4. cap. 19.) repræsenteret, quæ ridicula erant, donec ipsæ reuera senectute fierent deformes. Horum enim verborum hæc sententia apertissima est, ita scænica in huius leg. specie in scenam reuocari, vt nunquam ab ea liberari possit, verum in ea perstare cogatur, donec anus ridicula seu senectute deformis fiat, & ne tunc quidem absolui possit. Anus ridicula, idem hic est quod senectute deformis: & sic non quæ iuuenis fortè anum repræsenteret: verum quæ ob senectutem reuera anus est, & deformis. Et mox, (continuo spiritu) nec tunc quidem absolutionem sperare possit.

¶ Illud quoque ex hæc leg. notandam, vacationem seu absolutionem & veniam à scænica, ob professionem Religionis Christianæ, POSTULARI, peti, oportuisse. Nempe enim ne fraus hoc obtentu Scænæ fieret, postulationem seu petitionem & causæ cognitionem opus fuit: quod etiam requiritur in spec. leg. 1. supr.

IX. * Idem AAA. Herafio Proc. Afric.



VÆCVMQVE ex huiusmodi fæce progenitæ scænica officia declinare, ludicris ministeriis deputentur: quas necdum tamen sanctissimæ religioni & in perenne seruandæ Christianæ legis secretorum reuerentia suæ fidei vindicari. Illas etiam feminas liberatas contubernio scænici præiudicij durare præcipimus, quæ mansuetudinis nostræ beneficio expertes muneris turpioris esse meruerunt. PP. Karthagine, v. Kal. Septemb. Eucherio & Syagrio C O S S. [381.]

NOTÆ.

- * Transcripta est hæc lex, paucissimis mutatis, ex l. 4. supr. hoc tit. Omisit & hanc Baronius.
- * Herafij huius Proconf. Africæ nulla alibi mihi mentio occurrit.
- * Fornetius lib. 3. quot. 12. & 5. quotidian. cap. 29. reponit hic, humilliori. Sed positum hic, huiusmodi, pro cuiusmodi, id est, quacunque tandem. Quomodo similem errorem sustuli in l. 134. supr. de Decurion. Ita sane supr. l. 1. (vnde hæc transcripta est) ex viliiori forte.
- * ex fæce, id est, ex viliiori forte: vt l. 4. supr.
- * Lego, Declinatæ, nisi forte positum declinare, pro declinare. In d. l. 4. supr. (vnde hæc transcripta) declinavit, vt etiam Fornetius hic legendum putabat. 5. Quotidian. 29.
- * religionis.
- * Carthagine scilicet versabatur Proconful Africæ.

COMMENTARIUS.

Verba huius legis ex l. 4. supr. transcripta sunt, ita & sententia eius eadem est. Illud tantum monendum, hæc, & superiore lege, Ecclesiasticas Anni 381. res historicas ac nominatim

Vrbis Romæ & Africæ auctiores continuari potuisse; atque aded à Baronio prætermitti non debuisse.

De FIDICINIS prohibitis.

X. * Idem AAA. Cynegio PP. P.

FIDICINAM nulli liceat vel emere, vel docere, vel vendere, vel conuictis aut spectaculis adhibere: Nec cuiquam, aut delectationis desiderio, erudita feminea musicæ artis studio liceat habere mancipia. Dat. VI. Kalend. Iul. Constantinop. Arcadio A. I. & Bautone C O S S. [385.]

* Abest & hac lex à Cod. Justin. Meminit eius Baronius Anno 385. num. 37.
Malè. Reponenda enim sunt hæc Imppp. nomina: Imppp. Valentinianus, Theodosius & Arcadius.
Orientis.
Hoc tertium est, quo etiam fidicinas domi habere prohibetur.
Fornerius 3. quosdam. 11. reponit, ob delectationis desiderium.
Ita construenda hæc periodus: Nec, &c. mancipia fœminea erudita Musica artis studio liceat habere.

COMMENTARIUS.

FIDICINAS, seu Pſaltrias fœminas adu-
ritas & Musicas emi, doceri, vendi, conui-
nis aut spectaculis adhiberi, quæ pessimo exem-
plo luxurique passim olim conuiuus & spectaculis
adhibita: & conuiuus nominatum, de quo affa-
tissimus Sanaro in Sidonium Apollinarem
lib. 1. epist. 2. p. 20. Sic ut non temerè inuenias pi-
cturam veterem conuiuij sine his cantoribus, ti-
bicinibus: imò (quod Quintum) vel haberi, inter
ministeria domestica solo desiderio delectationis
verat hæc lege Theodosius M. Anno Domini 385.
Idque constitutione ad Cynegium PP. Orientis
emissâ, & sic per Orientis Præfecturam, Cuius
constitutionis alter Victor, seu Victorinus, eum-
que secutus Paulus Diaconus, his verbis memine-
runt: Theodosius, inquit, vinolentiam vsque eò
delectatus est, ut prohibuerit LEGE ministeria la-
sciuia, Pſaltriasque comessationibus adhiberi. Vbi
vides, quàm semiplenè, imò quàm ieiunè hanc
Iuris constitutionem memorant Historici; qui
defectus solennis apud eos est. Videtur etiam
Macrobius, qui sub Theodosio Iun. vixit, ad
hanc leg. alluisse, lib. 2. Saturnal. cap. 10. Fidicinas,
Pſaltrias, Crotalistras, Citharadas, Tympanistras,
et inter ministeria DELECTATIONIS
ERGO, ita & comessationibus seu symposiis adhi-
bitas, atque inter luxuria & lasciuia instrumenta
fuisse, ex multis notissimum est. Verùm, ut iam olim,
qui frugalitatis lege vivebant, & velut adstrictio-
res commendabantur, hæc portenta à conuiuus
fuis abesse voluerunt, (de quo Sauro ibid.) & qui-
dam dixerat, bonum esse illud conuiuium, in quod
Citharales non intrat, ita Concilii & Viris Sanctissimi-
s res ea damnata: Viginti iam ante hanc Theo-
dosij M. constitutionem annis, cautum fuerat
Concilio Laodiceno, can. 54. ἕν ἐστιν ἡ ἐξελικὸς
ἢ κληρικὸς τινὰς διαρίας διαρῆν ἐν γάμοις ἢ δειπνοῖς,
ἀλλὰ ἀπὸ τῶ ἀνθρώπων συμρικὸς ἐνέειρεται αὐτὸς ἢ ἀνα-
χρηστῶν. Nempe gradus hic primus fuit ad hunc
prauum morem à Republ. Christianâ tollendum.
Primum Concilii Sacerdotes huiusmodi conuiu-
iis vel nuptiis, vbi Thymelici intarent, arcere
visum, quam in rem vid. & quæ Gregorius Na-
zianzenus epist. ad Dioclem 193. Secundus gradus
fuit, quod Patres inuerti acerbè in huiusmodi Fi-
dicinas & Pſaltrias, quorum querelæ etiam ad
Principes perlata. Et in his Basilii, in cap. 5.
Esaiæ Proph. p. 953, 954. vbi multa occurrunt,
quæ ad hanc legem omninò explicandam faciunt:
inter alia, has Fidicinas vel seruilis conditionis
fuisse, quod & hæc leg. dicitur, vel mercenarias ad
id edoctas; in his fuisse nonnullas quæ docerent:
adhibitas denique conuiuus & lætitiæ temporibus.
Quod cum attendo, quæ singula fermè
cum hæc leg. pariant, videri possit hæc lex à Theo-

dosio M. lata, ad Patrum, & in his Basilij istius
querelam. Basilij, inquam, non Cæstientis il-
lius Magni, qui iam ante septimum annum obie-
rat; verùm alterius, cui Libros illos seu Com-
mentarios in Esaiam iam olim adscribendos Eraf-
mus rectè coniecit. De quo Basilio, paulò Iu-
niore, vide quæ Baronius Anno 382. à num. 60.
Postremus igitur gradus fuit hic Theodosianæ
huiusce constitutionis, quæ Fidicinas & Pſaltrias
seu Musicæ in totum prohibentur: exinde quoque
rectè postea dictum ab Hieronymo, epist. ad Fu-
riam de Viduitate; Fidicinas & Pſaltrias & istius-
modi chororum Diaboli, quasi mortifera Sirenarum
carmina prouturba ex edibus suis. Et mox, de cantu
spirituali agens, Has, inquit, docet Pſaltrias Chri-
sto, has Fidicinas erudit Sauro. Sanè & hæc con-
stitutio est Theodosianæ honestatis Christianæ
argumentum, qui Pſaltrias has à Republ. Chri-
stianâ sustulit. Modestiam verò suam, atque ad eò
huius leg. prohibitionem & prouisionem intra fœ-
minas inclusit: Pſaltriis, ut dixi, fœminis inhi-
biti: masculi enim puerique à Theodosio M. non-
dum interdicti. Et ab his quoque Viri graues
abstinerent. Quod Claudianus lib. 2. inter lau-
des Stilichonis ponit: Nullo cithara conuiuia can-
tu, Non Pueri lasciuia sonant.
Portè Theodosius M. hæc leg. modestiam &
prouidentiam suam vsque eò extendit, ut om-
nem omninò Pſaltriarum vsum inhibeat: Scilicet
& doceri, & emi vendi, & conuiuus aut specta-
culis adhiberi vetat: Imò & haberi in ministe-
rio priuato; Nec cuiquam, inquit, aut delectatio-
nis desiderio erudita fœminea Musica artis studio
liceat habere mancipia. Aut delectationis deside-
rio, id est, etiam delectationis desiderio. Non
tantum non licet conuiuus aut spectaculis adhi-
bere fidicinas, verùm etiam solo delectationis
desiderio habere, & sic ministerio priuato. Quo-
modo Macrobius supra, inter ministeria delecta-
tionis ergo, dixit Aut, pro &, etiam vel: quo
sensu apud Symmachum lib. 3. epist. 50. & Pe-
trum Chrysostrum in sermonibus, & Arnobius
lib. 4. Senatorem aut conuicio prosequi. Quicquid
autem Theodosius M. hæc leg. prohibuerit, cer-
tè Asterius Amaseæ Ep. homil. 1. de Diuine & La-
zaro, p. 7. apertè ostendit, suâ, sub Arcadio
Theodosij M. filio, ætate, in Oriente, Μουσικὰς
& ὀργανιστὰς conuiuus adhibitas inter alia men-
sæ satellitia τὸ διαρρηκτικὸν τῆς ἡσυχίας ἀλλοτῶν. Et
Chrysostrum non vno loco declamat aduersus
huiusmodi Scenicarum, Fidicinarum, Pſaltria-
rum in spectaculis vsum: veluti homilia 69. in
Matth. edit. Comel. p. 601. vt & in nuptiis prolixè,
homilia 12. ad Coloss.

De VESTE & MVND O Mimarum seu Scenicarum.

XI. * Imppp. THEOD. Arcad. & Honor. AAA. Rufino PP. P."

VLLA mima gemmis, nulla sigillatis sericis, aut textis vtatur auratis,
His quoque vestibus nouerint abstinentium; quas Græco nomine à
tino Cruſtas vocant, (in quibus alio admixtus colori puri robor muricis
inardescit) Vti sanè hisdem, scuclatis, & variis coloribus sericis, aurò-
que sine gemmis, collo, bracciis, cingulo, non veramus. Dat. x. Kalend. Octob. Con-
stantinop. Theod. A. III. & Abundantio COSS. [393.]

NOTÆ.

* Abest & hac lex à Cod. Justin. Ei fortè iungenda lex 3. Cod. Inst. de vestib. holouera.
Orientis.
Sigillatis sericis. Ita locus hic sine commate legendus.
Nil hic mutandum; mox vt ostendam.
re. alij Quamquam non desunt loca, in quibus alio, pro alij, expressam, & vsurpatur.
Ita scriptum antiquâ scripturâ & probâ, pro rubor. Nam & ita in Giosif rubor ἐρυθρίων. Vide & Festum in robur.
Rubor autem proprie de purpurâ. Virgilius 3. Georgic.
Tyrios incocta rubores
Vbi Seruius: id est, quæ migrat in purpuram. Tertullian. de Pallio: Cum lacioris purpure ambitio, & Galatici ru-
boris (superiectio) fatuum commendat. Calliodor. 5. variar. 2. Color nimis lepore vernans, obscuritas rubens, nigredo
sanguinea.
Inardescere proprie purpura dicitur: aliâ & micare apud Vopiscum in Carino. Florere apud Tertullian. & purpurâ flos
apud Plinium. Vnde & Græcis ἄνθος περσφύρας.
re. Scuclatis, pro scutulatis, de quo mox.
Opponantur hic serica variis coloribus, sigillatis sericis. Sicut mox aurum sine gemmis, gemmis ipsi: scutulatæ paulò
ante, textis auratis.

COMMENTARIUS.

ESTEM & ornatum Scenicarum (de
quibus alioquin Scenicorum vestibus vid.
quoque leg. de V. S. Mimarum, qui in-
gens hoc xno Scenicorum ornatus fuit, de quo
sæpè Chrysostrum, & Mimarum speciatum ha-
bitum describit in 1. ad Timoth. cap. 2. homil. 8.
p. 455.) à priuatarum Matronarum veste & orna-
tu Theodosius M. hac constitutione distinguit;
definitque ad eò, quoniam Scenicæ vestis genere,
quo ornata Scenicæ mulieres vti possint, vel pro-
hibeantur. Nullum enim non vestis aut ornamen-
ti genus, cuius hæc leg. mentio fit, à mulieribus &
matronis vsurpatum. Licuit quippe matronis &
gemmis vti, & sigillatis sericis vti, & textis auratis
vti, imò & Cruſtis, (id est, semipurpurâ veste) de
quo mox plura. (Nam holouera, id est, purpurâ
prorsus priuato nulli vti licuit: vt ostendit vir.
supr. de vestib. holouer.) Non minus, inquam, his
vestibus vti Matronis licuit; quam aut scutulatis
vestibus, aut sericis variorum colorum, aut auro
sine gemmis: His, inquam, vestibus, hoc ornatu
pro arbitrio Matronæ vti potuere: At non etiam
Mimas hunc habitum vsurpare vult hæc leg. Theo-
dosius: duplici, vt equidem existimo, sine. Pri-
mò, vt haberent Matronæ, quo à Scenicis mu-
lieribus, distinguerentur, atque ipso occurſu de-
notari possent, quæ vel potissima huius legis ratio
videtur. Nam & ita leg. 12. infr. Mimæ Virgini-
Deo dicatarum habitu vti prohibentur. Quan-
quam & hæc secunda ratio addi potest, nempe id
ita quoque constitutum, coëdicendis effusis Magi-
stratum in Mimas liberalitatibus: Nempe vt
cæteroque effusam Magistratum liberalitatem in
spectacula, atque expensas ludorum Principum
constitutionibus coërceri oportuit: quod docuit
lex 2. supr. de Spectacul. docebit & titulus eam in-
tem expressus, infr. de expens. ludor. ita & hac par-
te oportuit. Nota est iam Vopisci, quinquaginta

circiter ante hanc constitutionem annis, querela,
in vitâ Aureliani, & in vitâ Carini, de effusis Edi-
torum & Magistratum liberalitatibus in Sceni-
cos & Mimas, quibus patrimonium sua effunde-
bant, & quidem vestibus pretiosissimis erogatis.
Et similis quoque extat Ambrosij querela, lib. 2.
offic. cap. 21. Quâ causâ adstrictissimus quisque
Principum huiusmodi Scenicæ donationes tem-
perarunt. Ac nominatim Alexand. Seuerus, teste
Lampridio, Scenicis pretiosas vestes, quas Helio-
gabalus dederat, sustulit. Et ita quidem Princi-
pes sæculi. At enim contra, Patres modestiæ Chri-
stianæ doctores sumptuosas vestes Scenicis relin-
qui voluere, Matronas his abstinere: de quo vid.
vel Chrysostrum homil. 20. ad Ephes. & homil. 7.
ad Philipp. ¶ Igitur quatuor siue vestis, siue or-
natus genere Mimis mulieribus hæc leg. interdici-
untur: viceuersâ, tribus vti eæ non vetantur,
quantumuis alioquin sat pretiosis. Primò Gemmis
vti Mimæ prohibentur, seu auro gemmato (quan-
tumuis auro vti possint & χρυσόφορος esse liceat:
de quo auri ornatu in Scenicis, Chrysostr. homil. 69.
in Matth. & 20. ad Ephes.) quacunque scilicet
corporis parte, veluti [capite, crinibus, auribus,
de quibus postremis Chrysostr. homil. 91. Comm. in
Matth. p. 748. & d. homil. 20. ad Ephes.] collo [di-
gitis] brachiis, cingulo, de hoc vid. Chrysostr. in
1. ad Timoth. cap. 2. homil. 8. d. p. 455. in his enim
partibus corporis mulieres aurum & gemmas fe-
runt (de quo plura Clemens Alexandr. Pedagogi
lib. 1. cap. 10. 11. 12. & lib. 3. cap. 2.) Matronæ &
Scenicæ; Aristænetus epist. 19. de Scenica qua-
dam agens, quæ scenâ liberata fuerat, præsen-
tem eius & modestum iam habitum describens
scenico oppositum eò alludit, εἶδον ἢ ἀμφιδέτας,
ἢ ἀεσκέλιδας ἢ τὰς ἀνέργους ἐκείνας, ἀλλ' ἔργον ἄνθρω-
πῶν ἐλάττωρα προστάδεις τοῦτον αὐτῶν ἢ ἀελαυχέων, ἢ τὸν
ἄλλον κόσμον ἰδοὶ τίς αἶ, &c.

Rufinus PP. sub Theodosio M. Orientis scilicet. Abest à Cod. Iustin. Alii. vide de hoc tit. supr. de Imagin. imperial. vid. de plebeis Scenicis & eorum villitate l. unic. infr. de usu sellarum. id est, ingerat transeuntium obtutibus: Quare non mutandum id in referat, quod putabat Vir doctus Eusebius, Sceniorum 2. p. 134. De Profcenio mox. Lex 4. Cod. de Episcop. Audient. hinc desumpta est. Est autem hoc secundum legis caput. Tertium huius legis caput. Ancilla: vt l. 1. infr. de Lenonibus. De Thymelicis actum iam leg. 5. supr. Malim lun. iam enim xv. Kal. Jul. Hadrianopolim processerat Theodosius aduersus Eugenium moturus. Heraclie hoc tempore Theodosius M. vt præter hanc leg. docet etiam d. lex 18. supr. de Cohortal. Nempe ex Vrbe Constantinopolitanâ in Occidentem tendens aduersus Eugenium & Arbogastem.

COMMENTARIUS.

DE IMAGINIBVS, VESTIBVS, & CON- SORTIO Scenicorum est hæc Theodosij Magni constitutio, Anno D. 394. quâ in summam tribus his modum ponit, Pantomimis inquam Scenicorum, Vestibus Scenicarum, Vsvi denique Thymelicorum: Eo sine vt ne Maieftati Principis, vt ne Sanctimoniae & Religioni Christianæ eâ re dedecus aliquod aut macula, contagio Scenicorum vel Scenicarum inferatur. Hic scilicet finis est huiusce Theodosianæ Constitutionis, quâ vt dixi Tria capita continentur. Primum caput est de IMAGINIBVS Scenicorum, quo in loco videlicet eæ reponi possint. Nempe inter præmia Pantomimorum, Agitatorum, Histrionum, fuerunt quoque Imagines seu picturæ, quibus præmij ergo donabantur. Fides vt ab hæc constitutione, ita & à Martiali lib. 5. Epigr. 16. & à Luciano, in Nigrino, vbi in Theatris & in Circo & τὰς ἑστῆς ἠρώτων vel ἀμαρτυριῶν εἰκόνας, & τὰς ἑστῆς ἠρώτων. Chrysofostomus in Psalm. 3. in princ. νικηφόρος εἰκόνας & εἰκόνας ἐγείρουσιν ἐπὶ χορῆς ἠρώτων & ἀδελφῆς, & τὸ ἐπιχρῶματὸν αἰσθητικῆς κέρως τῆς νίκης τῶν ἄλλων ἐργάζουσι. Verùm hæc imagines, seu effigies vetantur hæc constitutione collocari (& si quæ collocatæ sunt, reuelli iubentur) Collocari, inquam, in publicis porticibus aliisque locis Ciuitatum publicis, in quibus Principum alioquin Imagines erant: hæc ratione additâ; ne inhonestas personas liceat adnotare in loco honesto. Nempe noluit Theodosius M. suas aliorumque Principum Imagines inter Theatrales spectari & commiseri: Theatrales, inquam, personarum huiusmodi inhonestarum: Nempe Scenici, Pantomimi, Agitatores, Histriones, etsi famosi non fuerint, l. 4. m. de his qui not. infam. attamen inhonestæ personæ fuerant. Inhonestum ab infami longè recedit: Cornelius Nepos in præfat. hanc ad rem: In scenam verò prodire, & populo esse spectaculo, nemini in eisdem Genibus fuit turpitudini, quæ omnia partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota ponuntur. Arnobius de rebus ludicris agens, lib. 7. pag. 300. Quorum, inquit, actores INHONESTOS esse, IPSVSTRVM & inter capita indicant infamia. Inter inhonestas igitur personas hæc adnotantur Pantomimi, Agitatores, Histriones: quare & turpe munus Scenicorum dicitur l. 4. supr. & immemores honestatis qui eas sibi faciant, l. 5. supr. Hinc & Interpretes ad l. 1. supr. de inoff. test. Thymelicos inter turpes & infames numerat, quibus institutis, fratri inofficiosi querela competat: Et in eodem argumento, Theophilus §. 1. Instit. de inoff. testam. ἠνίκος ἀγέρων ἐπέχουσι οἱ γὰρ καὶ μὲν ἀπέσποντον, ὅς ἠνίκος μὲν οὐκ ἔστιν ἐπέχουσι οἱ γὰρ καὶ μὲν ἀπέσποντον, ὅς ἠνίκος μὲν οὐκ ἔστιν vid. & Harmenop. §. tit. 6. §. 2. Adde & Tertullianum lib. 6. de Spectacul. & Chrysofostomum huius temporis Scriptorem, vt omitam alios, homil. 38. in Matth. & in 1. ad Corinth. homil. 12. p. 318. & homil. de S. Phoca. Aristænetus quoque epist. 19. de

Scenicâ quadam agens ἀγέρων ἐπὶ τῶν ἀγέρων vocat: vid. & initium eius epist. Certè qui artis ludicræ causâ in scenam mercede descendunt, famosi sunt ex edicto, l. 1. §. 6. de his qui not. infam. veluti qui operas suas vt cum bestis depugnarent, locauerunt: At non & Athletæ, neque Thymelici, neque Xystici, neque Agitatores, &c. ex l. 4. eod. tit. nonnulla Petrus Faber 1. semestr. cap. 20. & Fabrotus ad superiorem Theophilum locum, p. 366. vide & quæ notati ad leg. unic. infr. de usu sellar. In aditu itaque Circi tantum & in Profcenis Theatri Scenicorum picturas collocari permittit Theodosius M. nempe locis professioni ipsorum competentibus: Cassiodorus in formula Tribuni voluptarium, lib. 7. epist. 10. vbi de Scenicis: Temperentur & hæc legum qualitate negotia, quasi honestas impetret INHONESTIS, & quibusdam regulis viuam qui viam vestæ conuersationis ignorant. Et in fine, Cum FAMADIMINVTIS saluâ tuâ opinione versare. Profcenium, locus patens & liber fuit in fronte Scenæ, ait Isidorus, in quo Actores, histriones agebant, Diomedes lib. 3. Mimi, Planipedes dicit, quod Actores planis pedibus, id est, nudis profcenium introibant, non vt Tragici Actores cum cothurnis, vtque Comici cum sociis. Suggestus scilicet Scenæ altus erat: hic Suggestus vocatur à Vitruvio Pulpitum Profcenij, quia infra scenam Profcenium sit, Pulpitum autem quinque pedibus altum supra Profcenium. Itaque Scena pulpito est altior; Pulpitum altius profcenio, Profcenium Orchestrâ: Seruius 2. Georgic. ait; Profcenium fuisse pulpita ante scenam, vbi ludicra exercebantur. Per profcenium in scenam ascensum fuisse docet Synesius 2. de prouid. εἰδὲ τις εἰς τὴν σκηνὴν ἐστιά- ζεται διὰ προσκηνίου, &c. In Profcenio fuerunt olim Aræ: vnde Plautus in Amphit. prologo, (quod huc maximè facit) Etiam Histriones anno, cum in Profcenio hæc Ionem inuocant, venit. Item ædificia, eodem teste in Curculione, prolog. Athena ista sunt, ita vt hoc est Profcenium, tantisper dum iranstur hæc Comædia. ¶ E Profcenij istius fastigio, Actores qui in pulpito erant, spectari poterant; vt ex Sueton. in Nerone, cap. 12. liquet. Exulta itaque profcenia: Vnde & scorto seu meretrici profcenio nomen; quod esset lepidâ facie, sumptuosisque vestibus induta; exuta verò, maximè deformis: teste Aristophane apud Athenæum lib. 13. Suid. δὴ τὸ ἐξωτὸν διὰ τὴν ἐμμορφώσιν εἶναι: vid. & totidem verbis apud Harpocrationem. ¶ In hæc interim leg. & priore quidem hoc eius capite obseruanda insignis κωρολογία, circa habitum Scenicorum, hinc verbis: Pantomimum veste humili, Agitatore rugosis sinibus, Histrionem vilem. De singulis videndum. Vestis scilicet humilis Pantomimo tribuitur, quæ vtique ad manum saltanti, chironomonti, manibus gesticulanti apta, propriâque, ne alioquin saltanti prolixior impedimento foret: Ita enim humilem vestem hæc accipio.

capio. Quamquam & alias humilis vestis, pro eâ qualem humiles & exiguæ contemptæque sortis homines gestarent, quas Græci ἠνίκος & ἐπὶ τῆς ἠνίκος vocant: Spartianus in Hadriano inter alia Hadriani, Cum Dux militiæ esset, vestem, inquit, humilissimam frequenter acciperet, sine auro balteum sumeret, sine gemmis fibulas stringeret, &c. Spartianus in Seuero vocat vestes exiguas, quas scilicet exiguæ sortis homines gestarent. Hic, inquit, tam exiguis vestibus vsus est, vt vix tunica ipsius purpurea aliquid haberet, & cum hyrcæ chlamyde humeros velaret. Mimis quoque centunculum tribuit Apuleius, in Apologia, vt histrioni crocotam, tragædo syrma; vbi crocota est sericum indumentum, quod proinde pantomimis his non rectè tribuitur à Viris doctis. Certè Pantomimi vsi veste atque habitu convenienti si cuius fabulam saltarent; de quo vid. Voss. Inst. poet. lib. 2. cap. 36. §. 9. Et hæc de Pantomimi habitu. Agitatori verò sinus rugosi hæc tribuuntur; nempe equos agitantis proprium hoc sinus vestis non habere distinctos, atque ordine iniuicem adstrictos, sed rugosos atque inconditos & inordinatos. Nempe rugæ in vestibus olim altæ casu fiebant ex ipsâ vestis redundantia; aliæ arte constabant & ex industriâ struebantur, ad ornatum vesti conciliandum, per σοκίδας, quas Græci vocabant, & παλίνυς: Quod Chrysofostomus reprehendit in factis Virginibus, rugas inquam circa pectus pariles, homilia 8 in 1. Timoth. 2. καὶ τὰς ἐργὰς πολλὰς τὰς φουδίας. Quarum omnium rugarum & striarum centrum erat vmbro & vmbilicus, quo omnes togæ turgæ nodo quodam constringebantur, & vt loquitur Tertullianus, custodibus forcipibus assignabantur: Locus est insignis apud Macrobiū, vt omitam Tertullian. de Pallio, vbi de togâ Hortensij loquitur, de rugis non fortè, sed industriâ locatis: Togam, inquit, corpori sic applicabat, vt rugas non fortè, sed industriâ locatas artifex nodum constringeret, & sinus ex compositio defluens, nodum latius ambiret. Vilis tandem histrio hæc leg. vocatur, ob habitum quoque (vt ex adiunctis colligere est.) Histrionis scilicet vilis habitus. Et hæc de primo huius leg. capite.

Secundo capite, Mimæ & quæ ludibrio corporis sui quæstum faciunt, VESTEM à Virginum sanctimonialium veste diuersam habere à Theodosio M. iubentur; vt superiori quoque lege 11. Mimatum vestis à Matronarum distincta fuit ab eodem Theodosio superiore anno. Nempe peculiari habitu Virgines Deo dicatæ hoc æuo iam vsæ. Sanè olim Matronas à prostibulis ac meretricibus vestitu distinctas fuisse, res est notior, quam vt exemplis comprobari debeat. Et sublatam hanc vestis distinctionem suis temporibus queritur Matrona quædam apud Attam aquis calidis; Cum meretricis, inquit, nostro ornatu per vias lupanur. Tertullian. locis duobus; nempe 6. Apolog. his verbis: Video & inter matronas atque prostibulas nullum de habitu discrimen relictum. Et lib. de cult. femim. Aut quid minus habens infelicissima pu-

blicarum libidinum victima? Quas si quæ leges & Matronis & matronalibus decoramentis coërcebant, iam certè seculi improbitas quotidie insurgens, honestissimis quibusque feminis vsque ad errorem agnoscendi coëquauit. Neque abluat lex Græcorum, quâ floridis vestibus solæ meretrices vsæ; de quo videndi Athenæus lib. 12. Clem. Alexandr. lib. 2. cap. 10. Diodorus Siculus, & Suidas. In peculiari potro veste Virginum sanctimonialium, fuit. Primum, seu mitrellum in capite; de quo velo seu velamine præter Ambrosium hoc tempore qui consecrationis Virginum ritum describit cap. 5. & 6. ad Virg. lapsi, insignis quoque locus est Optati Mileuitani, atque hoc signo atque indicio professionis agnoscebantur. De quo καλύματα Virginum sanctimonialium, quod superne à facie candidum suspendebant, Chrysofostomus quoque d. homilia 8. Deinde pulla tunica & pallium furuum de qua Chrysofostomus d. loco & Hieronymus. epist. 12. & ad Marcellum, ep. 23. Solent, inquit, quædam cum futuram virginem sponderint, pullâ tunicâ eam induere, & furuo operire pallio: item, pullâ tunica minus, cum humi iacuerit sordidatur. Et verò hanc ipsam pullam vestem Mimas & meretrices affectasse verosimile est, sic vt à Virginibus factatis minis distinguerentur. Nam & Acron ad 2. Satyr. Florat. Auctor est, meretrices Romæ fuisse cum pullis togis, quibus à Matronis discernentur. Sicut autem hæc leg. Theodosius M. manus virginum quæ Deo dicatæ sunt, veste vt vetat; ita reuertit Chrysofostomus d. homilia 8. virgines in eo reprehendit, quod quamlibet velo, pullâque tunica & pallio furuo induerentur, atramen, vestem & habitum componerent, καθάπερ ἡδὲ τῶν ἠνίκων ὁμοιωσάντων: & καθάπερ οἱ παραδοῖσι; denique quæ ita cultæ essent, vt amplius non liceat διαγινώσκον τὰς πόρνας εἰδὲ τὰς παρθένους, vt idem frequenter fæminas notat ἡ τὸς οὐδὲν καλλοπιστικῶς τὰς ἐν τῇ σκηνῇ μιμούσθας: veluti homilia 91. in Matth. Atque hæc de secundo huius legis capite: de quæ interdicit quod eo continetur. Quod & ipsum postea Capitularibus Caroli M. & Ludou: interdictum lib. 5. Capitul. cap. 235. & Aurelianensi constit. artic. 24. quod à Baronio omissum, in Annales Ecclesiasticos referendum fuit; pariter vt tertium, quod sequitur.

Postremo scilicet capite vetat Theodosius M. Christianam fæminam aut puerum Thymelici consortio imbui. Quod & ipsum Theodosij M. in Religionem Christianam venerationis argumentum est. Nempe quemadmodum etiam ea, quæ naturali vinculo scænica conditione tenetur, si Religionem Christianam profiteri incipiat, naturali vinculo à Scenicâ liberatur, l. 4. §. 9. supr. ita multò magis, qui Christiani iam sunt, à scænâ, & scænico consortio remouendi sunt. Pari ratione Constantius l. 1. infr. de Lenonibus, fæminas Christianas lenonibus, seu lupanatibus vendi veterat. De Thymelicis iam dixi ad l. 5. suprâ.

LIBERARI mimas officio suo Principis beneficio non posse. XIII. * Imp. HONORIVS & Theodosius AA. Diogeniano v. c. Tribuno Volupt."

MIMAS diuersis Adnotationibus liberatas ad proprium officium summâ instantiâ reuocari decernimus, vt voluptatibus populi, ac festis diebus solitus ornatus deesse non possit. Dar. v. Id. Febr. Rom. Constantio v. c. Cæf. 414. Acc. à Tribuno Volupt. x. Kal. Febr. Karthagine, Post Conf. Honor. ix. & Theod. v. A. c. o. s. s. [413.] Tom. V. B B b NOTÆ.

* Abest & hac lex à Cod. Justin. videri possit huic coassanda lex 176. *supr. de Decurionib.* vbi dixi.
 "Carthagine, vt docet subscriptio legis.
 "id est beneficio Principis, *leg. 9. supr.*
 "A te Tribuno voluptatum. "Ludis.
 "Karthaginensis.
 "29. *Kau.* Similis subscriptio Anno 413. l. 13. *infr. de infirm. his qua sub Tyrann.* quomodo & Rom. subscriptum
 Ann. 414. l. 55. *infr. de Hereticis.*
 "30. G. O. S. Potrò conurbati hic sunt Consules: de quo mox.

COMMENTARIVS.

LIBERARI potuisse BENEFICIO Principum Mimas seu Scænicas à scænâ, docuit l. 4. & 9. *supr. hoc tit.* quæ postrema ad eandem Africam & Karthaginem pertinet, latâque fuit 30. & quod excurrit, ante annos: Verùm alia nunc sententia placet Honorio *hac lege*, & quidem in eadem Vrbe Carthagenensî: siquidem beneficio Principum liberatas Mimas Carthagenenses *hac leg.* in scenam reuocari iubet. Nempe, vt ex eâ facillè colligi potest, quod populus Carthagenensis & Africanus erga ludos studiosissimus (quod etiam docuit *lex 2. 3. 9. hoc tit.*) huiuscemodi Principum adnotationibus interceptas sibi voluptates suas & festorum dierum solemnità apud Principem conquestus fuisset, atque id etiam Tribunus voluptatum Honorio Imp. insinuasset. Nempe *Tribunus voluptatum* peculiaris vt in aliis primariis Ciuitatibus, veluti Romæ, & Mediolani, ita & Carthagine quoque fuit. Cuius Tribunus voluptatum formula extat apud Cassiodorum, *lib. 7. form. 10.* fit eiusdem mentio *lib. 6. formulâ 19. Cum lasciuia voluptates recipiant Tribunum,* & de eodem Tribuno Mediolani est *epist. 25. lib. 5.* vbi Theodoricus confert Bacandæ viro superlustris & seni perpetuam Tribunatum, vt diligentissimè curet exhiberi voluptates in Vrbe Mediolanensi. Erat autem Tribunus voluptatum, qui voluptatis Urbicæ, id est, ludorum curam gerebat, atque proinde idem Scenicis gregibus, veluti tutor, Iudex, moderator appositus, sic vt in eos distributionem etiam haberet; vt ex prædictâ Cassiodori formulâ liquet. Alius verò ab hoc Tribuno voluptatum est ille, cuius meminit Sueton.

in Tiber. cap. 42. cum scribit, *Tiberium nouum officium instituisse à voluptatibus, præpositio Equite Romano Tito Caspionio Prisco.* Hic enim voluptatibus priuatis Principis præfuit; ille verò voluptatibus populi: Denique meminit Firmicus *lib. 3. cap. 7. ibi, Præpositurum voluptatum earum qua ad delectationem Regiam præparantur, quique annonas ab Imperatore accipiebant.*
 ¶ Cæterùm in subscriptione duo adhuc notanda sunt. Primò quidem inuersos esse planè *Cos s.* atque subscriptionem ita restituendam: *Dat. VI. Id. Febr. Rom. post Conf. Honor. IX. & Theod. V. A. A. CONSS. Accep. à Tribun. Volupt. X. Kalend. Febr. Karthagine Constantio P. C. G. O. S.* Nam alioquin dicendum esset, (quod absurdum,) prius acceptam quam datam legem hanc.
 Secundò obseruandum, integro Anno ante datam hanc legem quam acceptam, Cuius rei causa hæc est, quia statim post eam constitutionem datam, Anno 413. *Heraclianus* Comes Africæ Karthaginem & Africam sibi vindicauerat, & tyrannidem vsurpauerat; de quo videlicet est *lex 21. supr. de infirm. his qua sub Tyrann.* & *Chronicorum Scriptores, Idacius, Marcellinus, Prosper.* Sic quidem, vt in Italiam, & ad Urbem Romam proximè cum ingenti exercitu transgressus sit; verùm is eodem Anno 413. primùm Occidentem non longè ab Vrbe Româ superatus, paulò post in Africam profugus, Karthagine in æde Memoriarum percussoribus missis ab Honorio occisus fuit: & tum demum cæso Heracliano, vbi necessarii rebus prospectum, hæc lex initio sequentis Anni 414. à Tribuno voluptatum accepta fuit.



DE LENONIBIS.

TITVLVS VIII.

Proximo confinio cohæret hic *titulus* superiori; Rectè. Nam quæ scænica, eadem & publicæ libidinis fermè victima. Et *huic tit. respondet tit. Cod. Iust. lib. 11. de Spectacul. & Scæn. & Lenonib.*

PARATITLON.

LENONES, *Rubr. & l. 2. hoc titulo,* & Lenæ, quæ portentosæ vilitatis dicuntur, *l. 1. in fin. supr. de...* sunt, qui lupanaria, *l. 1. exercent*; in quibus scilicet scæminæ vile ministerium prostituti pudoris explent, *l. 1. coitionis sordes ferunt, l. 2. De iustissimo horum odio & pœnis est Constantij Imper. lex 1. & Theodosij Iun. lex 2. hoc tit.*

¶ CONSTANTII Imp. constitutio in lenones Christianarum ancillarum.

I. * Imp. Constantinus" A. ad Seuerum P. v."



I quis "scæminas," quæ "se dedicasse venerationi Christianæ legis sanctissimæ dinoscuntur, ludibriis" quibusdam subicere voluerit, "ac lupanariibus venditas faciat vile ministerium prostituti" pudoris explere, nemo alter eandem coemendi habeat facultatem, nisi aut hij qui Ecclesiastici esse noscuntur, "aut Christiani homines demonstrantur:" competenti pretio perfoluto. *Dat. 14. Non. Iul. Hierap. Placido & Romulo CONS. [343.]*

NOTÆ.

* Abest & hac lex à Cod. Justin. prælata l. 2. *infr.* Eam Baronius quoque in *Annalibus suis* omisit.
 "30. CONSTANTIVS, vt docent Consules subscripti. Error in hoc nomine sæpè admissus *hoc Codice*: veluti, *l. 3. supr. de diu. rescript. l. 1. supr. de Iurisdic. l. vnic. supr. de præb. Salar.*
 "An referendum PP. Seuerus enim hoc Anno non æternit inter Præfectos Urbis Romæ, in veteri Notitia, quæ apud Culpinianum, verùm *Aconius Cæcilius*: Quid si Seuerus hic P. V. Constantinop. fuerit?
 "Gentilis scilicet.
 "Ancillas filias.
 "Imò, & eo quod.
 "In ludibrium Religionis Christianæ.
 "id est subiecerit.
 "Prostituti pudoris. Ita pariter Firmicus *lib. 6. cap. 31. p. 170. Meretricem prostituti pudoris efficit, & qua corpora suum prauis libidinum cupiditatibus trahat, pudorem suum mercedis quosidiana gratia potestati LENONIS addicens, eritque in publicis meritoribus prostituta, etiam si ex alto genere videatur esse progenita.*
 "Qui sanè habitu faris noscebantur.
 "Probantur.
 "Hierapoli quoque hoc ipso Anno, sine mensis superioris *Data lex 35. supr. de Decurionib.* ad Leontium PP. vbi sanè Imperatores fermè constitère, vbi exercitus in Persas mouendus esset: vid. Ammianum, *lib. 14. p. 17.* vide & *Chronolog. Ann. 347. & Ann. 370.*

COMMENTARIVS.

CONSTANTII Imp. hæc in lenones constitutio est, quæ CHRISTIANAS scæminas à dominis Gentilibus prostitutas, Ecclesiasticis vel saltem Christianis redimendi, pretio contra competentem dato, potestatem facit Anno Domini 343. sexennio post mortem Constantini M. patris sui; necessitate impostâ eas illis vendendi. Scilicet, vt Lupanaria è Republ. Rom. (iam Christianâ) simul & semel inter hæc primorum Principum Christianorum initia, ac per Syriam nominatim (de cuius vago concubitu dixi ad *leg. 1. supr. de incest. nupt.*) quò hæc legem pertinere censo, fugari, fœdæque Lenonum nundinationes proturbari non potuere, sic quidem vt Lenones & Lupanaria hæc tempestate tolerata fuerint: quod de Constantini M. ætate docet quoque Lactantij locus *lib. 6. cap. 23.* ita primus ad profligandum dedecus istud gradus hic fuit, vt Christianas scæminas prostitutas & Lupanari venditas, alij coemere, id est retrahere seu redimere possent. Sed tamen Ecclesiastici vel saltem Christiani tantùm. Quomodo & alioquin Ambrosius 2. *Off. 15.* inter officia Sacerdotis ponit, non tantùm captiuos redimere, eripere ex hostium manibus, subtrahere neci homines, sed & maximè *fœminas turpitudinis.* Et postea plenius adhuc ius Episcopis hac parte tributum *l. 2. prox.* vbi vid. quæ dicam. Quod quidem Christianæ Legis veneratione constitutum: pariter vt quod constituitur *l. pen. supr. de Scenicis*: quia (quod hæc lex etiam indicat) Domini Gentiles scæminas potestati suæ subditas, seu ancillas, Religionem Christianam amplectentes, idè tantùm, vt Christianam Religionem ludibrio subiecerent, in Lupanaria seu lustra detruderent, Lupanariibusque venditas vel traditas facerent vile ministerium prostituti pudoris explere. Quod

quidem etiam ipsam ludibrii genus in Christianas mulieres persecutionum tempore iam olim exercitum, (vt ostendit iam *Fornetius 3. select. 21.*) Id verò præter Acta Martyrum, & Apostolicæ Historiæ *librum 3.* vbi de Trophimâ, Palladium *in vitâ Parum*, edocet insignis Ambrosij locus, *lib. 3. de Virginitate & sermone 9.* & Basilij *de verâ Virginitate*: Prudentij *ædè sequitur*, vbi vox *LYDIBRII* pariter occurrit:

Omnis iuuentus irruat, & nouum Ludibrium mancipium petat.

Scilicet, hinc Gentiles per hæc tempora profectu Christianæ Religionis indolentes, nullum non vindictæ ludibriique genus in Christianos exercebant, quò pertinet hæc lex: inde Iudæi feralem ipsorum sectam fugientes, & ad Dei cultum respicientes, etiam saxis aliòque furoris genere attentare non verebantur, vt docet *lex 1. infr. de Iudæis.* Cæteroquin pœnæ quoque genus hoc publicè Romæ fuisse, in adulteras, vt in Lupanaria damnarentur, ostendunt ea quæ de Theodosio M. scribit Socrates *lib. 5. cap. 18.* Ex his apparet, Constantij mentem *hac leg.* non tam, vel non tantùm ad lupanaria abolenda tendere; verùm eò quoque, & vel maximè spectare, vt Religionem Christianam à ludibrio Gentilium vindicaret. Imò apparet, Constantium *hac leg.* non abolitum ire lupanaria: contra, ea tolerare: sic quidem (nam eò spectat hæc constitutio) vt nonnisi Christianam scæminam, nonnisi ab Ecclesiastico, vel saltem à Christiano homine, nonnisi pretio competente contra dato, à Lupanari redimendi facultatem tribuat: non aliam, non alij, etsi pretio contra dato. Cæteroquin iam olim quoque Principes quidam Pagani ancillas lenonibus promiscuè vendi, seu ad Lupanaria damnari noluerunt: in quibus *Adrianus,*

nus, qui teste *Spartiano*, vetuerat ancillam Lenoni, seruum Lanistæ vendi, causâ non præstitâ, id est, nisi ex causâ aliquâ iustissimâ, non proprio & præcipiti arbitrio; verum si iusta esset Domini querela, oblatâ Iudici ancillâ.

¶ Obseruetur interim ex *hâc leg.* singulare Retractus, Coëmitionis, necessariæque venditionis genus, vt à ludibrio Gentilium Christiana Religio vindicaretur. Cuius necessariæ seruorum venditionis haud dissimile exemplum olim inductum, ob nimiam Dominorum læuitiam, & infamem iniuriam, relexipris Antonini Pij: de quibus §. 2. *Inst. & l. 2. de his qui sunt sui*: & apud Autorem *collat. ll. Mosaiacar. tit. de seruitû Dominorum 3.* Vbi infamis iniuria est quædam ei, de quâ *hâc leg.* agitur, vicina, & fœdior adhuc; vt alibi prolixè ostendo. Et tamen vt hoc casu, ita in specie *huius*

legis, pretio competente contrâ dato. Quod tamen sublatum, *l. ultim. Cod. de Spectacul.* vbi ancillæ prostitutæ manum initiere licet, & *l. ultim. de pœnis*, gratis, vtque... Lenones & Lupanaria vndecim annis post penitus extinctum iuit in Vrbe Constantinop. *Novell. de Lenonibus*. Et hæc tunc quidem Constantij Censura in Lupanaria seu Lenones sese exeruit: vltèrius enim deinceps procurrit, pudicitiaque consuluit primùm Theodosius M. Romæ eo facto quod narrat Socrates, *lib. 5. cap. 18.* de quo dixi ad *l. unic. supr. de Mannuiss.* dein Theodosius Iun. *l. 2. prox.* ob similem indignitatis spèciem: nempe vbi patres, vel domini, filiabus suis, vel ancillis, peccandi necessitatem inuitis imponerent. Tandem hæc sanctissimâ Constantij constitutione Annales Ecclesiasticos deinceps instrui moneo.

¶ THEODOSII Iun. constitutio in Lenones.

II. * Impp. THEOD. & Valentinianus AA. Florentio PF. P."



ENONES patres & dominos, qui suis filiis" vel ancillis peccandi" necessitatem inponunt, nec iure frui dominij," nec tanti criminis patimur libertate" gaudere. Igitur tali placet hanc" indignatione" subduci, nec" potestatis iure frui valeat, ne quid eis ita" possit adquiri, Sed ancillis filiabusque, si velint, conductiue pro paupertate personis, quas fors damnauit humilior, Episcoporum liceat, Iudicum etiam, Defensorumque implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolui: ita, vt si insistendum eis lenones esse crediderint, vel peccandi ingerant necessitatem inuitis, non" amittant solum eam, quam habuerant" potestatem, sed proscribiti pœna" mancipentur exilij, metallis addicendi publicis: quæ minor pœna est, quàm si præcepto lenonis cogatur quispiam coitionis fordes ferre, quas nolit. DAT. XI. Kalend. Mai, Felice & Tauro COS S. [428.]

NOTÆ.

- * *Lex 6. Cod. Inst. de Spectaculis, Scenicis, & Lenonib.* hinc interpolata est: simul & *l. 12. C. de Episc. aud.* Omisit & *hanc leg.* pariter vt *superiorem* in Annales suos referre Baronius.
- "*Orientis*, de quo mox plura.
- "*Filiis* hic positum, pro *filiabus* (quomodo in *Cod. Inst.* substitutum.) Nam & ita mox, sed *ancillis filiabusque*. Neque tamen hic quidquam muro.
- "*dum filias, vel ancillas suas prostituunt: Peccandi vox* hîc, & mox rursum, hâc in re propria de coitionis fordibus, vt mox vocantur.
- "*Libertas*, pro indignitate.
- "*Eos indignatione subduci*. C. *Inst.* Locum ita restituo: *Igitur tali placet hanc indignationi subditi* (vel *subdi*) *vt nec, &c.* vt ita displicatur vox *subduci*, vel *subdi* *vt*, vel mutetur in *subditi*. Omnis scilicet sermo & comminatio in parentes & dominos hic dirigitur.
- "Ita quoque *Cod. Inst.* *Indignatio*, pro comminationis pœnâ, ita *l. 146. supr. de Decurion. ne clementia nostra ob contumaciam dissimulantium in maiorem indignationem exsurgat*. Neque enim hic admitto; qui indignationem pro mala tractatione seu indignitate hîc accipiunt, quomodo Tertullianus in *MS. lib. de disciplina & habitu Virginum: Quod ornate putas, quod putas comi, indignatio* (vulgari habent *impugnatio*) *est ista diuini operis, præuaricatio est veritatis. Et Cypranus de orat. dum solum pessimum, filij sine lege, dereliquistis dominum & in indignationem misistis illum sanctum Israël*, pro quo habent vulgati, *blasphemauerunt sanctum Israël*.
- "In *Cod. Inst. ne: & mox, nec quid.*
- "*de. Valeant vt Cod. Inst.*
- "scilicet peccandi necessitatem imponendo filiabus vel ancillis.
- "*Amittant non solum inueto ordine in Cod. Inst.* Sed hoc meliùs.
- "*Habuerint*, *Cod. Iustin.*
- "*Pœna*, *Cod. Iustin.*

COMMENTARIUS.

THEODOSII Iun. hæc in Lenones constitutio est; in Lenones inquam, patres & dominos, qui filias suas vel ancillas suas, vel etiam conductas pro paupertate personas prostituunt inuitas, vt ex iis quæstum faciant. Igitur patriam potestatem & dominicam hæc parte aded infringit *hâc leg.* Theodosius Iun. vt parendi non tantum filiabus & ancillis necessitate eas liberet, sed & implorandi *suffragij*, siue Episcoporum, siue Iudicum, siue Defensorum potestatem eis faciat, quod

ab hac impotentium patrum & dominorum necessitate, liberentur. Imò iis, si insistendum putent, & peccandi necessitatem ingerant, proscriptionis bonorum, metallique pœnam imponat. Vbi multa notanda veniunt.

Primò, quod *Episcoporum suffragium* seu auxilium implorari hoc casu permittitur, quomodo & *superiore* Constantij *lege* Ecclesiasticis, imò Christianis omnibus redimendarum prostituerû facultas iam data fuit, Nempe Episcoporum cutam res hæc tangat,

gebat, isque incumbere non tantum vt castitati publicæ concultum esset; verum vt in commune humanitatem suam & interuentum suum miseris & oppressis præberet: eaque huius sæculi, quantumuis corrupti, reuerentia fuit, vt intercessioni Episcoporum plurimum deferretur: quem ided velut obicem Principes iniustis passim actibus, & impotentia læuitiaque opponere necesse habuerunt. Et quidem Honorius Imper. tribus constitutionibus, putâ *l. 7. seu ultim. supr. de custod. reor. l. 2. seu ultim. supr. de postliminio* (vnde interpolata est *lex 11. Cod. de Episcop. audient. & l. 2. seu ultim. supr. de expensis*. Imò & Quartâ adhuc constitutione idem Honorius solemniter Gentilium prohibendi, & quidem manu Ecclesiasticâ, facultatem Episcopis tribuit: *l. 19. infr. de Pagan. sacrif. & Templ.* Quibus omnibus Legibus addatur & *lex 25. Cod. de Episcop. aud. & lex 1. Cod. de aleatorib.* Addantur & quæ Ambrosius *2. Officior. 29.* Multæque aliæ leges *tit. Cod. de Episcopali aud.* Quare, vel his inspectis, debuit hæc quoque *lex* in Annales Ecclesiasticos referri.

¶ Secundò, *Defensorum* pariter hæc in re suffragium implorari permittit *hâc leg.* Theodosius Iun. quia scilicet Defensorum munus istud erat in commune, vt vnumquemque ab improborum insolentiâ tuerentur: de quo fidem facit tum nomen Defensorum ipsum: tum Paratitlon *tituli, de Defensorib. ciuitat. supr.*

Tertiò ex *hâc leg.* liquet, Lupanarium adhuc vsum hæc tempestate inter volentes in Oriente

stetisse, & quidem Constantinopoli: Quod sanè etiam liquet ex eiusdem Theodosij *Novellâ de Lenonib.* 18. quæ vndecimo post *hanc leg.* anno data est: Anno Domini 439. Eâ quippe demum Lenones in Vrbe Constantinopoli, vetiti, sublataque, quæ inde colligebatur, lustralis præstatio: pœnâque imposita verberum & exilij seu deportationis. Ex quâ etiam *Novellâ* illud patet (quod ad *huius legis* inscriptionem facit) *Florentium P.P.* ad quem *hæc lex* data est; post *hanc leg.* eius *Novellâ* seu interdictionis Theodosio Iun. Auctorem fuisse: in tantum, vt is quoque obrulerit propriam possessionem, ex cuius redditibus colligi possit, quantum prædictum vètigal pensitaret, Scilicet, quæ huius *Florentij* laus est; primùm seu primo pedato, ne inuita prostituerentur, Theodosio Iun. persuasit: mox Lupanarium in totum abolendorum autor extitit. In Occidente quoque Lupanarium vsus paulatim nonnullis locis damnatus, posteaquam scilicet castiores iam Romanis Barbari Occidentis Provincias peruaserunt, vt apud Aquitanos, teste Saluiano *lib. 7. de gubern. Dei*, & in Africâ à Vandalis, *eodem libro sub finem.*

¶ Postremo loco notanda *sine leg.* ratio pœnæ, quæ *hâc leg.* imponitur: cuius hic sensus est: relictè addici patres dominosque lenones metallis, imò iniustus adhuc, qui filias ancillâ seu suas adigant & addicant ad peccandi, palamque quæstus faciendi necessitatem. Et sic comparantur duæ additionis species ad opus publicum.

DE EXPENSIS LVDORVM.

TITVLVS IX.

"Et Officiorum, *l. i. hoc tit.* Latiùs enim est Nigrum *huius tituli* quàm Rubrum.

PARATITLON.

EXPENSÆ, *Rubr. & l. 2. Ludorum, Rubr. & l. 2. Editionum, l. i. vt* variæ, ita variè quoque definitæ fuere. De Prætoriarum expensarum modo, vide *l. 5. 13. 21. 24. 25. 30. & l. ultim. supr. de Prætoribus*, dictaque à nobis ad eas *leges*. Inter expensas ludorum erant, ea quæ à Iudicibus & ab Editoribus præmio dabantur Scenicis, *l. 2. supr. de Spectacul.* ad plausorum scilicet seu populi petitionem, *l. 2. hoc tit.* non aurum, *d. l. 2. supr. de Spectacul.* (excepto Consule ordinario, *d. l. 2.*) & ita quidem, vt duos solidos excedere non posset, *l. 2. hoc tit.* Erant & horum præmiorum numero vestes, quas nulli holofericas dare licebat, *l. i. hoc tit.* De Equorum largitione dictum ad *l. 6. supr. de Scenic. & infr. suo tit.* dicetur. Est & hic *titulus* de expensis officiorum publicorum. Eo numero fuere sportulæ & dyptica, *l. i. hoc tit.* vbi dicitur.

¶ THEODOSII M. constitutio Senatusconsultum firmantis de expensis ludorum & Officiorum.

I. * Imppp. Valent. THEOD. & Arcad. AAA. ad Senatum."

NULLI priuatorum" liceat holofericam vestem sub quâlibet" Editione" largiri. Illud * etiam Constitutione" solidamus," vt, exceptis Consulibus" Ordinariis," nulli prorsus alteri" auream sportulam, dyptica ex ebore dandi facultas sit: Cùm publica" celebrantur Officia," sit sportulis nummus argenteus, alia" materia dypticis:

dypicis: Nec maiorem argenteum nummum fas sit expendere, quàm qui formari so- let, cum argenti libra vna in argenteos sexaginta diuiditur: minorem dare volentibus, non solum liberum, sed etiam honestum esse permittimus. Dat.vi. Kalend. Aug. Heracliaz, Richomere & Clearcho c o s s. [384.]

NOTÆ.

- * Absit & hac lex à Cod. Iust. Iungenda autem illi lex vnic. Cod. Iust. de Senatuscons. Quo verò nexu cohæreant inter se, quis proinde legis illius sensus sit, mox viderimus.
* Verbis Romæ: mox verò ostendam, cur hæc constitutio ad Senatum data sit.
* Priuatorum, id est, quorumcunque aliorum præter Principem: vid. Gloss. Theod.
* Etiam si Iudi sint Imperiales, seu in honorem Principis.
* Editio, ludorum scilicet: vid. Gloss. Theod.
* Fugitiua ab hoc titulo hæc huius legis pars est: Neque enim pertinet ea ad expensas ludorum; verum ad expensas Officiorum: de quo mox.
* Hæc scilicet nostra.
* de hac voce solidandi mox; quâ & Symmachus in hac ipsa re vitur.
* vide similiter l. 2. supr. de Spectacul. quæ est eiusdem Theodosij.
* veluti Prætori, Quæstori.
* Sed cum.
* Alia scilicet erant priuata quoque Officia veluti natalitia, nuptialia, in quibus largitiones quoque seu dona-munera amicis data misæve: de quibus Symmachus.
* Officia, de his mox.
* Quam ex ebore.
* Seu Heraclia: vbi videlicet Constantinopoli digressus Theodosius M. mense Iunio & Julio fermè huius Anni substituit, inibi que ab eo datæ res adhuc leges, putâ lex 7. de Palat. sac. larg. l. 106. supr. de Descriptionibus: l. 11. supr. de Mutilationibus.

COMMENTARIVS.

THEODOSI M. hæc constitutio est, vt ex subscripto Heracliaz nomine patet, vbi quippe is hoc Anno 384. Constantinopoli digressus, mense Iunio & Iulio egit, vt docent quoque aliæ constitutiones, quas reperere licet ex Chronologia. Eâ verò constitutione MODVM imponit Largitionibus, tum in Scenicos, tum in Officia publica. Quid inquam Consules Scenicos nomine aliæ Magistratus, siue pro præmio ludionibus seu Scenicis, siue Sportulæ loco, amicis erogare possent. Duplici sine, tum vt inter Principis & priuatorum largitiones discrimen aliquod dignitatum fiat, tum etiam ad coercendum immoderatum & effusum hanc in partem hæc tempestate priuatorum luxum, qui patrimonia sua sæpè ita effundebant & dilapidabant, vt videlicet vince- rent superiorum celebritates (de quo est etiam Ambrosij locus hoc ipso tempore, lib. 2. offic. c. 21.) tum hoc sæculo, tum & proximo; vt non tantum ex Vopilci querelis liquet, quod ostendi iam ad l. 2. supr. de Spectacul. verum etiam ex Symmachi epistolis, & Olympodoro apud Photium. Eoque pertinet etiam hic Basilij locus, Homilia, de auaritia, p. 386. ἡ γὰρ τῶν τοῦ θεοῦ ἀγαθῶν ἀπολαύσεως, ἡ μίμνῃς, ἡ ἀνεπιμέλειαν τῶν ἀδελφῶν, ἡ ἀνεπιμέλειαν τῶν ἐκκλησιῶν, ἡ ἀνεπιμέλειαν τῶν ἀδελφῶν, ἡ ἀνεπιμέλειαν τῶν ἀδελφῶν: vide & Chrysostrum homilia 40. ad Philipp. edit. Comel. p. 1281. Quare largitionibus his modus sæpè præstitutus, (Senatu etiam quandoque id postulante, agentëve, vt in spec. huius leg.) pariter vt expensis in ludos; veluti à Constantio, l. 3. 5. supr. de Prætorib. à Valentiniano Sen. l. 21. d. tit. à Valente, l. 25. à Theodosio M. l. 25. & 30. eod. tit. Areadio, l. ultim. d. tit. à Theodosio M. inquam, hæc quoque leg. idque ad Senatus postulationem seu firmato, solidatouque Senatusconsulto seu decreto, quod super hac re processerat. Non tantum argumento illorum huius legis verborum, Illud etiam constitutione SOLIDAMVS, verum insuper, ac maximè, argum. leg. vnica Cod. de Senatuscons. quæ eiusdem Theodosianæ ad Senatum constitutionis seu orationis pars est, huius legi coniungenda coassandaque deinceps, atque aded hinc

nouâ luce donanda venit. Verba eius hæc sunt: IMP P P. Valent. Theod. & Arcadius AAA. (ita enim hi tres Imppp. in nonnullis libris inscribuntur rectè: non vt alij, Gratianus, Valentinianus, Theodosius,) ad Senatum. Quamuis Senatusconsultum perpetuam per se obtineat firmitatem, tamen nostris LEGIBVS etiam idem PROSEQVI-MVR: ADIICIENTES, Vt si quisquam speciali supplicatione eliciendum aliquod Rescriptum tentauerit, vt transire ei FORMAM liceat STATVTORVM, tertiâ partimonia parte multetur, & damnatus AMBITVS crimine, maneat infamis. Dat. VII. Kal. Aug. Heraclia Richomere & Clearcho Conf. Huic inquam legi vnica, quam Glossa, aliique multi intactam, non accipiendam eam de Antiquis Senatusconsultis super iuris videlicet articulo aliquo, cuiusmodi etiam nulla hoc tempore facta, quale est Tertullianum, Velleianum, & similia: quod hæctenus Viri docti perpetam censent: Verum de iis Senatusconsultis quæ Senatum & Senatores respiciebant, modumque his, eorumque actibus ponebant: de cuiusmodi Senatusconsulto est Symmachi epist. 21. lib. 10. de quo innox: veluti de iis quibus modus FORMAQUE largitionibus & expensis præstituta, & quidem in ludos officiaque publica. Ad rem. Ergo Senatus sub Theodosio M. MODVM FORMAMQUE Senatoriis ludorum Editionibus (de quo Senatusconsultorum genere agitur quoque supr. tit. de Prætor.) & largitionibus, quo maiores ne facere liceret Senatusconsulto suo STATVERAT. Idque Auctore Symmacho P. V. vt ipse testatur lib. 4. epist. 7. ibi, Scias à dudum rei istius processisse principium. Hoc Senatusconsultum ad Theodosium M. pro more mox missum, quod ab eo confirmaretur adiecta etiam penâ. Id quod constitutione sua hæc leg. & d. l. vnic. Theodosio factum. Constitutione solidamus, inquit hæc lex: Nostris legibus prosequimur, ait d. l. vnic. Etsi superfluum hanc confirmationem suam esse præfatione suâ prædicet, quasi Senatusconsultum per solatis firmitatis & absque eo habiturum esset. Additâque ab eo d. l. vnic. penâ AMBITVS, si quis contra supplicare Principi deinceps auderet. Vbi quæritur anxie ad hanc diem, cur Ambitus crimen in spec. d. l. vnic. contrahi dicatur. Id verò discimus ex hæc leg. Nempe Ambitus est, si quis Principi supplicet, vt maiorem sibi quam Senatusconsulto statutus fuerat, expensarum modum facere liceat. Ambitus est supra modum conditioni suæ præstitutum, formamque statutam, quid affectare, vel etiam à Principe ambire; putâ si priuatus aut Principi, aut maiori dignitati referuatum, expensarum modum sibi petere auit. Ambitus, non eo tantum admittitur, cum quis dignitatem ambit, verum & si indebitos honores, signa, quæque altioris ordinis & expensas largitionesque: de quibus hæc leg. caueatur, putâ de referuatis Principi & de referuatis Consulibus ordinariis, maioribus largitionibus: & quidem in ludis, & officiis publicis. Tandem hæc est illa ipsissima Theodosij M. constitutio, quam memorat Symmachus huius Anni 384. Præfectus Vrbis lib. 10. epist. 21. Omnium, inquit, beneficiorum, quæ tribuit potior fortuna subiectis, certa sunt tempora, DD. Imperatores: SOLA LEGES, quæ in commune bonum procedunt, nunquam patiuntur occasum. Agit Diuini Sanctionibus vestris gratias Ordo reuerendus [id est, SENATVS] etiam nomine posterorum, quibus Respubl. emendata traditur. Nam quum fœda iactatio SENATORIAS functiones gravibus impendis obruisset, & moribus & sumptibus nostris sanitate veterem reddidisset: ne aut impares facultate Collegas tenuis decoloraret Editio, aut per verecundiam vrbibus maiora comatos, effusio inconsulta demergeret. Eiusdem, &c. Et post alia que ibi sequuntur de formâ dicendarum sententiarum. Credimus igitur his remotis ad regnum suum rediisse virtutes. In Editionibus parsimonia, in Senatu ordo retinebitur, &c. Superest vt ea que Serenitas vestra Patribus deliberanda legauit, cognito Senatusconsulto Lex Augusta CONFIRMET. Nullo enim dissentiente, quis MODVS, censuram semel aut sæpius, quæ fingendis mediocritas Editionibus applicetur; quæ Gladiatorio Muneri (huc faciunt quoque quæ scribit Symmachus lib. 2. ep. 45. ibi, Quod Saxonum numerus intra summam DECRETA M populi volupratibus stetit: & que Scenicis ludis sumptuum temperamenta conueniant: quid libertatis habere mereatur presentis expensio, quid damni absentium contumacia debeat experiri. Hæc æternitas vestra venerabilis, cum SENATVI STATVEND A mandaret, REFERRI ad se proiunxit imperavit, vt placita cunctis immortalis LEGE SOLIDENTVR. In his parvum. Expectamus oraculum, quo salutariter, vt vestro numini familiare est, Patrum DECRETA FIRMETIS: ADIECTA comminatione, si vllus aliquando AMBITVS hæc vel illa corruperit, quo consilio cælesti pro Ordinis dignitate sanxistis. Hæctenus Symmachi epistola, quæ omnino ad hanc legem, & ad d. l. vnic. Cod. de Senatuscons. pertinet: Nam & Tempora præcisè conueniunt: data enim est ea Epistola à Symmacho P. V. quam vti que dignitatem gessit hoc Anno 384. Vt docet lex 44. supr. de appellat. & lex 4. supr. de sent. ex pe- vit. recit. & lex disputare 2. C. Iust. de crimine sacrileg. Secundo, & Res, seu Materia subiecta. Tertio, & Verba ipsa, vnâ cum Euentu, qui epistolam Symmachi secutus est, seu ea quæ Theodosius his legibus præstat: Nempe vt Symmachus ea quæ à Patribus Senatusconsulto statuta, seu Patrum Decreta, lege Augusta confirmari cupit, & vt disertè ait, Leg. SOLIDARI: ita & hæc leg. Theo-

dosius, eadem voce retentâ, ait, id à se hæc constitutione SOLIDARI. Illud etiam, inquit, constitutione solidamus: Præfatione eâ additâ, quæ continetur d. l. vnic. Cod. de Senatusconsultis. Quamuis, inquit, Senatusconsultum perpetuam per se obtineat firmitatem, tamen nostris LEGIBVS etiam idem PROSEQVI-MVR: vbi Theodosius M. ait, se legibus idem (Senatusconsultum scilicet, vel quod Senatusconsulto decretum fuerat) prosequi, id est legibus suis idem cum Senatu adstruere, simul cum Senatu statuere: & sic in effectu, Senatusconsultum seu decretum firmare, corroborare suis legibus: hæc enim vis est vocis prosequendi, vt hæc, ita & aliis pluribus legibus, de quibus vid. Gloss. Theod. & apud Symmach. Quarto tandem postulauerat Symmachus nomine Senatus, vt Theodosius ADIICERET comminationem, si vllus aliquando AMBITVS sancita corrumpere: id quod omnino fit d. l. vnic. ADIICIENTES, inquit, vt si quisquam speciali supplicatione elicere aliquod Rescriptum tentauerit, vt transire ei formam liceat STATVTORVM, tertiâ partimonia parte multetur, & damnatus AMBITVS crimine, maneat infamis.

Vnus tantum scrupulus eximendus superest; quod lex hæc Theodosium Authorem habeat, qui Orientis Imperator erat; Symmachus verò P. V. Romæ fuerit. Verum notandum, hoc tempore Urbem Romam in commune à Valentiniano Iun. & à Theodosio M. administratam. Quare & Symmachi P. V. Romæ super negotiis Rom. Epistola nonnullæ ad Valentinianum datæ occurrunt: aliæ ad Theodosium: aliæ in commune. Et hæc verò ipsa Symmachi Epistola inscriptionem præfert disertè, ad Theodosium & Arcadium: non verò vt vid. doctus quidam, ad Arcadium & Honorium. Tandem simile Senatusconsultum, simili que confirmatio eius occurrit supr. de Prætoribus: vbi dixi. Et sic iam Tria hæc inter se optimè conspirant: hæc, inquam, lex, & Symmachi locus ille: & dicta lex vnic. Cod. Iust. de Senatuscons. quæ proinde iam Codicis Iustiniani Interpretibus sese claram & perspicuam præbebit.

Ex hæc interim leg. & d. l. vnic. discimus, quæ reuerentiâ Theodosius M. Senatum V. R. habuerit, illâ inter alia præfatione; Quamuis S. C. perpetuam per se obtineat firmitatem, tamen, &c.

¶ Nunc de ipsamet legis dispositione; cuius duo sunt capita. Primum est, de modo Largitionum, & quidem vestium in LVDO S & Scenicis. Inter cætera scilicet præmia, (in quæ passim inuehitur Chrysostrum) quæ Editores (id est ludos edentes) in Scenicos & Agitatores olim erogabant, erant & Vestes; quæ & aliâs inter Imperatorum missilia fuere, teste vel Herodiano lib. 5. cap. 6. Quod etiam testatur Vopilcus in vita Aureliani & Carini: & Symmachus lib. 5. epist. 20. & lib. 6. epist. 34. 40. & Chrysostrum homil. 55. Comel. in Math. p. 477. Græc. 54. Aded quidem vt etiam fericæ vestes erogarentur. Verum cum sericatum non vnum genus esset, (erant enim aliæ holosericæ, aliæ sublericæ) Holosericæ, quicunque tandem sint Editores, largiri hæc constitutione prohibentur, atque aded soli Principi hæc largitio referuatur. Quod pertinet & duo Symmachi loca. Prior locus est lib. 4. epist. 8. Intellego ex morâ & cunctatione Rescripti Diuini aliquid in his, quæ Prætoris Filij mei supplicatio comprehendit, incongruum vel dubium iudicari. Atque ideo denno tibi petitionum mearum debeo præstare rationem, &c. Aqua theatralis, & holosericarum vestium imperatio, etiam aliis ante me plerumque delata est: & ideo inuasi.

innatur exemplis. Ex quo Symmachi etiam loco liquet, paulo post (nempe sub Honorio,) legem illam unicam, Cod. de Senatus Conf. atque ad eam quoque leg. ea parte abolitam & peractam, quandoquidem iam aduersus formam Senatusconsulti, quae hac lege, & hac nostra solidatur, supplicari Principi, vsuque holosericarum vestium impetrari potuisse ostendit. Quomodo & Aquae theatralis, & amphitheatrici spectaculi vsus, singulari alioquin privilegio & prerogatiua Consulibus reseruatus hoc ipso Senatusconsulto, seu Theodosij constitutione, Rescriptis deinceps ad alios porrectus: recte Symmacho lib. 4. epist. 8. quamlibet sub Ambitus poena hac lex sancita fuisset aduersus eos, qui speciali supplicatione aliquod Rescriptum contra impetrare tentassent. Ac subsericas licuit, quod ex hoc loco colligitur: De quibus Symmachus quoque d. lib. 5. epist. 20. (ad Magnilium & Vicarium scilicet Africae.) At nunc inter votiva Candidati mei negotia, & Quaestorios apparatus fraudari nos conuenerit societateuorum consiliorum, & tamen obeunda nec procul locatus omittis: Nam & vestes SVBSERICAS, quas homines mei post illationem pretij retentabant, & instructum reliquum muneralium PRAEMIO RVMI tuus coegit instruit. Sanè Lampridius testatur, primum Romanorum Heliogabalum holoserica veste usum, cum iam subserica in vsu essent. Idem tradit, ab eodem Heliogabalo conuinitis quoque sericam vestem donatam, quae tum in raritate videbatur & honore. Contra idem Lampridius de Alexand. Sen. Eum vestes sericas veras habuisse, holosericas nunquam induisse, subsericas nunquam donasse. Item Vopiscus de Aureliano, Eum vestem holosericam neque ipsum in vestuario habuisse, neque alteri utendam dedisse: & cum ab eo vxor sua peteret, ut unico pallio blateo serico videretur, eum respondiisse; Absit ut auro silapensentur, libram enim auri tum serici fuisse. Nempe Sericum temporis Iulianum & Iovianum fuit. Idem Vopiscus memorat, Tacitum Imp. holosericam vestem omnibus viris interdixisse. Holoserica vestis opponitur subsericae: illa quippe est tota serica, subserici verò stamen lineum, trama serica. Macarius, homilia 17. γυνή ἔχουσα ἑλοσσερικὰ: Dorotheus, doct. 2. ὁμοίῳ γὰρ ἐπέδωκεν ἑλοσσερικόν. Alia est holouera vestis, sacro scilicet murice tincta: de qua suo titulo de vestibus holoueris. Ex his omnibus apparet, subsericas tantum vestes in vsu fuisse ante Heliogabalum, & ita quidem ut rarae essent in vsu, primum Heliogabalum holosericam induisse, secutos Heliogabalum Principes Holosericas non induisse, & tamen earum vsu ad priuatis vsurpatum, sed aliquando à Tacito interdictum. Hac interdictione non obstante holosericarum vestis increbuit, nondum tamen ut Scenicis praemio donarentur à priuatis. Vopiscus enim, qui ante quadraginta annos scribebat, sub Constantio, inter Placidi Conf. Anno D. 343. praemia memorat & conuenerit, Aurigis praemio datas tunicas subsericas, in gemiscentibus frangi hominibus. Verum post Vopisci tempora luxu in dies magis magisque incrementum, etiam holoserica pro praemio dari capere à priuatis. Id quod hac Theodosij M. constitutione interdicitur. Quod de holosericis vestibus dictum, ut ne priuatus eas Scenicis praemio daret, id ferre de auro quoque constitutum, solis Consulibus exceptis: l. 2. sup. de Spectacul. de quo mox seq. cap. Nempe Principes complurima velut Principatus omnia & summa sibi solis seruauere: de quibus vid. Fortner. 5. Quotid. vltim.

Alterum caput ab hoc titulo fugitiuum, est de expensis OFFICIORVM publicorum. Officia

publica sunt, solennitates Magistratus iniiti, veluti Consulatus, Praeturae, Quaesturaeque, quo & priuati cum amicis rogabantur & veniebant: de quibus Ammianus Marcellinus & Symmachus saepe, vbi videndus quoque eius Interpres, ad lib. 6. epist. 10. Missis quoque ad amicos muneribus, vt ex eodem Symmacho discere licet. Atque haec Consularium officiorum munuscula dicebantur. Haec etiam apud Iulianum epist. ad Eustochium 20. vbi Interpres malè Consularium honorem vertit. Eoque luxus & prodigalitatis deuenit, vt etiam hac parte sibilam imponi oportuerit, & vt hac Theodosij M. constitutione imponitur. Munera porro hac duum generum erant: nempe Pecunia, & Dyptica, quibus modus hac leg. adhibetur. Dyptica erant pugillares, vt ex compluribus Symmachi locis apparet, & ex Claudiani loco, quem postea laudabo, duarum tabularum seu foliorum, vnde Aulonio vocantur bipatens pugillar. διπύρον χαμματίων, de quo postea: vidèdus & Suidas, & antiquus Interpres Horatij, itémque Interpres Iuuenalis: Nempe πύργια sunt tabellae. Inde igitur διπύρον idem quod διπύρον, vt notat Eustath. ad Iliad. 8. De his quoque Dypticis sentit Herodianus lib. 1. c. 17. λαβὼν χαμματίων τέττον δὴ εἴδη ἐκ φιλόσοφου εἰς ἀπλοῦς ἡσκησίων, ἐπικράδων τε ἀπακράδων ἀμφοτέρωθεν ἐπιτυγμῆτων. Inde & πούριπυρα, quae ex pluribus tabellis constabant, de quibus alibi dixi. Dypticorum habuimodi qui & ἰερατικοὶ inde χαρτῶν vsus quoque in Sacris fuit, in quae Sanctorum & Martyrum nomina referre mos erat, de quibus ex professo multo dixerunt. Et nuper adhuc Doct. Habertus in ἀρχαιολογικῶν, p. 8. Obseru. 13. Dona itaque Magistratum inuenientes, amicis suis pro munere missitabant, vel ad solennitates concurrentibus, vt etiam absentibus. Primum erat pecunia, cuiusmodi pecuniae munus Sportulam vocabant, vt haec lex docet, itémque Symmachus quam multis locis, ac nominatim lib. 4. epist. 55. & lib. 9. epist. vltim. De istidem sportulis vide eundem lib. 1. epist. 97. lib. 3. epist. 59. 61. lib. 4. epist. 15. Sidonium lib. 8. epist. 6. Ennodium lib. 8. ep. 37. ad Boetium. Igitur Sportulis his & munusculis pecuniariis modus hac leg. adhibetur; nempe, aureos siue solidos Sportulae nomine erogari vetat hac lex; solis Consulibus, & Officiis & Sportulis Consularibus exceptis. Nempe solis Consulibus auream Sportulam dare licet amicis; solis item Consulibus Scenicis aurum praemio dare: (vt biennio post hanc legem ab eodem Theodosio M. constitutum, l. 2. sup. de Spectacul.) Quomodo & solis Consulibus privilegio singulari hoc eodem sero Amphitheatricum spectaculum editioni ludorum indultum, teste eodem Symmacho lib. 4. epist. 8. Sanè de Sportulis aureis Consulatus est quoque hic Symmachi locus lib. 9. epist. vltim. Sportulam Consulatus mei & amicitiae nostrae & honori tuo debeo. Haec in SOLIDO vno ad te misi, orans vt benigno animo solennia OFFICII mei libamenta suscipias. Nummum itaque argenteum tantum ceteris Sportulae loco expenderè ex hac lege licet: Quod proprie canistellum argenteum dicitur à Symmacho lib. 2. epist. 81. Ceteros quodque amicos eburneis pugillaribus & canistellis argenteis honorari. Nempe Sportulae & canistellum idem, nisi quod pro vilioris paulò metalli ratione diminutium canistelli vsurparum; Sportula verò de quocunque tandem metallo, et si ipsa diminutiui speciem habeat: Hinc Sportulae duum generum hic indicantur, aureae, & in nummo argenteo. Imò quocunque tandem doni & munusculi genus Sportula dicta: pro felici nuncio, l. 1. & 2. sup. ne quid publicis. pro felici introitu, l. 3.

l. 3. sup. de domesticis & protector. vbi de his Sportulis dixi. Quo sensu & hoc accipitur. Et apud Ammianum Marcellinum lib. 14. p. 14. distributio solennium sportularum.

Nunc ad rem: scilicet Consulibus auream Sportulam seu numisma Sportulae nomine dare hac leg. permittitur, argenteam tantum ceteris. Neque tamen adhuc indistinctè quemcunque nummum argenteum, verum non maiorem, quam cuius generis sexaginta libram argenti efficiunt: Nempe maior pecunia, seu maior nummus, cuiusque vsus ad luxum propior: quia causam minutulae pecuniae aditrici, quique Principes vsu vulgare, cohercendo luxu, & effusa liberalitate, imò in plures diffundendae, de quo extat insignis Lampridij locus in Alexandro Senero: Formas, inquit, binarias, ternarias, & quaternarias, & denarias etiam atque amplius, vsque ad bilibres quoque & centenarias, quas Heliogabalus inuenerat, resoluì praecepit, neque in vsu cuiusquam versari; atque ex eo his materia nomen indium est, cum diceret, Plus largiendi hanc esse Imperatori causam, si quum multos solidos minores dare possit, dans decem vel amplius vna forma, triginta, & quinquaginta, & centum dare cogeret. De cuius Lampridiani loci sententia dixi ad leg. vnic. sup. si quis solidi circuli. exterior. incid. Denique minorina pecunia luxui reprimendo est, & fontes liberalitatis per plures spargit.

¶ Ceterum Libram argenti in argenteos seu denarios, modò plures, modò pauciores diuisam hac lex aperte ostendit. Sanè vetustissimis temporibus octoginta quatuor denarij in libram argenti signabantur, vt docet Plinius, lib. 33. cap. 9. Missit, inquit, denario Triumuir Antonius ferrum, alij è pondere subtrahunt, cum sit iustum octoginta quatuor è libris signari. En octageni quater denarij in libram, quod confirmatur epistola Celii ad Natalam, in qua palam ac nullis ambagibus scribitur; Octoginta quatuor denarios in libram incurvere. Nempe vt libra auri, etiam Constantini auro erat octoginta quatuor solidorum, ita totidem denariorum argenti libra vetus Romana. Verum, vt ex hac lege discere licet, non haec tenus stetit librae argenteae diuisio, verum & argenti libra in denarios sexaginta diuisa, diuisa in plures & minores, diuisa in pauciores & maiores. Haec enim tria argenteorum seu denariorum genera, hac leg. memorantur. Sexageni in libram, plures sexagenis, & pauciores sexagenis. Nec MAIOREM argenteum nummum fas sit expendere, quam qui formari solet, cum argenti libra vna in ARGENTEOS SEXAGINTA diuiditur, MINOREM dare volentibus non solum liberum, sed etiam honestum esse permittimus. De minorum horum nummorum numero fuisse censo Centenales; qui memorantur l. 1. & 2. sup. si quis pecun. const. Et haec quidem de Sportulis seu pecunia.

Secundum, quod Magistratus Officia inuenientes amicis donabant vel missitabant, erant quae dixi Sportulae, quae quidem auri atque alius materiae erant, vt haec lex ostendit; sed eburnea fuere: seu quae ex ebore summo in pretio; atque idèd solis Consulibus ordinariis Sportulae ex ebore dandi facultas hac leg. sit. De his diptychis Consularibus eburneis est hic Claudiani locus lib. 3.

de laudib. Stiliconis, sub finem: Tum virides pardos & cetera colligit Austri Prodigia, immanisque simul Laetonia dentes, Qui secti ferro in Tabulas, auroque micantes Inscripsi rutilum calato CONSVLENGM EN Per Procures & vulgus eant, stupor omnibus Indis Plurimus, ereptis elephas inglorius errat DENTIBVS.

Libanij quoque locus huc facit, epist. 914. ad Tavianum, à quo Consule, munus Consulare acceptat: Ἐχὼ τῶν πηλῶν, λαβὼν ἔντε τῆς φιλίης, καὶ τῆς διπύρου χαμματίων, τοῦ εἰς ἐκείνων, ἢ τῶν ἀρχαίων, &c. Habeo honorem quem accepi tum in phidala, tum in Diptycho: & hoc quidem eburneum illa vero argentea: vbi διπύρον χαμματίων est διπύρον. Pariter vt in altero Libanij loco καὶ τῆς περσεποδόντων: p. 114. πῶλον δὲ καὶ εὐνοτε δὴ αὐτῶν χαμματίων διπύρον (nam ita nunc rescribo, loco διπύρον, quod habebat MS.) πολλῶν καὶ μακρῶν λόγων ἔργον κερματίων: id est, etenim plus valet quandoque epistola bipatens pluribus & prolixis sermonibus conuinitis habitis. Apud Herodotum, & exinde Pollucem & Helychium διπύροις δὴ ἀβύροις, & διπύρον χαμματίων, vel χαμματίων διπύρον. Denique διπύρον χαμματίων, est quod bipatens pugillar Aulonio: cum plures duabus tabellis essent pro numero, ἡσκησίων, πούριπυρον dicebatur. Quare error est hic reponentium loco, ebore, vocem are: quomodo iidem putant Pomponium dixisse, eboras Tabulas, pro areis: l. 2. π. de orig. iur. Eburnea autem ista Diptycha à Consulibus data: quia Consulum nominibus insculpta erant, (vt ex superiori Claudiani loco liquet) Fastorum idèd appellatione indicantur à Sidonio Apollinari lib. 8. epist. 6. Consuli, inquit, proximus erant: Itaque vt primum breui peracta, nec breuis SPORTELATA, daturque FASTA, acclamatum est ab omni Gallie caetu. Nempe hoc loco Fasti cum Sportula coniunguntur, vt hac leg. Diptycha cum Sportulis: Et à Quaestoribus tamen, Candidatis etiam, eburnea pugillaria seu Diptycha post hanc constitutionem data, docent Symmachi duae epistolae, nempe lib. 2. epist. 81. 87. Filius noster, &c. offert tibi dona Quaestoria. Quae igitur vt eius nomine diptycha & apophoreta suscipere dignemini, &c. Praterèa Domino & Principi nostro, auro circumdatum Diptychum misi: ceteros quoque amicos eburneis pugillaribus, & canistellis argenteis honorari, &c. Vbi vides etiam Imperatoribus missa diptycha & quidem Auro circumdata. Et in Auctario epist. 7. Offero, inquit, vobis eburneum diptychum & canistellum argenteum librarum duarum filij mei nomine qui Quaestorium munus exhibuit. Idem rursus meminit Diptychi & apophoretici lib. 5. epist. 56. & lib. 9. epist. 109.

¶ Vt ad Theodosianam hanc constitutionem redeam; eodem fine ab eodem Theodosio emissa hoc ipso Anno, tribus post mensibus, altera ad Senatum Oratio, cuius pars extat l. 25. sup. de Pratoribus & Quaestoribus: quae aucto Pratorum numero, eorum expensis modum posuit, & summam definit quae Praeturae seu Iudi Praetorij peragerentur: & statuto, vt bini posthac agnoscerent seu erogarent, quod singuli antea transgebant.

THEODOSII Iun. constitutio de expensis ludorum.

II. * Imp. Honorius & THEOD. AA. Anthemio P. V.



VICTOS Iudices admonemus, vt ludorum quidem, quibus moris est, intersint festiuitati, & oblectamentis fauorem eliciant populorum. Verum expensarum non excedant duorum solidorum librata inpendia: nec inconlulta plausorum infania Curialium vires, fortunas Ciuium, Principalium domus, Possessorum opes, Reipublicæ robor, euellant Exceptis Alytarchis, Syriarchis, agonotheis, itémque Asiarchis, & cæteris, quorum nomen votiua festiuitatis solemnitas dedicabit. Dat. v. Kalend. Mart. Constantinop. Honor. VIII. & Theod. III. COS. S. [409.]

NOTÆ.

- * Abest & hac lex à Cod. Iustin.
Malè, vt vel tota lex ostendit, & lex 30. supr. de erogat. milit. Annonæ: aliaque. Et sanè Monaxius hoc tempore erat Præfectus Vrbis: l. 47. supr. de Oper. publ. & l. 1. supr. de sum. Vrbis Constip. Itaque rescribendum hic, PP. id est, Præfecto Prætorio: vid. Protopogr.
Sub re Præf. Prætorio constitutus, & sic Rectores Prouinciarum.
Fauor in pœnia populorum & plebis elicitur oblectamentis seu spectaculis. Ita similiter omnino Symmachus lib. 6. epist. 42. Quia longè ante ludos, & ipsos iungendis equis erudire debemus, & nonitate eorum fauorem plebis allicere. Ioan. Chrysolomus multus est in vanitate hac proferenda: inter alia, homil. 20. cap. 4. Genes. p. 227. Paris. edit. vid. & homil. 6. in cap. 1. Genes. p. 52. & homilia 4. in fin. vide & Libanium Orat. ad d. d. de mortu. p. 53. 63. vbi iam dixi: & epist. ad Iulianum 707. vid. & quæ notauimus iam ad l. 1. supr. de off. Rect. Prou.
Popularem: dixi ad l. 1. supr. de Spectaculis.
Moderationem, l. 2. supr. de Spectaculis.
Sustineri istud potest: quamquam malum, ne.
Inconlultum, quod per turbam inconditam sit.
Ita popularem plausum, l. 1. supr. de Spectaculis. & l. 3. d. tit. popularib. plausib. intemperatè seruiunt.
Infania plausorum. Ita infania Circi Tertull.
Nota hæc quatuor hominum genera in Prouincijs & vrbibus: Curiales, Ciues, Principales, Possessores: de quo dictum sit. de Decurion. supr.
Ita hic locus est interpungendus? non principalium, domus.
Exceptio hic non est de Regula: sed differentiam denotat.
De Alytarchis est quoque lex 12. supr. de iure fisci.
De Syriarchis & Syriarchis munere agitur & l. 1. supr. de præd. Senatoribus: & l. 103. de Decurionibus: quibus locis iam dixi.
An locus hic coniunctim legendus, Syriarchis Agonotheis? de Agonothesia vide & l. 109. supr. de Decurion. vbi dixi.
Vtuti Lyciarchis, Phœniciarchis, Cappadocarchis: de quibus dixi ad d. l. 1. supr. de præd. Senator.
de hac voce votiui, dixi ad l. 1. supr. de Feriis.
pro dedicauit.

COMMENTARIVS.


THEODOSII Iun. hæc constitutio est, quâ is, etsi Iudicibus seu Rectoribus Prouinciarum perimitat, solemnibus spectaculis interesse, atque aded hæc quoque ratione fauorem populorum elicere; modum tamen imponit præmijs ludorum, quæ scilicet à Rectoribus Prouinciarum ad populi plaudentis voces (vt hæc quoque lex docet ibi: inconlulta plausorum infania,) dabantur. Quænam videlicet præmia in Victores & Ludos, & intra quem modum expendere seu erogate possent: & variè quidem pro varietate scilicet ludorum & ludos edentium, nempe in Prouincijs alij ludi exhibebantur à Iudicibus seu Rectoribus Prouinciarum: alij à Sacerdotibus. Illi, id est Iudices, ex vrbibus Reipubl. & collatione Curialium, Ciuium, Principalium, possessorum: Hi verò, id est, Sacerdotes Prouinciarum proprijs suis sumptibus: horum quippe nomen, vt hæc lex loquitur, votiua festiuitatis solemnitas dedicauit, id est, hi ludis edendis in Prouinciâ destinati erant, & editiones seu spectacula horum expensis & sumptibus procuranda erant; vt docet etiam lex 1. supr. de Spectaculis. pro quo iniucem haud modicè huiusmodi Sacerdotibus priuilegia antiquo iure constitutisque maiorum concessa seu delata fuere: l. 12. supr. de iure fisci: l. 14. infr. de Paganis: (de quo consulenda quæ ad eam legem 14. dixi.) Erant enim hi Sacerdotes Agonotheis, vti hæc lex eos

vocat, seu Agonothesiæ onere astringebantur, l. 109. supr. de Decurion.
Cæterum his Sacerdotibus nomina indita ex ipso Prouinciarum nomine, quarum Sacerdotes erant, quales Syriarchis, & Asiarchis, hæc leg. memorantur, id est, Sacerdotes Syriæ, Sacerdotes Asiæ. Syriarchis sanè quoque fit mentio, l. 1. Cod. de natural. liber. Sed & Asiarchis mentio fit non tantum hæc leg. verum etiam l. 1. d. d. 6. §. edvvs 14. π. de excusation. & l. 8. in princ. π. de vacation. mun. Et apud Eusebium lib. 4. cap. 14. vbi Rufinus rectè vertit, Munerarium: & ἡρώτων, inquit, τὸν Ἀσσύρων ἑλίπτον ἢ ἑπαρῆ τῶ πολυκίερον λόντα: ὃ δὲ ἔρη μὴ ἔξῃ ἂν ἰπὼ ἐπειδὴ πεπαιδωμένοι τὰ ἀνεγέστα. Imò & in Actis Apostolor. cap. 19. v. 31. Τὴν δὲ τὴν Ἀσσυρίων παρεκάλει μὴ δύναιτο ἑαυτὸν εἶς τὸ δεῖσθαι. Atque vt Sacerdotes de Prouinciarum nomine designati, ita & munera ipsa; hinc videlicet Syriarchis, l. 1. supr. de præd. Senator. & l. 103. supr. de Decurion. quibus locis dixi.
Alytarchis par ratio fuit, cuius, vt & Alytarchis ab eo dictæ, mentio fit non tantum hæc leg. verum & l. 12. supr. de iure fisci: & l. 1. de offic. Com. Orient. & l. 2. Cod. de Cupress. ex luco Daphn. Erat autem Alytarcha peculiaris Sacerdos Vrbis Antiochenæ, quæ Syriæ Metropolis erat. Quanquam neque vnus Antiochenæ Vrbis Alytarcham fuisse, deprehendo, verum & Pifarium; docet vetus Inscripção quæ apud Comitum Arundelia

Arundelianum, ἐργὸν Γ κλ. Οὐαλερίῳ Δικωνιάδῃ ἱερέῳ Ἀσσυρίῳ & Ἀλυτάρχῃ Πισοαίων. Sanè certamè Olympiacū Pifis celebrari solitum ex veteri aliâ Inscripção liquet, vbi ita, Οὐλύμπια τὰ ἐν Πέτρῃ. Hic verò Alytarcha, inter alios Sacerdotes Syriæ, ac proinde & ludi ipsius præ alijs fuere, velut Vrbe non tantum in Metropoli totius Dioceseos Orientis, Antiochiâ scilicet, verum quæ totius Orbis tertia erat: de quo alibi. Quare variæ huius Alytarchis prærogatiuæ seu προνόμια fuere, cuiusmodi tria hæc deprehendo: Hinc scilicet hæc leg. primo loco Alytarchæ, & quidem ante Syriarchas nominantur: Hinc secundò Cupressi vnus ei soli aliquando ex luco Daphneni prope Antiochiam exscindendi ius fuit: l. 12. supr. de iur. fisci. & l. 2. supr. de Cupress. (Quod immutatum postea vnâ librâ auri ex re priuatâ Principis accipiendâ: d. l. 2. Cod. de Cupress.) Hinc tertio maioris Iudicis, putâ, Comitris Orientis carâ Alytarchæ ludi exhibebantur: Syriarchæ verò, minoris Iudicis, putâ Rectoris Syriæ, l. 1. de offic. Com. Orient. Quartum προνόμιον hæc leg. continetur Iudicium respectu.
De ratione nominis istius Alytarchæ, nunc videndum. Varinus Phaourinus dictum censet, eò quòd ludis, qui fierent in honorem Deorum, πῶς ἀλυτῶν, id est, ἀσπυρφόρων præfesset, vt à Cujacio quoque notatum est, 2. Obseru. 13. Quem plerique omnes hæctenus sequuntur. Sanè Rhabdophoros sive Maltigophoros ab Elæis Alytas vocari, ex Etymologico quoque notum est. Quod si ita est, tum res confecta videtur. At P. Faber 1. Semestr. 18. conicit dicitos à voce ἀλύω, quod significat letari, exultare, gestire, ac præ gaudio dissolui, quod vtiq; in ludis vsuueniebat, & sic Alytarchas, quasi publica voluptatis Arbitros; quod probabilius; saltem, quàm quod idem tentabat, ἐπὶ τῆς ἀλῆς, à sordibus & strigmentis, quæ à sudoribus athleticis contraherentur. Verum à Phaourino stare malo. Ergo ludis præfuisse Alytarchæ. Hinc itaque hæc leg. Agonotheis cognomen eis inditum: Agonotheis enim est, ad quem Agonis seu Certaminis arbitrium pertinet: de quo alioquin vide Hesychium, & Suidam, & Spartianum in Adriano. Ergo certum, Alytarchas præfuisse ludis seu certaminibus. Sed quale eorum fuerit munus, satis est hæctenus incomperatum. Par denique ratio Lyciarchæ, & Phœniciarchæ, Bithyniarchæ & Cappadocarchæ, quorum mentio fit d. l. 1. d. d. 6. §. edvvs 14. π. de excusat. & d. l. 1. Cod. de natural. lib.
His ita expensis, nunc de ipsâ constitutione:

scilicet hæc leg. circa præmia ludorum, differentia constituitur inter Iudices & Sacerdotes. Definitur, inquam, Vt ne Iudicibus liceat vitra duos solidos Victori in ludis pro præmio dare; nempe ne effusa alioquin Iudicum liberalitate ad inconlultam plausorum, id est; plaudentis populi infaniam, ἐπιφυσίαν βοᾶς, Curialium, Ciuium, Principalium, Possessorum facultates exhauriantur, vtpote quorum sumptibus & collatione ludi celebrarentur, non quidem vt ipsos solidos, vel aureos victori lude det; (Aurum enim non nisi Consulibus hæc tempestate erogare permissum fuit: l. 2. supr. de Spectaculis.) etsi olim vetustissimo iure & more Populus victori aurum postularer, Iuuenal. Satyr. 7. vers. ult.

Victori Populus quod postulat aurum.
Vbi etiam vetus Scholiastes modum huius præmij definit: In theatro, inquit, solent petere quinque aureos: Nam non licet amplius. Ait, quinque aureos, quod ad duos hæc leg. redactum est. Quin & d. l. 2. supr. de Spectaculis. Consulibus erogandi auri moderata quædam ratio permittitur. Quid igitur Præmia Scenicorum quæ à Iudicibus erogantur æstimationem duorum solidorum hæc lex excedere vetat. Alia verò ratio hæc leg. constituitur Sacerdotum: His enim permittitur hunc modum excedere: Nempe, quia vnicum fermè horum officium erat, ludos edere, & suis quidem sumptibus non è vrbibus Reipubl. vel priuatorum priuilegijs his iniucem quamplurimis, vti iam dixi, concessis. Nempe Reipubl. magis consulendum fuit, atque aded Curialibus, Ciuibus, & Possessoribus, ne publicæ lætitiæ obtentu bonis suis exoluerentur; non etiam Sacerdotum, qui hunc honorem Sacerdotij, eiusque priuilegia ambientes, summis que facultatibus, ipsi non aded adstringendi vifsi sunt. Ad id quod de Curialibus diximus, pertinet querela Libanij orat. ad d. d. de mortu. p. 63. quod Curialium facultates immo dico Iudicum erga spectacula studio attererentur: nempe quia suum ad hæc spectacula auxilium seu impensas Decuriones conferebant: τῆ, inquit, ἢ ἐνδύων βοῆθῆα. Sanè Magistratus seu Duumuiros spectaculorum editiones curasse docent complures constitutiones, putâ lex 1. 4. supr. de Spectaculis. l. 29. 169. supr. de Decurionib. & Tertullianus de Spectaculis cap. 12. De Curialium Antiochenorum immenso in hæc & alia sumptu, prolixè Libanius in Antiochico, p. 358. 359. vnde & censum eorum quandoque releuari oportuisse docet dicta lex 169.



DE EQVIS CURVLIBVS.

TITVLVS X.

Huic Titulo, & duobus proximis congruit Ambrosij locus lib. 2. offic. 21.

PARATITLON.



QVI, l. 6. supr. de Scenic. Equi Curules, Rubr. & l. 2. 1. 2. supr. de diuers. offic. & l. 3. supr. de Spectaculis. in Curulis certaminis forte, l. 1. in solemn. certamine, l. 6. supr. de Scenic. voluptatibus profuturi, l. 2. Spectaculis Vrbanae plebis inferuiebant, dict. l. 6. & festiuitatibus in cunctis oppidis celebrandis: l. 3. supr. de Spectaculis. Eos porro quoque partim Principis, dict. l. 6. & l. 19. supr. de Tom. V. C C c 2 Prator.

Prator. quod pertinet & lex 1. hoc tit. partim variorum ex Senatorio Ordine Magistratuum largitio subministrabat, d.l.6.

Huius generis Equi erant, qui ex Gregibus Dominicis seu Principis Palmati dicebantur: l.1. hoc tit. & l.vnic. supr. de Grege Dominic. Item Hermogenis, d.l.1. seu Hermogeniani, d.l.vnic. quique de Phrygiae gregibus erant: d.l.19. supr. de Prator. Item Hispani sanguinis: d.l.1. Græcique, d.l.1. Quibus Equis nomina indebantur, d.l.1.

Horum autem Equorum stabula erant certa Romæ, quatuor scilicet pro numero factionum: Vnde factionum stabula in Vrbe venerabili, l.2. hoc tit. Curulia stabula Urbis æternæ, Symmacho, 2. epist. 78. Quibus ex horreis fiscalibus alimonia præbebatur, etiam nimio cursu debilibus factis: l.1.

Hos in vsu priuatos conuerrere non licebat: l.6. supr. de Scenic. Actuarius equorum Curulium, Ciuitatum diuersorum, Orientis memorantur, & nominatim Urbis Constantino-politanæ, l.1.2. supr. de diuers. offic.

Hi victores, vt Agitatores ipsi honorabantur: Vnde l.6. supr. de Scenic. equorum palmarum numero gloriosorum, & celebratis vtrinque victoriis nobilium mentio fit.

I. * Impppp. VALENTINIANVS, Valens & Gratianus AAA. ad Ampelium P. v."

ALMATIS adque Hermogenis equos, quos in curulis certaminis forte, vel contentionis incertum, vel annorum series, vel diuersa ratio debiles fecit, ex horreis fiscalibus alimonia præberi decreuimus: Equos verò Hispani sanguinis vendendi solitam factionariis copiam non negamus. Illud quoque Sinceritas Tua præcipiat obseruari, ne Græcorum equorum nomina, qui hinc missi fuerint, commutentur. Dat. Kalend. Ian. Gratiano A. 1.1. & Probo CONS. [371.]

NOTÆ.

- * Absit hæc lex à Cod. Iustin. vel temporaria & localis.
Ampelii huius Antiocheni Præfecti Urbis Romæ post Olybrium meminit duobus locis Ammianus Marcellinus, in huius ipsius Anni 371. gestis lib. 28. p. 386. & p. 396. Eidem verò inscribuntur complures aliæ constitutiones huius Anni & sequentis: vid. Prosopogr. & de eo mox.
29. Palmatij, vel Palmatis, id est, Palmatis.
30. Equis.
31. Sors certaminis.
Contentionis, id est, certaminis & cursus.
Incertum vocat cuius dubius fuerat euentus, quòque Equus debilitatur.
Diuersa, id est, quæcunque tandem alia.
Horrea fiscalia, in quibus alimonia Equorum erat.
Malim data hic accipere pro Acta, vel PP. Nam biduo post, ludi Circenses erant de more exhibendi, nempe, Tertio Nonis Ianuariis, vt docet locus Libanij, de Kalendis Ianuariis: Τρίτην ἡμέραν, ἑβδόμην ἢ ἑκκοστήν ἐπιπένητα ἡμέρας: πάλιν ἡμέρας τρεῖς τῆς νύκτος: πάλιν δὲ ἡμέρας ἐν ἡμερολόγιον, ἢ λέγουσιν ἐν ἑσπέρῳ, id est. At tertio Nonis Ianuarij iunguntur Circenses Quadrigæ; magnâque certamine de victoriâ, magna in Circo frequentia, & post Circenses Balineæ. Hinc & in veteri Kalendario Constantiano, Tertio Nonis, & Secundo Nonis: & Nonis ipsi LV D I notantur. Atque hic dies votorum olim, quæ pro salute Principis suscipiebantur. Quod docet lex 233. §. 1. π. de V. S. & idem vetus Kalendariū.

COMMENTARIVS.

DEBILITATIS vel cursu, vel ætatis senio, vel aliter, Equis Curulibus, qui Urbis Romæ voluptatibus, id est ludis, destinari, quid factu opus sit, hæc Valentini Sen. constitutione definitur A.D. 371. quæ quidem notandum est, datam ad Ampelium P. V. Ampelium, inquam, P. V. quem (quod ad hanc leg. facit) Ammianus Marcellinus lib. 28. p. 396. ait, Cupidum voluptatum fuisse, latissimæque ad populi fauorem adipiscendum aptissimum. Eodemque etiam pertinet pars legis 23. supr. de cursu publico, quæ eidem Ampelio P. V. hoc ipso Anno inscripta est: ibi; Nam si adclamationibus populi Romani nostri, aliisque antiquis & solemnibus rebus concessa inguitas inlibata seruetur, &c. Vbi vide quæ dixi. Ac vt de hoc Ampelio P. V. ad tena nostram nonnulla adhuc notemus. Ammianus Marcellinus non tantum studia eius in voluptates ludicolasque, quod modò dixi, indicat, verum quatuor insuper ab eodem Romæ statuta aduersus gulam & ganeas memorat, d. p. 396. & 397. Quin & eo

ipso loco vitia Mobilitatis & plebis traducens, p. 398. inter alia notat Nobilitatis studium nimium Romæ eâ tempestate in EQVOS & Aurigas: Si venturos VNDELIBET Equos aut Aurigas quendam didicerint nunciasse, ita imminent & percontantur, vt Tyndaridas fratres eorum suspexere maiores, cum priscis illis victoriis indicatis gaudio cuncta complessent; (cui congruentia vide apud Symmachum lib. 1. epist. 22.) Mox p. 401. & alia subiicit de plebis studio in ludos Circenses: vbi inter cætera ait: Etque Templum & concionem & cupitorum spes & habitaculum omnis Circus est Maximus. Cupitorum, inquam, (ita enim restituo,) non cupidorum, vt Valestius: non vt Salmastius, & copia eorum & spes omnis: vt istud Valestius rectè refutauit, p. 369. Extat & Cod. Iustin. lex 2. de officio Præf. Urbis, sine die & Consule, ad hunc Ampelium P. V. data: quæ & ipsa ad ludorum editiones pertinet: in fine quippe legis illius ita legendum, & homines populares huius.

huius Alma Urbis EDITIO NI obnoxios: non seditioni. Quibus verbis indicantur Scenici, & voluptatum artifices, qui editionibus ludorum obnoxij sunt: de quo iam supr. tit. de Spectaculis. Eâ verò lege id cauetur, Præfectum Urbis aliunde ex Prouinciis non nisi duo hominum genera euocare posse: Nempe Officiales suos, & Homines popularibus editionibus, seu ludis Urbis Romæ conditione obnoxios: de quibus Paratitlo de Scenicis, supr. Ad Præfecti scilicet Urbis notationem ludi & Spectacula pertinebant, vt ex superioribus legibus liquet & l. 2. 7. 18. 20. 21. 26. 29. 33. de Prætor. supr. Symmach. lib. 10. epist. 36. Cassiodoro, lib. 1. epist. 31. 32. 33. lib. 7. form. 4. Sed præcipue ex tot legibus hoc libro ad ludos pertinentibus, & ex hæc quoque ipsa l. 1.

Nunc ad rem: quidque de Equis Curulibus, qui Romæ in curuli certamine debilitati sunt, agi velit hæc leg. Valentinianus Imp. quorum scilicet hæc parte distinctionem instituit: Nempe Palmatis & Hermogenis Equis debilitatis alimonia ex horreis fiscalibus, seu publicis præberi iubet Valentinianus, ac non etiam eos vendi, quod hæc tenus fieri solitum. Equos verò Hispani sanguinis debilitatos vendi pro more solito permittit; vendi, inquam, à factionariis: Factionarij sunt ij qui præerant factionibus Agitatorum. Notum enim quatuor fuisse factiones & veluti scholas Agitatorum Circensium: Prasnam, à colore viridi; Russatam à rubeo colore; Albatam ab albis vestibus; Venetam à cæruleo colore: de quibus Factionibus l. 2. prox. quæ etiam indicantur, l. 6. supr. de Scenicis. Factionarij igitur qui factionibus præerant, cuius nominis mentio in veteri Inscriptione Romæ, quæ referenda ad Ann. D. 276. CL. AVRELIO POLYPHEMO DOMINO, ET AGITATORI FACTIONIS RVSSATÆ TOGENI CÆSAREVS SVI TEMPORIS PRIMO ET SOLO FACTIONARIO OB GLORIAM. Denique Domini factionum intelliguntur, de quibus Sueton. in Nerone. cap. 22. & Lampridius in Commodio, & veteres Inscriptiones. Huius autem differentie ratio inter hæc Equorum genera, vt sciatur, de singulis agendum est. De Palmatis & Hermogenianis Equis (quorum non tantum hæc leg. fit mentio, verum etiam l. vnic. supr. de Grege Dominico:) plene semel dixi ad d. l. vnic. vbi dicta hic arcessi possunt.

Ex hæc leg. id discimus: Primò, Palmatis & Hermogenis Equos pari in pretio fuisse: Secundò, Hermogenianos, qui ita vocantur l. vnic. supr. de Grege Dominico, ab Hermogene quodam ita dictos, quomodo sanè & Palmatis à Palmatio nuncupatos ibidem ostendi. Tertio, vtrorumque in Curuli certamine, seu ludis Circensibus vsu fuisse. Quarto, vtrosque cæteris Equis, etiam Hispanis, potiores fuisse, & primæ qualitatibus. Hinc adeò, hæc debilitatis, vel contentionis incerto, vel annorum serie, vel aliâ ratione debilibus factis, Valentinianus ex horreis fiscalibus alimonia præberi hæc leg. decernit: contra, quod solitum atque in vsu erat, quòdque in Hispanis etiam Equis obtinere potè vult Imp. vendendi eos copiam denegat. Quæ quidem magna est horum Equorum in commune prærogatiua. Cuiusmodi quibusdam Equis prærogatiua pro cuiusque affectu vel gloria singulis sæpè data. Protritum illud iam olim Ennij.

Sicut fortis Equus spatio qui sæpè supremo Vicini Olympia, fractus senio nunc requiescit. Notum est quod Dio de Nerone scribit: & quomodo Circenses Equos senio confectos habuerit,

ornauerit, cohonestauerit. Ac vt in commune pleaque alia præmia victoribus cum Equis communafuere, vt Corona, sepulturae honos, id genus alia; ita & alimonia seu obsonia. Sanè vt omittam alia, Victoribus in sacris certaminibus à Republ. vestigalia seu obsonia constituta fuisse docet etiam Vitruuius præfat. lib. 6. & Plin. lib. 10. ep. 119. Sic & Athletis ætate confectis in Prytanæo Annona data ab Atheniensibus: sic & vetulo mulo cum Mineræ Templi conderent, eò quod is illis viam præteret, & ad capeffendum laborem quasi hortaretur, μέγιστον τάλαντον ἡσπείδης ἀμύσης ἐξασπασατο, teste Plutarcho in Catone, & Eliano 6. de Animalibus, cap. 49. Sic igitur & hic γυμναστικῶν Palmatis & Hermogeniacis Equis decernuntur, ob insignem videlicet eorum nobilitatem: quos vel humanitate idèd maiore dignos censuit Imperator, quàm vt rursum dominis priuatis subicerentur: Quin vt hanc quoque rationem addam, vt ad sobolem procurandam mitterentur: Nam & Plinius notat lib. 8. cap. 42. Equos quinquennes Circo certamen accipere, post viceffimum annum à Circo MIRTII ad sobolem proceandam. Et hæc quidem de primo argumento nobilitatis Palmationum Hermogenianorum Equorum, quæ hæc leg. continetur. Eodem pertinet secundo loco, quod maior pœna propolita, maius pretium, hocce Equos vsurpantibus, quàm alios: d. l. vnic. supr. de grege Dominico. Et hæc de Palmatis & Hermogenianis Equis.

Hispani sanguinis Equorum alia ratio hæc leg. vt maxime & ipsi nobiles essent, & secundæ qualitatibus, & quidem superioribus & Cappadocibus proximis; ac nominatim quoad ludos Circenses: quod vt hæc leg. satis indicatur, ita expressè scribit Vegetius lib. 4. Veterinar. cap. 6. Cappadocum, inquit, gloriosa nobilitas: Hispanorum par vel proxima in Circo creditur palma. Sanè Hispanorum quoque Equorum seu præstantissimorum mentio fit in Veteri Orbis descriptione, quæ scripta sub Constante cap. 50. & nominatim Hispanorum Curulium mentio fit in Iuliani Epist. ad Constantium, apud Ammianum Marcellinum lib. 20. Equos, inquit, præbebo Curules Hispanos: id quod pro magno Iulianus Constantio pollicetur. Eorundem equorum Hispanorum Curulium crebra mentio apud Symmachum, lib. 4. ep. 59. 60. 61. 64. lib. 5. ep. 82. 83. lib. 7. epist. 105. 106. lib. 9. epist. 12. 18. 19. 20. 21. 22. 23. Mentio & apud Claudianum, Panegyrico in Manly Theodori Conf. id est, Anno 399. vbi Vranie Erato sic alloquitur, exhortans ad miracula plebi colligenda, & nomen claris theatris celebrandum, & ad Quadrigas celebres aduehendas palmis nobiles.

Illustret Circum Sonipes, quicumque superbo Perstrept hinnitus Betim, qui splendida potat Stagna Tegi, madidoque iubas aspergitur auro. Et alibi non vno loco. Et alioquin de Hispaniâ Equini pecoris celeritimi diuite, infinita sunt Veterum testimonia: Inter alios Martialis: Strabo, lib. 3. Iustinus, lib. 41. Plinius, lib. 8. cap. 42. Quate & Equos Hispania ac nominatim Berica contulit, vt docet lex 1. supr. de distrah. pign. vbi dixi. Sed & Hierocles in Hippiatricis inter præstantissimi generis equos Hispanos vnâ cum Cappadocibus numerat. Et tamen Cappadocibus inferiores hæc quoque leg. censentur. Hinc igitur quamlibet illi in Circenti certamine debilitati vendi à Factionariis hæc l. prohibeantur: hi provt solitum, ex hæc l. vendi potuerunt. Vendi, inquam, vel vt Virgilius dixit, Georgic. de Equo generoso agens, abdi domo Hunc quoque vbi aut morbo grauis, aut iam segnior annis

Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ. Abde domo, id est exclude, amoue, & sic vende: Dominum pretio muta, ut Iuuenal. Satyra 8. Plutarchus dixit ἀπὸ τοῦ οἴκου; quæ quidem postrema, aliâque rectè Gronovius nuper, commentar. de festeriis, à pag. 114. Cæterum Hispani sanguinis Equi hæc leg. dicuntur, pariter vt à Vegetio Veterinaria artis lib. 4. cap. 6. vbi notandam quod ait, Africanam Hispani sanguinis velocissimos præstare consueuisse ad usum sella. Et hæc de priore huius leg. parte, seu de Equis Palmatis, Hermogenianis, & Hispanicis.

ALTERA huius leg. pars & sententia est, de tertriæ qualitatis Equis, putà de Equis Græcis, eorumque nominibus: quâ id statuitur, Græcorum equorum nomina, qui hinc missi fuerint, commutati non oportere. Vbi Tria obscura sunt. Primò, quinam per Græcos Equos hinc intelligendi sint? Græcorum certè Equorum meminit Nemesianus in Cynegetico: Cornipedes igitur lectos det Græcia nobis Cappadocumque, &c. Et mox: Nec minor est illis Græcia quàm in corpore forma. Ambrosius, in Apologia Davidis, cap. 9. vbi dotem eorum prædicat: Alij, inquit, qualis Græcorum Equorum fertur natura, cum vel in Curuli certamine elisi fuerint, vel fortuito ceciderint, nequaquam se mouere consueverunt, & quandam tenent quietis & patientiæ disciplinam. Igitur hoc Græcorum Equorum nomine comprehenduntur Primò Phrygij, de quibus l. 19. supr. de Prætor. Secundò Epirotici, de quibus l. 1. supr. de stratorib. Tertio Dalmatæ, de quibus omnibus Vegetius rei Veterin. lib. 4. cap. 6. Quarto, Thessalici; quorum meminit Varro 2. de re rust. cap. 7. De stirpe, inquit, magni interest, quâ sint, quod genera sunt multa. Itaque ad hoc nobiles à regione dicuntur in GRÆCIA Thessalici Equi, &c. His Oraculi voce laus prima decreta, teste Strabone Æginensib. interrogacionib. lib. 10. Thessalicus præcellit Equus Quintò, Argolici; de quibus Horatius 1. Od. 7. Apium dicit Equis Argos, dièsq; Mæcanas. Meminit & inter præstantissimi generis equos Hierocles in Hyppiatricis; & Æthicus Sophista. Secundo loco obscurum est in hæc leg. quid sibi hæc velint, qui hinc missi fuerint: An qui dimissi fuerint à necessitate Curulis certaminis? an verò qui missi fuerint ex Græcia Romam? An qui missi ex Vrbe Roma huc in Galliam? vbi hæc lex data à Valentiniano. Primùm illud quis putet, argumento superioris è Plinio loci lib. 8. cap. 42. Verùm contrà ipse existimo, indicari hinc Equos ex Comitatu seu à Principe è Gallia Romam missos: Solebant scilicet hac tempestate Imperatores Curules & Scenicis voluptates. Circo & Pompeianæ Cauæ suppeditare: Scenicos, inquam Arti-

fices, Aurigas, & Equos; vt testatur Symmachus lib. 10. epist. 19. & 22. lex 6. supr. de Scenic. & lex 19. supr. de Prætorib. Horum igitur nomina mutari vetat hæc leg. Valentinianus.

Sed tandem obscurum est, cur nomina Græcorum horum è Gallia Romam missorum Equorum commutari prohibeantur? Illud equidem notum est, sua Equis Circensibus nomina indita fuisse, & quidem vel à colore, vt Corax, Maurus; vel à celeritate, vt Tigris, Incitatus, volucris; vel à gente, seu patria, vel ab insigni aliquo, & aliis rebus. Hinc aded Incitati & Pertinacis, volucris, Babylonij nomina apud Suetonium in Caio: cap. 55. Dionem lib. 59. & in Pertinace: Capitolinum in Vero: Ammianum lib. 23. p. 259. Apud Martialem Passatinus & Tigris. Sed & Circensium tabula hodiernum extat Romæ marmorea, in quâ varia nomina Equorum, Coloris, Aurigarum, & Præmiorum, simul distinctè continentur; quam Onuphrius Panuinius suo de Ludis Circensibus libello inseruit: vide quoque plura apud Salmas in Solinum: pag. 895. 896. 897. & 936. Hæc inquam nota sunt de variis Equorum nominibus: sed Ratio indaganda de Interdicto nominis mutandi. Huc sanè omninò facere mihi videtur locus Vegetij 4. artis Veterinaria, cap. 6. In permittendis, inquit, Equis, vel distrabendis (ita legendum) maximam fraudem PATRIÆ solet afferre mendacium: videntes enim carius vendere, generosissimos fingunt. Neque Statij locum hinc omittere possum 5. Syluar. 2. protreptico ad Crispinum: Romulei qualis per iugera Circi Cum pulcher visus, titulis generosus anitis Expectatur Equus, cuius de seminate longo Felix emeritos habet admisura parentes. Accedat & Chrysothomi locus tom. 5. λόγος μζ. in illud, Salutate Priscillam, pag. 240. & 315. οὐ μὲν αὖτε τῶν θεῶν τῆς οἴης ἵππων ἀμύκων ἐπισημῶν, & ΟΝΟΜΑΤΑ ἢ ἀγάλων, ἢ ἡρώ, ἢ ΠΑΤΡΙΔΑ, ἢ ἀπαγορῆν οἴης ἵππων ἔχουσι ἐπισημῶν ἀμύκων ἀπάσων, ἢ ἐπὶ ζωῆς, ἢ ἐνεργείας δρόμων, ἢ τίς τινα σωταρήμεθον τῶν νικῶν ἀπάσων, ἢ πῶς ἵππων ἐν ποταμῶν βασιβῶν, ἢ τίνα ἔχον ἡγορῶν, ἀεὶ δὲ τῶν δρόμων, ἢ τῶν ἀτίτηχων ἐπεδραμάσαι. Ergo Græcorum Equorum nomina ex Gallia Romam missorum, qui iam Venales haberi cœperint, commutari vetat Valentinianus hæc leg. ne alioquin ignobiles patriâ & palmis, pro generosis, veluti Hispanicis, Palmatis, & Hermogeniacis, Palmæque Circensi nobilibus subiciantur, fraudisque aded emptoribus fiat: tandem argumento superioris capitis vbi de vendendis Equis agitur: quò pertinet Vegetij locus rei Veterin. lib. 4. cap. 6. mox supra allegatus, vbi etiam proponit signa, vnde cognosci possit patria. De alia fraude commutationis est id quod scribit Symmachus lib. 7. epist. 121.

Cornipedes igitur lectos det Græcia nobis Cappadocumque, &c.

Et mox:

Nec minor est illis Græcia quàm in corpore forma. Ambrosius, in Apologia Davidis, cap. 9. vbi dotem eorum prædicat: Alij, inquit, qualis Græcorum Equorum fertur natura, cum vel in Curuli certamine elisi fuerint, vel fortuito ceciderint, nequaquam se mouere consueverunt, & quandam tenent quietis & patientiæ disciplinam. Igitur hoc Græcorum Equorum nomine comprehenduntur Primò Phrygij, de quibus l. 19. supr. de Prætor. Secundò Epirotici, de quibus l. 1. supr. de stratorib. Tertio Dalmatæ, de quibus omnibus Vegetius rei Veterin. lib. 4. cap. 6. Quarto, Thessalici; quorum meminit Varro 2. de re rust. cap. 7. De stirpe, inquit, magni interest, quâ sint, quod genera sunt multa. Itaque ad hoc nobiles à regione dicuntur in GRÆCIA Thessalici Equi, &c. His Oraculi voce laus prima decreta, teste Strabone Æginensib. interrogacionib. lib. 10. Thessalicus præcellit Equus

Quintò, Argolici; de quibus Horatius 1. Od. 7.

Apium dicit Equis Argos, dièsq; Mæcanas.

Meminit & inter præstantissimi generis equos Hierocles in Hyppiatricis; & Æthicus Sophista.

Secundo loco obscurum est in hæc leg. quid sibi hæc velint, qui hinc missi fuerint: An qui dimissi fuerint à necessitate Curulis certaminis? an verò qui missi fuerint ex Græcia Romam? An qui missi ex Vrbe Roma huc in Galliam? vbi hæc lex data à Valentiniano. Primùm illud quis putet, argumento superioris è Plinio loci lib. 8. cap. 42. Verùm contrà ipse existimo, indicari hinc Equos ex Comitatu seu à Principe è Gallia Romam missos: Solebant scilicet hac tempestate Imperatores Curules & Scenicis voluptates. Circo & Pompeianæ Cauæ suppeditare: Scenicos, inquam Arti-

I. I. * Imppp. GRATIANVS, Valentinianus & Theodosius AAA. ad Valerianum p. v."

Quos voluptatibus profuturos nequaquam Campanorum populus adsequatur, quàm si duo milia modiorum fabæ, per singulas factiones stabulorum, in Vrbe venerabili necessaria, antiquâ & sollempni præbitione, contulerint. Dat. x. Kalend. Maij, Aquil. Syagrio & Eucherio C O S S. [381.]

NOTÆ.

* Iungenda est huic legi lex 6. & 7. supr. de Scenic. quæ & ipsæ argumento conueniunt, quanquam subscriptio aliquarum tum variat. Ita enim habent: Dat. V 111. Kal. Maij. Triu.


* Romæ.

"Romæ. Adsequatur, pro consequatur. "An non potius per singula stabula Factionum? Nil opus; Factiones stabulorum, dicuntur, vt Factiones Agitatorum, ita & Equorum factiones: Nam vt ipsorum Agitatorum factiones erant; ita pariter & per consequens Equorum factiones. In hoc videlicet vel illo stabulo erant Equorum factiones, Præfixæ, Venæ, &c. "Venerabilis Vrbs Roma: vid. Gloss. Theod. "29. præbitione.

COMMENTARIVS.

VRBIS ROMÆ Circensium Equorum VSVRATIO, vt priuatis interdita erat, quò docet lex 6. supr. de Scenicis (quæ vna cum l. 7. eod. tit. huic nostræ coniungenda est) nisi in specie l. 19. supr. de Prætor. & Quæstor. ex Valentiniani indulgentiâ, ita populi Vrbs Romæ vicini nonnunquam spectaculis & ipsi dediti, equos Circenses ex stabulis Vrbs Romæ ad ludos suos Circenses emerebantur seu impetrabant. Quod etiam hæc Gratiani leg. permittitur: Vicini, inquam, populi, veluti Campani inter alium luxum, id est Capuani: (Nam vt Capua Campaniæ Metropolis erat, de quo vide Aufonij vrbes, ita Campani pro Capuanis intelligendi sunt: vt hæc leg. ita & l. 1. ad Municipal. & l. 50. de contrah. empr. & l. 9. §. 3. Quod Met. caus.) Idque impetrabant à Præfecto Vrbs, ad quem disciplina spectaculorum, & ludorum Circensium cura pertinebat; vt præter huius legis inscriptionem docet etiam Inscriptio l. 1. supr. Neque tamen gratis id finitimis populis seu Campanis concedebatur, verùm certo modiorum fabæ modo iniucem præbito seu collato; quam antiquam & sollempnem præbitionem hæc lex vocat, eamque, firmat hæc leg. Gratianus; putà duobus millibus modiorum fabæ, per singu-

las factiones, & Stabula, & sic in vniuersum octo millibus modiorum. Nempe quæque Factio, de quibus ex professo dixere alij: siue Aurigarum, siue Equorum, suum Romæ stabulum habuit, ac proinde quatuor Stabula Factionum, vel quatuor Factiones Stabulorum fuerunt. Hinc in veteribus descriptionibus Vrbs Romæ, ac nominatim in descriptione Victoris, & altera quæ præfixa Notitiæ Stabula quatuor Factionum non à regione dicuntur & ponuntur. Horum mentio & in veteri Inscriptio- ne quæ Romæ: HIC IN QUATVOR STABVLIS AGITAVIT. Meminit & Caius Præfixæ factio- nis: Præfixa, inquit, factioni ita addictus & deditus, vt conaret in stabulo assidue & maneret. Symmachus lib. 2. epist. 18. Aridus, inquit, Civica gratia, Quæstoris filij mei sumptibus studeo aliud genus largitatis adicere; vt Curulibus stabulis Vrbs æternæ etiam quina mancipia largiamur: Et quoniam seruorum per limitem facilis inuenio, &c. mox: viginti iuuenes prædicto negotio congruentes: quorum non forma, sed ætas & sanitas eligenda est. Meminit & Tacitus lib. 17. ¶ Cui autem vsui fabæ? An familiæ quadrigariæ & mancipiis, de quibus est quoque locus ille Symmachi? An verò equis simul alendis.



DE VENATIONE FERARVM. TITVLVS XI. XI. COD. IVST. XLIV.

VENATIO (de quo est etiam Ambrosij locus lib. 2. Officiorum, c. 21. & Cassiodori elegans ep. 4. l. 5. var.) hinc est κηνογίον seu κηνογέσιον, ludicrum scilicet & theatralis venatio. Quo sensu passim Venationis vox accipitur. Quod testimoniis adstruere inane & ludicrum foret. Non verò vulgaris illa, quâ in syluis feræ capiuntur. Id quod patet vel ex huius tituli positu, tum hoc Cod. tum Iust. in censu videlicet Titulorum, qui ad ludos publicos pertinent: & quidem hoc Cod. medio loco, inter Tit. de Equis curul. & Tit. de Gladiator. Sicut C. Iust. medio loco inter Tit. de Gladiatorib. & Tit. de Maiuma. Pertinent autem huius tit. leges eò primùm, vt ostendatur, quatenus liceat occidere Leones, citra præiudicium Venationis ludicræ seu Theatralis; quò pertinet lex 1. Item agitur de Transductione ferarum, è limitibus ad Comitatum Principis, in usum Theatralem; quò spectat lex 2. in quâ nulla certè venationis syluestris, vel priuatæ mentio fit.

FERÆ hinc propriè sunt, Leones, Pantheræ, Leopardi, Vrsi, cæteraque animantia generosa. Duplex alioquin animantium genus in venationibus seu ludis exhibita: Sineha videlicet, quæ dixi: & Borda seu

seu *ωνφάγα*, id est, *herbatica animalia*, vt vocat Vopiscus in *Probo*, id est Cerui, Capuæ, similia.

P A R A T I T L O N .



ERAS, *Rub. l. i. & 2.* bestias, *l. 2.* nominatim Leones, *l. i.* etsi venari priuatis seu Prouincialibus non liceret ad voluptatem, id est, venandi causâ, vt & venundandi, *l. i.* quia voluptati Principis res ea reseruata, *d. l. i.* occidere tamen Leones ad salutem suam cuncti possunt: *d. l. i.* Ducibus sanè, bestias, quas ad Comitatum Principis solenniter tranfmitterent, venandi ius erat: *l. i. in fin. & l. 2.* sic tamen vt eas transducentes, neque caueas à ciuitatibus exigere possent, neque plus quam septem aut octo diebus in Ciuitatibus agere: *d. l. 2.*

I. * Imp. HONOR. & Theod. AA. Mauriano Comiti Domesticorum & Vices' agentis Magistri militum.



CCCIDENDORVM Leonum cunctis" facimus potestatem, neque aliquando" finimus quemquam calumniam formidare: cum * & *salus nostrorum prouincialium voluptati" nostra necessariò praponatur*, &" hæc ipsa propria voluptatis" intercludi minimè" videatur, quandoquidem occidendi feras" non venandi," venundandique," licentiam dederimus. Occidendi igitur memoratas feras, &" Ducibus" & Officiis eorum conuentis," cunctis licentia tribuatur. *Dat. xi. i. Kalend. Iun. Constantio & Constante vv. cc. coss. [414.]*

N O T Æ.

- * *Lex unica Cod. eod. tit. ex hac & seq. conflatâ est.*
- "*Vices agentes*, vt à Vicariis differant, docui plenè *Apoliticæ primi cap. 3.*
- "*Prouincialibus priuatis*, non modò Ducibus & Officiis eorum: vt docent disertè quoque extrema *legis.*
- "*Aliquam*, Cod. Iust. fortè reponendum, *aliquam inde*, vel *aliquam ideo*: est hoc quoque sustineri potest.
- * Reliqua omnia recidit Tribon. *Cod. Iust. subtexis nonnullis ex l. 2. infr.*
- "*Voluptati*: quomodo etiam rectè Iulianus in *Symmach. lib. 7. epist. 122.* & Amaya in *leg. unie. Cod. n. 29.* Cæterùm hæc & mox tutum *Voluptatis* vox propria de ludis, seu ludicris: vid. *Gloss. Theod.*
- "*Voluptas*, quomodo etiam Amaya *d. n. 29.*
- "rectè: non vt Iulianus, *propria voluptatis*, &c. *nomine.*
- "*Feras*, id est leones, vt *initio legis.*
- "*Voluptatis* ergò.
- "*Iucris* ergò: Nota interim paronomasiam.
- "fortè abundat.
- "*Duces* quippe venationis & transductionis ferarum curam gerebant, vt *leg. 2. infr.*
- "*A te*; seu *monitis*: vel ab his qui leonibus occidendis necessitate vacare student.

C O M M E N T A R I V S .

LEONES priuatis seu Prouincialibus cunctis occidendi potestatem facit *hæc leg.* Honorius Imp. Anno D. 414. Etsi alioquin (quam dubitandi rationem hîc profligat Honorius) ne venationi ferarum, quæ in theatris exhibebantur, præiudicium feret, priuatâ venatione sectari eas in syluis, vel venundare aut comparare, licere nolit.

¶ De Venatione primùm videamus. Nempe, vt maximè venatio apud Romanos in promiscuo vsu foret, attamen Leonum venatio cõhibita fuit: Venatio, inquam, id est, viuorum in syluis inuestigatio & captura, speciali ratione: Non equidem publicè pacis, aut securitatis ergò: Sed neque priuatæ seu venaticæ tantùm voluptatis causâ (quibus alioquin quibus potissimum causis priuatorum venationi Principes hodie intercedunt atque ad ius suum id traduxere) verùm ludicræ seu ludariæ venationis & voluptatis seu ludorum & spectaculorum publicorum ergò, quò pertinet *hic Titulus*, vt ad *Rubricam* ostendi, quodque *hæc ipsa lege* bis indicatur, ibi, *voluptati nostra*: item, *hæc ipsa propria voluptas*. Nempe notum, Leonum venationes in Circo vel amphitheatro editas, iam

inde ex quo eius rei initium fecit Q. Mutius P. F. Scæuola in Curuli ædilitate. Quin magnificentiæ Principalis magnum hoc velut argumentum speciatiim memorant Scriptores *Augusti*, Leonum exhibitionem, & quidem numerosam: vide *Spartianum & Dionem*. Quare feras huiusmodi ludis publicis destinatas, Principes non ab aliis venatione capi, quam per Ducés (suos) limitam, eorumque Officiales voluère: Quod præter *hanc leg. in fin.* docebit rursum *leg. 2. prox.* Quare, si quando huiuscemodi feras seu bestias, putà Lybicas, id est Leones, Leopardos, Magistratus ludis suis seu editionibus populo exhibere vellent, ad horum emptionem seu comparationem, auctoritate seu Munificentia Principis, sacrisque literis opus erat, vt docet disertè *Symmachus* tribus epistolis, *lib. 2. epist. 46. lib. 7. epist. 59 & 122.* ¶ Hæc igitur de causâ Leonum in syluis venatio Priuatis interdicta fuit hæc tempestate; ac proinde nulli venari Leones licuit, nisi Ducibus limitum & eorum Officiis, qui scilicet rem militarem in Prouinciis nomine Principis adcurabant. Quibus omnibus Ducibus præterant *Magistri militum*, vel absente Magistro militum, is qui *Magistri militum* vices pro tempore gerebat;

gerebat; Cuiusmodi fuit Maurianus Comes Domesticorum, cui hæc *lex* inscribitur, vices agens Magistri militum; de quo dixi plenè *ad leg. unie. supr. qui à præb. Tyron. & Equor.* quæ data est biennio ante *hanc leg.* vbi disertè de Comitibus Domesticorum dicitur, *Eorum virtutem Triumphis subingere de hoste captiuos*: Isque Ducés & Officia eorum conuenire seu monere iubetur. ¶ Hæc vt ita sint, attamen occidere Leones cunctis hac Honorij constitutione permittitur. *Occidere*, inquam, id est, non venari venationis Theatralis aut promercij ergo, verùm pro *salute* Prouincialium, vt *hæc leg.* disertè dicitur, occidere incurstantes fortè, iamque timendos: quomodo *l. i. §. 6. π. de postul. ibi*, *vt feras venentur*, vel *vt depugnaret feram que regioni nocet extra arenam*. Leonum scilicet cædes hîc permittitur (pariter vt *§. nemo reia, de pace tenenda*): non venatio; Et duplici quidem ratione addita, quam vtramque Tribonianus omisit: *Primo*, quia *salus Prouincialium* voluptatibus Principum necessariò praponenda est. *Secundò*, quia neque hæc occidendorum Leonum licentiâ voluptatibus Principis fraus sit: quandoquidem eos tantùm occidere fas est, qui iam Prouincialibus sunt metuendi; non verò latentes in syluis eruendi, venandique, quorum numerus longè maximus voluptatibus Principum sufficiebat. Ad illam verò quoque rationem respexit Libanius *epist. in Regio Codice, ad Antiochum 452.* cum ab eo venationem ferarum, & Vrsorum nominatim exigens, addit eâ re non tantùm *καταπαύειν τὴν λαιτῦν γίαν* fore, verùm etiam *τὴν ἀπὸ τῶν κήδων πρὸς τοὺς πολίτας, ἀπὸ τῶν κήδων*.

¶ Illud obseruandum, vt Leones in *Africa* frequentes fuère, (quâ causâ & ferarum *Lybicarum* seu *Africanarum* appellatione Leones passim intelligi solent ac Leopardi; vt omittam alios, *Sueton. Caio, cap. 18. Plinius lib. 6. epist. ... Dio lib. 58. Hesy chius, Plinius lib. 8. cap. 13. de Pantheris, Seruius, Symmachus non vno loco, Vopiscus in Aureliano, Capitolinus in Gordianis,*) ita & hanc *legem ad Africam* omnino pertinere videri: *Maurianus* enim Comes, cui hæc *lex* inscribitur, is est proculdubio, qui alioquin *Maurianus Comes* vo-

catur, qui scilicet aduersus Heraclianum Tyrannum missus fuit, & Marcellinum Tribunum apud Carthaginem, occidit, teste *Orosio, lib. 7. cap. 7.* Et hæc de Leonibus. ¶ Quamquam notetur & illud *hæc leg. Leonum* tantùm venatione & venundatione priuatis interdictum, nisi Principis permisso. Atenim Vrsorum (qui per Numidiam præcipui erant) alia ratio fuit. Hos enim venari & comparare priuatis hæc tempestate licuisse, ex *Symmachi lib. 2. epist. 46. & lib. 4. epist. 56. & lib. 5. epist. 62. 65. lib. 7. epist. 121. & lib. 10. epist. 9. & 11.* colligitur.

Supereft *huius leg. versiculus vltimus*, cuius hîc sensus est: Comitum Domesticorum Maurianum eundemque Vices Magistri militum agentem, Ducés rei militaris; eorumque Officia conuenire, id est admonere debere, cunctis licentiam tributam occidendorum Leonum: Nempe quod Ducés eorumque Officia id inhiherent, qui sibi solis id ius vindicabant, hoc obtentu quòd ad illos venandorum & transmittendorum, ad voluptatem Principum, Leonum munus pertineret: de quo fides quoque facit *lex prox.* Perperam verò Amaya hoc de omnibus militibus accepit, *n. 26.*

¶ Et hætenus quidem, de *huius leg.* sententiâ, prout hîc posita est: Atenim Tribonianus, cum *legem unicam, Cod. Iustin. ex duabus huius tituli legibus* concinnaret, recisis iis quæ *hæc leg.* de prohibitiâ venandi & emendi Leones facultate, adduntur, retentâ priore *huius leg.* sententiâ, absolute seu simpliciter *occidendorum* leonum potestatem fecit, porrectâ ita latius *occidendi* vocis significatione. Rationem eius facti hanc reddit *Pamilius in Terull. de spectaculis, ante c. 1.* quod Iuliani ævo voluptas spectaculorum illorum cessauerit, seu ferarum commissiones cum Bestiariis, seu Arenariis. Quod falsum esse non *Cassiodorus* tantùm testatur *lib. 9. variar. 35. & lib. 5. cap. 42.* sed etiam *Novella Iustiniani 115, cap. 3. §. causus*: & *Novella 105.* vt rectè Amaya ostendit *ad illam legem unie. num. 72. 73.* Ergo necesse est Iustiniani ævo promiscuè venandi venundandique leones potestatem cuius patuisse: quia semper metuendæ hæc feras sunt, atque occidi eas publicæ salutis interest

II. * Idem AA. Monaxio P. P."



RESIDIALIS" Officij Eufrenensis deploratione competimus, eos qui transductioni ferarum à" Duciano" officio deputantur, pro septem vel octo diebus, contra Legationum" formam, tres, vel quatuor menses in Hieropolitanam" vrbem residentes, post expensas tanti temporis, etiam caueas exigere, quas nulla præberi consuetudo permittit. Ideoque præcipimus, bestias quæ ad Comitatum ab omnibus limitum Ducibus transmittuntur, non plus quàm septem diebus intra singulas Cinitates retineri: Scientibus Ducibus & eorum Officiis, si quid contra hæc commissum fuerit, quas se libras auri fisci viribus inflaturos. *Dat. v. Kalend. Octobr. Constantinop. DN. Honor. A. x i. & Constantio II. v. c. coss. [417.]*

N O T Æ.

- * *Lex unie. Cod. eod. tit. ex hac leg. & superiore* conflatâ est. Iungenda autem huic *leg. 2. supr. Ne Comit. & Tribu. lau. præb.*
- "*Initium huius leg.* recisum à *Cod. Iust. vsque ad vocem bestias.*
- "Præses Eufrenensis.
- "vel è.
- "*Ducianum*, officium Ducis: *h. l. v. id. Gloss. Ducis Eufrenensis, & aliorum, veluti Mesopotamiæ, Ostrohenæ.*
- "Rectè habet hæc vox, neque mutanda in *delegationum*. Nempe *Legati* hîc sunt, qui transductioni ferarum ex officio Ducum delegati, deputati. Sicut & *Legati*, qui è Prouinciis ad Principem missi: de quibus *supr. peculiatii titulo, de Legatis.*
- "*Hieropolitanam*: Quamquam ita quoque in *l. 8. supr. de Conscriptorib. Hieropolitana.* Interim nota huius ævi constructionem, *residentes in Hieropolitanam vrbem*, pro *in Hieropolitanâ vrbem*. Ita in *domos, pio in domum, l. 58. infr. Tom. V.*

de Heretic. in functionem, l. 16. supr. de Murileg. & alia similia de quibus Glossarium; qualia etiam occurrunt apud Histor. Aug. Scriptores, veluti in Senaturn, in Concionem, pro, in Senatu & in Concione: & in exercitum, pro in exercitu. * Hinc versuculus, bestias, affutus legi vnic. Cod. de venat. ferar. Aug. in d. leg. 2.

COMMENTARIUS.

TRANSDUCTIONIS, seu TRANSITVS & DEDUCTIONIS (vt utroque modo Symmachus loquitur) de qua est quoque Claudiani locus lib. 3. de laudib. Stilichonis;

vetibus pars ibat onustis, &c.

Ferarum, quæ à Ducibus limitum Mesopotamiæ Euphratenfis ad Comitatum Principis transmittentur per Syriam, Constantinopolim, & in ea per Urbem Hieropolitanam, occasione, Prouinciales concuti hac Theodosij Iun. constitutione vetantur, Anno D. 417. & quidem concuti ab Officiis Ducum Limitaneorum, ac nominatim in spec. huius leg. ab Officialibus Limitis Eufra- tentis: Pariter vt eiusdem Ducis Limitis Eufra- tentis similibus quædam altera Prouincialium de- prædatio coërcetur: l. 2. supr. ne Com. & Trib. la- nac. præst. quæ huic nostræ coniungenda est. Ex quibus duabus coniunctis apparet, Theodosio Iun. integrità illà constitutione id propositum fuisse, vt Ducum & Ducianorum concussionibus mo- dû imponeret. Inter alia igitur (quod hæc lex aperte testatur) soliti de more Duces limitum, officij ratione feras seu bestias in limite suo captas (de quo vide dicta ad leg. 1. supr.) ad Comitatum Prin- cipis transmittere: & quidem in Imperio Orien- tali, ad Urbem Constantinopolitanam, quos deinde Imp. ludis populo exhiberent, & quidem per nonnullos de Officialium suorum numero. Cæte- rum Ciuitates, per quas huiusmodi feræ traduce- bantur seu transibant, Transductoribus Ducum Officialibus, ipsisque feris, expensas præstare te- nebantur, vt docent illa verba: Post expensas tam temporis. Certo tamen número dierum præstituro. Nempe non nisi septem vel octo diebus in singulis ciuitatibus maioribus hæere poterant, qui feras hæc traducebant; ne alioquin nimis expensis, morosa deductione, vt loquitur Symma- chus lib. 7. epist. 105. Ciuitates onerarentur. Hæc enim vnica hac parte ratio huius leg. est, cum de eo, querimonia seu deploratio ad Principem perlata fuisset: non verò illa quoque, quam Amaya conii- ciebat, ob periculum Ciuium, siquidem feræ sole- bant canes elabi & multos occidere: Apertissime enim hac sanctione occurritur superexactioni Tran- ductorum. Alia verò ratio est legis, Nemo, Cod. de Spectacul. Hæc erat, vt lex loquitur, Legationum (id est transmittendarum, traducendarumque ferarum) forma; scilicet vt ne a legatis à Duce ad traducendas feras vltra septem vel octo dies in singulis Ciuitatibus morari possent: sic & Theodosius M. l. 2. supr. de Tractor. & statim, eos qui animalia & equos sacro, (id est Principis) vsui ne- cessarios prosequerentur, quinque tantum dies in aliquo loco residere permisit. Huic denique haud adedò ab similibus Legationum forma occurrit, l. 2. supr. de Legat. Ergo primam hanc Legationis istius seu Transductionis ferarum formam legemque Theo- dosius Iun. hæc leg. proponit, & in vsum reuocat subleuandis prouincialibus: cum tamen in spec. huius leg. in Vrbe Hieropolitana, tres vel quatuor menses Transductores ferarum sæpè hærerent: proculdubio lucelli aliquid inde colligentes, vr- bémque adedò ipsam expensis ita onerantes. Alio- quin non nouum, ob interuentum videlicet & in- temperiem hyemis, vt feræ tribus vel quatuor men-

sibus alicubi, sed priuato sumptu, hærerent: vt ita Veris temperie sine vexatione peruenirent: Exem- plum apud Symmachum lib. 9. epist. 19. 24.

¶ Altera hæc Ducianorum, qui feras transdu- cebant, præda hæc leg. proponitur, quod Caueas à Ciuitatibus per quas feræ traducebantur, exige- rent. Caueas, inquam, feris continendis, quas Græci δεξαμενὰ vocarunt, vel αλεάγες: Quarum etiam Cauearum, (& quidem ferreatum) aduchen- dis scilicet feris, meminit Symmachus lib. 2. ep. 77. Meminit & Ammianus Marcellinus lib. 29. p. 425. Alioquin notum, feras in Amphitheatro ex caueis in arenam missas: vnde exeuntium maior vis & impetus erat: de quo locus extat apud Vopiscum in vitâ Probi, p. 240. Neque tantum feræ hæ ipsæ caueæ erant, sed & ilignæ, lignæque, Claudian. Panegy. 3. in laudem Stilichonis, vbi ingentem ferarum apparatus in ludos Consulares à Stilichone exhibitos describit, v. 322.

Hæc laqueis innexa gemunt, & clausa feruntur lignis domibus: fabri necigna polue Sufficiunt; rudibus fagis texuntur, & ornis Frondentes caueæ.

Ex his patet, quàm malè Brissonius Caueas hæc pro Cauea Theatri interpretatus sit: hæ nostræ portati- les, illæ Theatrales, quibus feræ dum emitterentur, includ. bantur: καβύρια Herodiano in Commodor ferreis aut ligneis portis obstructæ, Clabros Caueæ vocat Horatius sub fin. Artis Poëtica.

Nunc ad legem nostram. Ergo hæc duæ leges seu conditiones transductioni ferarum ad Comitatum iam olim quoque positæ fuerant: verum cum vtri- que fraus fieret, id est, cum Transductores totos etiam tres vel quatuor menses in vrbibus reside- rent, & hac quoque occasione Caueæ exigenter aduersus consuetudinem, id vtrumque hæc leg. prohibetur, atque ad antiquam legem, formam & consuetudinem res reducitur.


¶ Pertinet autem hæc lex propriè ad Prouin- ciam Eufraensem, eiusque Præsidem & Ducem: De quâ alioquin Prouinciâ iam dixi ad d. l. 2. ne Comit. quæ huic est coniungenda: Eiusdemque non vna mentio apud Philostorgium: Cæterum huius Prouinciæ Hierapolim Metropolim fuisse, & hæc lex ostendit: Sed & Ammian. Marcellin. Co- magena, inquit, nunc Eufraensis Hierapoli, vetere Nino, & Samosata Ciuitatibus amplis illustris. Fit etiam huius mentio l. 8. supr. de Censuror. Meminit & Ammianus Marcellinus non semel inter alia lib. 23. vbi Ciuitatem capacissimam vocat. Cæterum Eufraensis in Syriâ fuit. Itaque vt superior lex pertinet ad feras Lybicas seu Africanas: ita hæc ad feras Syriacas. Nam vt in Lybiâ, ita & in Sy- riâ frequentes huiusmodi feræ fuere. Hinc apud Vopiscum in vitâ Probi iunguntur Leopardi Lybici & Syriaci. Editi deinde, inquit, C. Leopardi Lybici, C. Syriaci, C. Leone, &c. Sed etiam Palæstinarum ferarum mentio apud eundem Vopiscum in vitâ Aureliani. Atquin & ipsa Palæstina Syriæ pars fuit.

¶ Cæterum toto huius leg. argumento liquet, maximâ copiâ huiusmodi feras per Urbem Hiero- politanam Syriæ, (quod appellebant omnes hæc tempestate,) ad Comitatum transmissas, vt huius sæculi studium in ludicra maximum fuit. Eò sci- licet pertinent deplorationes, de quibus hæc leg.

Eò item pertinet, quod de omnibus limitum Ducibus additur, per Orientem videlicet, à quibus om- nibus leones ad Comitatum transmittentur: In quibus & Dux Mesopotamiæ, & Dux Euphraten- sis. De quorum Leonum per eum Mesopotamiæ tractum copiâ, & quomodo à culicibus infestentur, mox & encentur, agit Ammianus Marcellin- us lib. 8. p. 137. Tandem & quod poena grauissi- ma hæc leg. imponitur.

¶ Postremam, notetur posse hæc legem accipi non tantum de feris captis à Ducibus Limitis Eu-

fratenfis; verum & de iis quas ex Babyloniâ Im- peratores accipiebant. Locus est apud Philostratum insignis, in vitâ Apollonij, lib. 1. cap. 23. vbi agit de duobus vicis, quos Syriæ Præles à Rege Babyloniæ sub Apollonio repetitum ibat; vbi Rex ait, duos illos vicos olim maioribus suis ab Antiocho & Seleuco Syriæ Regibus datos, pro feris educandis, quæ à Babyloniis captæ ad eos peruenirent: εὐαγεῖσθαι τοῖς κούρῃ ἀπορῶντι οἱ βασι- λῆι ἐκ ἡπείρου, τριπλῆς ἄνευ ἡπὶ δουρίων, ἢ παρ' ἡμῶν ἀλισσά- μβρα ποτιῶντι οἱ τλεῖ ἐκείνων δὲ τῶ Εὐφράτη.



DE GLADIATORIBVS.

TITVLVS XII.

XI. COD. IVST. XLIII. De Glad. pen. toll.

PARATITLON.



LADIATORES, Rubr. & l. 1. (à quibus munus Gladiatorium, l. 2. ludus gladiatorius, l. 3. & l. vnic. supr. ad Leg. Fab. & ludus simpliciter, l. 2. & 8. supr. de Pæn.) erant, à quibus in orio ciuili & domesticâ quiete cruenta spectacula, l. 1. edebantur in arenâ, l. 11. supr. de Pæn. vnde Gladiatorium nomen derestandum, dict. l. 2. Sanè Lanista dicebatur, qui eos docebat: l. 11. supr. de Pæn.

Exercitium eorum sæua meditatio & pugnatrix dicitur, d. l. 11. Qui Gladiatorium hoc munus impendebant (id est largiebantur) Munerarij dicti: d. l. 2. Porro Gladiatorum alij operam suam huic muneri addicebant, & hi auctorare se dicebantur: d. l. 2. Quod Milites & Palatina dignitate præditi facere prohibentur, d. l. 2. Alij verò eò dam- nabantur. Damnatorum ad ludum Gladiatorium duplex conditio erat: Alij quippe ali- quid facere poterant, quo se defenderent (id est liberari possent): Alij gladio consumendi erant: d. l. vnic. supr. ad Leg. Fab. vbi dixi.

Cæterum Constantinus Gladiatores per Orientem omninò esse, & ad ludum Gladia- torium damnari prohibuit, l. 1. (quæ proposita Beryti) Quod tamen non semper neq- vbique obtinuisse, ostendunt lex 2. & 3. hoc tit. Et sanè Christiani tantum à Valenti- niano prohibiti in ludum damnari, l. 8. supr. de Pænis: mox & Palatini Gentiles; l. 11. supr. de Pæn. Damnati alioquin ad ludum, Plagiarij liberorum: dict. l. vnic. supr. ad Leg. Fab.

CONSTANTINI M. lex, quâ gladiatores prohibiti.

1. * Imp. CONSTANTINVS A. Maximo PP. P."

RVENTA" spectacula in orio" ciuili & domesticâ quiete non placent: Qua- propter, qui omninò" Gladiatores esse prohibemus, eos qui forè delictorum causâ hanc" condicionem adque sententiam mereri consueuerant, metallo magis facies inferuire, vt sine sanguine, suorum scelerum poenas agnosceant." PP. Beryto," Kalend. Octobr. Paulino & Iuliano COS S. [325.]

NOTÆ.

* Lex vnica, Cod. eod. tit. hinc detruncata est. * Ex inscriptione legis 12. supr. de Decurion. colligi possit, hæc PP. idem valere, ac Propraefecto Prætorio: vide quæ ad eam prolizius. Similiter interpretandæ hæc notæ in Inscriptione l. 15. supr. de Paganis: vbi vide quæ notauit. * Hominum scilicet. Ita ludicra cruenta apud Ammianum Marcellinum lib. 14. de sicuti Galli Cæsaris μισθίους δὲ μισθῶν Gregor. Nazianzenus Carmine ad Seleucum, vel potius Amphiloehus. * id est, Tempore pacis. Itaque hoc γὰρ ἀντιπαρῶν belli additum. * Etiam voluntarios & auctoatos; de quibus l. 2. infr. * Pænæ videlicet ludi Gladiatorij. * id est sufficiant, sustineant. * Beryti hæc lex proposita; de quo postea.

CONSTANTINI M. constitutio isthæc est, non Constantij, in quo Alciatus etiam erravit; quâ GLADIATORES non è Republ. in vniuersum, quod plerique censent, seu è toto Orbe Romano Christianâ: verum per Orientem & Beryti quidem in Syria Phœnicæ, vbi hæc lex proposita est, abolerentur: Neque voluntarij tantum Gladiatores, sed & damnatij: Quæ duo alioquin Gladiatorum genera fuere, vt ex hæc leg. & duabus seqq. liquet, & l. 2. 8. 11. *supr. de Pœnis: l. vnic. supr. ad leg. Fab. de Plagiar.* Non modo inquam sponte ad gladium vel ludum auctorare sese quis hæc Constantini M. constitutione prohibetur (neque enim hæc in seipsum potestas iure tribuitur) verum etiam à Iudicibus, scilicet pœnæ loco ad ludum dari, damnari, & sic ludi pœna Beryti in Phœnicâ eâ leg. aboleretur. Quod postremum tamen admittendum faltem videbatur, nam de his quæstum. Certè hæc pœnæ species, vt ante Constantinum M. ita inter initia ipsius ante hanc constitutionem adhuc obtinebat; vt docent quoque d. lex 2. *supr. de pœnis: & d. l. vnic. supr. ad leg. Fab.* De his etiam Firmicus lib. 7. cap. 8. *Gladiatores efficiunt, sed qui damnati ad hoc exitum transferantur: qui quidem sæpè libris suis de Gladiatoribus agit.* Sed vt dixi, Constantinus hac constitutione, vt ipsemet loquitur, Gladiatores OMNINO prohibitos ibi voluit; Et sic vox *Omnino*, pertinet ad omne genus Gladiatorum. ¶ Hac additâ *Ratione*, (quæ & Aucto- ratis & Damnatiis communis est) Quod *cruenta spectacula in otio Ciuili & domesticâ quiete non placeant*; cuius rationis sensus quis sit, videamus. Pute quis hunc esse, lucundum equidem hostis occisi spectaculum esse, oculisq; cæde hostis pascere, & vt ille aiebat, *bene olere hostem occisum*; denique spectacula cruenta belli tempore atque in hoste placere: At, *sine bello* (vt Lactantius *Acephale Epitomes*, cap. 6. in hæc ipsâ re loquitur) Gladiatorum inter se commissiones omnino displicere. Neque enim P. Fabri interpretatio hæc vllatenus admittenda, 2. *Sem* 10. existimantis; verbis hæc indicari spectatim munera illa gladiatoria, quæ olim sub belli gerendi tempore edi solita à Ducibus (cuius moris alioquin meminit Spartianus in *uitâ Severi*, & Capitolinus qui sub Constantino M. scripsit in *uitâ Maximî & Balbini* p. 168. vbi in eius moris rationem inquit.) Hæc enim Constantini constitutione, quocumque tandem pacis vel otij tempore, & quæcumque Gladiatoria spectacula damnantur: viceuersâ, bellica spectacula cruenta non displicere sibi is innuit; hæc huius rationis sententia videtur; nempe Constantinus Gladiatores rebus pacatis esse vetuit, in otio ciuili & domesticâ quiete, ad differentiam Barbarorum seu hostium bello captorum; qui vt feris etiam obiciebantur, ita & ad Gladiatorum ludum dabantur: Quod & potè factum Symmachi ætate: quod & Saxonum & Sarmatarum exempla apud eum ostendunt lib. 2. *epist. 46. lib. 10. epist. 61.* Nempe quod Iosephus ait, lib. 19. *Antiq. Iudaic. cap. 7.* huiusmodi Gladiatorum exhibitione *τοῦ τῶ πολέμου ἔργου τέρψιν ἔπινοῦν*, voluptas pacis seu quietis & otij exhibebatur. Conuenit apprimè & Manilius lib. 4. vbi duo cruentorum spectaculorum genera pacis tempore complectens, ferarum scilicet & Gladiatorum, sic scribit;

In bellis ardenes animos & Martia castro Efficit, & multos gaudentem SANGVINE CIVE M:

Nec prædâ quam CÆDE magis, cumque ipsa SVB ARMIS PAX AGITVR, capiunt saltus, siluâsq; pererrant.
Nunc HOMINVM, nunc BELLA gerunt violenta ferarum:
Nunc caput in MORTEM vendunt, & fumus arena,
Atque HOSTEM sibi quisque parat, cum BELLA QUIESCUNT;
Sunt quibus & simulacra placent, & ludus in armis, &c.

Ergo voluit Constantinus, vt pax seu otium ciuile ac domestica quies à bello, & cuius discerneretur ab hoste: contra quam ille de quo Manilius, lib. 5.

Cumque hominum dederit strages, dabit ille ferarum,

Nec pacem à bello, cinem discernet ab hoste.
 Et sic otium ciuile & domestica quies *ἡσυχία* dicitur: vòxque *otij* propria de pace: sic quoque l. 2. *de Veteranis: sub sæculi nostri otio & pace.* Otium denique pro securitate & felicitate, vt Seruius quoque notat.

¶ Hæc potè illa est famigerata Constantini constitutio; Constantini, inquam, qui primus venerandâ Christianorum fide Romanum munuit Imperium: cuius meminerunt Auctor *Vita Constantini* lib. 4. cap. 25. Socrates lib. 1. cap. 14. in *princ.* Sozomenus lib. 1. cap. 8. p. 204. Niceph. lib. 7. cap. 46. Eodémque respexisse Lipsius 1. *Saturnal.* 12. putabat Ammianum Marcellinum lib. 14. p. 17. vbi agens de Gallo Cæsare Antiochiæ versante, ait; eum *LYDICIS CRVENTIS delectatum, & in Circo sex vel septem aliquoties vetitis certaminibus PVGILVM vicissim se concidentium perfusorūque sanguine specie ut lucratum ingentia lætatum.* Vbi Pugiles pro Gladiatoribus accipiendos, quomodo & Græci Gladiatores *πυκτις*, eòsq; *πυκτιών* dixere, verba quoque illa *VETITA certamina* ostendere videantur. Sed tamen de pugillatu propriè hunc locum rectè explicabat Doctiss. P. Faber 1. *Agonothicon* 7. & probauit Doctiss. Valerius ad eum *Marcellini locum*, quod vtique cruentum spectaculum fuit, vbi cestibus pugnantes sese mutuo descobinabant, vt Varro aliquis loqueretur, & vt Poëtæ fulem faciunt, apud quos victus semper malè multatur, & cruentus abibat ex certamine: Antagonistarum quippe os, oculisque ita miris modis deformabantur, difficile vt esset, ipsos post pugnam internoscere: de quo vid. eundem Fabr. d. cap. 7. Et quod *Vetita aliquoties certamina Pugilum* dixit Marcellinus, id non ad illam Constantini prohibitionem respicit; verum ad alias prohibitiones; nempe, vt conicere liceat primùm, si casus aliquis in Pugillatu extraordinarius eueniret, eum sæpè prohibitum, mox tamen exolefcente memoriâ restitutum; vt discimus ex l. 3. *supr. de Scenicis.* Sed & ed alluisse potuit Marcellinus, quod Lacedæmonij vetabant suos Pancratio & Cestu decernere, vbi inferiorem ostendit Victi confessio, teste Seneca *de benefic. cap.* Et Plutarchus ait, certaminum hæc tantum eum ciuibus concessisse, *ἐν οἷς χεῖρ ἰκ' ἀπατῆν.* Quod itidem Seneca testatur *loco iam dicto*; videndus & Cicero *Tusculan. 5.* Ergo aliquoties verita certamina Pugillum dixit Marcellinus, quæ vbi cernant tandem aliquando vetita. Qua voce & sæpè aliàs vti solet. Sic lib. 14. p. 3. *Vt aliquoties celsa Potestates*

iras

iras Potestatum molliuerunt. Græculo more, *ὄλοτε, ἄδ' ἄρα, ἐπὶ ἄρα.* Hanc certè constitutionem intellexit quoque Auctor Chronici Alexandrini, his ipsi, *COSS. Paulino & Iuliano*: his verbis: *ἡ τῶν τεχνιτῶν ἢ σωτηλεσῶν τὰ ἐπιτάγματα ἀπειλεῖν τὰ ἐπιτάγῃ τῆς αἰτίας ἐνοσσεύεισθαι*: vbi *τεχνιτῶν ἢ σωτηλεσῶν* sunt *Artifices* sese mutuo conficientes, id est Gladiatores: nam vt *Artifices* absolute quoque pro Gladiatoribus veluti apud incertum Auctorem *Panegyrici* ad Constantinum cap. 19. in *fin.* (vel pro Aurigis seu Agitatoribus Circensibus apud Plinium lib. 7. cap. 53. in *fin.*) Ita & *σωτηλεσῶν* sunt qui inter se committuntur, pugnantque: *σωτῆλεσθαι* est *conficere, consummare*: *ἐπιτάγματα* sunt *cohortes, sodalitia.* Quare grauis error est Interpretis Chronici istius Alexandrini, qui publicorum officiorum munera vel tributa (à clericis scilicet) sublata ibi interpretatur.

¶ Circa hanc potè Constantini constitutionem obseruari cupio, eam à Constantino promulgatam, eodem ipso Anno quo Conciliū Nicænum habitum fuit: *Paulino* inquam & *Iuliano COSS.* post varias scilicet ad id Patrum exhortationes, fortè etiam ipsorum Patrum Nicænorum, certè post Concilium Nicænum, Humaniter enim errauit Vir Doctus 3. *Obseru. 7.* cum scriberet, ante Concilium Nicænum hæc leg. à Constantino Gladiatores prohibitos. Est enim hæc lex *PP. Beryti* *COSS. Kal. Octobr.* Atque Concilium Nicænum iam finitum erat vt 11. Kalend. Sept. vt testatur *Cresconij* collectio ex præscripto videlicet Legis Christianæ, cuius hæc sanctio est, cruenta spectacula in otio Ciuili & domestica quiete non placere. *Non placere*, inquam, id est non conuenire Religioni Christianæ. Et verò idè primus Roman. Principum Constantinus Gladiatoria Spectacula submouit. Nam vt maxime etiam Gentilium nonnulli crudele hoc & inhumanum Gladiatorum spectaculum iam olim damnarint, vt nescio quis apud Lucilium, *Sat. lib. 26.* (referente Nonio cap. 2. *voc. repedare*) aliq; apud Ciceron. 2. *Tusculan.* Et si rursus in Rep. Rom. ed ventum, vt hæc spectacula coërcerentur, definitis videlicet iis, qui hæc spectacula edere possent, vel non possent, numero etiam Gladiatorum definito, supra quem ne habere aut dare liceret: coërcito denique sumptu ad munera. Item, et si nonnemo Principum Gentilium hæc cruenta spectacula omnifariam temperauerit, vt de Marco Antonino refert Capitolinus, in *eius vitâ*, & Dio in *eodem*, inter cetera iustis gladiatoribus rudibus latuere: Attamè inueterata licentia perripit omnia septa: seròque ad id ventum, vt Gladiatoria spectacula tollerentur: non à Nerua Imp. quem Zonaræ lapsus iam Lipsius rectè notauit: non ab aliis Gentilibus Imperatoribus. Constantino M. igitur Christiano Principi hæc laus referuata: idè Sozomenus dicit, *ὅτι ἡ Ρωμαίων τάδε ἔργα ἢ τῶν μοναρχῶν ἐλύθη διά.* Soli scilicet Christiani vt sub Gentilibus Imp. Gladiatoria spectacula omnimodo exigitauerit, (quod ex Tertulliano, Cypriano, Athénagorâ liquet) ita multò iam fidentius sub Constantino M. & ipso Christiano. Sanè Lactantius, (Crispi Cæsaris Constantini M. filij Magister, quique paulo ante hanc constitutionem scribebat) lib. 6. cap. 20. *Institution. diuinar.* Constantinum haud obscure hortatur, ad ludos hos Gladiatorios tollendos, cuius verba hic apponere iuuat, quia ad rem omninò faciunt: *Spectacula*, inquit, *hæc publica non contemunt: Itaque his & delectantur, & libenter intersunt: Quæ quoniam maxima sunt irritamenta virtutum, & ad corrumpendos animos potentissimè va-*

lent, TOLLENDÀ SYNT NOBIS [vobis] *quia non modò ad beatam vitam nihil conferunt, sed etiam nocent plurimum: nam qui hominem, QUAM VIS OB MERITA DAMNATVM* (istud huic leg. maxime conuenit) in conspectu suo ingulari pro voluptate computat, conscientiam suam polluit, tam scilicet, quam si homicidij quod sit occultè, spectator & particeps fiat. Hos tamèn Ludas vocant, in quibus humanus sanguis effunditur: Adèo longè ab hominibus secessit humanitas, vt cum animus hominum interficiant, ludere se opinentur, NOCENTIORES iis omnibus, quorum sanguinem voluptati habent. Quero nunc, an possint py & isti homines esse, qui constitutos sub ictu mortis, ac misericordiam deprecantes, non tantum patiuntur occidi, sed effragitant, feruntque ad mortem crudelia & inhumana suffragia, nec vulneribus fatiati, nec CRVORE contigui: quin etiam percussos iacentesque repeti iubent, & caduera ictibus dissipari, ne quis illos dissimulata morte deludat: Irascuntur etiam pugnantibus, nisi celeriter è duobus alter occisus est, & tanquam humanum sanguinem sicut, oderunt moras: alios illis compares dari possunt recentiores, vt quamprimum oculos suos faciant: Hac consuetudine imbui, humanitatem perdididerunt: Itaque non parcunt etiam innocentibus, sed exercent in omnes quod in MALORVM trucidatione didicerunt. Huius igitur publici homicidij socios & participes esse non conuenit eos, qui iustitia viam tenere nituntur: non enim cum occidere Deus vetat, latrocinari nos tantum prohibet, quod ne per Leges quidem publicas licet, sed ea quoque ne stant monet, quæ apud homines pro licitis habentur. Idem Lactantius epitomes cap. 6. *Quid tam horribile, tam terribum, quam hominis trucidatio? Idè seuerissimis legibus vita nostra multatur, idè bella execrabilia sunt: inuenta tamen considerando, quatenus homicidium SINE BELLO ac sine legibus faciant, & hoc vt scelus vindicent. Quod si inereffe homicidio sceleris conscientia est, & eodem facinore spectator obstrictus est, quo & admissor: Ergo & his Gladiatorum sceleribus non minus cruore perfunditur, qui spectat, quam ille qui facit: nec potest esse immunis à sanguine, qui voluit effundi: aut videri non interfecisse, qui interfectori & funet, & premium postulat.* Hactenus Lactantius.

Ed itaque tandem adactus fuit Constantinus M. iam Christianus, serid iam piis Patribus aures præbens, vt Gladiatorium ludum tolleret, & prohiberet; non quidem per totum Orbem Romanum (quod vulgò traditum) seu è Republ. Christiana; verum in Oriente, ac nominatim per Phœnicem Beryti, qui inter initia Imperij hactenus ludum hunc non ludum tulerat. Et quidquid tamen Constantinus M. per Syriam Phœnicem (vbi idè hæc lex *Beryti proposita* dicitur) sanxerit, Gladiatoresque omninò esse prohibuerit; attamen alibi vsurpatè deinceps hi ludi: Et quidem, in proximâ Syriâ-Cæle, Antiochiæ; cui rei testis Libanius Antiochenus, *de vitâ sua*, p. 3. vbi ludorum Gladiatorioum meminit, quibus ipse quindecim annos natus (Anno D. 328.) quatuor post hanc leg. annis, spectandis Antiochiæ nuntium remisit cum omnium admiratione: *ἀθέλας ἔμενα μονομαχῶν ἐπινοῶν ἐν αἷς ἐπιπέον τε ἢ ἰνίκων ἀδρις ἢ ἐρηθὰ ἀν μαθῶν αἰ* ἢ ἐν πύλαις ἡγεμονίαν: additque hos ludos ab auunculo suo editos. Sanè & in Italia, (quod docet Ambrosius lib. 2. *Officior. cap. 21.*) & Romæ quoque Gladiatorium deinceps munus stetit, ludique pœna: vt docet exertè Constantij lex 2. Honorij lex 3. *hoc tit.* & Valentiniani lex 8. & 11. *supr. de pœnis*: non itidem lex quam *infra. de Paganis*, quod Lipsius credidit (Ludo-

rum enim appellatione, Scenici ibi intelligendi sunt:) itémque Symmachus non uno loco, inter cætera lib. 2. ep. 46. Prudentius lib. 2. aduersus Symmachum (loco quem mox consignabo) Augustinus lib. 6. confession. cap. 8. vbi Alypium Gladiatorij Spectaculi inhiatū incredibiliter abreptum scribit. Nempe Roma, vt cæteroquin veteris moris retinentior fuit, ita contumaciorem sese hanc quoque in partem præbuit; & modum tantum quandam huic rei adhibere Christiani Principes, quibus alioquin Gladiatorium nomen detestandum esset: l. 2. infr. & in his Constantius, & Valentinianus Sen. prohibito tantum certo hominum genere in ludum Gladiatorium auctorari damnavit; pura Christianis & Palatinis: d. l. 2. infr. & d. l. 8. & 11. supr. de pœnis: Quapropter Prudentius A. D. 404. d. lib. 2. aduers. Symmach. sub fin. Honorium Romæ iam positum (de qua Honorij Romæ mora hoc Anno vide Chron. Theodof.) cohortatur ad ludos Gladiatorios Romæ penitus tollendos; votumque & preces apud Principem interponit pro tollendis iis. Sic enim de Virginibus agens, scribit.

An quoniam podij meliore in parte sedentes Spectant aratam faciem, quam crebra iridentem Impacito quatiam hastilia, saucius & quam Vulneribus patulis partem perfundat arena Quam fugit, & quanto vestigia sanguine signet? Quod genus ut sceleris iam nesciat aurea Roma Te precor, Ausonij Dux Augustissime regni, Et tam triste sacrum inbeas ut cætera tolli, Perspice: nonne vacat meriti locus iste paterni? Quem tibi suppleendum Deus & Genitoris amica Seruauit pietas: solus ne premia tanta Virtutis caperet, partem tibi nate reseruo, Dixit, & integram æquis intactamque reliquit. Arripe dilatatam tua Dux in tempora famam: Quodque Patri superest laudis successor habeto. Ille V R B E M vetuit caurorum sanguine tingi, Tu mortes miserorum hominum prohibere litari: Nullus in Vrbe cadat, cuius sit Pœna voluptas, Nec sua virginitas oblectet cadibus ora, Iam solis contenta feris infamis arena, Nulla cruentatis homicidia ludat in armis. Sit deuota Deo, sit tanto Principe digna, Et virtute potens, & criminis inscia Roma, Quæque Ducem belli sequitur, pietate sequatur.

Tandem igitur Romæ quoque sublata (sed non ante Anno D. 404.) ab Honorio Imp. Gladiatores: & quidem (vt prodit Theodoretus lib. 5. cap. 26. & ex eo Tripartita Auctor, lib. 10. cap. 2.) alique Telemachi Monachi cuiusdam occasione, qui ex Oriente Romam profectus, Gladiatorisque Romæ pugnantibus pio quodam ardore deducere conatus, à Spectatoribus lapidibus obrutus fuit: atque inde νεκροποιος μύρτων ab Honorio adscriptus.

Ex his ira distinctè propositis, de Baronij quinque hæc parte erroribus iam liquet: Liquet inquam, Primò; non vbiq; Gladiatores à Constantino M. sublatos, imò neque Romæ sublatos, sed in Oriente tantum. Proinde Secundò ex his liquet, non recludisse eos Romæ, seu reditum ad Gladiatorum munera post Constantinum; quod etiam Lipsius putauit, & Petrus 3. Obseru. 7. p. 343. 344. Liquet Tertio, Imperatorum post Constantinum ante Honorium nullum Gladiatorios ludos Romæ legibus vetuisse: Proinde (quod Quartum) liquet non Theodosium M. Romæ ludos Gladiatorios sustulisse. Ac per consequens (quod Quintum) non recludisse Romæ sub Honorio antea sublatos. Nam quod Baronius Anno D. 395. num. 19. 26. vt probet Gladiatores à Theodofio M.

sublatos ex Martyrologio Romano notat de Almachio occiso à Gladiatoribus, atque aded martyre sub Alypio P. V. ed quod Gentiles moneret, vt cessarent à superstitionibus idolorum & à sacrificiis pollutis, id nescio an cum narratione de Telemacho quicquam commune habeat: Theodoretus certe magis hic fides habenda. Quid enim legi 3. infr. facit, quæ ostendit, sub Honorio aliquandiu adhuc ludum Gladiatorium Romæ stetitisse Anno Domini 397. Imò quid Prudentio responet, qui disertis verbis post Polentiam de Gorthis Victoriam quam profectus, quæque congruit Anno D. 403. scribens ait, Theodosium cum Romæ ludos Gladiatorios non sustulisset, locum istum meriti vacuum filio Honorio reliquisset, seruasse. Ex his interim quoque apparet, ex d. inquam l. 3. & ex Prudentio humaniter errare Virum doctum 3. Obseruat. cap. 7. cum illam de Telemachi Romæ cæde, atque exinde ludorum Gladiatoriorum ab Honorio factam prohibitionem refert ad Ann. D. 396. & 397. Neque moror Tripartita Auctorem, quem ipse laudat, qui id factum indicat ante Nectarij obitum Anno D. 397. 27. die Septembris: Nos enim scimus, quam malè temporum ratio huic alisque constare soleat. Quomodo idem Vir doctus eludat legem 3. ibi videbimus.

Cæterum obseruanda adhuc ad hanc legem nonnulla. Primo de loco, vbi hæc lex proposita dicitur: putà Beryti, nempe non eo tantum quod ea vetus Romanorum colonia, frequentissima Phœnicis Ciuitas esset: vnde & postea factum (iam inde à Iuliani temporibus, vt leges non iam Tyri (quæ Metropolis alioquin erat) proponerentur, verum Beryti: vt exerte docet lex 11. supr. de Tyronib. vbi de hoc dixi plenius. Verum quia maiore animo ibi huiusmodi ludi ab antiquo ederentur. Iam inde ab Agrippæ Regis temporibus, qui Iosepho teste Antiquitatum Iudaicarum, lib. 19. cap. 7. sub Claudio Imp. excitato Beryti magnis sumptibus Amphitheatro magifico, plurima ibi Gladiatorum paria exhibuit, commissis etiam inter se Damnatitiorum cohortibus: Locus est insignis, vbi inter cætera & ad locum ista: ἐν ᾗ τῷ Ἀμφιθέατρο καθέσθαι ποικίλων τῶν ἀπὸ δεικνύς μυστικῶν νοσῶν: ἐνθα δὲ τῶν ἐλάτῳ κῆρῶν ἀπὸ τῶν βυκνθῶν ἡρώδης ἦν δεικνύων τέρψιν ἐπὶ τῶν αἰσθητικῶν καὶ σωματικῶν ἐπιπέδῳ καὶ ἄλλοις ἀποτάξας εἰς τῶν δὲ τῶν ἀπὸ τῶν ἡρώδης οἰ μὲν καλεῖσθαι, τὸ πάλαι δὲ ἔργον ἦν) τῆς αἰ ἐρήμης: quæ postrema de κακέρως seu Damnatitiis, quorum supplicio belli species, pacis voluptatem exhiberet, huic legi omninò respondent. Vide & quæ idem sub Nerone de Agrippa scribit, lib. 20. cap. 8. p. 698. sub Titio item lib. 7. de bello Iudaico, cap. 20. in fin. Vbi rursum agit de Iudæis captiuus per Titum Natali Patris Vespasiani Beryti ingenti numero in Spectaculo necatis, etiam per ἀλλοκτονίας. Ergo deinceps quoque proculdubio Berytus huiusmodi Gladiatorum Spectaculis & commissionibus pro aliis vrbibus indulget: quæ causa huius leg. proponenda Beryti. Post sublatum certè Gladiatorium ludum ibi, Berytus Circensibus & Scenicis floruit: vt testatur vetustus Descriptio Orbis Romani Auctor. Constantino M. paulo recentior, quem haud ita pridem extulit, è Græco versus. Ecce similiter Ladicia Circenses & Tyrus & Berytus & Casarea: sed Ladicia mittit aliis ciuitatibus Agitatores optimos: Tyrus & Berytus mimarios: Casarea Pantomimos: Heliopolis Coraulas; maxime quod à Libano Musæ illis inspirent Diuinitatem dicendi: aliquando autem & Gaza habet bonos Auditores: dicitur autem habere eam & Pamma

Pammacharios, Ascalon Athletas luctatores: Castabaria Calopetas. Nempe singulari obseruatione Scriptor ille sub Constantio Imp. designans, quodnam ludicri genus per singulas Syriæ ciuitates exerceretur, nullum M V N E R I S Gladiatorij in Syriâ exhibiti mentionem facit. Et idem tamen cap. 53. de Africa & Karthagine agens, Munerum spectaculum ibi valde contentiosè spectatum, ait.

Secundò obseruari cupio temporis huic legi subscripti caracterissimum. Dicitur nempe hæc lex PP. Kalend. Octobr. vt & proxima lex Data XVI. Kal. Nouemb. nempe idem, quia paulò post, mense Decembri, munerum istorum Gladiatoriorum tempus cæpturum erat: quod etiam sub Constantino M. temporibus Kalendarium vetus Romanum ostendit: vbi eo mense crebra istius Muneris mentio fit, à die inquam 4. Nouis Decembris. ad 9. Kalend. Ianuar. quo hæc Spectacula desinebant: vt Iulianus quoque docet, extrema Orat. sua in Solem. Ita quidem, vt ibi notetur Initium muneris; duòque distincta munerum istorum genera, alia scilicet quæ à Candidatis da-

bantur: alia quæ ab Arcariis qui de Arca fisci munera edebant, eaque parciora, teste Lampridio in vitâ Alexand. Seueri, qui vtiq; hæc munera instituerat. Ergo Romæ Constantini M. quoque tempore Gladiatores exhibiti quidquid in Oriente eos inhiuerit. Quare humaniter labitur Vir Doctus 3. Obseru. cap. 7. qui Constantinum M. non fuisse huius Kalendarij Auctorem huius leg. argumento probat: quia tantum abest vt voluerit Constantinus Gladiatorum munera è fisci sui arca populo dari, vt contra, ea hæc leg. prohibuerit: Nam neque Kalendarij istius Auctorem Constantinum ipsum quicquam putare debet, vel hæcenus putat: Et aliud est quod Romæ obseruabatur, & quod Constantianus hæc leg. inhiuit per Orientem.

Notari tandem illud cupio, Constantinum M. Christianæ pietatis instinctu tria pœnarum genera sustulisse; Primò Crucis, de quo ad l. 2. supr. de pœnis. Secundò, Inscriptionis in Facie, l. 1. supr. de pœnis. Tertio & alicubi Damnationis ad ludum hæc leg.

II. * Imp. CONSTANTINVS A. & Iulianus Cæs. ad Orsitum P. v."



NI VERSI, qui in Vrbe Româ gladiatorium munus impendant, prohibutum esse cognoscant, sollicitandi auctorandos Milites, vel eos qui Palatinâ sunt præditi dignitate: sex auri librarum multa imminente, si quis contra temptauerit. Sponte etiam ad munerarium aedeunt per Officium Sublimitatis Turæ ad Magistros equitum ac peditum, aut eos qui gubernant officia Palatina, oneratos ferreis vinculis mitti conueniet: vt huius legis statuto Palatiij dignitas à gladiatorio detestandum nomine vindicetur. Dat. xvi. Kalend. Nouemb. Constantio A. IX. & Iuliano Cæs. II. C O S S. [357.]

NOTÆ.

- * Abest hæc lex à Cod. Iustin. nempe quia Constantini Constitutionem Iustinianus velut GENERALEM in Codicem suum reulit, cum hæc leg. gladiatoria munera regulariter Romæ permittantur.
Orsitus sub Constantio P. V. Romæ scilicet. Non vna huius Orphiti mentio apud Ammianum Marcellinum, & quidem in huius ipsius Anni 357. gestis, lib. 16. p. 75. & lib. 17. p. 98. vid. de eo plura in Prosopogr.
Munerarium hæc descriptio est: de quibus mox.
Auctorare se dicuntur, qui se sponte ad ludum Gladiatorium pretio addicebant.
Munerarius hic, qui suprâ gladiatorium munus impendere dicitur. Nam, vt munus propriè de ludis Gladiatorijs, ita qui eos præbet ab eâ voce Munerarius olim dictus. In Glossis aliâs generaliter Munerarius à quibusdam quomodo Rufinus Asiarum verit: cuius vocis primum Auctorem facit Quintilianus Augustum, lib. 8. Florus dixit, Muneratorems vbi de Spartaco: si de Gladiatorio, inquit, Munerator fuisse.
Nota Officium P. V. Romæ.
Pura milites, ad Magistros Equitum & Peditum.
putà Palatinos, ad eos qui gubernant officia Palatina.
putà, Magistrum officiorum, Comitum domesticorum, Castrensem sacri Palatiij, &c.
Ferreis vinculis vincit Rei transmittantur: vid. & Ammianum non uno loco.
adde, & militia.
Hinc & pro conuictio id cessit, l. 3. in princ. ff. de lib. & posth.
His Consulibus, & quidem hoc tempore, adhuc Vrbs Romæ Episcopus erat Felix, in Liberij locum subuectus, vt ostendit, l. 14. infr. de Episcopis.

COMMENTARIVS.



ON STANTII hæc constitutio est, quâ SOLLICITARI ad auctorandos se, Munerarij, vel AVCTORARE sese ad ludum Gladiatorium MILITES & PALATINI (seu Palatio officio præditi) Romæ prohibentur Ann. D. 357. Auctorare, inquam, id est vltro sese ad ludum vendere seu addicere; pœnâ Munerario proposita sex auri librarum, si quem Militem, vel Palatinum auctorandum sollicitauerit: Milite verò & Palatino ipso sese etiam spontè auctorante ferreis vinculis vincit ad Magistros militum vel ad officia Palatina gubernantes, id est ad Magistrum officiorum retrahendum. Nempe milite, ad Magistros militum: Palatino, ad Magistrum officiorum: hic enim est, qui officia Palatina gubernabat:

quod præter hanc leg. & ea quæ semel diximus de eo, tit. de Quæstionib. Magistris officiorum, docet quoque lex 4. infr. de his qui super Religionem: & Cassiodorus 6. variar. 6. in formula Magisteria dignit. Ad eum nimirum Palatiij pertinet disciplina: ipse insolentium scholarum mores procellasos moderationis suæ terminis prospere differerat. Tam multi Ordines sine confusione aliqua componuntur, &c. Nunc ad rem.

Nempe cum Gladiatorum detestandum nomen (vt hæc leg. Constantinus id vocat) Romæ adhuc duraret (quidquid in Oriente Constantinus M. constituisset, l. 1. supr.) & sic Roma hæc parte veterem morem retineret, atque aded Principes Gladiatoria Spectacula quamlibet detestanda ibi ferre cogeren

cogerentur; (quod *hac lex* apertissimè ostendit, itémque *lex tertia prox.* & *lex 8. & 11. supr. de pen.* & Symmachus quoque *lib. 10. epist. 61.*) Satis visum initio si nonnullis saltem & honestis vitæ generibus ludo Gladiatorio ibi interdiceretur. Quod vtrique factum, hæc Constantij constitutione vt & duabus Valentiniani Sen. legibus *d. l. 8. & 11.* Itaque Palatinis & Militibus nominatim Gladiatorio ludo *hac leg.* interdictum: Palatij (adde & Militie, quod tamen hic vel breuitate Sermonis omissum, vel sanè intercidit:) dignitati à Gladiatorio nomine detestando vindicandis: Interdicto inquam ludo: sic vt & sollicitati & spòrè sese auctorare ventur: quod quidem duplex Gladiatorum genus fuit. Imò & postea iidem Palatini pro priuilegio prohibiti à Valentiniano *dd. l. ad ludum damnari ob crimen aliquod.* Pariter vt Christiani, de quo ad *eas leges* plenius. Atque ita alterum quoque Gladiatorum, *pænalium*, inquam, & *ad dicitur* genus in Palatinis, Militibus, & Christianis improbatum. Atque hi quodammodo primi gradus fuerunt, quibus paulatim Gladiatores Romæ aboliti, vsque quò Honorius tandem eos penitus antiquauit: de quo ad *l. prox. supr.* Cui similem quendam progressum in Scenicis & Lenoniibus tollendis *suis titulis* iam notabamus.

¶ His ita perspicuè distinctis, apparebit deinceps, toto cælo errare eos, qui Gladiatores *hac leg.* à Constantio penitus sublato scribunt. Nam imò Gladiatores *hac leg.* etiam detestandos eos vocat, in commune Romæ tolerantur, Palatini tantum & Milites, eà quà dixi ratione, in ludum descendere seque auctorare verantur: quod alioquin vtrique facere soliti: quia & vtrique *επιποδοι* procellosi (vt Cassiodorus eos vocat) & armaturæ periti erant: ac proinde prono facilitate exinde ad ludum transitu.

¶ Illud ad *hanc leg.* adhuc notari cupio, hoc ipso Anno paucis ante mensibus Constantium *huius leg.* Auctorem Romæ fuisse, Orfito (cui *hac lex* inscribitur) Præfecturam Vrbs agente, Equestrisque ibi ludos edidisse, dicacitate plebis oblectatum: de quo videndus vel Marcellinus *lib. 16. à p. 75.* Imò & Obeliscum sub hoc eodem Orfito P. V. Romæ erectum, eodem teste, *lib. 17. p. 99.* Vt non inanis coniectura sit, vel Constantium ipsam Romæ hunc auctorandorum ad ludum militum & Palatinorum abusum comperisse, vel ab Orfito edoctum: atque idèd appetente post duos fere menses tempore Gladiatoribus edendis, putà mense Decembri, destinato, *hanc leg.* edidisse.

III. * Imp. Arcadius & Honorius AA. ad Populum." Post alia.

¶ I quos è Gladiatorio ludo ad seruitia Senatoria transisse constabit, eos in extremas solitudines amandari decernimus. Dat. & PP. Romæ, Cæsario & Attico C O S S. [397.]

NOTÆ.

- * Abest *hac lex* à Cod. Justin. velut temporaria. Quænam autem *leges* ei iungendæ sint: mox dicam.
 "Vrbis Romæ: quod & aliæ mox indicandæ *leges* quæ huic coassandæ sunt, ostendunt; & huius ipsius subscriptio PP. Romæ.
 "antea emendari, malè.
 "vid. quæ de hac subscriptione dico in *Chronico Theod.* Dat. pro Reddita. Neque enim hoc tempore Honorius Romæ fuit.
 "Vl. l. April. hoc supplendum ex *l. vnica. quib. militibus. ad Vrb. acced. non lic.*

COMMENTARIUS.

HONORII Imp. constitutio isthæc est: eaque pars prolixioris Edicti Honoriani, quod ad populum Vrbs Romæ datum, atque in Vrbe Româ propositum fuit Anno D. 397. mense Aprili, vnde tria adhuc fragmenta *hoc Codice* occurrunt; putà *lex 2. supr. de habitu, quo vni oportet intra urbem: Lex vnica. supr. quibus militibus ad urbem accedere non liceat: Lex vnica. supr. de Campo Martio:* quæ proinde *leges* omnes huic nostræ coassandæ veniunt, ceu vnus & eiusdem constitutionis, seu Edicti partes.

¶ Hac sanè *leg.* Honorius Gladiatores in Vrbe Roma è ludo Gladiatorio ad SENATORIA seruitia transire vetat. Vbi obscurum est, quàm occasionem, quòve sine id Honorius hoc Edicto prohibuerit. Quàm inquam occasione Gladiatores ad seruitium Senatorum sese contulerint: An quia Gladiatores Vrbe Româ eiectioni & si eiectioni, an in totum ab Imp. Honorio? an ad tempus tantum? An verò in vrbe retenti Gladiatores, alià de causâ ad seruitium Senatorum sese contulerint? Prius illud quis existimet; nampe Vrbe Româ eiectionis hoc tempore in totum Gladiatores velut formidabiles & pacem publicam turbantes; non vno Argumento. Primum, *argumentum d. legis vnica. supr. quib.*

milit. (quæ huic inter alias coassanda est,) quæ vtrique docet, nonnullos alios quoque Vrbs Romæ accessu ab Honorio hoc ipso Edicto in totum vetitos: putà Agentes in Rebus, Palatinos, aliòsque Milites inferioris militiæ. Igitur & Gladiatores ab Honorio pariter Româ fugati videantur: Verùm cum sese Vrbe eiectionis viderent, ad seruitia Senatorum migrare, seque conferre cœpisse, vt ita Senatorij saltem seruitij obtentu intra Urbem manere possent: quibus idèd *hac leg.* pœna infligatur, putà vt non Vrbe tantum eiciantur, verùm & in extremas solitudines amendantur (id est, deportatione plectantur:) Quæ & ipsa pœna imponitur *d. l. vnica.* (quod secundum argumentum habeat quis:) Agentibus in rebus, Palatinis, aliisque ad urbem accedere vetitis, eò accedentibus: vt & casas & tuguria in Campo Martio ponentibus: *l. vnica. supr. de Campo Martio.* Igitur Gladiatores vrbe penitus exire iussi videantur ab Honorio hoc Edicto: atque idèd ne exitent, seruitium Senatorum simulauisse: Et hæc quidem sententia *huius leg.* nonnullis videri possit. Atenim alij fortè putent, exilio tantum temporario Gladiatores nunc exulare Vrbe iussos ab Honorio, tanquam otiosam turbam grauèque annonæ; & sic, vt ceteri, ita

ita & hi ob famem quæ hoc Anno Romæ ingruerat, ob occupatam videlicet à Gildone Africam (de quâ alibi dixi:) Nempe ita Romæ mos cæteroquin fuit, vt ob formidatam alimentorum inopiam, tum peregrini, tum otiosa turba omnis, ab Vrbe præcipites pellerentur: de quo more vide Ammianum Marcellinum *lib. 14. p. 15.* Themistium *orat. 6.* Ambrosium *lib. 3. officiorum:* Libanium *Antiochico, p. 366.* vid. & quæ dico ad *l. vnica. supr. de mendic. non inuidia.* Hoc igitur Otiosa Turba nomine visi videantur hoc tempore Gladiatores Honorio Imperatori, qui idèd, ne exitent, Senatorum seruitium ad tempus simulauerint: Seruos sanè in vrbe retentos, etiam cum alij potiores, metu ingruentis famis pellerentur, conqueritur Ambrosius *d. lib. 3. officiorum, cap. 7.* Quid illum eiectionis *qui te passis? SERVM reuines, rudis paretem.* Similemque in simili eiectione simulationem memorat Ammianus, *d. lib. 14. p. 15.* Postremo ad id iniquitatis est ventum, vt cum peregrini ob formidatam haud ita dudum alimentorum inopiam pellerentur ab Vrbe præcipites, sectatoribus disciplinarum liberalium impendio paucis sine respiratione vlla exstrus, tenerentur Mimariū afflicta veri, quæve id *SIMVLARVNT AD TEMPVS, & tria milia saltaricum, ne interpellata quidem cum choris totidemque remaneret magistris.* Verùm neutra harum duarum sententiarum placere debet. Non placet, inquam, eiectionis indicari in perpetuum hoc Edicto Vrbe Roma Gladiatores, quod tamen etiam Doct. Petrus, voluit *3. Obseru. 7. p. 347.* qui hanc huius constitutionis sententiam putabat: nempe dissipatas iam ante, seu sublatas Honorij *leg.* Gladiatorum familias, cum nulla amplius eorum essent munera; ad Senatorias familias transisse: quandoquidem non ante Annum 404. Gladiatores Romæ prohibitos ex Prudentio iam ostensum est, ad *l. 5. supr.* Sed & ipsa huius legis verba aperte arguunt, nondum eiectionis Vrbe Gladiatores, *Si quos,* inquit, *E LVDO GLADIATORIO TRANSISSE constabit ad seruitia Senatoria:* Ecce enim his verbis, ludum adhuc Gladiatorium stetit aperte indicat; è quo non prohibiti fugerint, verùm quo stante, vltro sci-

licet TRANSIERINT: id enim est ex aliquo siue loco siue ordine transire. Imò neque placet, eiectionis *hac leg.* vel ad tempus, ob famem vrbs, etiam ea sententia magis blandiatur. Quid igitur? Gladiatores, mutatâ tantum conditione sua Gladiatoriâ, Senatorum seruitio sese addicere *hac leg.* vœtit ne alioquin horum operâ, ceu hominum audacium perditorum, & parabolanorum ad vim Senatores abuterentur: atque aded ne his formidandum famularum præberent, ad turbandam pacem & disciplinam publicam Vrbs. Quâ sanè ipsa ratione, Agentes in rebus, & Palatini, aliique similes, ipso cingulo metuendi, eodem Edicto in totum accessu Vrbs vetiti, *dicitur lege vnica, quibus militantibus:* Quâ item ratione Barbaricus habitus seu vestitus in Vrbe pariter eodem Edicto prohibitus: *d. l. 2. supr. de habitu:* ne alioquin Barbari aliquid turbulenti in Vrbe auderent, suorum numero confisi: quâ ipsâ ratione Politica Augustus olim Seruos peculiari veste Romæ vti noluit. Denique toto hoc Edicto (vnde hæc quoque *lex* desumpta est) Honorius Imperator paci & tranquillitati Vrbs consultum iuit. Notandæ igitur sunt duæ Honorij constitutiones in Gladiatores ab eo latæ: & hæc quidem prior, qua is Gladiatores è ludo Gladiatorio ad Senatoria seruitia transire vetuit, idque studio tranquillitatis publicæ: Altera verò, tempore posterior, quâ Gladiatores in totum Româ pepulit; quæ illa iam constitutio est, cuius meminit Theodoretus, *l. 5. c. 25.* & ex eo Author *Tripartita, lib. 10. cap. 2.* Postquam scilicet Prudentius Honorium Imperatorem Romæ tum agentem ad id hortatus fuisset, Anno Domini 404. Cuius verba retuli iam ad *legem 1. supr.*

¶ Huic potèd *legi* prout eam nos interpreta-
 mur, congruit omninò quod ex Cassiodoro discimus *1. variar. 30. & 32.* Senatorum in Vrbe Româ seruos seu famulos in ipsis spectaculis, iniuriarum ministros fuisse, imò & ad cædes processisse: quâ causâ eò loci Theodoricus Rex Senatores monet, vt *refugiant tales familiares, qui sint iniuriarum ministri, &c.*

DE VSU SELLARVM."

TITVLVS XIII.

"Adde, *et sedendi iure* (quo contemplatu *hic Titulus* hoc loco collocatus est) in Theatro, videlicet ludis spectandis: item adde, *conueniendi in publicum.*

I. * Imp. Arcadius, & Honorius AA. Claudio P. V."

¶ XCEPTIS plebeis scænicis, & qui spectaculo suo præbuit populo materiam voluptatis, & Tabernariis, ceteris omnibus vsu sellarum, & sedendi, ac conueniendi in publicum tribuimus facultatem. Dat. VI. Kalend. Ian. Constantinop. Arcadio IV. & Honorio III. AA. C O S S. [396.]

NOTÆ.

- * Abest *hac lex* à Cod. Justin.
 "Claudius sub Arcadio Imp. P. V. Constantinopolitanæ scilicet. Eisdem verò inscribitur hoc ipso Anno *lex 8. supr. de proximis.* Hic Pater fuit Rutilij Claudij Numatiani, qui antea Consulatus Tuscis extitit, Anno D. 389. vt patet ex *l. 5. Tom. P.* E E c *supr.*

Tyrannorum legibus & poenis infectati Imperatores, de quo, vid. l.7. supr. de Metatis: l.19.21. supr. de penis: l.19.20.22. supr. de bonis proscriptorum: l. quisquis, supr. de leg. Cornel. de Sicariis.

Cæterum, Tyranni, ad quos huius tituli, aliorumque hoc Codice titulorum leges complures pertinent, hi sunt, seruato temporum ordine: sub Constantino M. MAXENTIVS, l.unic. supr. de Ingenuis qui temp. Tyranni: leg.1. supr. de cohortalibus: & LICINIUS, l.1.2.3.4. hoc tit. sub Constantio, MAGNENTIVS, l.5. hoc tit. l.2. supr. de indulgent. criminum: l.5. infr. de Paganis: sub Gratiano & Valentiniano Iun. MAXIMVS, l.6.7.8.10. hoc tit. & l.ultim. ne quid publ. latit. & EVGENIVS, l.9.11.12. hoc tit. sub Theodosio M. TATIANVS, l.9. supr. de indulgent. criminum: sub Honorio, GILDO: l.7.9. supr. de Metatis: l.16.19. supr. de bonis proscriptorum: l.19. supr. de penis: sub Arcadio, RVFINVS, l.14.15. supr. de bonis proscriptorum: EVTROPIVS, l.17. supr. de penis: sub Honorio rursus STILICO cum filio EVCHERIO, l.20. supr. de penis, l.20.21.22. supr. de bonis proscrip. ATTALVS, l.11.12. supr. de indulg. criminum: l.2. de litorum & itiner. custod. MARCHARIDVS, lib.18. supr. de bonis proscrip. HERACLIANVS, l.13. hoc tit. & l.21. supr. de penis: sub Valentiniano Tertio, IOANNES, l.ultim. infr. de Episcopis: quò respiciunt & l.33. supr. de petitionibus: l.14. supr. de Senatorib. Ex his omnibus, tres hi Tyranni ad GALLIAM pertinent, MAGNENTIVS, MAXIMVS, EVGENIVS, & in partem quoque STILICO: qui sanè Tyranni vel ab Imperatoribus ipsis interfici iussi, vel ad id necessitatis adacti fuerunt, semet vt interficerent.

II. BARBARIS quoque profligatis, quæ sub his gesta infirmari solita, Rubr. hoc tit. & dispensa promulgata, l.ultim. hoc tit.

I. * Imp. CONSTANTINVS A. ad Constantium" PP. P.

MEMOTIS LICINI Tyranni" Constitutionibus & Legibus, omnes sciant, veteris iuris, & statutorum nostrorum obseruari debere sanctionem. PP. XVI. Kalend. Iun. Crispo III. & Constantino III. Cæs. COSS. [i. a. d. 324.]

NOTÆ.

* Abest hac lex à Cod. Justin. velut historica.
* Idem Constantio PP. inscribitur Anno prox. 325. lex 11. supr. de Decurion. & Ann. 327. lex 2. supr. famil. ercisc. An idem cum eo, cui inscribuntur Ann. 315. lex 1. supr. de curf. publ. & l.1. de cohortalib.
** Licini, id est Licinij: quæ orthographia huius Codicis: vide nominatim l.10. supr. de Marilegulis:
** Locus vbi hac lex Proposita, omiffus.

COMMENTARIVS.

LICINIUS (ad quem pertinet hac lex cum tribus sequentibus 2. 3. 4.) à Maximiano Galerio, in Imperij societatem, Anno D. 307. à Constantino M. in affinitatem (sorore videlicet Constantiâ ei desponsa) adscitus Anno D. 312. Variis mox à Constantino præliis, apud Cibalas nominatim (Pannonia oppidum) victus, atque aliquot Prouinciis Anno D. 315. ab eo exutus fuit: Pax indè, ascito etiam Liciniano, Licinij filio Cæsare, Anno D. 316. At rupta pòst pace, Anno D. 323. Hadrianopolitano primùm in Thraciâ bello, V. Kal. Iulias: mox & Chalcedonenf. xiv. Kalend. Octobris eiusdem Anni infractus à Constantino Licinius, vt docet lex 1. supr. de Veteranis (vbi vid. quæ notauimus) Nicomediz tandem Imperio penitus exutus, Thessalonica in Macedonia hoc Anno 324. occisus fuit: vt ex Historiæ Ecclesiasticæ Scriptoribus, vtroque Victore, Eutropio, Hieronymi Chronico, Zosimo, Fastis, siue Siculis, siue Alexandrinis conitar: de quo plenius ipsi egimus ad l.1. supr. de Veteranis.

¶ Eo igitur profligato, leges eius partim iuri veteri, suis partim constitutionibus contrarias Constantinus M. hac lege abrogatum iuit. De legibus sanè Tyrannorum aduersus Christianos latis, à Constantino M. abrogatis, auctor est Sozomenus, lib.1. cap.8. Κοινῶν τῶν, inquit, εἰς ἄλλοις αὐτῶν

πρόσ τῆς Ρωμαίων ἀρχῆς ἀριστάς ΓΡΑΜΜΑΤΙ ΔΗΜΟΣΙΩΝ ἀνωθεν ἔνεα ἐψηφίσθη τὰ κατὰ τὴν ἀποκρίσιν δὲ τῶν ἡμετέρων ἐπιτομῶν τῶν ἑλληνιστικῶν, &c. id est, Constantinus cum iam solus vniverso Imperio Romano potiretur, EDICTO PVBLICO statuit, vt irrita essent quæ circa superstitionem decreta actaque ab Ecclesiâ Persecutoribus fuissent: vid. & Auctorem 2. de vitâ Constant. c.42. Nempe mos hic Principum, deuictis Tyrannis ab his contra ius rescripta, vel statim, vel haud ita multò post, datis occasionibus, infirmare. Quod vt ab alijs Principibus factum, ita & à Constantino M. nominatim huius leg. Auctore, vt Licinio iam deuicto h. & segg. ll. ita & prius Maxentio deuicto, l.1. supr. de din. rescript. vbi vide quæ diximus. ¶ Igitur & hac lege iniusta Licinij leges, eum Veteri iuri (vt hic nominatim dicitur) tum Constantini M. statutis aduersæ, abrogantur; nam iustæ, nihilominus mansere: quod etiam nominatim expressum l.2.3. infr. hoc titulo. Inde & Licinij quoque lex 2. supr. de censu, in hunc Codicem relata extat. Iniustas verd nonnullas Licinij constitutiones tres inter alias memorat Eusebius sine historia Eccles. cap. penult. & Auctor lib.1. de vitâ Constantini, cap. 47. & 48. Nempe Primò, ne carcere clausis aliquid alimenti quisquam propinquorum aliorumque inferret. Secundò, τὰς ἀδελφῶν

ἀδελφῶν καὶ νεογενῶν, nouas de Nuptiis leges. Tertio, τὰς ἐπὶ τοῖς τὸν βίον μεταλλάττει νεογενῶν, nouas circa morientes sanctiones. Quibus VERBES Romanorum leges præclare & eximie postas re-

fringere ausus est, τὴν ΠΑΛΑΙΟΥΣ Ρωμαίων ἐν τῷ σαφῶς καὶ ἰσχυρῶς νόμῳ. Qui locus huic legi ciuili quæ verbis apprimè conuenit.

II. * Idem A. ad vniuersos prouinciales.

TYRANNI" & Iudicum eius gestis infirmatis, nemo per calumniam vel id' quod sponte fecit, euertere, nec quod legitime gestum est. Dat. Prid. Id. Febr. Paulino & Iuliano COSS. [i. A. D. 325.]

NOTÆ.

* Abest & hac lex à Cod. Justiniano.
* Edictum istud est ad vniuersos Prouinciales.
* Licinij, qui superiore Anno 324. interfectus: de quo vid. notata ad l.1. supr.
** Valid pro velis: orthographiâ Codicis Theodosiani, & compulsis in vnam vocem literis. Cæterum, Velit euertere: pro euerteret. Ita iussisse scisse velis, pro iubeat faciat, formulâ solemnem in legibus. Varro humanarum lib.20. apud Nonium in v. spurcum. Ne quis licitorem (spurcum hominem) liberum prehendere IVSSISSE VELIT. Itaque errant, qui hanc legem mutilam putant: Similis menda in l.19. supr. de Iudicis, vbi pariter pro vel restituo velis, vid. leg. 9. 13. infr.
** vid. leg. 3. infr.

COMMENTARIVS.

ET hoc Constantini M. Edictum est de LICINIO Tyranno. Atque vt superior est de legibus & Constitutionibus Licinij, ita hæc de alijs GESTIS, siue ab eo, siue à Iudicibus eius, siue sub eo: De quorum Gestorum validitate & inualiditate agit hæc leg. Constantinus M. Sic etiam olim Athenis, cum sæpè mutasset Atheniensium status & πολιτεία, lata lex ὅτι οὐδὲν νόμον ἢ ἀπόφασιν ἢ ἀπόφασιν ἢ ἀπόφασιν ἢ ἀπόφασιν, quæcunque sub triginta Tyrannis acta essent, vel iudicata essent vel priuatim vel publicè, irrita essent: de quâ Demosthenes ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους: & Andocides, ἐν τῷ κατὰ Περικλέους: Æschynes, ἐν τῷ κατὰ Τιμαρχοῦ. Igitur GESTA à LICINIO eiusque Iudicibus infirmari vult: Gestas, inquam, in Republ. actaque. Primò ab iis, quæ etiam fermè in gesta & Acta relata. Secundò, Atenim non idèd infirmari vult ea quæ sub HIS gesta vltro seu sponte, vel quæ legitime gesta sunt. Scilicet cum infirmatis semel Licinij gestis

hanc quoque occasionem multi arripere, legitime sub eo spontè quæ se gesta reuocadi, Constantinus M. huic rei hoc Edicto occursum iuit: vbi definit aliam omninò rationem esse eorum quæ spontè à Prouincialibus sub Licinio gesta fuerant: veluti Emancipationum, Manumissionum, Transactionum, Donationum, id genus aliorum. (Quæ & ipsa sententia est l.5.8.9.13. infr. hoc tit.) Aliam verd Tyrannicè gestorum à Licinio ipso, vel Iudicibus eius. ¶ Vnde iam apparet, non oportuisse hanc leg. à Baronio cum superiore leg. commisceri; multò minus ab eo id statui, Constantinum M. nunc sanioris mentis effectum, superius Edictum hæc leg. temperasse: Nam imò lex superior, vt diximus, est de legibus & Constitutionibus Licinij: hæc verd, de alijs eius gestis (Etsi de vtrisque idem vtraque leg. statuitur:) vt & de his quæ sub eo gesta spontè à priuatis: de quibus nihil eâ leg. agitur.

III. * Idem A. Antiocho PP. Virgil.

VÆ Tyrannus" contra ius rescriptis, non valere præcipimus: legitimis" eius Rescriptis minimè impugnandis. Dat. VII. Id. Iul. Rom. Constantino A. VII. & Constantio Cæs. COSS. [326.]

NOTÆ.

* Abest & hac lex à Cod. Just. Iungendæque ei videtur lex 4. prox.
** Licinius: de quo fuerunt quoque duæ leges superiores.
** vid. leg. 2. supr. hoc tit.
** Datum Id. Iul. Hanc porro singularem subscriptionem mox expendo.

COMMENTARIVS.

LICINIO Tyranno contra ius rescripta non valere: legitima contra minimè impugnanda, definit hac leg. rursus Constantinus M. Anno D. 326. ¶ Ipsa scilicet Temporum ratio ad Licinium Tyrannum hanc leg. pertinere suadet: etsi ad Maxentij Tyrannidem hæc lex referenda potius cuiuspiam videri possit. Cum enim Urbis Roma Magistratum, putâ Præfecto Virgilum ea inscribatur, Licinio tribui ea non posse videtur: quippe qui nullum vnquam Romæ ius

habuerit. Imò, ita quoque quis existimare possit, legem hanc ad Magnentium Tyrannum spectare: atque idèd legem hanc non Constantino, verum Constantio tribuendam: ac proinde lapsos huius Codicis Compilatores, atque in errorem inductos, ex Consulatu subscripto: de cuius generis alioquin erroribus in Prolegomenis ad hunc Codicem Cui argumentum præbeat ipsa Inscriptio: quippe cum hæc lex Præfecto Virgilum (qui Græcis ὑπερέταρχος: de quo ad l.unic. supr. de his qui ven. ar.) inscribatur

respondit. Cælestis natus afficiet, et ornatissimo lingua tua promptuario nunquam desit materia talium nunciorum. Quod argumentum attinet, fragmenta eius ostendunt, circa Maximi & Eugenij tyrannidem, deque iis victorias Aquileia, vel prope Aquileiam, historiam eius occupatam fuisse: hique illi sunt prosperi euentus Reip. secunde res, magnitudo negotiorum, materiam latorum nunciorum, quæ Symmachus ibi memorat. Cæterum horum euen-

tuum spectatorem ipsum fuisse idem ait. Tandem, quod à sermone, magnitudine orationis, ornatissimo lingua promptuario eum commendat, ei rei fidem omnino faciunt fragmenta quæ apud Gregorium Turon, occurrunt. Quare tunc iam illi epistolæ ἀνεμψάσθω, Alexandri nomen reddamus: ad quod etiam initio epist. 101. lib. 9. vbi de Historiâ quoque eius agit, deque eius Orationibus.

¶ De MAXIMO, & iudiciis eius, legibusque damnandis.

VII. * Idem AAA. Trifolio" PP. P.

MNE iudicium, quod vafra mente conceptum, iniuriâ non iura reddendo, Maximus, infandissimus Tyrannorum, credidit promulgandum, damnabimus: Nullus igitur sibi lege eius, nullus iudicio, blandiatur. Dat. vi. Id. Octobr. Med. Theod. A. I. I. & Cynegio C O S S. [388.]

NOTÆ.

* Abest & hac lex à Cod. Iustiniano.
"Eidem inscribitur lex 6.
"damnauius.
"E. iniuriam.
"Blandiri sibi: vid. Gloss. Theod.

COMMENTARIUS.

MAXIMVS leges, & iudicia quædam in Italia contra ius vasto animo tulerat, quæ hæc leg. reuocantur. Innuuntur fortè iura & iudicia inter alia, quæ Paganorum fauori emendo callido consilio reddiderat, promulgauerat.

Certè, Gentiles per Italiam Maximo fauisse, Symmachi exemplum (de quo videndi Scriptores Ecclesiastici, Socrates lib. 5. c. 14. Nicephorus lib. 12. c. 21. Epiphanius, histor. Tripart. lib. 9. c. 23.) & Zosimi testimonium, lib. 4. p. 761. docent.

¶ De MAXIMO & Honoribus ab eo per Gallias collatis, reuocandis: iudiciis iudicium ipsius rescindendis: at non est iis quæ sponte sub eo facta sunt.

VIII. * Idem AAA. Constantiano" PP. P. Galliarum.

MNES, qui, Tyranni" vsurpatione prouecti, cuiuslibet acceperunt nomen illicitum Dignitatis, codicillos adque epistulas & promere iubemus & reddere: Iuris quoque dictionem adque sententias, quas promere" nequiverunt qui iudicium nomen habere non potuerunt, ex omnibus publicorum monumentorum scriniis iubemus auferri, vt abolitâ auctoritate gestorum, nullus his iudicatis conetur inniti, quæ & tempore & auctore delentur. ¶ Exceptis his tantum negotiis, adque in sui integrâ firmitate mansuris, quæ conuentionibus patrisque finita sunt, si dolo metusve caruerunt. His quoque pariter exceptis, quæ donatio transtulit, mancipatio" liberauit, contulit manumissio præmia" meritæ" seruitutis: Quia" in his omnibus voluisse satiuris est. Dat. xix. Kalend. Febr. Med. Timasio & Promoro vv. cc. C O S S. [389.]

NOTÆ.

* Abest & hac lex à Cod. Iustiniano.
"Constantianus PP. Galliarum sub Valentiniano Iun. Euodij, (qui sub Maximo PP. Galliarum fuerat, vt testatur Sulpitius Seuerus) successori. Eadem inscribitur hoc ipso Anno lex 4. supr. de legitimis hereditatibus: l. 5. supr. de proximâ Comitib. Et Anno proximo 390. lex 52. supr. de cursu.
"Maximi.
"Præmia sententia dicitur, vid. Gloss.
"Emancipatio, vt l. 5. supr. certè ita quoque habetur mancipatio scilicet l. 9. prox.
"præmia.
"est qui hic contabat, emerita.

COMMENTARIUS.

MAXIMO collati Magistratus dignitatesque, & ab his consequentè dictæ sententiæ; vt superioribus duabus legibus per Præfecturam Prætorianam Italia, ita & hac elegantissima lege per Præfecturam Prætorianam Galliarum reuocantur cassanturque, cæso iam Victore Maximi filio, quem pater in Italiam proficiscens, in Gallia Treuicis reliquerat, infantiâ eius & defensione Nannio & Quintino militariibus Magistris commissa, vt testatur Sulpitius Alexander lib. 3. Historia. ¶ Cæterum inter Magistratus sub Maximo intra Galliam constitutos, à Sulpitio Seuero lib. 2. nominatur Euodius (is ipse fortè qui Anno D. 386. Cos. fuit) Præfectus Prætorio, vt & Patricius Aduocatus fisci: à quo ipso Scriptore eleganter

describitur Iudicium istius Euodij P. P. de Prisciliano, eiusque sectatoribus: pessimo exemplo, vt idem Scriptor rectè iudicat. Et fortè hoc ipsum iudicium in Priscilianitas hæc leg. nominatim perstringitur.

Ait verò lex, quæ & tempore & auctore delentur: damnato quippe Maximo eiusque temporibus, damnantur & sub eo gesta factaque. Excipiuntur tantum hæc leg. voluntarij actus, pariter vt quatuor alijs legibus, puta l. 2. §. supr. vbi diximus: sed & l. 9. 13. infr. Et in his Emancipatio, ita enim hic reponendum & l. 9. infr. quomodo habet lex 5. supr. vt ostendit quoque coniuncta mentio Manumissionis.

¶ De EVGENIO. Sponte sub eo gesta & in priuatum placitum vel scripturam deducta, non vi, dolo, metusve facta, rata esse iubentur: Consulum tantum in his nominibus erasis.

IX. * Imp. Arcadius & Honor. AA. Andromacho P. v."

ALEAT omnis mancipatio" Tyrannicis" facta temporibus; valeat à dominis concessa libertas: valeat celebrata & actis quibuslibet" inserta donatio: valeat deficientium omne iudicium;" valeat vniuersa" venditio;" valeant sententiæ iudicium priuatorum" (conuelli enim iudicium non oportet) quas" partium elegit adensus, & compromissa pœna constituit: valeant conceptæ sollempniter pactiones;" valeant scribituræ, quibus aut fides rerum, aut ratio † probatur, aut debita: valeant apud quemlibet habitæ spontaneæ professiones:" valeat deposita" super instituenda lite testatio: valeat impetratio iuris communium liberorum:" valeat procuratio scæuis" mandata temporibus: datus Tutor, vel Curator optineat firmitatem: valeat in sponsam perfecta" largitio: doli ac vis & metus inchoata actio in tempus legitimum perseueret: bonorum amissa" possessio, & adfectus" ad eundem hereditatis obtineat, & interdicti" beneficium non amittat:" Valeat in integrum restitutionis petitum auxilium; valeat vjudicatio, identidem" desiderata, tribuatur: locatio & conductio inuolabilem obtineant firmitatem: interdicti" beneficia tempora infauista" non mutilent: postulata" inofficiosa actio & inmodicarum" donationum rescissio petita seruetur: beneficia transacta" non titubent: sacramento" terminata permaneant: pignoris adque fiduciæ" obligatio perseueret. Stent denique omnia, quæ in placitum sunt deducta priuatum, nisi aut circumscriptio subueniet, aut vis, aut terror" ostenditur. ¶ Funestorum tantum Consulum nomina iubemus aboleri, ita vt his reuerentiâ in Lectione" recitantium tribuatur, qui tunc in Oriente annuos" Magistratus victuris perpetuò sunt fascibus" auspiciati: Tempus verò ipsum ac si non fuit, æstimetur; Siquidem" tunc temporis omnia aliqua præscriptio taciturnitatis, etiam de illis quæ confirmauimus non possit obponi. Dat. xi. Kalend. Mai, Med. Olybrio & Probinò C O S S. [395.]

NOTÆ.

* Abest & hac lex à Cod. Iustin. velut temporaria.
"Andromacho huic inscribitur quoque hoc ipso Anno lex 11. hoc tit. (quæ & ipsa est de Eugenio Tyrannide) itémque l. 54. supr. de appellat. & l. 3. supr. de Comment. & l. 7. supr. de executor. l. 6. supr. de cognitor. Item Anno 401. l. 3. supr. de indulg. debitor. Hic idem Andromachus de quo Symmachus lib. 2. epist. 79.
"pp. PP. & PP. Galliarum accipio.
"Sustineri potest & hæc leg. pariter vt supr. l. 8. sic vt emancipatio quoque comprehendatur: quanquam Emancipatio diseretè manumissioni iungitur quoque l. 5. supr.
"Eugenij scilicet & tit. de sponsalib.
"donatio Actis insinuanda: de quo supr. tit. de donat. & tit. de sponsal.
"id est, Testamentum seu vltima voluntas.
"quæcunque.
"Priuati iudices sunt Arbitri. διαφθικαί, compromissarii.
"Ita inter puncto hoc loco nihil hic immutandum videatur: quanquam adhuc malim quos, vel quod.
"ουδὴνα.
"id est, rationum redditio δὸναι τῶ λήψαι Chrysostomo. Nota interim hæc tria Instrumentorum genera: vñum, quo fides probatur
Tom. V. F f z

probatur rerum, id est, quorumcumque negotiorum: Secundum quo rationes continentur & probantur, & sic ratiocinã.
 Tertium quo debita probantur, id est, chirographa.
 *Professiones, an pro professionibus? An professiones censuales natalis que παίδων γένους ἐνδεικνύται.
 *Deposita super instituenda lise restatio, est denunciatio, de qua fuit *supr. tit. 4. lib. 2.*
 *de lute liberorum eiusque imperatione fuit *supr. tit. peculiaris 17. lib. 8. vbi dixi.*
 *Scæta tempora, vt mox infra tempora vocantur hic tempora Tyrannica: vide Glossar.
 *Profecta γεγενημένα ἀπὸ τῆς τυραννίδος Chrysol.
 *forte admissa; malim omiffa, quanquam & amiffa eodem sensu sustineri possit.
 *testatur scilicet.
 *Interdictum hic intellige.
 *an amittatur? minime.
 *Rectè identidem.
 *Infauista tempora; vt supra scæta, id est, Tyrannica.
 *vid. l. 1. in fine, *supr. de inofficif. testam.*
 *vid. *supr. tit. de inofficif. donatim.*
 *id est, iureiurando: de huius vi, vid. quæ dico ad l. si quis Maior. *supr. de pæstis.*
 *de fiducia dixi *supr. tit. de commissoria rescind.*
 *id est, metus, vt l. 8. *supr.*
 *Lectio, dixi *supr. ad l. vnic. de respos. Prudentum.*
 *Nempe Consulatus annuus fuit Magistratus.
 *vid. Claudianum *passim.*
 *ge. Sic quidem vt tunc temporis ob omiffa aliqua.
 *An delenda vox, de? Non puro.

COMMENTARIUS.

EUGENIUS (ad quem hæc elegantissima omnium & accuratissima lex spectat, itémque *lex 11. & 12. infr. vt & lex 9. supr. de desertoribus*.) : Otoriam in Palatio profellus, cum Arcadio II. & Rufino Consulibus (id est, Anno 392.) cælo Valentiniano Iunioris in Gallia fauore Arbogastis Barbari (vt tum temporis vocari mos erat), id est, Franci Magistri militum circa Valentiniani Principis auctoritatem facti, Tyrannidem in Occidente arripisset, tandem Arcadio III. & Honorio II. Consulibus (id est, Anno superiore 394.) à Theodosio M. deuctus capitis damnatus est, caputque eius conto defixum per castra circumlatum fuit V. III. Id. Septembris: de quo videndus Zosimus *lib. 4. Socrates, lib. 5. cap. 24. & alij.*

¶ Eo igitur caso, mox & ipsomet Theodosio mortuo, Honorius Imp. hoc Anno post id proximo 395, Eugenij, eiusque Iudicum Actis rescissis, nihilominus hac cothurno Gallicano erecta lege (pariter vt quatuor aliis huius tunc legibus, puta *l. 2. 5. 8. supr. & l. 13. infr.*) ea quæ sponte sub eo gesta, inque placitum deducta essent, priuatum scilicet, non vi, non dolo, non metu, rata esse iubet, elegantissimâ profecto & speciali admodum priuatorum actuum 24. vel 26. fermè enumeratione factâ. Sunt autem hi, Primò, Mancipatio omnis, quomodo etiam legitur *l. 8. supr.* Malim tamen & hic, & illuc, *Emancipatio*; vt habetur *l. 5. supr.* Et verò ita reponendum, coniuncta vbi que mentio Manumissionis, seu concessæ libertatis id ostendit. Secundò, Manumissio. Tertio, Donationis insinuatio. Quarto, Testamentum item seu deficiens iudicium: de quo est hæc *lex vnica & singularis*. Vbi queri potest, num & Militantium sub Tyranno Testamenta priuilegio militari sustineantur? Quod *Oratione Seruini*, & ad eam *Arresto Parisiensis* negatum video, *tom. 2. des Plaidoyez de Monsieur Seruin, plaidoyé 91. à p. 516.* cui ego obloqui non ausim; cum tamen *huius leg.* generalitas contrâ facere videatur: quod Seruinus non animaduertit. Quintò, Venditio. Sextò, Arbitrium. Septimò, Pactum. Octauò, Instrumenti confectio. Nonò, Professio apud Magistratum spontanea. Decimò, Denunciatio litis. Vndecimò, Impeetratio iuris communium liberorum. Duodecimò, Procuratio. Decimotertio, Tutoris & Curatoris datio. Decimoquarto, Sponsalitia largitas. Decimoquinto, Doli, vis, metus inchoata actio. Decimosexto, Adquisitio & omiffio hæreditatis, bonorumque. Decimosextimò, In integrum restitutionis

auxilium petiturum. Decimo octauò, Vindicatio considerata. Decimonono, Locatio-conductio. Vigesimo, Interdicti beneficium. Vigesimo primò, Inofficifio actio instituta. Vigesimo secundò, Transactio. Vigesimo tertio, Iusurandum. Vigesimo quarto, & vltimò, Pignus, atque fiducia; (de qua dixi ad *leg. vnic. supr. de commiss. rescind.*) Ita tamen vt gestis & instrumentis super eo confectis, addita Consulium nomina eorum qui ab Eugenio fuerant constituti, aboleantur penitus; solorumque Consulium qui in Oriente temporis fuere in lectione Gestorum memoria fiat, iisque in lectione reuerentia tribuatur. Nempe (quod hic primò notandum) mos hic solemnissimus olim fuit, de quo iam dictum ad *leg. 7. supr. de pænis*: fidemque rursus faciet *lex 13. infr. hoc tit.* Nomina Consulium Tyrannorum, vel à Tyrannis constitutorum aboleri. Cæterum Consules ab Eugenio facti, sunt Arbogastes, & Nicomachus Flauianus. Hic certè postremus, qui & PP. fuit, Eugenio isti capessendæ Tyrannidis inter alios auctor fuit, teste Sozomeno *lib. 7. cap. 22.* quique idem & Consul fuit: *Symmach. lib. 2. epist. 83. & 84.* Secundò ex hæc leg. notandum, cum in iudiciis legerentur seu recitarentur Consulium nomina, his reuerentiam quandam exhibitam: nempe proculdubio Adclamationibus factis: quomodo & aliàs Summi & Illustres Magistratus adclamatione de more excipiebantur, *l. 2. supr. de Questorib. Magistr. offic.* & extra ordinem Iustissimi & Vigilantissimi Iudices publicis adclamationibus collaudabantur: *l. 3. Cod. de offic. Reft. prouinc.*

¶ Ergo eorum Consulium nomina, qui à Tyranno instituti fuerant, actis gestisque addita, in recitatione omitti iubet hæc leg. Honorius; Et in genere tempus illud ac si non fuisset, æstimari vult. In tantum (quæ sententia *huius leg. in fine*, videri possit,) vt omiffus in actis temporis characterismus, seu Consulibus adnotatio omiffa, non idèò gesta vitiet, neque taciturnitatis istius præscriptio quidquam obfit seu opponi possit gestis illis quæ hæc leg. confirmantur. Qui singularis casus fuerit, quo acta gesta que, & instrumenta absque characterismo temporis Consuliumque designatione valent: Cum aliis actis & instrumentis Consules addi oportuerit. Præscriptioque taciturnitatis huius alioquin seu omiffionis his opponi poterat: de quo est hic quoque Chrysolomi locus, qui circa hoc ipsum tempus scribebat, agebatque, *tom. 2. de Offia & verbis illis, vidi Dominum, &c. circa finem, como Sallustiano*

milliano 5. p. 137. Καὶ ἀπὸ τῆς βιωτικῆς τῆς ἐπιδημιᾶς περιγραφοῦνται. Αἱ διαβήκαι ἢ τὰ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΑ τὰ ἀπὸ γένους, τὰ ἀπὸ ὀφλημάτων, τὰ ἀπὸ ἄλλων ΣΥΜΒΟΤΑΙΩΝ, ἐὰν μὴ τῆς ἀσφάλειας τῆς γένους ἀνοδῶν ἐν περιγραφοῦνται, ἀσπίς ἐν τῆς οἰκίας ἐστὶ διαβήκαι: ὅτι ἢ ἐν ἐκείνοις τὸ ἰχθυῖον, ὅτι τῆς ἀμφοδότησης ἀναρῆ: ὅτι διαβήκαι ἀπαλάττει, ἢ τῆς ἐχθρῆς φίλος ποιεῖ: διὰ τὸ οἱ ταῦτα γράφοντες ἀπὸ κέρχον ἐπὶ λυχνίας ἵπτος ἐπὶ τῆς μετώπης ἢ γράμματων περιγραφῆσαι τῶν ἀσφάλειας ἢ ἀσπίς τοῖς κάτω φαίνει: καὶ ὅτι ἀέλιος, ἀέλιος τὸ φῶς, ἢ πᾶσι σοῦτος ἢ πολλῆς ἐπέλασης ταχέως: διὰ τὸ τὰ πᾶσα δόσης ἢ ἀέλιος πᾶσι πᾶσι φίλος, καὶ πᾶσι ἐχθρῆς, καὶ πᾶσι δικέτας, καὶ πᾶσι ἐπιπέπτος ἢ ἐκονόμος γίνῃ, ταῦτης δέεται τῆς ἀσφαλείας, ἢ παρὰ τῆς ἢ μῖνας ἢ ἐνιαυτῆς ἢ ἡμέρας κἀνωθεν περιγράφουσι. Εἰ δὲ ἐπὶ τῆς βιωτικῆς ποσῶν τῶν ἀσφαλείας ἢ ἰχθῦς, ἐπὶ τῆς βιωτικῆς πολλὰ μέζον ἢ γενεαμῶλες, &c. id est. *Ac primum quidem id à rebus secularibus comprobato: Testamenta, & Instrumenta, tabulæque nuptiales, de creditis, de que aliis contractibus, nisi ab initio Consulatus tempora præscripta habeant, ab omni vi sua vacua sunt: Id enim est quod à Iudiciis liberat, & ex inimicis amicos facit. Proinde qui talia scribunt, tanquam lucernam in candelabro, ita in fronte scripturarum Consulatum præmittunt, vt omnibus que infra sunt præluceat: que si sustuleris, lumen sustuleris, omniadque tenebris multaque perturbatione compleueris: Propterea omnis datæ acceptæ ratio sine cum amicis, sine cum inimicis, sine cum domesticis, sine cum procuratoribus & Oeconomis ineditur, hæc cautione eget, & vbi que menses & annos & dies præscribimus. Quod si tanta huius rei vis est in secularibus negotiis, multò maior & utilior in spiritibus, &c. Idem Chrysolomus homilia 9. ad Coleff. edit. *Comel. p. 1381.* ὁ ἀπὸν ὀφλημάτων ἀσφαλί τὰ γράμματα. Addatur similis hic Libanij locus in *Panegyrico in Iuliani Consulatum*, p. 130. τὸ ἢ αὐτῶν) σεμνότερον, ἢ τῶν δικαστῶν ἀπασαν ἡλίε δίκην ἐπέχον τῆς περιγραφῆς, ἢ παρὰ τῶν ἀσφαλείων ἐν ὄψεσιν*

τὸ ἄνομα ἢ ἀπὸ τῆς γένους τῆς, πολλὰ ἀνάγκης τῆς μνήμης ἐχέουσι, δικέτας, γάμους, ἀρροῦν, λαβῆς, ἡγῆς, ἀσπίς, τῆς συμβελλόντας ἢ γραφοῦντας σωθῆναι, τὰς διαφροῦντας, ἢ τῶν πᾶσι ἀπὸ τῆς γραμμάτων φέροντας, τὰς κοινῶν τῆς διαβήκαι, πᾶσι δὲ γένους ἐνδεικνύται, πᾶσι δὲ ἐν διαβήκαισι μαθήταις, ὅτι μία ἀπὸ τῆς βίβλου τῆς ἀσπίς, ἐφ' ἢ δὲ ἢ διαλύονται, id est: *Ecquid enim splendidius contingat, quam orbem terrarum uniuersum Solis instar appellatione continere, & in ore omnium hominum versari nomen, pro eo quod à parentibus inditum, memoriã eius ad varios vsus necessaria: ad Iudicia, coniugia, fora, portus, munera, venditiones, ad omnes qui contrahunt, & pactiones inter se conscribunt, litigantes fidemque ex scripturis facientes, societatem contrahentes, dissoluentes, felicitum liberorum natales, puerorum in scholis institutiones: quorum omnium studium Consules prædicare, quo ipso & liberantur; & quæ sequuntur: vbi rursum ait, Consules τὸ κῦρος τοῖς μέγιστοις περιέχον. Item, quod per Consules ὁ πᾶσι κείνοισιν ἐν ταῖς δίκαις ἀσπίς ἀνίστα) ἢ στανδικῆς τοῖς ζῶσιν ὁ τῆς γενεᾶς, quod postremum tam de Constitutionibus quam de Testamentis accipi potest. In superioribus interim Libanij & Chrysolomi locis videas parem actuum & negotiorum humanorum recensum, qualis hæc leg. sed accuratior instituitur.*
 Tandem, vt ad hæc l. redeamus, debet vltima eius verba aliter accipi, & nouissimè etiam ita emendari, *sic quidem vt tunc temporis ob omiffa aliqua, &c.* hoc sensu, non posse præscriptionem taciturnitatis opponi iis, qui tempore Tyrannidis aliquid omiserunt: veluti si iura sua tum non exercuerunt, si actorum suorum vi muniti non experti tum sunt: Tempus enim Tyrannidis ac si non fuisset æstimari oportere. Quod & ipsum tralaticium: nempe Tyrannidis tempore nil præscribit, seu tempora Tyrannidis præscriptione non annumeranda: *La prescription ne court pendant les troubles: vid. le Prestre Cent. 2. cap. 56. & 96. & au recours des Arrests de toutes les Chambres, p. 4.*

x. * Idem AA. Eulogio Com. R. P.

VI, Tyranni MAXIMI secuti iussionem, fundos perpetui iuris, non ab Ordinariis Iudicibus, sed à Rationalibus acceperunt, eorum amissione plectantur, adque ad rem priuatam denuò reuertantur. Dat. vi. Kalend. Mai. Med. Olybrio & Probino *COSS.* [395.]

NOTA.

* Absc & hæc lex à Cod. Justin.

COMMENTARIUS.

MAXIMI Tyranni iussione gesta quædam hæc Honorij constitutione retractantur. Maximi, inquam, Tyranni: Nam ita disertè nominatur hæc leg. (de quo alioquin actum fuit *l. 6. 7. 8. supr.*) Et sunt tamen nonnulli qui hanc legem ad Eugenij Tyrannidem pertinere censent, atque aded vocem *Maximi* hic glossèma existimant: Nempe ipso Consulatu *huic legi* subscripto indice, atque aded temporum ratione suadente: Quandoquidem ante annos iam octo Maximus deuctus, eiusque gesta infirmata fuerint, *l. 6. 7. 8. supr.* Atenim Eugenij superiore tantum Anno 394. deucti gesta hoc ipso Anno infirmantur, nempe *l. 9. præcedente, vt & l. 11. & 12. segg.* inter quas hæc velut eodem pertinens intermedia sit constituta. Putabam ego aliquando, Maximi

nomen hic non esse proprium, sed appellatiuum, quasi Eugenius *maximus Tyrannus* vocetur. Verum, non est hic locus sollicitandus, & ad Maximum Tyrannum omninò pertinet hæc leg. Nam vt maximè ante aliquamultos iam annos Maximus deuctus fuerit, eiusque Acta iam tum infirmata fuerint: retrò vt maximè Eugenij quoque Acta hoc Anno infirmata fuerint; attamen potuerunt hoc adhuc tempore pristina quædam Maximi gesta infirmari, de quibus hodie demum dubitati cœpit. Non potuerunt scilicet simul & semel Tyrannorum gesta aboleri, vel etiam in eorum bona penetrari, verum tempore addito opus fuit. Exemplum simile quoad bona Gildonis occurrit *l. 16. & 18. supr. de bon. profcr. & l. 9. supr. de Metatis: & l. 19. supr. de Pænis*: qua postremâ

lege, decem annis post Gildonem deuictum, satelites Gildonis culti odiâ mancipati & proscriptioe damnari iubentur: Cuius legis subscriptionem ideò malè nonnulli sollicitant.

Nunc de *huius legis* sententiâ. ¶ Retractantur *hâc leg.* ab Honorio alienationes fundorum perpetui iuris ex iussione Tyranni Maximi, non ab ordinariis iudicibus, verùm à Rationalibus factæ. Nempe vt *hâc leg.* aperte indicatur, si quid de fundis rei priuatæ perpetuè iuris in priuatos transferendum esset; id per Rationales fieri non oportebat: nam & aliàs Rationali rem Cæsaris non alienare, sed diligenter gerere commissum erat: l. 1. n. de offic. Procurat. vel Ration. & l. 13. n. de Transact. Hæc proinde res modum administrationis Rationalium excedere visa: & quia sæpè hi in necem Rei Priuatæ colludebant. Quid igitur? Ordinarij Iudices id est Rectores Prouin-

ciarum, eos transferre in priuatos possunt, vt *hâc lex* ostendit. ¶ Fundi perpetui iuris nihil aliud hîc sunt, quàm fundi emphyteutici rei priuatæ Principis, vt vel hæc ipsa *lex* ostendit: non tantùm Inscriptione suadente (est enim ea inscripta *Comit. Rerum priuatarum*) verùm etiam *sine legis.* Quare verò hi fundi perpetui, vel fundi perpetuarij dicti fuerint? plenissimè ostendo ad l. 12. *supr. de extraordinar.* Itaque cum ex Tyranni Maximi iussione, huiusmodi fundi nonnulli per Rationales accepti fuissent, eos ad rem priuatam redire Honorius *hâc leg.* iubet. Cui haud abimile est quod habetur l. 6. *supr. de petition.* Certè pauld post, biennio inquam ferme post, Anno Domini 397. Honorius ad Rationalium officia, etiam perpetuarij, hoc est emphyteuticarij iuris exactiõnem reuerti iussit: l. 1. *Cod. de offic. Com. S. Palati.*

XI. * Idem AA. Andromacho P. V."



As est, sequi nos Paternæ dispositionis arbitrium: adque ideò, vniuersos cuiuslibet Ordinis viros, de quibus Lex † nostra retinuerat, ad veniam volumus pertinere, & beneficia inopinabilibus vtrò deserimus: sancientes hâc lege, ne is qui Tyranni tempore militauit, vel etiam quilibet administratione donatus est, aut honorariâ dignitate perfunctus, vel quicumque in aliquo honore, diuersis locis aut exactiõibus, præfuerunt, notam infamiæ sustineant, aut deformi vocabulo polluantur: Quibus eas tantùm dignitates valere decernimus, quas ante Tyrannicum tempus habuerunt. Dat. xv. Kalend. Iun. Mediol. Olybrio & Probino c o s s. [395.]

NOTÆ.

* Absit & *hâc lex* à *Cod. Iustin.* Iungenda huic est *lex* proximè sequens. Vtriusque sanè eadem sententiâ est, etsi ad diuersos Magistratus data: de quo in *Prolegomenis.*

† Theodosij M. scilicet.

‡ P. P. & Præfectum Prætor. Galliarum accipio: Eidem inscribitur *lex 3. supr. de indulg. debitor.* Anno D. 401.

§ destinationis.

¶ in commune, vt Ambrosius loquitur.

† An intelligit *leg. 9. supr.* an verò præcedentem aliquam? Hoc magis puto.

‡ Ad veniam pertinere, vide *Glossar.*

§ Hæc bonorum Principum laus, inopinabilibus vtrò beneficia deserit. Id laudat in Gratiano, Aufonius; *Cupienda*, inquit, præuenire, vota præcurrere. In Theodosio Symmachus lib. 10. epist. 48. *Qui vota*, inquit, *omnium, beneficia præueniunt.*

¶ Eugenium intelligit.

† an Iul. vt l. seq.

XII. * Idem AA. Eusebio P. P."



Is quos Tyrannici temporis labe specie dignitatis infecerat, inultæ maculæ omnem abolemus infamiam. Cunctis igitur statum priorè, sine cuiusquam Loci aut Ordinis exceptione, tribuimus, vt vrantur omnes iure communi, teneant statum veteris dignitatis, ita vt nihil sibi ex his quos adepti fuerant honoribus blandiantur. Dat. xv. Kalend. Iul. Med. Olybrio & Probino c o s s. [395.]

NOTÆ.

* Absit & *hâc lex* à *Cod. Iustin.* Iungenda huic *legi* superior, cuius eadem sententiâ est; etsi ad alium Magistratum emissa: quo de more in *Prolegomenis.*

† Eusebium sub Honorio P. P. & quidem Italiæ, vt docet *lex 19. supr. de Pistoribus*: vid. *Protopogr.*

‡ Eugeniani.

§ Labe Tyrannici temporis.

¶ in commune hic vocat, quo omnes in commune vrantur: vt in hac ipsa re loquitur *Ambrosius.*

† Sub Tyranno.

‡ Blandiri sibi aliquâ re: vid. *Glossar.*

† An Iul. vt l. *super.*

COMMENTARIUS.

AD EUGENII Tyrannidem pertinent hæc duæ leges, quæ vt inter se coniungendæ sunt, ita vtriusque eadem est sententiâ: Sed (cuius moris alia quamplurima exempla, hoc *Codice* habemus) ad diuersos Magistratus, de eadem re, emissa, pro earum videlicet executione, intra cuiusque dioccesim vel administrationem. Et hæc quidem duæ, intra Italiæ Præfecturam, & Galliarum.

¶ Sunt autem hæc leges de his, qui Honores, quoscumque tandem, sub Eugenio Tyranno gesserant, vel qui sub eo militauerant. Est hoc indulgentiæ genus, quale etiam continetur l. 11. *supr. de indulg. crimin.* Nempe gestæ militiæ, vel dignitatis sub Tyranno Eugenio, gratia his legibus fit, sic vt exinde nullam infamiam sustineant: imò & vetus seu pristina dignitas ante Tyrannica tempora indepta eis relinquatur. Quod sanè commune ius fuit, vt posteriore *leg.* vocatur, vt videlicet etsi honorem sibi nemo vindicare audere posset, quem Tyrannus concessisset; attamen ad pristinum quisque statum reuocaretur, seu pristinâ dignitate potiretur; vt docuit quoque iam *lex 6. supr.* itemque *lex 11. supr. de indulg. crimin.* Hoc inquam commune ius fuit. Et tamen id aliter aliquando obseruatum, & quidem in Eugeniâ ipsi: docent enim hæc duæ leges, disertè inuictum initio sub Theodosio M. infamiæ maculam, his qui Eugeniâ Tyranni tempore militauerant, vel ab eo dignitates consecuti fuerant. Verùm non diu id stetit: Nam & Honorius his legibus, ad ius illud commune (vt nominatim vocatur, *leg. 12.*) rediit, abolitâ vid. infamiâ, & veteris dignitatis prærogatiuâ his seruata, sine cuiusquam loci aut ordinis exceptione: atque ita antiquata anteriore *leg.*, in quâ Ordinum distinctio quædam facta fuerat. Idque exemplo paternæ dispositionis, vt initio *leg. 11.* proficitur: id est, patris Theodosij. Atque huc omnino pertinet locus Ambrosij, ex eius *Oratione* quam habuit is hoc ipso Anno 395. 25. Februarij, de obitu Theodosij: *Etiâ is*, inquit, *qui in se peccauerant, doluit* [Theodosius] *quam dederat perisse Indulgentiam, & VENIAM denegatam.* Sed non negabunt filij quod donauit pater: non negabunt, etiam si quidam interurbare conatus sit: neque enim poterunt negare, quod in Commune donauit, qui solenne quod singulis dedit. Et alioquin Theodosius Indulgentiam liberis suis vltimâ dispositione commisit, ac nominatim Honorio, annonarum videlicet seu debitorum indulgentiam, quod eo ipso loco statim Ambrosius subiicit; *Præcepit*, inquit, *dare legem indulgentiæ, quam scriptam reliquit.* Quid dignius, quàm vt testamentum Imp. *lex fit.* Et verò hæc parte secutus quoque Honorius Theo-

dosij patris arbitrium: vt docet apertissimè *lex 2. 3. supr. de indulg. debitor.*

Verùm ad hanc *legem*, speciale omnino Flauiani Præfecti Prætor. exemplum aptandum venit: Is scilicet cum Eugeniâ Tyrannidi implicitus, eiusque partes secutus fuisset, vt testatur Sozomenus lib. 7. *hystor. Eccles. cap. 22.* & Symmachus lib. 7. epist. 103. (vbi Interpret malè de Maximo Tyranno id accipit) à Theodosio M. Eugenio deuicto, & dignitatibus & bonis exutus fuerat, teste eodem Symmacho d. lib. 7. epist. 103. verùm & integrata mox ei bona ab eodem Theodosio, redditâque multa quæ casibus detracta fuerant; teste Symmacho lib. 4. epist. 7. 19. & 51. & ab Honorio Imp. redditus ei inclinatus status lib. 4. epist. 5. Imò & postea integratus ei honos, & euocato ad Sen. (Anno 379.) Præfectura Urbis decretas teste Symmacho lib. 4. epist. 5. 7. lib. 7. epist. 92. 94. 103. Et hæc omnia Honorius secutus Paternæ dispositionis arbitrium, vt ipsemet *hâc leg. 11.* proficitur. Quod pertinet quod Symmachus nominatim d. epist. 7. ad Scilichonem lib. 4. scribit: *Premiserat alia exempla clementiæ receptis cælo Principum parens* [Theodosius M.] *& Flauiano meo multa casibus detracta reddiderat: Reseruatius est vnus & potissimus bonitatis titulus heredi, quem Magnitudinis tue monitu, paternis beneficiis Dominus Honorius adiecit, interpretus scilicet Divo Principi* [Theodosio] *tempus, non animum defuisse. Nunc perfecta sunt à successore consimili interrupta fato opera clementiæ: Fastigium tamen lenissimum & Augustissimum Princeps cæptis Genitoris imposuit; cui ad vicem gratia Te, ac tui similes opto monitores.* Ergo *hâc leg.* Paternæ dispositionis arbitrium sequi se, ait Honorius: non quod ita nominatim decessisset mandassetque sibi Paternis: verùm quia clementiæ similis exemplar præmiserat, etiam erga Flauianum; cuius exemplum secutus ipse, & ad plenam indulgentiam patri suo tempus, non animum defuisse interpretatus, fastigium parentis cæptis ipse imposuit. Atque istud est, quod ait: *Fas sibi esse SEQVIT PATERNÆ dispositionis arbitrium.* In quam sententiâ in hæc ipsa re de Flauiani integratiõne Symmachus lib. 4. epist. 19. *SEQVITVR* vt ipse est *PATERNÆ benefacta iuuenis Augustus: ad quem sicuti successio Imperij à Patre peruenit, ita & bonitatis IMITATIO:* Et epist. 51. *Nec res interpretatione difficilis est: nam quod plerisque suâ inuidiâ laborantibus Imperiali remisit humanitas, id Patris nomine postulatum multo aqrior veniâ relaxabit. Proficiet ista concessio etiam temporum gloria, si quod beneficiis Principis deerat, pius successor adiecerit.*

¶ De HERACLIANO Tyranno: de quæ gestis sub eo.

XIII. * Imp. HONORIVS & Theodosius AA. Hadriano P. P."

HERACLIANI vocabulum, nec priuatim, nec publicè vlla memoria teneatur: ideòque submouenda esse censemus, quæcumque sub eo gesta esse dicuntur. Liberates quoque (quoniam cerrum est, scelere eius sollempnitatem Consulatus esse pollutam) in melius reuocamus: sciâtque dominorum voluntas, iterandum esse, quod illo auctore aduerit stare non posse: Semel tamen mutatae conditionis beneficium inplendum esse præcipimus, & ita repeti manumissionum consuetudines nunc iubemus, vt nullus sub hæc occasione incipiat nolle quod voluit. Dat. 11. Non. Aug. Rom. Post Conf. Hon. IX. & Theod. V. AA. c o s s. [413.]

NOTÆ.

COMMEN

NOTÆ.

* Abest & hæc lex à Cod. Justiniano.
Hadrianus PP. Italix sub Honorio.
Id est, vllum Scripturæ seu gestorum genus. Eadem voce hæc in re vsus Libanius Panegyrico in Iuliano C. D. S. p. 130.
ibi πειθὺς ἐπιτάχων τῶν μνησίων ἐξέδοτο.
Id est, iubemus.
Solemnitatem Consulatus vocat, solemnia manumissionum, à Consulibus Magistratum ineuntibus celebrati solita: Ita & Claudianus, Panegyrico in quartum Honorij Consulatum:
Te Fastos ineunte quater solemnia ludit
Omnia libertas.
Huius porro moris & manumissionis, auctore (vt hæc lex loquitur,) Consule Magistratum ineunte, exempla obuia apud Libanium, Ammianum, lib. 2. 1. Claudianum, superiore loco Sidonium, Carm. 2. sub fin. denique & Calliodorum in formula Consulatus lib. 6. var. 6. inter alia Consulatus munia & argumenta ponit, solvere famulos iugo seruili: vid. & leg. vnic. ff. de officio Consul. De hoc plenè vid. Fabrum 2. Semestrium 2. 1. & ad tit. de origine Iuris.
Polluta. Ita quoque Claudianus in Eutropium.
Consuetudines, supra, solemnitas, & solemnia manumissionum.
Rau. Similis error in l. vit. supr. de scen. vid. & quæ scribam ad l. 55. supr. de hereticis.

COMMENTARIUS.

ERACLIANVS (quo de abundè dictum ad l. 21. supr. de Pœnis: cui etiam inscribuntur lex 51. 56. infr. de hereticis:) sub Honorio in hostem publicum seu Tyrannum euaserat hoc ipso Anno 413. cuius etiam initio Consulatum adsecutus fuerat: verum profligatus mox à Marino Comite fuit. Quare, pro more, Consulatus eius ex Fastis erasus: quod hæc quoque leg. fieri iubetur quo de more dixi plenè ad l. 17. supr. de Pœnis: & fidem quoque iam fecit lex 9. supr. hoc eit. Ita quidem, vt ex omnimemoria, id est, ex omnibus gestis, priuatis, publicis, nomen ipsius Consulatus submoueri expungique Honorius hæc leg. iubeat: vocabulumque eius nec priuatim, nec publicè, vllam memoriam tenere velit: omniâque idèd submoueri, quæ sub eo gesta fuerant: Exceptæ Biennio pòst, Constitutiones, quæ ab Honorio ad ipsum aduersus Donatistas latæ fuerant: eas quippe valere voluit Honorius quod docebit lex 51. infr. de heret. Imò & (quæ extensio hæc leg. continetur) Manumissiones eo Consule auspice atque auctore celebratas, inuites in præsens esse iubet Honorius: Ita tamen vt non penitus reuocari, verum renouari atque in melius iterari repetique, & quidem necessariò, velit. Nempe enim spontaneè actus sub Tyrannis non Consulibus fortè (ac nominatim Emancipationes & Manumissiones) cæsis Tyrannis non reuocantur, hæc leg. & d. l. 5. 8. 9. supr. Quia scilicet in his omnibus voluisse sat iuris est (vt loquitur d. l. 8. in fin. supr.) vel, vt hæc lex loquitur, nullus incipere potest, vel debet, nolle quod voluit, (semel scilicet.) Ita manumissiones vitio factas atque iniustas, iniusto inquam auctore & Consule, iterari, seu repeti hæc leg. vult Honorius. Quæ iteranda manumissionis ratio iure communi in aliis speciebus cernitur. Iniusta inquam libertas repetenda, iteranda, instaurandaque erat sæpè, iusta vt esse possit. Sic & Latina libertas, quæ & ipsa iniusta erat, iteratione iusta fiebat, vt docet Vlpianus in fragm. & Plinius lib. 7. epistolar. quod nouum beneficium vocatur apud Tacitum lib. 3. Animal. (pariter vt hæc prima manumissio, vocatur mutata conditionis beneficium) apud Plautum vocatur melius auspiciam, sicut hæc leg. Honorius ait se libertates in melius reuocare. Eadem quoque olim ratione sacra ludòsque si minus ritè processissent, iterari seu instaurari mos erat: de quo nata sunt & obuia iam Authorum testimonia: vide vel Seruium ad 3. Æneid. p. 279. Addendus & insignis Ammiani Marcellini locus. (At enim hanc ad rem nostram nondum notatus, quia & inemendatus, provt eam ipse iam alibi ad leg. Barbarum, p. 31. restitui:) lib. 2. p. 226. Mamertino

ino [Consule] inquit, ludos edente Circenses, manumittendis ex more inductis per admissionem Proximum, ipse [Iulianus superioris anni Consul] lege agi dixerat, vt solebat: statimque admonitus, Iurisdictionem ad alterum [Mamertinum scilicet huius anni Consulem] pertinere, vt iterato obnoxium Decembris errorem & ipse mutauit, vbi hæctenus legitur, vt errato obnoxium Decembris auroram & ipse mutauit, paulò propius ad verum Codex Vaticanus, referente doctissimo Valerio, vt terrato obnoxium Decembris auroram, &c. Qui quidem Marcellini locus èd magis obseruandus, quod & ipse de manumissione est: & necquicquam ad hunc diem refingitur: omnibus tamen in id consentientibus, vocem Decembris hæc stare non posse, quæ etiam à nonnullis libris abest.

Post hæc ita à me scripta & hæc, & ad leg. Barbarum: monuit me per epistolam Eximius & C. Vir D. Saranius Senator Regius, Doctissimum Valefium hunc Marcellini locum ita nunc emendare; vt errato obnoxium decem libris auri semetipse mutauit. Verum quis fando vnquam audiuit, vti quisquam, non dico Principum, sed vel Priuatorum, sibi metipso multam imponat? Deinde quò nunc ea inferenda? in fiscum? atqui is ipse Principis est. Tertio, quis multæ locus vbi errore tantum quid admissum est? Quid igitur? Marcellinus id apertè eo loco indicat, sicut Iurisdictionem ad Collegam eo die pertinebat, ita Iulianum admonitum per errorem à se factam manumissionem mutasse; id est, reuocasse. Mutare, non est tantum reprehendere, improbare, in se vel in alio; sed etiam reuocare, in irritum deducere; vt in illo Terentij: Non muto factum: & Lini lib. 37. quinta fermè pag. ab initio: Nihil imperatum vt mutaret Consul. Et contra 13. ad Atticum: Cum audiui de Mamurra, non mutauit quod de eo erat factum, ratumque esse voluit. Tandem quid multæ illi cum erronea manumissione? quâ non idèd factum illegitimè mutatur. Quid igitur? mutatio isthæc Iuliani iterationi locum faciebat; haud aliter atque si priuatus legitimus quem actum, & nominatim manumissionem non ritè peregisset: ET IPSE, inquit Marcellinus, mutauit: nempe priuatorum instar: & sic vtraque vox optinè inter se respondent, iteratè, & mutauit: error scilicet mutationi obnoxius, atque idèd iterationi: quæ ipsa alioquin iteratè vt & repetendè vox in eadem re hic occurrit.

xiv. * Idem

xiv. * Idem AA. Constantio" Com. & Patricio."



Vnclade Barbaricæ depopulationis, si qua aut per fugam, aut per congregationem infelicitum populorum, indignè inuidiosèque commissa sunt, ad inuidiam placatarum rerum, callidis litigatorum obiectionibus, non vocentur: Habeant omnium criminum impunitatem, qui euadendi forsitan non habuerant facultatem, nisi eos eadem crimina inuissent. Non enim crimen dicitur, quod mortis adegit in pulsus. Ex quo animaduertere cunctos litigatores congruum est, si quid deprædationis agnouerint, se recepturos, si tamen in eorum quos pulsauerint facultatis abundare, aut residere id poterint comprobare. Dat. Kalend. Mart. Rau. DN. Theod. A. VII. & Palladio v. c. c o s s. [416.]

INTERPRETATIO Quicumque hostium terrore compulsus, dum mortem timet excipere, ad deprædandum se cum hostibus Male fortasse coniunxerit, non propter hoc vocetur ad crimen, quod pro conseruanda vita fecit inuitus. Sanè si quid apud eum de prada rescederit, & residuum inuenitur, quod euidenter agnoscitur, hoc solum reddere domino sine calamnia compellatur.

NOTÆ.

* Abest & hæc lex hoc titulo fugitiua à Cod. Justin. velut temporaria.
Constantius Comes & Patricius sub Honorio. Hic idem est qui iam inde à Theodosij M. temporibus, multis obitibus Militiæ muneribus, Magister militum factus & Patricius, mox & bis Consul, Placidixque maritus: tandem & Imperator, & Valentiniani III. Imperatoris pater exstitit: vid. Protopop.
Patricij dignitas, alterius dignitatis accessio fuit. Sidonius Carm. 2. de Antemio.
viri que Magister
Militiæ, Consulque micat coniuicta potestas
Patricij.
vide quæ dixi plenè supr. lib. 6. tit. de Consulib. Praefectis Prat. &c.
Fortè pacatarum: sed tamen & hoc sustineri potest.
renouentur.
Rectè inuissent, neque mutandum in inuolissent.
29. quò.

COMMENTARIUS.

BARBARAS Gentes (purà Vandalos, Alanos, Burgundiones, Gothos,) hæc tempestate imperium Romanum, & in his quidem Panoniam, Illyricum, Italiam, Gallias, Hispanias, depopulatas, notissimum est: Quæ hæc clades Barbarica depopulationis dicitur. Quo eodem tempore, & FRANCIA iam inde ab Anno D. 409. vltro à Gallis inuoluita, prima Nobilissimi per Gallias Francici regni fundamenta feliciter iecere. Sub illa igitur Barbarica, ac nominatim Gothorum per Gallias & Hispanias depopulatione, alij mortis impulsu adacti fugâ sibi consuluerant: alij infelices congregati in vnum fuerunt: Quod etiam Saluianus lib. 5. de gubernat. Dei, testatur, nempe infelices populos, vel ad Barbaros fugisse, seu migrasse. Quod hoc ipso Anno, vel sanè proximo scribit quoque Orofius, lib. 7. cap. 41. vel ad Bagaudas, id est, in vnam factionem congregatos: Hæc occasione, eoque tempore multa indignè & inuidiosè ab his commissa fuerant: multæ deprædationes exercitæ. Quare cum Placati vel pacatis iam rebus, in ius eo nomine à priuatis litigatoribus miseri multi vocarentur, Honorius hæc humanissimâ constitutione suâ horum eis criminum indulgentiam facere impunitatemque indulgere voluit; hæc leg. (quæ hoc titulo fugitiua, melius posita fuisset sub titulo de indulgent. crimin.) hac eleganti ratione addita: Non enim crimen dici, quò mortis impulsus adegit: Criminiumque impunitatem eos habere oportere, qui forsitan non habuerunt facultatem euadendi, nisi eos eadem, cum Barbaris scilicet, crimina inuissent. Omnis scilicet parte hæc & periculo expediendæ salutis honesta ratio est. Multòsque sæpè necessitas in

crimen trahit, non voluntas, vt loquitur Ammianus Marcellinus lib. 26. p. 352. & vt idem loquitur lib. 14. Ausi nonnulli conspirasse Magnemio [Tyranno] cum veniti non possent. Et vt rectè Seneca Oetæo Afta 3.

Haud est nocens, quicumque non spontè est nocens. Et Chryostomus in cap. 1. ad Ephes. hom. 2. edit. Comel. p. 1043. ἴσασιν ὅτι οἱ νόμοι τοῖς ἐξ ἀνάγκης συνωπύσαν ἀνομιλίαν. Haud absimilis sanè clementiæ distinctio est eiusdem Honorij in specie leg. 11. supr. de indulgent. crimin. post Attali Tyrannidem sublatam. Et alioquin eadem prorsus ratione subnixas indulgentias alias, quòd scilicet conditio loci & necessitas mortis sæpè hæc parte excusare debeat, bellis fortè ciuilibus, vel per Tyrannidis tempora, obseruant Politici. Duo tantum quæ re & verbis concordant nunc adferam. Ita sanè quoque Auteliani Antiochenfes, qui à partibus Zenobiæ steterant, eaque capta sese ad Barbaros receperant, propositis Edictis promissa impunitate reuocauit: τῷ ἀκούσῳ ἡ ἀναγκασῶ πλείων ἢ σεραπέσια τὰ συμβάντα ἀσπίθεϊς; vt scribit Zofimus lib. 2. Ita Iulianus Imp. capta Aquileia, ipsos quidem tumultus bellique Authores & instigatores vltimo supplicio affect; residui omnes abierunt innoxij, (id est, iis pepercit, seu concessionem detestatorum & veniam tribuit) quos in certaminum rabiem necessitas exegerat, non voluntas: id enim equitate pensata staturat placabilis Imperator & clemens: vt loquitur Ammianus Marcellinus lib. 21. p. 210. vid. & eundem lib. 22. p. 235. Contra saui Principes fecere, deque iis etiam supplicium sumpsere qui Tyranno adfuissent, ἡπὶ ἰσοσίως, vel ἐκ παραπίστου ἔστ'.

Tom. V.

G. G.

αὐτῶν, quod de Seucro memorat Herodiana...

¶ Porro de duobus hac leg. dispiciendum est: Primum de Constantio...

Valentinianus III. postea Imperator ei ex Placidia Anno 419. natus fuerit...

Secundo, infelicitium populorum congregatio, hac leg. proculdubio nihil aliud est quam Bagaudarum...

QVORVM

QVORVM VSVS INTERDICTVS EST.

TITVLVS XV.

XI. COD. IVST. XLVI. vbi Titulus clarius pleniusque ita conceptus est...

¶ De ARMORVM vsu interdicto: Valentiniani Sen. lex.

I. * Impp. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Buleforum' Conf. Campaniæ.

N VLLI' prorsus, Nobis insciis adque inconsultis, quorumlibet' armorum mouendorum copia tribuatur.

NOTÆ.

* Lex vnic. Cod. eod. tit. Iungenda autem huic est lex 2. supr. quibus equorum vsus concessus est...

COMMENTARIVS.

VALENTINIANI Sen. hac constitutio est, non Theodosij, vt perperam nonnulli eam allegant...

¶ Ergo Valentinianus Sen. hac lege, per Campaniam, nominatim Italiæ prouinciã, ipse Venetiarum Vrbe, Altini, consistens...

in Notis: ARMA quæcumque, illa sint à quocumque tandem, nisi suo, [Principis] permissi, moueri vetat.

Initio, quid per ARMA MOVERE hac leg. intelligendum sit, atque adeo quid hoc Interdicto contineatur, anxie quæritur...

G G g 2 mis.

mis 85.) Tertid, Item non interdicti hinc possessione armorum. Quarto, Sed neque hac leg. subditos & quidem Campanos, armis multari, quod & olim deditis hostibus & vrbibus captis sapè factum; sed & memoriâ patrum nostrâque usurpatum; quin & ad tumultum cohibendum, & exturbanda latrocinia, de quo postea quoque aliquid. Neque quidquam contra mouere debet d.l. 2. supr. quib. equorum vsus: (quam huic coassandam diximus) quâ Valentianus, per Campaniam pariter, interdicit habendorum Equorum licentiâ. Equorum quippe possessio & vsus eadem sunt; quia neque eorum possessio à vulgo, nisi ad vsum quotidianum habetur: Cæterum, Equorum vsus olim non erat in vrbibus, quia equos in vrbibus federe verum erat: neque per eas Italiæ Prouinciæ equorum vsus turti erat, quia solùm tribus exercebatur: quare non habebantur equi, nisi ad vsum itineris, quod eâ leg. prohibetur: Sicigitur qui habere equos prohibentur, vtiequis prohibentur. Quinto, Sed neque hinc per arma mouere intelligendum, bellum inferre, seu Guerram inchoare, quod quidam minus bellè tentant, vel etiam censent, atque adeo de bello fermè ad hanc leg. prolixè tractant. Quod absurdum. Quid enim? An quisquam hanc licentiâ à Principe petierit; an quisquam Principum id concesserit, quomodo sanè armorum mouendorum licentiâ peti quandoque à Principe potuisse, sèque adeo contestatum Valentianus hac leg. ait, ibi, Nobis insciis adque inconsultis; id enim & à Maiestatis iure in commune recedit, & Historiæ Romanæ prorsus aduersatur. Quid quod vox Quorumlibet ostendit, hinc agi de armis materialiter, non metonymicè sumptis. Sexto, Non est item hac leg. Arma mouere, gladium in Palatium Principis nominatim ferre, quod hac leg. prohiberi quidam scribit, veluti Bulleng. 2. de Imp. Rom. cap. 16. pag. 134. de qua alioquin prohibitione agit Angel. ad l. armatos. 9. n. Ad leg. Iul. de vi. Socin. Reg. 48. Laudens. tract. de Principis Privileg. 632. Quo sanè more nonnulli olim ad Imperatorum salutationes non admitti, nisi positis armis, & explorato à discuffore sinu: de quo Tacit. & Dio. Quod ab huius legis verbis & sententia longissimè recedit; atque inter alia, quod hæc interdictio Campaniam spectet, cuius Prouinciæ Consulati ided inscribitur: vbi sanè tum Valentianus Imperator non erat, verùm Altini, Venetiarum Vrbe, quod huius leg. subscriptio docet. Tandem igitur arma mouere hinc est, armis in itinere vti; arma vbiuicula seu vialia gestare, & latrocinia, & quælibet: de primo quidem, argumento Rubricæ, Quorum vsus vsus interdicitus est; Equis enim altâ pace, (vt hoc quoque per Campaniam erat) alius armorum vsus fingi possit. Secundò, proprietate vocis mouendi, quæ propria de hoc armorum vsu & gestatione; sic Manilius huius aui Scriptor: Aut solo veltatus equo, nunc arma mouebit. Et in veteri Epigrammate: Et in morem militis arma mouet.

Et generatim signanter ea moueri dicuntur, quæ ab iter facientibus vsurpantur: Sic & cursus moueri dicitur: l. 2. supr. de Curios. l. 11. supr. de curf. publ. Sic & miles moueri quoque dicebatur, cum iter faceret: l. 7. d. tit. de curf. publ. Mouere exercitus, absolute apud Calliodorum, non vno loco. (Alio quippe sensu actio moueri dicitur, pro intentari: l. 4. Cod. de Præpos. Sac. Cubic. l. 3. C. de quadr. præscripi. moueri carpentum & equos apud Pseud. Querolum p. 33. Quæ si Decianus sciuisset, non pu-

tasset, mouere arma, pro portare inconuenienter reddi. Tertid, & Scriptorum quoque alij huius interdicti meminere, Atmorum, videlicet à priuatis non gestandorum. Mitto Ammianum Marcellinum de quo postea. Synesius quoque epistola 107. (quadragesima circiter post hanc leg. annis) scribens; in ἐξῆς ἰδιώτας ἀθροῦντες ὀπλοφορεῖν. Tandem, quod validissimum, ex coniunctione l. 2. supr. quibus equorum vsus concessit. id cum maximè firmatur. Ita quidem, vt de ratione & sine huius prohibitionis exinde liqueat; Exinde scilicet apparet, Campaniam prouinciâ à latronibus tum infestatam fuisse. Vt, inquit, omnes latronum conatus debilitati conquiescerent, (quod eâ leg. disertè dicitur,) duo hæc Valentianus constitutum iuit. Primò quidem interdixit equorum vsu pastoribus, qui latrocinij infamiâ laborabant: (de quo supr. tit. ne Pastoribus fil. dent. nutr.) & quidem Pastoribus rei priuatæ; vt & Procuratoribus & Actoribus Senatorum. Secundò, armorum mouendorum seu gestandorum in itinere priuatis omnibus citra Principis licentiâ interdixit. Hæc duo scilicet fermè instrumenta sunt opportuna pattandis fouendisque latrociniiis, equi, armæque: Arma inquam, quod de abactoribus nominatim dicitur: l. 1. §. 3. l. 2. n. de Abig. Et à Paulo, 5. Sent. sub tit. de Abigeator. apud Auctorem collationis legum Mosaicarum. Atroces, inquit, Abactores sunt, qui equos & greges onium de stabulis vel de pascuis abigunt, si vel id sapius, aut à ferro conductâ manu faciunt. Ita enim locum illum legi oportet: à ferro conductâ manus est, ferro seu armis instructa accinctaque.

Ergo prohibita hac leg. per Campaniam ὀπλοφορεῖν seu armorum vbiuicula gestatio, ad prohibenda videlicet latrocinia: Quæ causa etiam est cur hic titulus superiori, qui est de infirmandis bis, quæ sub Tyrannis aut Barbaris gesta sunt, proximè cohæreat: quia post Tyrannos & Barbaros, latrones tertium hominum genus sunt, à quibus pax publica turbatur infestaturque. Sic sanè & Iustinianus inter alia Mandata & istud Præsidibus prouinciarum inculcat: Nouell. 17. cap. vltim. περὶ τοῖς ἀλλοῖς καὶ ὀπλοφορεῖν ἢ ἐκ τῶν ἀπολλῶν πρὸς σωχρησίας. Imò sic olim tralatitium fuit, in metu tumultus vel latrocinij, vel ad ea deinceps inhienda, telorum vel armorum, pro vt res esset, modò commercio, modò possessione, modò vsu, vel in commune omnibus, vel nonnullis saltè personis interdiceret. Ita Cicero, Verrin. 5. & Valer. Max. lib. 6. cap. 3. Edictum L. Domitij Prætoris Siciliæ memorant, ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia infestabatur, ne quis telum haberet. Sic idem Cicero, eodem loco, in eadem Siciliâ Edicta Prætorum, ob bellum fugitiuorum seruatorum memorat, vt ne quis seruus cum telo esset. Ita simile Pompeij quoque Edictum memorat in ipsa Vrbe Româ, ad tumultum cohibendum. Plinius lib. 34. cap. 14. Magni Pompeij in tertio Consulatu extat edictum, in tumultu necis Claudianæ, prohibentis vllum telum esse in Vrbe. Sic & Iustinianus, vt rixis priuatorum occurreret, priuatis & armorum fabricâ, & commercio interdixit, Nouell. 85. Sic variè hoc Interdictum propositum, pro vt scilicet vsus esset, pro ratione temporis vel etiam loci, vbi seditio vel latrocinia metuebantur: denique pro ratione personarum, à quibus metus erat. Hac sanè lege, cum à latronibus metus esset, itinere Campaniæ infestantibus, Armorum vsu seu gestamine interdendum in itinere credidit Valentianus: vt

proinde

proinde non sint hæc interdicta vnius generis, neque vnâ perticâ metienda, vel inter se commiscenda. Ergo in itinere vsu armorum, seu motione armorum interdictum: Nam in vrbibus ipsis iam olim ὀπλοφορεῖν prohibita: l. 1. §. 3. n. ad leg. Iul. de vi publ. (Quò non pertinet hæc lex:) In itinere verò regulariter licita olim erat: d. l. 1. quod hac leg. per Campaniam nominatim viatoribus prohibetur: & verò hoc quoque, quod iam ostendi, pariter in aliis prouinciis prohibitum erat. Quod cum à nonnullis perperam vsurparetur, per Campaniam, qui hac ratione sua latrocinia peragebant, ided recentare hoc interdictum Valentiano vsu. Et hæc de ipso Interdicto.

II. Sequuntur Ampliationes duæ: Prior, ratione personarum: Nulli prorsus, inquit, nequidem scilicet ad domum Principis vel Senatorum pertinenti, veluti Pastoribus rei priuatæ, & Procuratoribus, & Actoribus Senatorum, vt d. l. 2. vbi & his nominatim equorum vsu interdicitur. Neque hi scilicet à latrocinij suspitione aberant: imò insolentiores hi fermè, in Prouinciis fuere: de quo ad l. supr. de Iurisdict. Quare & id arrogasse sibi videntur, vt scilicet arma mouerent seu gestarent, fiducia Principalis & Senatorij nominis: quibus & ipsis id hac leg. admittitur: Nulli PRORSUS, inquit.

Cæterum quæritur hinc, an priuatis tantum, id est, non militantibus id interdicitur? an verò & militibus? Quod ne quæsitum quidem fuisset, si de Campaniâ hinc agi attendissent illi, vbi nullus tum miles erat: Alibi nil tam proprium militi in militia scilicet agentis quàm ὀπλοφορεῖν: extra eam miles priuatorum iure vitur. Hinc adeo disertè Iustinian. d. Nou. 17. cap. vltim. τὸ ὀπλοφορεῖν ἢ ἐκ τῶν ἀπολλῶν prohiberi iubet. Cæterum hinc nonnulli exceptionem addunt, ex l. vltim. Cod. de Præpos. S. Cubic. vbi Anastasius Præpositus S. cubiculi finitâ militiâ licere vult, quotiens ad aspiciendos agros suos, vel ob aliam causam proficisci voluerint, cingulo vti. Quod Cujacius per ξιφοφορεῖν vertit, quod minus probo. Cingulo quippe vti, non est gladium gestare, verùm insignia Magistratus in commune gerere. Aliud enim est ζώνη, aliud ξίφος. Chrysostom. loco, quem allegauit ad l. vltim. supr. de Postul. ἀπὸ τῆς ζώνης δομῆς ζώνη τὸν ἀρχοντα; ἀπὸ τῆς τῆς κίρκης φωνῆ: ἀπὸ τῆς ραβδῆος ἀπὸ τοῦ σήμου: ἀπὸ τοῦ ξίφους, ταῦτα γὰρ πάντα ἀρχῆς σύμβολα. Et Gregorius Nazianzenus, ἀρχὴν, inquit, τὴν μὲν ξίφος ἐν ταλαιμῶν. Cingulum pro honore Magistratus siue Ciuili siue Militari. Cuius insignia, finitâ militiâ, deponerentur. Nisi quod singulari priuilegio Præpositus S. Cubiculi id tribuit Anastasius, eâ lege, quæ pars est maioris constitutionis Anastasianæ ad Eusebium magistrum officiorum: Quâ actum illi de priuilegiis eorum, qui officijs & dignitatibus vel adhuc fungebantur, vel iam functi erant: vt docet quoque l. 18. Cod. de dignitat. l. 11. Cod. de Prox. Sacr. Scrin. l. 2. Cod. de Comit. Consistor. l. 1. Cod. de Aduoc. diuers. indic. (Quæ leges omnes inter se coniungendæ sunt, & cum d. l. vltim. Cod. de Præpos. S. cubic. coassandæ:) Ac nominatim militiâ finitâ, vt d. l. vltim. ita d. l. 1. Cod. de Aduoc. neque tantum in vrbe constitutorum, sed & proficiscentium, vt d. l. vltim. & d. l. 18. Cod. de dignitat. Quâ id priuilegium nonnullis dignitatibus conceditur, vt sine euocatoriâ vel vrbe digredi, vel in prouinciis consistentes, ad vrbem commeari possint. Ergo & priuilegij loco, id, d. l. vltim. Præpositus S. Cubiculi conceditur, vt officio functi, aliòque proficiscentes pristino dignitatis cingulo vti possint.

Tandem hæc generali prohibitione continentur & Ecclesiastici, seu edicto de armis non gestandis ligantur, vt decisum refert in Senatu Cathalon. Pegnera decis. 56.

¶ Altera huius leg. Ampliatio est respectu Armorum. Quorumlibet, inquit, Armorum, quæcumque scilicet illa sint, siue offendibilia, siue defendibilia, vt loquuntur: Cuiusmodi sunt ea quæ Synesius memorat epist. 109. & epist. 133. Siue eæ Lanceæ siue λόγχοι: siue κόπιδες (de quibus & Curt. lib. 18.) siue ξίφον ἀμφοῖν, id est, gladij ancipites: siue κερῆαι, id est, claua; fortè ex oleastro: siue πελίκαι ἐπερίστοιαι, id est, securis; altera parte acutæ, quas in zonis ferebant. Item cuiusmodi sunt ea quæ memorat Iustin. Nouell. de armis 85. cap. 4. arcus; sagittæ, spathe, enses, qui vocantur semiparhia, zabæ, lorica, conti, lanceæ, monocopia, sitinni; aspides, scuta, galææ, cassides. Cum tamen fortè nonnullorum saltè armorum vsu sibi licere oportere quidam putarent, veluti eorum, à quibus minor metus esset; Et tamen omnium promiscuè armorum gestandorum licentiâ hac leg. admittitur: quia etsi minor metus à nonnullis armorum generibus esset, aliquis tamen esset: vt ecce & claua quis æquè opprimitur, atque gladio: æquè securi, atque copide aut gladio.

III. Sequitur vltimo loco Limitatio seu determinatio: Nulli, inquit, nobis insciis atque inconsultis copia tribuatur. Quæ formula determinatiua aliis quoque legibus occurrit, vt l. 1. supr. de quaestione. (vnde delumptra est l. nullus, Cod. ad leg. Iul. Maj.) indicatque specialem & expressam Principis indulgentiam: Nempe permissuom sese hinc formulâ indicant Impp. nonnullis, id quod in commune vetarent, pro vt rem ipsi explorassent, vel etiam explorata ipsis eorum fides & integritas esset. Proinde Principali examini id referant, Ordinariisque Iudicibus admittit, veluti Consulibus Campaniæ, hac leg. Sanè & ex Iuliani epist. ad Leonium 22. id ipsum discere est, nempe non nisi Principis iussu ὀπλων χρεῖαν licitam fuisse: ea quippe epistola Iulianus Leonium in cohortem Domesticorum adscribens, ei nominatim ὀπλων χρεῖαν tribuit: ἐπιτρέψαντες ἔν σοι τὴν ἢ ὀπλων χρεῖαν, ἀπετάλαμεν τε πανοπλια, ἢ τῶν τοῖς περὶ ἀμφοῖν κροφῆσιν δὲ ἔχον αὐτῆ τῆς ἢ ἰππέων ἐκρητῆξιαμεν δὲ σε τ ἀλλῶν σωτάγματι γίνω) ἢ ἀπὸ τ ὀπλοφορεσάτων ἢ τῶν ἀπολλῶν. Et hæc quidem est huius leg. sententia, vnde deinceps elucebit, quomodo ea & quatenus in vsu & praxim deduci possit, quâ miserè plerique hæctenus abutuntur. De vsu videlicet armorum prohibito, vel concessio, commentantes: in quibus est & Menochius, lib. 2. de Arbitr. cent. 4. casu 394. à num. 18. ad 92. Inter quæ & illud foret, si Iudaicè & contra eius finem (quem ex d. l. 2. supr. quib. equor. vsus, eduximus,) eam ita acciperemus, quasi non extra ordinem, necessitate publica vel priuata vrgente, arma mouere, sèque & publicam disciplinam pacemque vindicare armis liceret. Quod tamen historica huius leg. causa refutat, & rationi naturali, omnique alij iuri contrarium est: Quo his casibus armis vti licet, de quo sunt præter notissimos Iuris textus hoc Cod. l. 2. supr. ad leg. Corn. de sicar. & l. 14. supr. de desertor. & Nouella Valentianiani inter Theodosianus 20. de reddito iure Armorum: de qua mox. Quin & huc pertinet egregius Synesij locus d. epist. 107. vbi contra eam obiectionem de qua supra, excipit, pro tuendo eoque quòd vsu armorum, imò & fabricæ vsurpassent Cyrenæ in patria: Quòd hostes latè omnia tene-

rent, omniâque deprædarentur, & singulis diebus ingentes populos iugularent, & interea nullus miles ad esset: ἡ δὲ εἰ καλῶν ἡμᾶς ὄπλα καὶ τικαδῶζεθζ πῶ πολεμίων ἐπὶ ἐπεχόντων, καὶ λείαν ἀπαίτια ποιηθῶν καὶ ἀποσφαπῶντων ἡμέραι δῆμις ἀθρῶς, εὐραπῶν καὶ ἰκὸντων ὡς καὶ φαίνεθζ: εἴτε λέξεις ὡς ἐν ἐξῶν ἰδιώτας ἀθρῶς ἀπλοφῶν ὑποθήσειν καὶ ἐξῶν εἴσθρ καὶ πολιτεία καλεπέναι τῶ περιχῶν σῶζεθζ. Tandem in confesso est, interim seu interdum gladium ad occidendum hominem ab ipsis legibus portigi: de quo obuia sunt loca. ¶ Quibus tamen accenseri nullo modo potior, quod vulgò hæcenus fit, Ammiani Marcellini locum; lib. 23. p. 256. vbi ait; *Irruentibus tantum armis externis legem unam esse & perpetuam, salutem omni ratione defendere, nihil remittente vi moris*: Quo loco plerique *morem* intelligunt, quo ptiuato regulariter arma mouere non licet. Perperam. Nam, vt locus ille integer ostendit, id pertinet ad omnia signâque quæ ex more Gentilitio ab expeditione aliquâ seu procinctu, & vt *ibidem* loquitur, ab alieno peruadendo, desistere regulariter suadebant: à quo more recedendum ait, cum arma externa irruerent; & proinde salus omni ratione defendenda veniret. Ergo illis verbis, *nihil remittente vi moris*, indicatur, auspicioꝝ & omnium, auguralisque aded disciplinæ ratio

& obseruatio. Haud alius igitur huius loci sensus est, quàm quo sensu rectè dixeris, Iudæos tandem irruentibus armis externis, salutem suam Sabbatho defendere edoctos, *nihil remittente vi moris*, vel potius superstitionis circa Sabbathi religionem. Quid quod & de loci illius Scriptura nondum liquet? Cum ibi ex *MSS.* nonnulli reponant, *nihil remittente vi moris*, vt in vulgato illo, *Contra vim moris non est medicamen in horis*. Vtrouis modo *locus* ille legatur, quanquam priore omninò legendus mihi videtur; nihil ille ad *legem* nostram facit. Atenim huc apprimè facit datum populo Romano Anno Domini 440. ius Armorum à Valentiniano III. *Nonellâ* (inter Theodosianas) *de reddito iure armorum* 20. aduersus Genfericum Vandalorum Regem, qui superioris Anni sine Carthaginem occupauerat, cuius excursus hoc Anno metuebatur: vbi præter ea, quæ initio præfatur, hæc necessaria ad locum occurrunt: *Singulos uniuersisque nostros monemus Edicto, vt Romani Roboris confidentia ex animo quo debent propria defendere cum suis aduersus hostes, si vis exegerit salutem disciplinâ publicâ, seruataque ingenuitatis modestiâ. QVIBVS POTVERINT ARMIS nostrisque prouincias, ac fortunas proprias fideli conspiratione & iuncto umbone tueantur, &c.*

F I N I S.

